Posth. Farin. Ludouis. decis. 399. nu. 3. & in annot.
102 littera A. simulq; † operatur, vt specificanda in
commissione, possint quandocunque specificari,
Caualet. decis. 187. num. 5. Barb. claus. 12. per tot.
103 in modero. impress. Maximè cũ in † petitione data
in partibus nomine ipsius Dom. Pepulæ, adsint
clausulæ salutares, super quibus, &c. deducens,
&c. & omni meliori modo, &c. quę efficiunt, vt
Iudex appellationis, seu Rot. possit iudicare supee
omissis pee alios Iudices, quemadmodum fecit in
Firmana Saluiani 24. Maij 1632. coram R. P. D.
Pirouano no. 4. & 5. quæ nunc est decis. 2. impress.
per nos post allegat. 22. lib. 1. Tantoque magis,
104 quia versamur in executiuis, in quibus † licitum
est variare, donec & vsquequo sequatur actualis
& integra solutio, res, personas, ac modum agen-
di, Cyriac. controuers. 318. num. 43. vsque ad 47.
& controuers. 327. nu. 35. Scac. de appellat. quæst.
17. limitat. 9. sub nu. 45. vers. Comprobatur, Rota
decis. 40. numer. 39. nouiss. diuers. anno 1636. im-
press. vbi num. 40. ampliatur fieri posse transitum
105 de † vna ad aliam, etiam absque refectione expen-
sarum, propter clausulam, quam, & quas, plures
alios cumulaui alleg. 27. lib. 1. quod loci vlterius
ponderabam clausulam, † citra præiudicium, &c. 106
de qua in eodem libello, præseruatiuam iurium
quorumcunque ipsius D. Marchionissæ Papulæ.
Vltra quod, cum omnia gesta fuerint per Procu-
ratorem, † non potuit propterea ipsi Principali 107
præiudicium aliquod generari, Rot. decis. 16. nu.
3. & decis. 401. num. 4. nouiss. diuers. anno 1636.
impress. & alibi sæpe. Dimittimus aliqua de laude-
mio, vt si contingat iudicari in gratiam D. Pepu-
læ, quæstio, quæ tunc circa illud posset oriri, in-
tacta non remaneat. Et ita, &c. Saluo, &c. Die 15.
Septemb. anni 1636.

A R G V M E N T V M.

Excussio regulariter non requisita in Saluiano requiritur ex qualitate bonorum, quæ non nisi in subsidium veniunt in hypothecam. Tempus restituendæ dotis attenditur circa defectum allodialium ad effectum, vt Viduæ aduersus emphyteutica cõpetat regressus, nisi Vidua fuerit in culpa.

S V M M A R I V M.

1 *Emphyteutica bona nõ obligantur nisi in subsidium Contrarium in rigore Iuris n. 2.*

3 *Saluianum interdictum aduersus emphyteutica non nisi in subsidium intentatur. licèt regulariter excussio non requiratur nu. 4.*

5 *Excussio non requisita intuitu actionis, requiritur ob naturam, & qualitatem rei obligatæ.*

6 *Dotis restituendæ tempus, non contractæ obligationis attenditur ad effectum vt Vidua habeat regressum ad bona emphyteutica, seu quomodolibet obnoxia in defectum allodialium.*

7 *Vidua agens pro restitutione suarum dotium tenetur iurare, quòd nihil abstulerit de bonis mariti. Non habet regressum ad feudalia si fuit in culpa, seu, negligens in recuperanda dote, & interim hæredes consumpserint allodialia num. 8.*

9 *Sententia lata in Saluiano interdicto, quandocunque de illius iniustitia constat retractari potest secundum Statutum Mantuę, quamuis sit facta executio.*

10 *Dominium ad quemcunque effectum, etiam deuolutionis rei emphyteuticæ probatur ex confessione iunctis præsertim adminiculis.*

Alleg.

Allegat. II.

Adsit Deus.

PRæsupposito pro indubitabili, quod bona
quomodolibet obnoxia non veniant, nec
cadant in obligationem etiam expressã
nisi in subsidium, quemadmodum licen-
tia constituendi hypothecam super illo simplici-
ter emanata intelligitur alijs bonis allodialibus
1 deficientibus, vt in proposito emphyteusis † ani-
maduertunt Cost. de remed. subsid. 52. distinct. 1.
num. 1. 2. & per tot. Cyriac. controu. 328. num. 29.
& quotidie hic Mantuæ practicatur quamuis in
2 rigore iuris contraria † opinio forsan verior sit ex
traditis per Pont. de potestat. proreg. tit. 6. à n.
17. ad 29. fol. 246. Vinc. de non. allegat. 115. in fin.
vbi ita fuisse iudicatum testatur, & obtentũ fuit in
Rota Romana coram Duran. decis. 145. num. 41.
& decis. 156. 17. vbi confutatur opinio Bursatti in
cons. 80. num. 27. præterquam in casu præceden-
tis Allegationis; nam ex assensu in origine feudi
concesso d. bona perinde habentur, ac si allodia-
lia essent, ac minimè obnoxia. Hinc sequitur a-
lia conclusio non minus priori celebris, per hunc
Amplissimum Ordinem canonizata, quod nempe
Domina Barbara Cremone etiam cum licentia
Monasterij directò, ac nulla præuia excussione a-
3 gere, seu intentare Saluianum † minimè potue-
rit contra Ricciardum de Zeliolis bonorum em-
phyteuticorum tertium possessorem, ad tradita in
præcisis terminis per Manent. ex gratia videatur
decis. 20. per totum, quam nouissimè secuta est
Rota Romana in Mantuana dotis 6. Iunij 1636.
n. 2. & 3. coram Reu. Coccino Decano.

4 Nec obstaret si diceretur in actione Saluiani †
contra tertium non requiri aliquam excussionem
Stain. Pacif. de Saluian. insp. 1. cap. 2. numero 40.
Thomat. decis. Maceratan. 113. num. 9. cum addu-
ctis per Zuccar. decis. Lucen. 28. num. 6. Rota co-
ram Pen. decis. 623. num. 4. Quoniam (quamuis
in Saluian. excussionis exceptio reijciatur) attamẽ
5 quando, prout hic, excussio ex natura † obliga-
tionis omnino requiritur Stracc. de assecurat. in
præfat num. 54. & in puncto Rot. decis. 17. num.
50. & 51. parte 5. recent. quæ est decis. 206. apud
Post. de manuten. & penes Duran. Decis. 145. Ex
quibus manifestè tolluntur, seu corruunt actitata
per D. Barbaram, nec executioni demandari pos-
sunt.

Tantoque magis quia ex depositionibus testiũ
clarè liquet, de tempore restitutionis dotium ex-
titisse tot bona libera, quot sufficiebant pro inte-
grali satisfactione ipsius Barbaræ; quòd autem tẽ-
6 pus dotis restituendæ, † & non anterius, vel po-
sterius attendatur in hac materia ad effectum ha-
bendi regressum ad bona, quæ in Subsidium ca-
dunt in hypothecam voluerunt Doctor. in Auth.
res quæ C. comm. de legat. Cagnol. ad l. fin. num.
273. vers. Paul. de Castr. C. de pact. Natt. cons. 61. n.
8. Molin. de primog. lib. 1. cap. 7. nu. 9. Gabr. cons.
nc. lib. 2. infinitus recensui Allegat. 4. num. 30. l.
1. & secuta est Rot. in dicta Mantuan. dotis 6. Iun.
1636. num. 9. coram Reuerendiss. Coccino Deca-
no, quinimo concludunt quoquè ad existentiam
allodialium de hoc tempore, nẽpe vnius domus,
redditus Scutorum 20. cuius capitale correspõ-
dens extimatur de Scutis quatuorcentum, adeò
vt in illa dicatur satisfacta præter alia mobilia,
quæ iam habuit, quorum mobiliũ consecutio per
D. Barbaram, quatenus non fuisset concludenter
probata, ipsa veniret cogenda ad iurãdum † quòd 7
de bonis mariti ad eius manus nihil peruenerit,
vel quoquomodo distraxerit Gratia. discept. forẽs.
59. n. 16. & discep. 215. num. 43. & seq. dixi Alleg.
5. num. 32. lib. 1. accedunt cumulati per Scac. de
commerc. & camb. §. 7. glos. 5. n. 91.

Vnde cum bona mariti vel ipsa distraxerit, &
consumpserit, seù fuerit in causam † vt in sinistrũ 8
abirent, & eidem aduersus domum liberam com-
petat regressus, & per consequens de tempore re-
stitutionis dotis extarent bona allodialia, super
quibus Dom. Barbara poterat satisfieri, sibi impu-
tet si non curauit suam satisfactionem, vt pul-
chrè considerat Milan. decis. 7. num. 50. lib. 1. sicq;
D. Zeliolus absque recurs. † redditur tutus, nequè
procedi potest ad vlteriorem execut. sed senten-
tia † retractari debet, vt in puncto Manent. decis. 9
12. num. 7. & 27.

Nec dubium, vel scrupulus oriri poterat quin
dominium Eccles. diceretur concludenter proba-
tum, quoniam, vltra partis confessionem concur-
rebant etiam plura alia adminicula † in facto op- 10
timè considerata præter ipsam confessionem &
inuestituram, quibus simul iunctis dominij con-
cludens probatio resultat non solum ad effectum
præmittendæ excussionis, sed etiam ad quemcun-
què alium, tam & si ageretur ad deuolutionem ex
traditis per Ciarl. contr. 6. n. 46. & plenissimè per
Rot. in Romana medietatis domus 5. Mar. 1625.
coram Patriarca Hyerosolimitano nunc est decis.
597. part. 4. tom. 3. recent. & decis. 164. num. 4. &
per totam par. 6. recent. & dicam in peculiari Al-
leg. quæst. est. 13. hoc volum. Quare &c. saluo, &c.

ARGVMENTVM.

Filij in conditione positi, quando su-
mus in descendẽtibus ex leuioribus con-
iecturis censentur vocati, & non tàm ad
portionem Patris, quàm Patruorum. Su-
per fideicommisso aliud fideicommissum
ordinari nequit. Fideicommissum super
emphyteusi consistens non impedit, quo-
minus compræhensus in Inuestitura con-
tractus, & obligationes de emphyt. Ec-
clesiastica, ac ex consuetudine alienabili
accen-

acedente Domini assensu validè facere queat. Factum defuncti illius hæres sine Inuentario etiam in re sibi per fideicommissum debita obseruare tenetur. Inuestituram acceptando hæres de re emphyteotica tanquam deuoluta, quæ non sit, censetur velle fraudare creditores defuncti.

SVMMARIVM.

1 *Filij in conditione positi regulariter non censentur vocati. Contra. num. 2. Fallit concurrentibus coniecturis, de quibus n. 3.*

4 *Singula, quæ non prosunt multa vnita iuuant ad firmandam vocationem filiorum in conditione positorum.*

5 *Filij in conditione positi censentur vocati ad portionem Patris tantum non Patrui. Fallit, vt num. 6.*

7 *Fideicommissa ex alterius testamento debita grauato non veniunt in restitutione fideicommissi.*

8 *Trebellianica non detrahitur de fideicommisso particulari, neq; etiam à liberis primi gradus.*

9 *Emphyteusis, quando extat consuetudo alienandi, non potest subijci fideicommisso, saltem ad effectum successoribus impediendi dictam facultatem, cum qua censetur facta concessio à Domino.*

10 *Hæres sine Inuentario tenetur habere ratam obligationem rei sibi debita per fideicommissum factam, à defuncto. Inuestituram acceptando de re tanquam deuoluta, quæ non sit censetur voluisse fraudare creditores defuncti, num. 12.*

11 *Aditio hæreditatis non recipit protestationes, seu conditiones.*

Allegat. III.

Adsit Deus.



Ex hac vita migrauit Iacobus condito per eum testamento, in quo disposuit, & ordinauit inter cætera in hunc, qui sequitur modum. In omnibus aliis verò bonis stabilibus Testatoris hæredes suos instituit, & ore proprio nominauit prædictos Mag. D.D. Federicũ, & Sigismondũ æqualiter, & æquis portionibus, & ipsis Mag. D.D. Federico, Iulio, & Sigismondo, & altero ipsorum quandocunque decedentibus sine filijs masculis legitimis, & ex legitimo matrimonio procreatis, & natis aliorum, vel alios superstites hæredes substituit, & si cõtingerit ipsos eius filios habere filias fœminas voluit eas maritari iuxta ipsius Mag. D. Testatoris conditionem. Quod fideicommissum præmortuis DD. Sigismondis, qui pariter ordinauit fideicommissum, ad quod ex persona D. Marcelli eius Patris agit pupillus de Donatis, seu de eo excipit ad impediendam executionem rei iudicatæ, iuxta quam pronunciatum fuit DD. Zauarellis pro eorum credito esse adiudicandum, & in effectu adiudicata fuit Curia Corregioli, quæ à diuersis Ecclesijs in emphyteusim recognoscitur; & fuerat in bonis, tàm ipsius Iacobi Patris primo loco fideicommittentis, quàm Sigismondi hius filij posteriori loco fideicommittentis, vide Peregr. de fideicom. art. 28. num. 2. & Fusar. de substit. quæst. 437. num. 246. & hæc facti series hinc inde admittitur, & qua stante, quæritur primo, an Io: Baptista in conditione positus, ab auo, ità dicatur vocatus, vt non potuerit per Patrem grauari fideicõmisso in bonis ab auo prouenientibus. Deindè an bona emphyteutica in personam D. Sigismondi antiqua, & paterna supponi potuerint fideicommisso in præiudicium vocatorum ex Inuestitura stante potissimum consuetudine Mantuana, ex alienandi. Demum an D. Marcellus hæres Io: Baptistæ Ottini sine beneficio legis, & inuentarij teneatur ad obligationes per defunctũ contractas super bonis, ex fideicommisso sibi debitis. Quibus additur quarta inspectio, num scilicet dictus pupillus saltem iuuari possit ex asserta Inuestitura ex gratia speciali, & in odium, ac fraudem creditorum obrepta ab eodem D. Marcello Donato eius Patre.

Admisso igitur, quòd filij † etiam expressè in 1
conditione positi regulariter non censeantur vocati, iuxta opinionem Glos. communiter approbatam in l. Lucius, 85. in verbo liberos, ff. de hæred. instituen. & de qua Hodier. post alios ad Surd. decis. 162. num. 1. Ferentill. ad Buratt. decis. 385. sub num. 10. Cyriac. contro. 365. num. 9. Rota dec. 221. num. 1. & 2. & per totam, vbi reijcit plures coniecturas part. 5. recent. Io. Franc. Andr. contro. 161. num. 1. & controuers. 179. num. 1. tametsi non desint infiniti, qui contrarium tueantur, & ve-
lint ex expressa † filiorum in conditione positio- 2
ne censeri inductam tacitam vocationem, vt videre est ex cumulatis per Fusar. de substit. q. 437. num. 3. & cons. 131. num. 1. Io: Anton. Bellon. cons. 86. numer. 1. Et præsupposito, quòd resolutio huius quæstionis pendeat ex coniectura, vt in hoc conueniunt exercitati Doctores, exterique ab eis adducti hic concurrũt vehementissimæ præsum-

 ptio-

ptiones ex necessitate vocationē arguentes, quas recensent congesti per eos ad Manent. cons.22. quibus adde Altograd cons.45.ex n.23.& Leoncill.decis.Ferrar.82.2 num.10.Florian.Dulphum controuers.42 num.8.Galuan.cons.33.num.47.

Quarum prima est, quia sumus in descendentib. 3 ipsius Testatoris, quo casu leuiores sufficiunt † ad inducendam vocationem filiorum descendentium in conditione positorum ab ascendente, Fachin controuers.iut.cap.51.lib.4.Surd decis.162 num.6.& ibi Hodiern.num.3. Io:Anton.Bellon. cons.86.num.3 Bimius cons.17.num.56. Fusar.de substitut.quæst.437.à num.23. & cons.103.num 1.& 2.& cons.173. num.1. Ferentill. ad Buratt dict.decis.385.sub num.10.vers.quando verò agitur de descendentibus, Rota decis.355. num.2 p. 5.& decis.61.num.5 part.7.recent. Thomat.dec. Macerat.23.à num.4.ad 9.Altograd.cons.45.nu. 51.Leoncill.decis.Ferrar.82.num.10. Iacob.Gall. cons.114.num.32.Giouagn.cons.79.num.7. lib.1. Bimius cons.140 num.2.& cons.210.n.3.& cons. 313.num.4.& cons.321.num.2. Io:Franc.Andre. de controuers.179.num.5.Alea.Galuan.cons.34. num.104.

Secunda vocationis coniectura ex eo est, quia à Testatore filij hæredum institutorum in conditione positi fuerunt, cum qualitate masculinitatis,quam coniecturā amplectuntur,Iacob.Gal.dicto cons.114.num.32.Giouagn.dicto cons.79.nu. 9.lib.1.Bimius cons.149.num.7.& cons.210.num. 5.Io:Anton.Bellon.cons 47.numer.23. Fusar.de substit.quæst.437.num.25.& cons.53.num.9.& 10 Ferentill.ad Buratt.dict.decis.385.sub numer. 10.vers.prima est,Hodiern.ad Surd.decis.162.nu. 5.idem Fusar.cons.37.num.4. vbi ampliat etiam si adsit Statutum excludens fœminas propter masculos,Honded.cons.54.num.31.lib.2 &hæc coniectura transit in offenso pede, quoniam hic Mātuæ quoad descendentes non viget huiusmodi Statutum, & ideò fecisset substitutione masculorum ab intestato filia fœmina exempli gratia, D. Federici exclusisset fratres, seu eius patruos superstites, à quibus tamen quatenus extitisset exclusa remansisset propter substitutionem hæredū institutorum, ac reciprocè substitutorum alijs institutis decedentibus sine filijs masculis,idemFusar.cons.41.n:16.17.& 18.

Tertia coniectura concurrit, quia Testator filios institutos ad inuicem substituit, ex qua inter institutos reciproca substitutione sequitur, vt & filij ipsorum reciprocè grauatorum, dùm positi fuerunt in conditione, fuerunt etiam dispositione vocati, quemadmodum dixerunt Giouagn. cons.79.nu.8.lib.1.Fusar.de substitut. quæst.437. num.82.& cons.38. num.8. vbi quòd neminem vidit dissentire,præter Cephal.& quòd hæc coniectura commouet teneatur, & cons.54.nu.192 Ferentill. ad Buratt. dict. decis. 385 sub num.10. vers. quinta est,Thomat.decis. Macerat.23.num. 18.Rota dict.decis.355.num.3.& 4.par.5. recent. Io:Franc:Andr·contr.85.nu.10.

Quarta accedit coniectura, quia Testator posuit filios hæredum in conditione cum qualitate legitimatis, ac procreationis, ex legitimo matrimonio,Surd.cons.433.num.48.& decis.162 per totam,vbi Hodiern.num.9.Cyriac.controuer.96. num.59.& 60 vbi quòd hæc coniectura iuncta alia satis leui in hac patria habetur pro necessaria,& controuers.352.num.9. Io:Franc.Andreol. controuers.85.num.8. Fusar.de substitut. dict. q. 437.num 64.& cons. 31.num.3. & cons 42. num. 19.& cons.53.num.3.vbi hanc reputat fortissimā coniecturam, illamque defendit a contrarijs, & cons.157.num.8.Iacob.Gall.dicto cons.114 num. 33.Giouagn.dicto cons.79.num.17.& seqq lib.1. Clarlin. controuers.25. num.23. vbi, post alios, concludit hanc solam coniecturam sufficere.Ludouis.decis 329.num.6.Bim.dicto cons.17. sub n. 16.versic.præterea alia adduci post, & cons.149. num.4.& seq.& cons.210.num.4.& cons.219.n. 1.& cons.313 num.5.& cons.321.num.3. & cons. 338.num.5.Io:Anton.Bellon.cons.10. num.4. & 5.& cons.86.num.5.Buratt.dict.decis.385.nu.8. & ibi Ferentill.sub.num.10. vers.secunda coniectura est,vbi tamen concludit hanc coniecturam in Rota Romana haberi pro admodum leui, nisi potentiores concurrant,& vrgeant, quod tamen in præsentiarum non facessit negotium ; dùm enim habemus opinionem Senatus circa vrgentiā istius coniecturæ ex dicta decis.Surdi 162 non est curandum, quid sentiat Rota, vltra quod concurrunt aliæ præsumptiones vocationis filiorum in conditione positorum superius, ac infra indicatæ, & versamur in diuersis terminis, à decisione Burati, in qua agebatur de transuersalibus;sumus autem in descendentibus: respectu quorum infertur Testatorem ponendo filios filiorum in conditione cum qualitate legitimitatis, verè intellexisse vocare ipsos filiorum legitimos,vt,post prædictos plures,censuit Rota Roman.at signāter,ac nouissimè in Veliterna fideicommissi 28. Iunij 1632.coram Verospio, & decis.61. num.7. part.7.recent.Vndè nec curandum quid in oppositum dixerit Rota decis.221.num.11.& 15.pat.5. recent.si quidem ibi agebatur de filijs etiam fœminis, & sic excludebatur ratio conseruandæ agnationis; hic autem solum masculi fuerunt positi in conditione, hæcque coniectura à pluribus alijs coadiuuatur.

Quinta potest addi coniectura ex eo, quod filijs compendiosè substituit. Vndè quemadmodū in vulgari sunt vocati filij in conditione positi, ità etiam debent censeri itidem vocari in fideicōmissaria, quæ pariter continetur in eadem compendiosa, vt vniformis in vtraque substitutionis parte fiat determinatio, Io:Anton.Bellon. dicto cons.86.num.13.Giouagn.dicto cons.79.num.25 lib.1.Fusar.de substit.quæst.437.num 220.& cōs 145.num.18.& dicto cons.157. num.15. Cyriac. dict.controuers.96.num.73.Rota dict.decis.355. num.8.pat.5.recent.Gratian discept.forens.747. num.5.Non desunt tamen, qui hanc coniecturā acerrimè impugnent, vt videre est penès Fusar. de substit.dict.quæst.437.num.221.Giouagn.cōs 82.num.172.lib.1.& Rotam decis.221.num.15. pat.5.recent.Quænam verò ex dictis duabus sententijs verior, ac magis recepta reputetur nostri pro nunc instituti non est indagare; cùm tot aliæ militent

militent præsumptiones vocationis, vt adsq; hac posteriori coniectura omninò censeatur per Testatorem nc potum inducta vocatio.

Sexta succedit coniectura, quia Testator exclusit fæminas, easque mandauit maritari iuxta ipsius Mag.D. Testatoris conditionem, Surd.consf. 67.num.34. Rota decif. 344.num. 16.par.2.recēt. cum adductis per Ferentill. ad Buratt.dict. decis. 385.num.10.vers.vndecima quando, quibus addo Fusar.de substit.quæst.437.num.28.29.& 30. Bim.cons.210. nu. 5.

Septima supradditur coniectura, quia versamur in fideicommisso particulari, in quo iuxta receptissimam, ac à nemine impugnatam opinionem filij in conditione positi censentur vocati, si concurrant aliæ præsumptiones, prout firmant relati per Rustic.de lib.in condit.posit.lib. 3.cap.2. num.10.& 11.Magon.decis. Florent.16. num.30, Fusar.de substit.quæst.437. nu.105. Thomat.dec. Macerat. 23.num.8 Hodiern.ad Surd.decis.162. num.12.Io: Anton.Bellon.cons.50. num.36. Galuan.cons. 33.num.48.Ciarlin.controuers.25. nu. 26. Quod autem fideicommissum istud restrictum ad bona stabilia sit particulare in terminis resolutum habetur apud Peregr.decis.Patauin.96.nu. 7.& tradiderunt cumulati per Fusar. de substit.q. 268.num.4.Ciarlin.dict. controuers.23. num.27. Ludouis.decis.26.n.3.

Octaua demum subiungitur coniectura, quia hic ponunt in conditione per ablatiuum absolutum, quo casu censentur vocati, Rustic. in tract. an,& quando liber.&c.lib.6.cap.4.num.4.Fusar. de substit.dict.quæst.437.ex nu.234.& cons.54. num.18.Riminald.Iuo.cons.661. num.46.& seq. Barz.decis.5. num.3.& 4. Galuan. dicto cons.33. num.53.Bim.cons.221.num.6.Io:Anton.Bellon. cons.50.num.32.Io:Franc.Andreol. dict. contro. 85.nu.9. quibus sanè coniecturis plurimum pro firmanda filiorum in conditione positorum vocatione famulantur clausulæ codicillares, & omni meliori modo, Fusar.dict. quæst.437. num.225. 226.& 227.Barbos.de clausul.95. num.60. Rota decis.61.num.11.par.7.recent.Cyriac. controuer. 252.num.10 Bim.dicto cons.221 nu.8.

Vltimo quando supradictæ præsumptiones vrgentissimæ non sufficerent de per se, & nonnullæ, vti dicebamus, fuerint à Doctoribus, & supremis Tribunalibus aliquando indicatæ minus sufficientes,

4 absquè omni scrupulo omnibus simul † concurrentibus ex necessitate vocationem D.Io:Baptistæ in conditione ab auo Paterno positi inducerent, intrat enim regula, quæ non prosunt singula simul collecta iuuant, & ab hac traditione neminem discrepare dixit Ripa in l.Centurio,15 num.165.ff.de vulg.& pupill., quem sequuntur omnes, vt videre est penès Giouagn.cons.79.nu. 33.lib.4.Bim.dicto cons.149.num.10.& cons.210. num.13.& cons.321.num.9.& cons.347.num.17. & cons.352.num.12. Fusar. dicto cons.54. nu.20. & de substit.dict.quæst.437.numer.14. Thomat. decis.Macerat.23.nu.20.& 21. Io:Anton Bellon. dicto cons.60.num.33.& dicto cons.86.num.14. Rota dict. decis.355.num.9.& 10 part.5.& decis. 61.num.11. in fin. vbi ista allegatur part.7.recent. Hodiern.ad Surd.dict. decis.162.num.13.& seqq. Ludouis.decis.315.num.9.& ibi Beltram numer. 16.& decis.329.num.10. Galuan. dicto cons.33. num.57.Ferentill.ad Buratt.dict.decis 385.num. 10 in fin., vbi quod licèt Iudex vnica solum, aut altera coniectura, nisi sit vrgens, moueri non debeat; tamen cùm concurrunt plures indicium suũ interponere possit, præsertim cùm versemur in descendentibus, in quibus vt superius diximus, leuiores sufficiunt coniecturæ,

Hic autem occurrendum venit obiectioni, quę posset fieri ex regula, quòd filij in conditione positi † quando sunt vocati, censentur solum inuitati ad portionem parentum, Peregr.de fideicom. artic.28.num.19 Gratian.discept.forens.847.nu. 35.Fusar.de substitut.quæst.440. num.5. & cons. 54 num.24. Quæ quidem obiectio pluribus euitatur medijs, & Primo, quia per D Iacobum inter eius filios hæredes institutos facta fuerat reciproca, † quo casu filij filiorum in conditione positi dicuntur vocati non solum ad portionem Patris, sed etiam patruorum, Rota decis.266.num.20.& decis.300.num.8.& 9.par.1.recent Fusar.de substitut.dict.quæst.440.num.11.& cons.24.num.80. & dicto cons.54.num.25.Thomat. decis. Macer. 23.num.29.Io:Franc.Andr.controuers 179.nu.5. Secundo, quia cum D Sigismondo prædecesserint DD.Federicus, & Iulius ipsius fratres, ac Patrui respectiuè dicti Io: Baptistæ, atque per eorũ prædecedentiam ipsorum portiones ex substitutione deuenerint ad Sigismondum, per quam acquisitionem tota hæreditas, seu fideicommissum effectum fuit vnica portio in persona ipsius Sigismondi, inde sequitur, quòd D.Io:Baptista filius ipsius Sigismondi in conditione positus, ac consequenter dispositiuè vocatus, succedat non tàm in portionibus pattuorum, vt ad rem optimè ratiocinatur Ludouis.decis.337.n.3.& seqq. Thomat. decis.Macerat.23.nu.25. Fusar. de substitut. dict. quæst.440.num.15.& 16.& cons.103.num.8.& cons.104.num.6.& 7.Ferron.ad Statut. Vrb. cap. 142.num.8.Tertio, & demum, quia masculi sunt posit. in conditione; quo casu censentur vocati etiam ad portionem patruorum, Iacob.Gall.dicto cons.114.num.40.Cyriac. controuers.302. nu.55. Fusar.de substit.dict.quæst.440.num.19., quæ dixisse sufficiat in præsenti controuersia nullam habente difficultatem. Ex quo sumus in descendente à Testatore, qui sicut ex leuioribus coniecturis censetur vocatus ad portionem Patris ex tot præsumptionibus superius recensitis; ità etiam facilius vocatur ad portionem patruorum mortuorũ sine filijs, Ludouis.dict.337.num.8.cum adductis per Thomat. decis. Macerat. 23. num. 23. 28. & 29. Fusar.cons.144. ex num.14. ac per totum, vbi in præcisis terminis vtranq; conclusionem optimè ad rem nostram comprobat, filios scilicet in conditione positos censeri vocatos, & non tàm ad portionem patris, quàm patruorum, cuius doctrinam sequitur Rota in Romana fideicommissi de Quinque Veneris 11. Ianuarij 1636. coram Pitonano. Io:Franc.Andreol. dict. controu.179 per totam.

Sequitur hinc D.Io:Baptistam vti vocatum ab

7 Auo † in bonis per eum in eius hæreditate relictis non potuisse grauari in eisdem per Patrem, vt in terminis punctualibus determinat Fusar. cons. 131 per tot. & de substitut. quæst. 438. nu. 11: vbi plus dicit, quòd filij filiorum ex dispositione auita vocati non possint per Patrē in testamento inequaliter institui, Nec Pater valeat vnom ex eis cęteris exclusis eliggere, dixi in puncto pro Illustris. D. Marchione Io: Aloysio Gonzaga, atq; per Excelleotiss. Senatum iudicari obtinui, vt ex sententia. & processū in causa præsenti ad probandū exhibitis, faciunt tradita per Merlin. de legitim. lib. 3. tit. 2. quæst 19. num. 6. pro ratione adducebam, quia Fideicommissarius institutus hęres à grauato non dicitur capare bona ab eo, sed à primu Testatore, l. vnum ex familia, 67. §. si falcidia, & §. si duos, vbi Glos. in verb. hæredirsrio, ff. de legat. 2. Suid. cons. 29. num. 4. Cyriac., qui alios allegat, controu. 283. num. 2°. Ex quibos cùm euidenter appareat de vocatione D. In: Bapt. ac purificatione substitutionis auitæ in eius personam, neque bonorum identitas controuertator simulque tuentes Iura ipsius pupilli admittāt per filios D. Iacobi factam fuisse detractiones, vltra quòd ex fideicommisso particulari Trebellianica
8 † non detrahitur, neque etiam à liberis primi gradus, Pereg. dict. decis. 96. sub nu. 7. vers. immo si, Io: Antoo. Bellon cons. 57. num. 37. & 38., ideò fatendum venit ipsum potuisse de dictis bonis liberè disponere, atque ergo DD. Fratres de Zauatellis, seu eorum Patrem valide se, ac bona huiusmodi obligare in nihilo resistente fideicommisso D. Sigismondi. Quod extare, purificatumque esse in personam D. Marcelli censuit Illustriss. Senatus, nec nos impugnamus. Quatenus verò subiūxit in eius sententia Curiam Corregioli, quæ fuerat etiam in bonis D. Iacobi fideicōmittentis venire in hoc posteriori fideicommisso, absolutè negamus, quemadmodum pro expedito habemus, quòd ità quoque Senatus Excellentiss. iudicauisset: si de prædicta facti serie exitisset informatus. Verum præsupposito etiam, quòd Senatus in prædictis instructus pronunciauerit in fauorem prætendentis fideicommissum ex testamento D. Sigismondi, non ideò Illustriss. Ducalis Magistratus supremum Tribunal ligatas habet manus, quin aliter iudicare valeat. Dixi pro Illustriss. D. Marchione Malaspina, dùm Propretuiàm exerceret Illustriss. D. Hippolitus Castellus nunc ex Condominis Magistratus, & sic non repeto, rogana eum reassumere nostras Iuris Allegationes in hoc puncto conscriptas, & iuxta ipsemet iudicauit; per tex. in l. nemo Iudex, 13. C. de sent. & interloc. om. iudic., quem, post alios tunc adductos, interpretatur Lotierez. de re benefic. in apparat. num. 81.

Vltra quòd DD. Fratres de Zauarellis, & sic ingredior secundum articulum, aliundè, ac iure optimo prætendunt dictam Curiam saltem bubulc.
9 100. cum ædificijs, vti emphyteoticam Ecclesiæ † Sancti Iacobi, & Philippi, & de qua etiam D. Iacobus auus Paternus ipsius D. Io: Baptistæ fuerat inuestitus, eamque in hæreditate relinquerat, attenta potissimum Mantuana consuetudine alienandi feuda, & emphyteotica non potuisse in præiudicium vocatorum supponi fideicommisso, ac consequenter fieri in alienabilem, & cuiuscunq; obligationis incapacem, ex traditis per Cut. Iun. cons. 171. per totum, Bardellon. cons. 93. num. 72. lib. 1 Manent. de contract. liuel. sect. 7. num. 16, Cyriac. contro. 145. num. 21. & contro. 324. nu. 22., vbi quòd in tantum valet fideicommissum super feudo, in quantum vasallus non alienat, disponit, aut validè obligat feudum, & controu. 275. num. 10. & ità iudicauit Senatus, vt ex sententia in actis producta, atque etiam amplissimus iste ordo sedentibus DD. Croua, & Moibiolo, vt in eorum decisione, ibi, quia consuetudo Mantuana alienandi feuda non habet locum per vltimā voluntatem, & in terminis rei emphyteoticæ, Gamma decis. 218. num. 3. & Io & latius diximus pro D. Marchionissa Spoluerina in Iuriom Allegationibus, quæ dantur, quibus non obstant deducta pro DD. Com. pupillis Facipecora de Panesijs, si quidem non apparebit ibi de aliqua obligatione feudalium per successorem validè, atque cum Domini assensu contracta, nec creditori suffragabatur in feudo licentia post obitum vasalli debitoris obtenta: iam enim dictis pupillis ios erat acquisitum tàm ex inuestitura, quàm ex fideicommisso. Vndè cùm D. Marcellus, atque illius filios ab anno 1635. vsque in præsens, quorum intuitu iam fideicommissum D. Sigismondi, quatenus extaret expirauerat, percepissent fructus dictarum bubul: 100. (quæ omni in casu vinculati non poterant fideicommisso) spectantes ad ipsos DD. Fratres de Zauatellis iure merito in residuo dictæ possessionis venitent reintegrandi iuxta dictorum fructuum futuram liquidationem quod tamē dictum sit ex abundanti: quippè quia huiusmodi fideicommissum viribus nequaquam subsistere potuit.

Minus difficultaris habet tertius articulus, si quidem in eo conueniunt omnes, quod hæres sine inuentario † teneatur seruare factum defuncti etiam in rebus sibi per fideicommissum debitis, vt cumulatis iuribus, doctrinis, & auctoritatibus nouissimè tradiderunt Fusar. de substitut. q. 557. num. 1. & per tot. Hodiern. ad Surd. decis. 315 num. 4. & 5. Cyriac. controu. 11. num. 42. & controu. 160 num. 74. & 78. & controu. 277. num. 8. & 9. Io: Anton. Bellon. cons. 70. nu. 12., vbi quòd hæres non conficiens inuentarium obligetur æri alieno Testatoris, etiam vltra vires hæreditarias, & consil. 99. sub numero 25. versicol. at iure nouo, Rota decis. 4. num. 6. & seqq. & decis. 31. nu. 4. 5. & 6. & decis. 349. num. 2. & per tot. part. 5. & decis. 39. à num. 1. ad 7., vbi quòd conclusio procedat etiam si aliundè hæres probare possset, vel notoriè constaret hæreditatem non fuisse soluendo part. 6. recent. Ferentill. ad Buratt. decis. 257. num. 23. vers. verum hæc limitatio non habet locum, & decis. 251 num. 6. & 7. Io: Franc. Andreol. controu. 93. num. 9. & 10. & controu. 101. per totam nouissimè, & in terminis Anton. Leoncill. d. 8. ex num. 13. vsque ad fin. decis., cum sexcentis alijs, quos lubens omitto, & videri poterunt penès præcitatos Doctores, dixi Allegat. 23. num. 11. fol. 10

Digitized by Google

417.lib.& in annot.ad Manent.consl.40.Cui sanè conclusioni omninò indobitatæ, nec resistit protestatio admissa in adiectione hæreditatis per D. Marcellum, quod nimirum conficere intendebat inuentarium, nec sibi præiudicare in fideicómmisso sibi in bonis defuncti auunculi debito ex dispositione fideicommissaria per D Sigismondũ eius auum maternum inita. Tùm quia inuentariũ
1 non suit postea confectum, † & sic quoad istud protestatio non suffragatur. Tùm quia aditio hæreditatis in factu secuta non recipit istas protestationes, Seraph. decis. 40. num. 3.

Inuestitura demum, quam collusiuè, & ad frau-
2 dandos creditores † obrepsit ex gratia speciali D. Marcellus in antiqua Inuestitura, & concessione comprehensus sub prætextu caducitatis ob non solutos canones nullum facessit negotium, nec indiget nostra confutatione, eam si quidem acerrimè, ac ex professo damnant, Bart. in l. si res, 3. ff. quib. mod. pign. soln. Clar. in §. emphyteusis, qu. 8. num. 14. in fin. Corbul. de iur. emphyt. tit. de priuat. ob non solut. canon. ampliat. 8. num. 10, Grat. cons. 133. per tot. lib. 1 Caualer. decis. 398. n. 8. Gratian. discept. forens. 88. sub num. 41. vers. procederet quando, Surd. decis. 102. num. 17. & sub num. 20. Manent. cons. 97. vbi annotauimus Mantic. videndus decis. 373. num. 4., sicuti ergò tanquam manifesta fraude conspersa producta nõ extitit, ità neque allegari merebatur.

Hæc sunt fundamenta ex scripturis ab interuenientibus pro pupillo Donato exhibitis desũpta, atque in odium eiusdem pupilli aptè retorta; quæ prætensi fideicommissi exceptionem super bonis controuersis in præsenti casu non turbidãt neque profundissimæ indaginis duntaxat, sed futilem penitùs omninò vacuam, inanem prorsus, ac vndequaque ridiculam, ea alterius perseuerãtibus renunciant. Nec res iudicata Illustrissimi Senatus prędictis in facto, aut Iure nequaquam propositis, neque exceptis tanquam res inter alios acta, ex rationibus ad præsens iudicium non conferentibus, illo tamen optimè accomodatis, ac stantibus rebus, prout tunc aduersus Oratoriũ Doctrinæ Christianæ stabant emanata non applicabatur. Dùm ergò hisce medijs Illustrissimi Ducalis Magistratus pronunciam pro iurium exiguitate contueri, & DD. Fratres de Zauarellis in eorum quieta, ac pacifica possessione prædij Corregiolorum post tot, tantosque exantlatos labores ritè, ac rectè, legitimèque parta confouere satagimus, Senatus consultum huiusmodi impugnare non intelligimus, quinimmo illud in suis terminis anxiè, omniq; studio venerari, vt semper profitemur.

Quare, &c. Saluo. &c.

A R G V M E N T V M.

Statutum Mantuæ sub Rubrica qualiter inuestitur: ad affictum & explanatur.

S V M M A R I V M.

1 *EMphyteuta cum assensu Domini, aut praeuia denunciatione emphyteusim potest alienare in alienatione emphyteusis tenetur praferre Dominum nu. 3.*

2 *Denunciatio facienda Domino ante alienationem emphyteusis per concessionem praeambulam assensus Domini censetur remissa & nu. 3.*

4 *Assensum Domini interuenisse in alienatione emphyteusi ex lapsu decem annorum arguitur.*

5 *Casus statuto omissus remanet in dispositione Iuris communis.*

6 *Statutum quod potest corrigere Ius commune in vno, & in duobus, est intelligendum, vt in vno tantum corrigat. Ita inter praestandum, vt non contineat perplexitatem n. 10.*

7 *L. fin. C. de Iur emphyt. exorbitat à Iure.*

8 *Statutum Mantuae sub Rubr. qualiter inuest. ad affict. exorbitat à Iure.*

9 *Determinatio plura respiciens determinabilia ea pariformiter determinat.*

11 *Statuti qualitatem probare tenetur qui se fundat in ea.*

12 *Dictio, semper, perpetuitatẽ obligationis quoad tempus indicat, ac omnes casus amplectitur.*

14 *Creditor possidens pignus non potest fideiussorem molestare.*

15 *Fideiussores conueniri nequeunt non excussa prius principali.*

Allegat. IV.

Adsit Deus.

IVtistarum omnium in consensu est, quòd Emphyteuta, † siue Liuellarius emphyteu- 1
ticam rem vendere, seù alias quomodolibet distrahere impunè valeat, dummodò assensus Domini accedat, aut denunciatio interueniat, ad text. in l. fin. C. de iur. emphyt. Ex quo sanè textu colligitur, quòd vbi Dominus alienationi præstat assensum, alia Iuris solemnitas pro validitate alienationis non requiratur; itaut denunciatio subintret in renitentiã Domini, licẽtiã non præbentis: si quidem per licentiam Emphy-
teutæ concessam, † vt possit alienare, censetur Do- 2
minus remisisse denunciationem, quæ secluso assensu Domino fieri deberet, Corbul de caus. priuat. ob alienat. nu. 8. fol. mihi 141. Adam. à Punt. quæst. laudim. 5., vbi quòd assensus Domini, & licentia succedat loco præambulæ denunciationis
† & in terminis Statuti Mantuani sub rub. quali- 3
ter inuest. ad affict, cuius verba recitantur per Manent de contract. linell. quæst. 16. sub num. 11., quòd nimirum illius dispositio non intret, nec requiratur denunciatio, si adhibitus fuit Domini

Digitized by Google

assensus,Cyriac.controuer.309. numer.12. & 15.
Ex prætenso igitùr defectu assensus in aliena-
tione facta per Dominum Riechinum Domina-
bus Sororibus de Grignanis,Dominę Sorores de
Nuuolonibus ab initio aduersus Dominum Rie-
chinum egerunt pro liuellis,sub prætextu, quòd
adhuc remaneret obligatus, eò quod sine licen-
tia Domini distractum fuerit. Verum cum ex
præsumptionibus in facto concurrentibus li-
centiæ interuentus satis resultaret, maximè quia
dictę de Grignanis per longum tempus vltra de-
4 cem annos † in pacifica possessionem rei liuella-
riæ permanserunt, nam ex diuturnitate tem-
poris, & ex longa patientia annorum decem
intrat coniectura, licentiam Domini interuenis-
se, Alexand.cons.113.nu.10.lib.4.Ruland.cons.
99.num.25.lib.2. Bardell.cons.8. num.16. Clar.
in §. Emphyt.quæst.15.numer.13.Corbul.de Iur.
Emphyt.de caus.priuat.ab alienat.limitat.31.per
totam,Gracian.discept forens.433.num.57.Api-
cell.allegat.8.num.56.Ideò dictæ Sorores de Nu-
uolonibus conuolarunt ad remedium Statuti, dū
pro certo scirent in actione intentata ex defectu
allegato assensus malam causam se fouere.
Cæterum dicebamus nos,& nunc replicamus,
dispositionem dicti Statuti ad præsentem contro-
uersiam minimè applicari. Dùm enim Statutum
huiusmodi sub. rubr. qualiter inuestit.&c. nec
verbum quidèm facit, quando Dominus licentiā
impertiuit, sequitur proindè nos versari in casu
5 omisso,† ac consequenter decidendo iuxta Iuris
communis dispositionem, l. commodissimè, 10.
ff.de liber.& post hum.l.si extraneos,6.ff.de con-
dit.caus.dat.Mar.Medic.decis. Senens.20. nu.33.
& decis.78.num.1.Fenzon.ad Statut. Vrb. capit.
141.num.46.& cap.175.num.9. Altograd.cons.64
num.3.Buratt.decis.22.nu.18.vbi fundunt, quòd
in dubio ità intelligi debeat Statutum, vt Iuri
communi quasi minimè deroget.Atquè satis cen-
seri debet in facti contingentia, quòd Statutum
prædictum operetur in casu denunciationis, non
etiam si absquè alia requisitione circa prælationē
quam Dominus in re emphyteutica habet, Do-
minus liberè assensum præstiterit. Quia vbi Sta-
6 tutum contra Ius commune potest in vno, † vel
pluribus casibus operari, ità debet intelligi,vt in
vno casu duntaxat effectum producat, vt post a-
lios ratiocinatur Fenzon.ad Statut.Vrb.dicto cap.
175.num.9 & 10.Altograd.cons.4.num.18.19.&
26.Buratt.decis.167.num.5.& seq. & decis.211.
num.18.Andreol.contron.4.num.17.Mar.Medi.
dicta decis.20.num.28.& seqq. Thomat. decis.
Macerat.46.num.20.& sequent.Anton.de Amat.
resolut.1.num.46.& sequent. Camulc.decis. Bo-
nuniens.53.nu.9.& 10.
Quòd autem Statut. exorbitet à Iure,ac corre-
ctorium Iuris reputetur secundùm diuersas eius
partes, ex eo dignoscitur, tùm quia impedit libe-
ram contrahendi de re sua potestatem, qua ratio-
7 ne etiam dispositionem l.fin. † C.de Iur.Emphy-
teusi exorbitantem dici tradunt Grat. cons.133.
num.17.& 21.lib.1.Cald.de extinct.emphyt.cap.3.
num.12.Anton.Nig.de execut.rei iud.cap.13.§.2
92 num.1.& latius exonerat Alex.Galuan.cons.10
num.20.& seq. Tùm quia, cùm prævia licentia,
vel denunciatione, si Emphyteuta vtile Domi-
nium vendiderit, omnimodè liberatus existat à
nexu,& obligatione soluendi canones,vt in prio-
ribus scriptis comprobaueram Iure communi in-
dubitatissimum sit, in casu tamen secutæ aliena-
tionis per denunciationem, Statutum adhuc dis-
ponit,quòd Venditor emphyteusis remaneat vti
Fideiussor obligatus, inde negari nō potest, quin
Statutum exorbitans,† ac correctorium non eua- 8
dat, ac consequenter illius dispositio trahi ne-
quit ad alterum casum, adhibiti, aut præsumpti
assensus, in quo quidèm nos versari acta per
partem aduersam facta in toto processu suadent,
tametsi in expeditione causæ confugium ad
dictam Statuti dispositionem arripuerit,& vbi in
principio,ac progressu litis Dominum Riechinū,
tanquam principalem liuellarium conuenerunt
beneficio eiusdem Statuti, vti Fideicommissorem
condemnari nouissimè satagunt. Et non eundo
per mendicata suffragia,quòd Statutum huiusmo-
di odiosum sit deuians à Iure communi, & in
quantum fieri potest restringendum, post Rot.d.
3.nu.10.p.2.diuers.tradidit Manent.de contract.
liuellar.qu.15.sub num.46.iuncto num.51.cum
seqq.
Nequè ex eo, quòd Statutum disponit vendi-
torem emphyteusis fideiussorem semper teneri
erga Dominum pro affictu, & Iure dominij ven-
dito,siue Dominus Emptorem inuestiuerit, siue
non; arguitur extensio, seu comprehensio vtrius-
que casus in Statuto, nimirum quando concessit
ab initio licentiam, & quando post denunciatio-
nem ad Inuestituram admisit: Mens namque ge-
nuina Statuentium ea fuit quòd tali in casu præ-
missæ denunciationis, ac renitentiæ Domini in
vtendo prælatione pro affictu, & Iure dominij
vendito,semper Venditor vti fideiussor ipsi Do-
mino teneretur, tametsi Emptori Inuestituram
fecisset,non reseruato aduersus Venditorem Iure
exigendi Canones,perinde ac si Dominus veluti
coactus ad inuestiendum releuetur in eo ex for-
ma Statuti,quòd possit sibi reseruare Ius dominij
& Venditorem pro fideiussore retineat, tametsi
expressè de prædicta reseruatione sibi nō cauerit;
quæ intelligētia suadetur ex eo clausula illa, sal-
uo eius affictu, & Iure, regulatur ab eodem ver-
bo,inuestiuerit,itaut Statuentes voluerint Ven-
ditorem obligatum Domino remanere pro affi-
ctu vendito,tam & si Inuestitura sibi eum reser-
uauerit,quàm si non,quia determinatio † vna p'u 9
ra respiciens determinabilia,debet ea pariformi-
ter determinare,l.iam hoc iure,4.ff.de vulgari,&
pupill.subst.l.quamuis,4.C.ead.de Cyria. contr.
97.num.15.& 16.& controuers.145.nu.48.Fen-
zon.ad Statut.Vrb.cap.69.nu.17.in fin.& 18.Lu-
dou. dec.190. numero 2. & optimè ad rem no-
stram Ioan.Franc.Andreol. controuers.30. nu.5.
& 6.
Prædicta autem Statuti interpretatio eò ma-
gis amplectenda venit, quia aliàs, vti dicebamus
in præcedenti Iuris allegatione, absurdum con-
tineret, quòd nimirum Emphyteuta nouus per
assensum à Domino approbaretur, & liberatus
exi-

existeret Venditor, & nihilominus nexu fideius-
sionis esset obstrictus; semper enim ità Statutum
10 interpretari debemus, † ne perplexitatem, repu-
gnantiam, atquè absurdum præscribat, vt præter
tunc adductos, tradit Alrograd. cons. 9. nume 89.
Mar. Medic. decis. Senens. 77. num. 16. & 17. Præ-
ter quam quod cùm dispositio Statuti inducentis
erga Dominum pro Canone præcedat ex præsup-
11 posito denunciationis, † ad effectum, vt illa intra-
ret in presentiarum, necesse fuisset prius præsup-
positum verificari, ex Glos. in l. Mancipia, §. in
verbo anocandum, C. de seru. fugit. Surd. decis.
65. nu. 28. Neque enim Statutum habet locum,
nisi antecedenter appareat eius qualitate cócur-
rere, Cyriac. controu. 370. num. 9. Thomat. decis.
Macerat. 68. num. 69. Camuncui decis. Bonon. 8.
num. 1. Mar. Medic. ad decis. Sen. examinant. 44. n.
36. Ex quibus satis liquerre existimamus nos ne-
quaquam in dispositione statutaria versarij, quip-
pè quoniam ex facti circumstantijs superiùs, & a-
lias in Iure deductis pro indubitato habemus Do-
minum Ricchinum non priùs vendidisse, quàm
resseruauerit, ac successiuè assēsum à Domino ob-
tinuerit.

Admisso tamen citra veritatis noxam, quòd
Statutum vtroque in casu tam assensus obtenti,
quàm denunciationis sibi locum vindicaret, ad-
huc Dominus Ricchinus non posset molestari,
quoniam cùm Statutum velit, & disponat, quòd
pro affictu vendito Venditor ipse semper tenea-
tur vti fideiussor, indè fit illius dispositionem nó
posse verificari, nisi in persona primi Emphyteu-
12 tæ, propter illam dictionem, semper, † quæ per-
petuitatem obligationis, quoad tempus indicat,
ac omnes casus amplectitur, Glos & Doct. in l. 1.
ff. solut. matrimon. Surd. decis. 117. num. 4. & dec.
255. num. 7. & cons. 281. num. 20. Rota decis. 284.
num. 37. p. 6. recent. Bardellon. cons. 95. num. 13.
& seq. Leoncill. decis. Ferrar. 56. num. 4. Mar. Me-
dic. dec. Senens. 4. num. 16. Qua stante temporis,
ac casuum generalitate importata per illam di-
ctionem, semper, sequitur dispositionem ipsam
Statuti, non posse verificari, nisi in primo Emphy
teuta, qui non obstante alienatione per eum fa-
cta semper vti fideiussor remanet pro canone o-
bligatus; itaut nunquam cesset eius obligatio,
tametsi ab vno in alium, ac successiuè in alios trā-
seat emphyteusis. Quare cùm Dominus Ricchi-
nus non sit primus, sed à primo causam habuerit,
ideò Statutum non ipsi, sed Domino Martino e-
ius auctori tantum applicatur. Quæ interpreta-
tio quoad primum emphyteusis Acquisitoré ma-
ximam habeat annexam æquitatem, ratione gra-
titudinis primi Emphyteutæ erga Dominum, qui
eum elegit; adeout non incongruum reputetur,
vt maneat pro fideiussore obligatus in casu di-
stractionis rei emphyteoticæ, quæmadmodum ex
13 æquitate prouenit, † quòd in ipsa emphyteusi vé-
dita Domino competat prælatio, Grat dict. cons.
133. num. 4. lib. 1. Surd. cons. 282. num. 19. Anton.
Nig. de execut. rei iud. cap. 13. dicto §. 2. num. 3.
& 4. Rota in iandem. deuolutionis. 9. Decembris
1599. coram Corduba es decis. 613. nu. 30. part. 4.
recent. tom. 2.

Accedit insuper, quòd vbi etiam admitterē-
mus Dominum Ricchinum eius obligatio à die,
quò dictæ Sorores occuparunt prædium, non tā
in emphyteusim concessum, verum etiam por-
tionem liberè venditam, vel enim id fecerunt in
extinctionem linelli, & satisfactionem earú præ-
tensi crediti, & tunc cessat omnis dubitandi, seu
molestandi ipsum Dominum Ricchinum occa-
sio, vel adeptæ sunt possessiones loco pignoris, &
hypothecæ, & tunc intrat conclusio, iuxta quam
Creditor pignus habens, † non potest molestare 14
Fideiussorem, Glos. in §. si quis igitur, in verbo sa-
met. Auth. de fideiuss. Maor. de fideiuss. cap. 19. per
tot. fol. 244. Thomat. decis. Macerat. 100. n. 22.

Et prædicta militant quoad merita causæ, in
quibus apparet Dominum Ricchinum esse in ca-
su victoriæ, attentis maximè deductis in priori
Iuris allegatione, respectu ordinis ipsius iudicij,
valdè durum videtur, quòd Dominus Ricchinus
sub prætextu fideiussionis à Statuto Venditori
emphyteusis iniunctæ in gratiam Domini conué-
niatur, ipse, ac condemnetur, antequam princi-
palis debitor adhuc in iudicium fuerit vocatus,
cùm tamen ex Iuris communis dispositione, &
strictiùs ex censura Statutorum Mantuæ Fideius-
sores cóueniri nequeant, nisi priùs excusso prin-
cipali, ac non soluendo pronunciato, Auth. præ-
sente, C. de fideiuss. & latiùs examinant Maur. de
fideiuss. cap. 11. num. 11. cum pluribus sequent. fol.
336. Anton. Nig. de execut. rei iud. cap. 2. §. 4. n.
1. & seqq. Et quod magis est, neque etiam con-
stat debitores principales debitores esse. Et ita
iudicatum.

Quare, &c. Saluo, &c.

ARGVMENTVM.

In bonis feudalibus pro satisfactionem
crediti quis præferatur, an qui primo ob-
tinuit assensum, quamuis posterior in cre-
dito, An verò, qui est prior in credito, li-
cèt sit posterior in consequenda licentia.

SVMMARIVM.

1 *SAluiani extrema qua..*
Emptor qui prima obtinuit assensum, præ-
fertur ei, qui secundò obtinuit quamuis sit
anterior in credito contra num. 3.

Allegatio V.

Adsit Deus.

DVbitandum non est, quin extrema ad
obtinendum in Saluiano requisita, † 1
nempe creditum cum hypoteca, &
possessio debitoris de tépore obliga-
tionis, & moderna possessio rei conuenti proba-
ta

Digitized by Google

ta clatè non extiterint; & propterea immissio quoquè in num. Salniaui venit concedenda Rot. apud Pacific.de Salniau.dec.26. num.1. Thomat. dec. Maceraten.13.à num.9.& dec.26.num.10.& 11.Buratt.dec.420.num 1.Rota apud Post.dec.120 num.3.&: decis.206.num.6. & decil. 219. num.4.

Nec obstat, quod simus in bonis feudalibus emptis ab ipsis de Canappia antequam ex parte nostri principalis obtineretur licentia Domini directi. Vnde videtur intrare conclusio, quod ip-
2 se emptor † præferri debeat in re vendita, quippe qui assensum primo impetrauit tametsi posterior in assensum Domini, sit prior in credito atquè Iure hypotecæ Afflict. dec. 286. per totam Pacif. cōs 18. per totum presertim sub nu. 10. vol. 1. Manet. de Contract. liuell. quæst. 1. par. 14. num. 4. cum alijs, quos allegat, & sequitur Cyriac. controuers. 119. num. 10. & seq. & contro 328. à num. 1. & ita resolutum fuit in Romana Vineæ 28. Februarij 1628. & in eadem 26. Iunij 1628. coram Vitili Gratia discep. 730. num. 12. 13. & 14. latè Io: Bapt. Biloct. conclus. feud. 47. per tot. vbi etiam de prælat. creditorum in pretio feudi.

Quoniam contraria opinio est verior, & quòd
3 licentia † retrotrahatur etiam in preiudic. tertij voluerunt Capic. dec. 182. num. 16. Bursat. cons. 76. num. 48. 50. & 51. vbi quod hęc opinio transit inoffenso pede attenta consuetudine Mantuana alienandi feuda, circa quod cessat omnis amaritudo, & dubitādi ansa attenta canonizatione huius opinionis per Senatum Excellentissimum in causa Gonzaga, vt apparet ex decis. compilata per Illustrissimum D. meum Senatorem f. Co: Felicem Mottonum meritissimum Commissarium Episcopatus articulo primo per totum. Ex quibus non est curandum, quid senserint cæteri Doctores in contrarium relati, & petita immissio venit concedenda. Et ità iudicatum fuit. Quod tamen fallit vbi adest obligatio feudalium ab habito assensu cum clausula & non aliter nec alio modo.

Quare, &c. Saluo, &c.

ARGVMENTVM.

Iura producta, & processus exhibiti in Iudicio in tantum probant, in quantum parti cōmunicantur, & hoc in patria Mātuana duplici Statuto disponitur, adeo vt hanc solemnitatem etiam, quia habet annexam partis defensionem Iudices, sola facti veritate inspecta, cognoscentes prætermittere nequeant. Immissio ex Saluiano non datur contra habentem hypotecam anteriorem, & exceptione fideicommissi illicò probati impeditur. Cessioni Iurium obtentæ ab eo, qui possidet, nec Ius muncipale, nec commune resistunt. Vocato proximiore is succedit, qui se probat in gradu successibili, cessante concursu. Identitas pluribus hic recensitis incontinenti probari. Saluianum non competit contra tertium possessorem bonorū emphyteoticorum, stante Statuto Mantuæ, nisi constet de speciali eorum hypoteca, cum licentia Domini, quē defectum potest allegare tertius, tam & si bona huiusmodi absque licentia acquisiuerit. Imperator, Rex, cæterique Principes inuestiti de feudo, vel emphyteusi, ab inferiore tenentur sicut reliqui in his, quæ veniunt ex natura horum contractuum.

SVMMARIVM.

1 *SEntentia lata in Salniano interdicto, quādocunque de illius iniustitia constat retractari potest, secundum Stat. Mant.*
2 *Actus faciendus facilius impeditur, quam tollatur factus.*
3 *Sententia, & res iudicata, non attenduntur à supremis Tribunalibus, quandocunque appareat de errore, aut iniustitia earum.*
4 *Saluiani extremum sunt creditum, & hypotheca.*
5 *Instrumentum probat creditum cum hypotheca.*
6 *Instrumentorum exhibitio incontinenti rehabitorum, nihil probat.*
7 *Productio Iurium non releuat denegata editione parti petenti.*
8 *Processus, & sententia sunt nulla, quoties parti, præsertim instanti non fuit edita copia.*
9 *Iudex non potest se fundare in his, quæ actualiter producta non fuerunt, etiam si coram eo producta sint in alia causa.*
10 *Productio verbalis, non probat.*
11 *Productum verbaliter, non dicitur productum, sed allegatum.*
12 *Productio verbalis producenti, non nocet.*
13 *Productio si non est realis, quamquam ipsa sit de actis, Iura tamen ipsa non sunt de actis.*
14 *Clausula sola facti veritate inspecta, tollit Iuris solemnitates, & apices.*
15 *Ordo circa robur sententiarum Senatus recitatur.*
16 *Clausula sola facti veritate inspecta, non tollit defensionem.*
17 *Iura ex Statuto Mantuæ sunt producenda, & parti communicanda.*
18 *Clausula sola facti veritate inspecta, non tollit prouisiones de Iure municipali.*
19 *Actio non datur fideiussori ante conditionis euentum solutionis per eum faciendæ.*
20 *Conditionis ante euentum, cessat omnis obligatio.*
21 *Iudicium non potest institui sub conditione, quæ ea pendente non sit extitura.*
22 *Sententia lata super libello inepto, est nulla.*
23 *Clausula sola facti veritate inspecta, efficit vt possit pronunciari super inepto libello.*
24 *Clausulæ salutares saluant libellum ab ineptitudine.*

tudine, & dant facultatem Iudicandi super remedio habili.

25 *Clausula salutares non tribuunt actionem non habenti.*

26 *Saluiano vtili e onuentus potest efferre creditū actori, & liberare rem possessam.*

27 *Agens ex Saluiano, pulsat rem, vt habeat quātitatem.*

28 *Sententia super re incerto, ferri non potest.*

29 *Libellus incertus non procedit, siue opponatur siue non opponatur de incertitudine, dummodo res non sit certificata in discussione.*

30 *Saluianum substantiatur in credito, & hypotheca.*

31 *Immissio ex Saluiano in minimo exeessiua, corruit in totum.*

32 *Immissio ex Saluiano non datur contra habentem hypothecam anteriorem.*

33 *Cessionarius posterior ex Iuribus cessis, succedit in locum creditoris anterioris, & excludit posteriores.*

34 *Ordo Patria Mantuana, prafert venditorem in re propria anterioribus creditoribus.*

35 *Cessio rei litigiosa nullius est momentis, & simulata prasumitur.*

36 *Cessionis simulationem, tertius allegare non potest.*

37 *Cessionem, qui possidet etiam lite pendente procurare potest.*

38 *Cessio crediti indubitati, non prasumitur simulata.*

39 *L. per diuersas. C. mandat. in quibus terminis procedat.*

40 *Exceptio fideicommissi turbida, non retardat immissionem ex Saluiano.*

41 *Exceptio fideicommissi incontinenti probati, retardat immissionem, ex Saluiano.*

42 *Fideicommissum dicitur incontinenti probatum, quando super est solum disputatio Iuris.*

43 *Proximitatem sufficit probare, absque eo, quod probetur, non adesse proximiores cessante concursu, & quando vocatur simpliciter proximior.*

44 *Res aliena hypothecari nequit.*

45 *Alienatio facta cum Decreto Principis est nulla, si pecunia ex forma ipsius Decreti inuestienda, non inuestiantur.*

46 *Clausula non aliter, nec alio modo importat cōditionem suspensiuam, & facit ve nihil videatur actum non impleta conditione.*

47 *Clausula non aliter, nec alio modo est limitatiua voluntatis, & praseruatiua sui Iuris in casu contrario.*

48 *Clausula non aliter, nec alio modo in venditione apposita operatur, vt dominium rei vēdita retro, transferatur in vendutentem.*

49 *Implementum respiciens causam finalem, si deficiat contractus corruit.*

50 *Descendentia probatur ex Instrumentis.*

51 *Identitas probatur ex confessione haredis contra ipsum, & causam habentes ab eo.*

52 *Identitas rei probatur ex identitate nominis.*

53 *Identitatis probatio facta in vno indicio, quod bona essent testatoris, probat in alio.*

54 *Identitas rei probatur si constet testatorem reliquisse in ea regione, & appareat quod hares in eadem regione vendiderit.*

55 *Singula qua non prosunt simul collecta iuuant.*

56 *Cessionarius in omnibus personam cedentis repraesentat.*

57 *Proximior in fideicommissis excludit remotiorem.*

58 *Gradus quomodo computandi in linea transuersali.*

59 *Successio vsque ad decimum gradum, de Iure defertur.*

60 *Saluianum non datur vbi hypotheca non adest.*

61 *Emphyteotica Mantua absque Domini assensu, obligari nequeunt.*

62 *Emphyteotica de Iure communi cadunt in generalem hypothecam.*

63 *Emphyteotica fauore dotis veniunt in generali hypotheca, siue licentia Domini, etiam si statutum prohibeat ea hypothecari absque assensu.*

64 *Saluianum non competit contra emphyteusim, vbi per statutum prohibentur hypothecari sine licentia, quando de ea non constat.*

65 *Caducitatem tertius allegare nequit, nec in ea se fundare, nisi constet Dominum velle eum cecidisse.*

66 *Consensus resultans ex actibus positiuis, non se extendit vltra illos actus.*

67 *Principes statuto non ligantur.*

68 *Imperator, vel Rex inuestitus ab inferiore de feudo, vel emphyteusi, quoad ipsa indicantur sicut vassalli.*

69 *Argumentum ab emphyteusi ad feudum, & vice versa sustinetur.*

70 *Emphyteusis an laicalis, vel ecclesiastica, quam laici recognoscunt an emphyteota laico principaliter inuestito ab Ecclesia.*

71 *Emphyteusis Ecclesiastica cadit sub statuto Ecclesia fauorabili, quemadmodum est illud Patria Mantuana, quod sine licentia non possit obligari.*

72 *Emphyteusim ab Ecclesia recipiens, censetur se conformare statutis.*

Allegatio VI.

Adsit Deus

PRopter assertas vexationes, quibus ab Excellentissima Domina Alfonsina Gonzaga de Madrucijs, vrgebantur Fratres de Trimerijs ob fideiussionem alias præstitam Serenissimo quondam Vincentio Gonzagæ Mantuæ, ac Montisferrati illius nominis Duci Primo, & ob plures ratis iam antea, vt asserebatur,

tur, annui census maturatas, quamq; eadem Do-
mina Alfonsina satisfactionem contra ipsos fide-
iussores prætēdere dicebatur, sub prætextu, quod
Dominus Iulius Cęsar Zauarellus Orizarias qua-
sdam nuncupatas le Calandre, Boschi, & Gazzine
memorato censui in indiuiduo suppositas, vel
saltem sub generali omnium bonorum hypothe-
ca compræhensas in integrum detineret, ac pos-
sideret, contra eundem proposita fuit actio vtilis
Saluiani interdicti [taliter qualiter instando per
Illustrissimum Senatum in euentum (hæc sunt
præcisa verba ex eorum petitione desumpta) in
quem grauentur pro summa duplarum treceutū
quinquaginta, & ducatonorum centum septua-
ginta quinque monetæ Venetæ pronunciari, sen-
tentiari, & condemnari; condemnatorumque
omnibus Iuris remedijs cogi, & compelli dictum
Dominum Iulium Cæsarem Zauarellum ad di-
mittendum, ac libere relaxandum prædictis Do-
minis Carolo, & Aloysio fratribus de Timetijs
tenutam, & corporalem possessionem dictarum
terrarum Buschi, Calandre, & Gazzine detinen-
datum loco pignoris, & hypothecæ donec, & vs-
quequo fuerint integraliter satisfacti pro mole-
stia sibi illata dictarum duplarum, & ducatono-
rum, & seu pro conseruatione illorum indemni-
tatis] super quo iudicio postquam hinc inde plu-
rima extiterunt deducta: Tandem Senatus Excel-
lentissimus in hæc verba, quæ sequuntur, suam
promulgauit sententiam [Censuit Dominos Tri-
merios, immittendos esse in veram, realem, ac
corporalem possessionem Orizariarum nuncupa-
tum li Boschi, Calandre, & Gazzine detinenda-
rum iuxta petita à moto exinde Domino Zaua-
rello, vel alio quocunque detentore &c. præstita
prius fideiussione de reficiendis pretensis melio-
ramentis, &c.

Nunc autem in dubium rasticatur; num præ-
dicta sententia aliquam mereatur executionem,
& ratio dubitandi ex pluribus emergit, quæ ex
infra dicendis in gratiam Domini Zauarelli re-
soluenda veniunt.

Pro maiori tamen intelligentia eorum, quę in-
ferius sum examinaturus; præmitto tam ex dis-
1 positione Iuris communis, quam Statuti † senten-
tiam latam in remedio vtilis Saluiani interdicti,
etiam executioni demandatū, tum ex capite nul-
litatis, tum iniustitiæ retractari posse Abb. consil.
55. sub num 1. & 2 lib. 2. Ias. cons. 187. sub num.
13. vers. pro eadem part. lib. 2. & in terminis no-
stris Manent. decis. 12. num. 7. & 27. ex quo sequi-
tur vbi probabimus, seu constare fecerimus im-
missionem contra Dominum Zauarellum conces-
sam Iure subsistere non posse, tanto minus immis
2 sionis executionem relaxandam esse, † quia faci-
lius impeditur actus faciendus, quam factus tol-
latur, vt arguit idem Manent. dicta decis. 12 nu.
28.

Deinde supremis Magistratibus conuenire, &
qui facti veritatem non ordinem iudiciorum (nisi
3 in quantum eis præscribitur) attendunt † retra-
ctare res iudicatas, quandocumque de earum er-
rore, vel iniustitia etiam non notoria apparet Ga-
br. cons. 28. num. 7. lib. 2. Surd. cons. 324. num. 2.
in fin. Gratian. discept. forens. 113. in fin. Rot. Ro-
man. decis. 134. n. 2. & 3. part. 1. recent.

Sit ergo conclusio penès omnes non minus
4 vulgatis, quam acceptata: quod † pro necessario
Saluiani extremo requiratur creditum cum hy-
potheca Bart. in l. 1. num. 2. ff. de Saluian. inter-
dict. Castren. in l. rem alienam 41. nu. 11. ff. de pig.
act. Rot. Rom. dec. 324. num. 3 & decis. 456. nu.
5. part. 1. recent & coram Ludouis. decis. 491. nu. 6
& apud Post. de manuten. decis. 206. à num. 1. vs-
que ad 6. & decis. 120. num. 3. Ritograd. cons. 4.
num. 2. At hic de neutro in actis huius causæ ap-
paret; ergo &c. Quamuis enim fuerint forsan
producta instrumēta istud concernentia, & pro-
cessus sopetinde fabricati ad docendum de mole-
stia sibi vti fideiussoribus illata: nihilominus cum
5 incontinenti ea asportauerint † aduersarij talis
instrumentorum, ac processuum exhibitio (alias
sufficiens ad hypothecam vna cum credito pro-
bandam Hond. cons. 17. num. 19. lib. 2. Rot. apud
Pacifie. de Saluiano decis. 13. & decis. 15. num. 1. &
apud Post. de manuten. dicta dec. 206. num. 1. Al-
tograd. dicto cons. 4. num. 10. cum adductis per
Illustrissimum meum Comitem, & Senatorem
Moronum in vna Saluiani de Comitibus contra
6 Vrsinos sub die 20. Iunij 1636. num. 2.) † nihil re-
leuat; ad quod optime facit tex. in l. iustum 6. C.
de eden Specul. in tit. de instr. edit. §. videndum
num. 6. Crauet. de antiquit. tempor. part. 1. §. quæ-
ritur num. 10. Corn. cons. 57. sub. num. 6. vers. qui-
nimmo si actualiter lib. 3. Bald. cons. 110. decreto
in fin. lib. 1. Sola ad antiq. constit. Saband. de op-
posit contr. form. instr. glos. 1. num. 6. Eoque ma-
7 gis, † quia pro parte eiusdem Domini Zauarelli
pluries in actis institum fuit sibi edi, ac commu-
nicari scripturas in libello enunciatas cum ter-
minu proportionabili ad consulendum de Iuri-
bus proprijs, & opponendum prætensis funda-
mentis partis aduersæ: nec vnquam fuit dare re-
medium illas videndi, adeo vt absque vlla diffi-
cultate perinde sit, ac si nunquam emanasset pro-
ductio l. 2. & l. non est. nouum 5. C. de eden. Bart.
in extrauaganti ad reprimendum super verbo de
plano Angel. de Aret. in §. appelantur num. 93.
instit. de except. Roman. in l. qui ante kalendas
13. num. 11. ff. de verb. oblig Gemin. cons 98. per
totum Natt. cons. 167. sub. num. 15. vers. concedē-
dum est tamen Marsil. sing. 81. versicu. sed fortius
scias, Sola ad antiquas constit. Sabaud. tit. do op-
posit controu. form. extrins. instr. glos. 1. num. 3. &
8 per consequens † processus cum inde secutis irri-
tatur, & aduersarij in expensis veniunt condem-
nandi iuxta notabilem decisionem Dec. in cons.
302. & pro tenui facultate mea sub num. 1. vers.
tamen his remotis vsque ad num. 6. ex gratia vi-
dendus cum falcem ponat ad radices Cyriac. cō-
9 trouers. 160. num. 1. & seq † vbi quod Iudex non
potest se fundare in his, quæ producta non fue-
runt etiamsi coram eo producta reperiantur in a-
lia causa cumularissime Scac. de Iud. part. 2. cap.
12 nu. 390. cum sequent.

Animaduerto vlterius nullibi cōstare de som-
niata iurium, ac processuum actuali productio-
10 ne † sed tantum de verbali, ac enunciata in ipsa
pe-

petitione, quę seclusis etiam protestationibus
ipsius Domini Zanarelli, quod ad vlteriora non
procederetur, nisi illis cum effectu relaxatis, nul-
lum quantumuis minimum probationis gradum
11 facerent Chartar. dec. 17. num. 2. & † productum
verbaliter non dicitur productum, sed allegatum
Chartar. decis. 31. num. 4. Beltram. ad Ludouis. d.
12 59. num. 11. & seq. & decis 432. num. 6. & 7. † v-
bi quod productio verbalis, neque etiam produ-
13 centi noceat. † Et productio si non est realis tam
& si ipsa sit de actis: Iura tamen ipsa non sunt de
actis Caual. decis. 542. num. 3.

Senatum sola facti veritate inspecta causas di-
rimere dixi alias pro Domino Felici Bulgarino
sub vers. neutra tamen. Præcedentem doctrinam
14 non inuertere. Etenim fateor † per illam clausu-
lam amplissimum hunc Ordinem à quibuscunq;
partium subtilitatibus, ac Iuris apicibus faculta-
tem habere resiliendi Menoch. cons. 180. sub n.
7. vers. & huius sententię Chartar. dicta decis. nu.
4. & ita habetur in ordine Marchionis Ludouici,
15 de anno 1445. die 10. Decembris ibi † [Quodq;
in præmissis per dictos Dominos de Consilio di-
ctum Statutum, terminatum, & sancitum fuerit
eam Iuris obtineat firmitatem, ac si cum omni
Iuris solemnitate sancitum, ac terminatum fuis-
set] quem ordinem ex integro habes extensum
penes Cyriac. controuers. 416. num. 19. & seq. nūc
16 Cremonæ impressis † Non propterea sublata di-
citur parti legitima defensio, nec ita operatur, vt
fides instrumento præstetur absque productione,
& non data parti copia; vt præter ibidem citatos
voluerunt Socin. Iun. cons. 134. num. 8. lib. 2. Cra
uet. cons. 840. num. 9. Chartar. decis. dicta decis.
17. num. 10. Gratian. decis. March. 68. numer. 12.
Barbos. de clausul. 173. num. 24. in modern. im-
pressa. Tusch. pract. conclus. 874. nu. 30. lit. P. Corn.
cons. 5. num. 10. lib. 2. Quæ si procedunt indubi-
17 tanter inspecto Iure communi † tanto magis sibi
locum vindicabunt in terminis Statutorum Mā-
tuæ sub rubr. de modo, & form. proced. in caus.
ciuil. in quib. ord. & c. & sub rubr. de instr. edend.
& c. in quibus non tam disponitur Iura esse pro-
ducenda, verum etiam copias, & dilationem par-
ti, contra quam producitur, ad opponendum cō-
18 cedendam. Vnde dicta † clausula non suffragatur
ad effectum, vt ea, quæ ex alijs Statuti in specie
prouisa, ac constituta reperiuntur prætermitti
queant, vt in puncto respondet Paris. cons. 13. n.
24. & 25. lib. 1. Osasc. decis. 1. sub num. 21. vers. quod
tamen limita Menoc. decis. Bonon. 2. num. 9. & d.
Florent. 18. num. 15. Barbos. de clausul. 173. num.
25. in modern. impress. Remanent. ergo expedi-
tum de principali extremo Saluiani consistente
in credito, & hypotheca non constare, & proin-
de decretum immissionis penitus corruere. Quo-
niam vti dicebam pro D. Felici Bulgarino, fide-
iussori ita demum competit actio contra tertios
possessores post solutionem cum effectu credito-
ri factam rationibus, & authoritatibus ibidem
congestis, quæ hic vlterius non repetam.

Illud solum subnectere volui, nos scilicet nūc
versari in fortioribus terminis, quippe quia iudi-
cium contra Domin. Zanarellum nulliter ema-
nauit sub conditione non extita in euentum
scilicet, in quem actores condemnarentur], quæ
vere non extitit, & quatenus extitisset tunc † à 19
die purificatæ conditionis, & non antea ipsis fi-
deiussoribus actio competere cæpisset l. cedere
diem 213. ff. de verb. signif. l. necess. 8. §. quod si
pendente ff. de pericul. & cōmod. rei vendit. Surd.
186. num. 12. Cyriac. controuer. forens. 424. num.
13. Anteque illius † implementum, & euentum 20
cessat omnis obligatio c. fin. de sponsal. in 6. Cyr.
dicta controuers. 424. num. 12. ex impressis nunc
Cremonæ. Hinc propterea † iudicium huiusmo- 21
di nullius redditur momenti, ac valoris tanquā
fabricatum super futuro euentu, eoque admodū
incerto contra tex. & glos. in l. non quemadmo-
dum 35. ff. de Iudic. Roman. in l. 1. §. item si in
facto sub num. 9. prope fin. ff. de verb. obligat. Ma-
nent. decis. 28. num. 51. poterat enim cōtingere
ne condemnarentur, prout euenit, saltem quod
hactenus legitime appareat. Et cum pro compet-
to habeamus fideiussorem vsque adeo experiri
maxime contra tertios possessores non posse; nisi
prius soluerit, ac illius certum creditum ex solu-
tione per ipsum facta principali debitori resul-
tans docuerit, ex traditis per nos ad fauorem Do-
mini Bulgarini. Nescio num maior ineptitudo in
libello excogitari possit, quam quod in Saluiano
contra tertium conciperetur in euentum, in quem
per ipsum fideiussorem solueretur. Quemadmo-
dum successit in hac facti specie. Adeo vt † pro- 22
cessus quoque ab eo dependens, & sententia eidē
in omnibus conformis ipso Iure etiam non op-
ponente irritetur per tex. quem vocant singula-
rem in c. dilect. 3. extra de empt. & vendit. latissi-
me Gail. pract. obseruat. 66. num. 1. cum pluribus
sequen. lib. 1. Riminald. cons. 99. num. 12. & seq.
Gabr. cons. 37. num. 1. lib. 1. Manent. decis. 24. nu.
31. Roman. cons. 69. num. 10. vbi resistit eundem
† Senatum propter memoratam clausulam sola 23
facti veritate inspecta etiam super libello inepto
posse pronunciare Matt. de clausul. 368. num. 6.
part. 1. Barbos. eod. tract. claus. 173. num. 12. Prout
dicimus etiam de † clausula Ius, & iustitiam & c. 24
ac de alijs Salutaribus in petitione fratrum de
Trimerijs expressis, per quas libellus ab omni
saluatur ineptitudine ita vt Iudex quilibet possit
iudicare secundum Iuris dispositionem, & quod
erat petendum Ceuallos comm. contrWorld. comm.
quæst. 763. num. 64. Capyc. dec. 10. num. 22. Ma-
rant. in specul. part. 6. tit. de libell. oblat. num. 15.
cum adductis per Barbos. de clausul. 76. num. 7. &
8. in moder. impress. Etenim huiusmodi † clausu- 25
larum virtus non efficit, quod Ius, seu actionem
non habens obtinere possit Corn. cons. 278. nu.
5. lib. 4. Paris. cons. 7. num. 23. lib. 1. Iacob. Mach.
patrocin. 29. num. 24. sicuti non operatur, quod
condemnari possit is, qui ad nihilum obstrictus
reperitur. Vltra quod cessat omnis amaritudo, ex
quo non apparet voluisse vti facultate sibi à Iure
attributa, dum iuxta partis petitionem pronun-
ciauit.

Confirmantur superius dicta alia ratione meo
quidem iudicio ineuitabili, quoniam si fideiussor
posset sub futura conditione, & in euentum, in
quem

quem condemnaretur agere contra tertium pos-
sessorem ad sibi dimmittendum rem possessam; pos
sessor ipse destitueretur principali remedio à Iure
in gratiam tertij possessoris introducto, & quo me-
diante quandocunque actione vtilis Saluiani in-
terdicti molestatur incontinenti offerat quantita-
tem pecuniæ per fideiussorem solutæ, vel à princi-
pali creditore prætensæ, si à principali côueniatur,
26 per quam † oblationê effugit ne amoueatur à pos-
sessione rei, seu prædij huiusmodi credito obliga-
ti, vt alias dixi pro eodem Domino Bulgarino sub
vers. solutiones vero, & comprobat Cyriac. contr.
27 193 num. & controuers. 157 num. 8. quia † agens ex
Saluiano pulsat rem, vt habeat quantitatem. Qui-
nimo eum esse potuerit, vt condemnatio sequere-
28 tur in plus, vel minus hac inspecta † incertitudine
valida non potuit ferri sententia ad tradita per Gr.
cons 14. num. 7. lib. 1. nec sustineri libellus: præser-
29 tim cum † in discusione huius articuli nunquam
remanserit certificata quâtitas, ad quam pro im-
missione agebatur Ruin. cons. 38. num. 9. in fin.
& nu. 10. lib. 5. Cyriac. controuer forens. 143. num.
5. & nihilominus vti dicebam pro eodem Domi-
no Bulgarino sub vers. Accedat mox dictis, non si-
tea fideiussor gressus dirigit ex Saluiano contra ter
tios quam fidem fecerit de credito, ac reali solu-
30 tione facta principali creditori, in quo † iudicium
huiusmodi substantiatur, creditumque pro eius es-
sentia, ac necessario antecedente requirit, & ibi-
dem ad hoc allegatis addo Surd. cons. 513. num. 18
& cons. 572. num. 19. Scapucin. de Saluian. quæst.
5. num. 5 lib 2. Ludouis. 67. num. 11. & decis. 264. n.
3. optime Beltram. ad eundem decis. 508. num. 14.
vbi in terminis nostris allegat aliam omnino vi-
dendam quæ nunc est inter impressas decis. 285 n.
5. part. 4. recent. alias allegatur part. 2. Posth. Farin.
Hinc dicebam pro eodem Domino Bulgarino sub
vers. Illudque etiam, actionem ex hoc interdicto
Saluiani, adeo commensuram, & in esse dependere
31 à credito prædisse liquidato, vt † immissio propter
indiuiduitatem etiam in obolo excessiua in totum
Irritetur, quam sane conclusionem vltra ibidem
cumulatos amplectuntur Dec. cons. 403. num. 21.
Paris. cons. 81. num. 24 lib. 2 Roman. cons. 454. nu.
12. Ruin. cons. 160. num. 26. & seq. lib. 2. Bursat. côs.
176. num. 41. Gratian. discept. forens. 3. nume. 24. &
discept. 162. nu. 18. & discept. 363. num. 4. 6. & 7.
& discept. 408. nu. 1. Posth. de manuten. obseruat.
12. num. 93. cum seq. Rot. apud eundem decis. 523
num. 4. & decis. 334. num. 21. eadem Rot. decis. 26.
num. 2. & decis. 69. part. 4. diuers. & decis. 135. nu.
9. in fin. & in puncto immissionis ex Saluiano dec.
359. in fin. part. 1. & dec. 630 num. 3. part. 2. recent.
& decis. 63. num. 5. & dec. 99. num. 3. in fin. part. 4.
recent. alias 2. Posth. Farinac. Quanto igitur magis
de inualiditate redargui poterit decretum immis-
sionis aduersus Dominum Iulium Cæsarem Zaua-
rellum promulgatum. Nam quod condemnatio a-
ctiuais ortum præcedat ex tali Iuris præposteratio-
ne Iudiciale monstrum aboritur, & hæc dicta suffi-
ciant circa præsentem inspectionem, quæ suppleri
commode poterit ex traditis pro Domino Bulga-
rino in simili quæstione, cui nunc scripta valde
in quam plurimis adstipulantur.

Me confermo nunc ad illud fundamentum
magis præcipuum, quo nititur Dominus Zauarel-
lus ad impediendam decreti immissionis (quare-
nus etiã viribus subsistere) executionê cõsistens
in Iuribus acquisitis ab Illustrissimo Domino Co-
mite Frderico Gazzino longe potioribus, & an-
terioribus pretensæ census constitutionis, siue
attedamus tempus illius venditionis, siue inspi-
ciamus annum, quo per Serenissimum Ducem
Ferdinandum census memoratus existens super
prædijs Marmiroli, qua stante super eisdem bonis
† anterioritate hypothecæ non potuit deueniri 32
ad pronunciam immissionis fratrum de Tomerijs
venientium ex hypotheca posteriori Pac. sic de
Saluian. inspect. 3. cap. 4. num. 19. Scapucin. eod.
tract. quæst 6. num. 1. lib. 2. Rot. apud Posth. dec.
231. num. 5 Quia † cessionarius posterior ex sui 33
persona ex Iuribus cessis subintrat locum credi-
toris, & excludit intermedios, quoad ipsum, & ce
dentem l. 1. & 2. C. de his quin in prior. cred. loc.
succed. Mazzol. cons. 103. num. 34. Cyriac. contro.
116. num. 22. Manent. cons. 125. num. 2. Et certe
quoad illam partem Orizariarũ quam præfactus
Comes, seu illius Maiores vendiderunt de anno
1603. Serenissimo olim Vincentio Primo cessaret
omnis scrupulus, quandoquidem circumscripta
etiam anterioritate cunctis alijs † in re propria 34
anteponeretur ex ordine huius Patriæ, de quo
meminerunt Surd & Cyriac. ille dec. 56. per totã
iste contr. n. 359. num. 1. & 2.

Indubitatæ huic conclusioni non refragantur
adducta in processu nostro fol. 110. huiusmodi nê-
pe † cessionem ex pluribus ibidem congestis sa- 35
pere simulationem, ac vitio litigiosi affectam de-
prehendi ibidem congestis sapere simulationem,
ac vitio litigiosi affectam deprehendi, & proinde
nullius esse releuantię l. per diuersas. 22. cum l.
seq. C. mandat, & pr. pter Stat. Mant. sub rubr. de
Iuribus non acquiren. Nam præterquam quod † 36
simulationis exceptio à tertio nequaquam allega-
ri permittitur ex doctrina Bart. in dicta l. per di-
uers. 22. sub num 12. vers. & hoc verum. C. man-
dat. Tiraquel. de retract. lignag. §. 1. glos 18 nu.
38. vers. procedunt quantum Alexan. cons. 56. in
princ. lib. 2. Rot. dec. 305 num 11. part. 1. recent.
& † possidens tam inspecto Iure communi, quam 37
Statutario sub dicta rub. de Iur. non acquirent.
vers. & quæ fierent. absque vitio litigiosi, & simu-
lationis potest Iura acquirere. Lancellot. de attẽt.
lit. pend. part. 2. cap. 4. in præfat. nume. 528. pag.
92. Manent. cons. 125. num. 10. 16. & 24. Gabr. de
act. conclus. 5. num. 8. lib. 2. Menoch de præsump.
129 num. 12. lib. 3. cessat amplius simulatio ex † 38
certitudine crediti, quod habet D. Comes contra
bona Serenissimi Ducis Vincentij Primi paratam
habentis executionem Gab. cons. 67. num. 7. lib. 1
Rot. dicta decis. 303. num. 12. & decis. 307. num.
13. part 1. recent. Ex quibus conuincitur cessioni
factæ Domino Zauarello per Illustrissimum Co-
mitem non resistere Ius municipale nec commu-
ne prohibentia Iurium cessione. Vltra quod, vt
patet ea lectura dictarum ll. per diuersas 22. &
seqq. C. mandat. ac etiam Statuti Mantuæ proce-
dunt † earum dispositiones in cessionibus obten- 39
tis

Digitized by Google

tia ab alios molestia afficiendos non vero in Iuri-
bus acquisitis pro se eximendo à vexationibus.

Ex eadem scriptura dicto fol.100.processus re-
gistrata infestrebatur Dominum Zauatellum In-
tibus eessis, quantumuis anterioribus inuari non
posse, cum illa descenderent ex fideicommisso a-
lias ordinato per Dominum Statium Seniorem
de Gadio, de quo opponebatur non apparere vel
saltem, quod in personam Domini Comitis Fide-
40 rici Gazzini purificaretur; atque adeo similem †
exceptionem vti admodum turbidam, & altiorem
requirentem indaginem impedire non potuisse,
quin fratres de Trimetijs immissionem ex Sal-
uiano probatis extremis consequerentur Scapuc.
de Saluian.quæst.9.numer.2. & per totam lib.2.
Ludouis.dec.563.num.15.Senatus Mantuæ in di-
cta Saluiani de Comitibus coetra Vtsoos n.24.
coram Illustrissimo D. meo Co:& Senatore Mo-
rono & n.26. Altograd.cons.74.n.52.

Verum oppositio ista facillime remouetur;
Quod enim creditum huiusmodi subiaceat fidei-
commisso incontinenti apparet ex testamento
Domini Statutij Gazzini Senioris, de quo in pro-
cessu fol.83.& ex sententia desuper lata, execu-
tioniqne demandata, & de qua ad hunc effectū
satis dicitur constare ex instrumento venditionis
factæ per Dominum StatiumGazzinum Iuniorem
præfato Serenissimo Vincentio, & de qua in eo-
dem processu fol.101.fac.2. Quemadmodum etiā
descendentia, ac honorificatio in person Illustris-
41 simi Domini Comitis resultat † euidens ex pro-
cessu superinde confecto, nec vlteriores, vel ex-
trinsecas requirit probationes, & propterea ab-
sque difficultate talis exceptio retardat omnino
immissionem Goazadin. cons.7. num.2. Gratian.
discept.forens.264.num.42.Put. dec.237. lib.3.
Statil.de Saluian.inspect.6.cap.1.num.89.& seq.
Scapucin.in simil.tract.quæst.9. sub num.4. vers.
postetque incontinenti constare Senatus Mantuæ
in dicta Saluiani de Comitibus die 20.Iunij 1606
coram Illustrissimo Domino meo Comite, ac Se-
natore Morono num.11. & seq.vbi sub num.14.
42 firmatur transite inoffenso pede, † quando solum
superest disputatio Iuris ex Seraph. decis.183.n.
6.& Statil.de Saluian. inspect. 2. cap.2.num.84.
faciunt notata per Scapucin.in simil. tract.quæst.
1.num.4.lib.2.quamuis ipse quoties controuersia
vertitur circa Ius dubium resisteat in contraria.
Ergo tanto magis exceptio crediti fideicommis-
so affecti suffragabitur Domino Zauatello eo, quia
non remanet aliqua Iuris alteratio, sed solum-
modo prædictorum reiterata expectatur canoni-
zatio.

Accedat nos esse in terminis longe minus du-
bitabilibus. Quoniam cum pars aduersa admit-
tat hæredes quondam Domini statij Gazzini
Iunioris habere creditum adhuc apertum cum
Serenissima Ducali Camera, vt apparet ex præ-
cepto in processu nostro restrigato fol 111. fac.2.
& nemo ex masculis de agnatione adsit, qui cum
Illustrissimo Domino Comite concurrat, aliqua
amplius non requiritur illius descendentiæ in-
uestigatio, cum ex clara testatoris dispositione
43 sufficiat † proximioras illicò resultans secluso al-

terius Agnati masculi concursu Tiraquel infini-
tos cumulans de retract.lign. §. 11.glos.1. num.6.
iuncto num.8.Seraph.decis.1219. num.1. & dec.
1282.num.8.Gratian.discept.forens.419. num.31
cum adducta nouissimæ per Rot. in Romana fi-
deicommissi de Caetania 7. Iunij 1634. num 20.
coram Reuerendiss.Decano.qn.est dec.284. nu.
29.part.6.recent. Vltra quod cum nemo adsit, qui
se declarauerit, vel declarare intendat hæredem
mediatum, vel immediatum Serenissimi Ducis
emptoris, & apud quem ex prætio Orizariarum
remanserunt scuta octomillia soluenda ita demū
cum reperiretur proprietas subroganda loco præ-
dij venditi, & per consequens actio ad illa con-
sequenda redditur elusoria, nemoque adsit, cui a-
dimpleatur, perinde efficitur, ac si venditio nun-
quam emanasset. Et dominium rei venditæ reuer-
titur seu resider penes hæredes venditoris; quod
apprime suffragatur quoque ad actionem fratrum
de Trimetijs reddendam inutilem, quippe quia † 44
res aliena hypothecari minime potest.l.1.§.1.& l.
rem alienam 41.ff.de pignor.act. Negulan.cod.tit.
part.2.membr.3.num.51.& num.58. & in ter-
minis Saluian.post.Surd.dec.157.tradidit Scapu-
cin.de Salu.qu.14.nu.2.lib.2.eoque magis, quia
ex tenore sententiæ, seu assensus concessi Domi-
no Statio Iunioti, & de quo in processu fol.102
vendendi Orizarias non obstante fideicommisso
à Seniori Statio ordinato apparet præter ipsos tūc
citatos dictam alienationem neminem alium ex
vocatis in fideicommisso quondam D.Statij Se-
nioris afficere. Prætertim eum habest in ventre
præcisam conditionem ex prætio, quātum sit pro
scutis octo mille inuestiendi in alia proprietate
libera, & allodiali, quæ ad fauorem vocatorum
oneri fideicommissi subiaceat, nec vnquam effe-
ctum sortita fuerit, neque fideicommissarijs, seu
primogenitis pro tempore consultum reperiatur.
Memorata † venditio ipso Iure resciinditur, ac 45
pro penitus infecta habatur non tamen ex vi di-
ctę conditionis vt alias iudicauit Senatus Excel-
lentissimus patrocinante Manent.prout ipse te-
statur.dec.31.num.24.& iuxta eius cons.17. Cy-
riac.controuers.305.numer.74. quam etiam ea † 46
clausula præinserta, & non aliter, nec alio modo
de per se conditionem impugnante, qua non im-
pleta actus similiter annihilatur Caputaque de-
cis.82.num.3.part.3.Menoch. de arbitr. cas. 237.
num.34.cum infinitis, † quos cumulat.Barbos.de 47
claus.81.num.11.& num.15.vbi quod est limitati-
ua voluntatis, & præseruatiua fuis Iuris in casu cō-
trario, atque operatur, vt ob non implementum
censeatur resoluta † venditio, & Dominum rei 48
venditæ retro transferratur in venditorem, seu e-
ius hæredes, ac successores Dec.cons.:87. num.4.
Mantic.de tacit. & ambig. lib.4. tit.30. num.31.
vers.neque obstat.quos allegat., & in puncto se-
quitur Rot.decis.338.num.2.part.4.recent. alias.
2.Posth.Farinac.Præcipue quia in præsentiarum
implementum respicit causam finalem contract.
sine qua certe dictus Dominus Statius de Gadio
non vendidiset, nec alienare potuisset; & prop-
terea ob † defectum talis implementi, tam & si 49
versemur in contractu vendi..oni, nominato rę-

C scin-

scinditur ipso Iure Doctores in l. cum te. 10.C.de pact.inter emp.& vendit.Crauet.conf.192.n.21. Roland.conf.69.num.38. lib.4. Surd. conf. 563. sub num.4. Ludouif.decif.130. nu.4. & in annot. num.7.

Quibus etiam circumscriptis,& dato vlterius, quod Illustrissimus Dominus Comes Gazzinus teneretur rigorose descendentiam probare, ad bonorum identitatem formiter innuere, illicò v-trunque ex iam deductis per ipsum apertissime,ac

50 concludenter resultare diceretur. † Descendentia inquam ex pluribus instrumentis, in quibus successiue per gradus distinctos enunciatur vnum esse filium alterius,quod sufficere in proposito admittunt Bald, in c.decies 26. num.4. extr. de test. Socin.conf.68.num.7.in fin.lib.4.Alex.conf.90. num.18. lib.6. Mascard. de probat. conclus.511. num.4. & conclus.794.num.1. & 21. Seraph.decif.489. num.1. Rot. decif.238. par.1. diuerf. & decif.176. num.1. & 13.par.1. & decif.641. nu.5. par.3. & decif. 578. num.1. part. 4. recent. alias allegantur part.1. & 2. Posth. Farinac.& in Romana Casalis 7. Febr.1635. num. 2. & 3. coram R. P. D. Carillo.

Identitas verò ex pluribus similiter absq; vlteriori discussione probata emergit. Tum primò

51 ex † confessione Statij Iunioris, quæ contra ipsum, & habentes causam ab eo plenè probat Socin. conf.249. nu.29. in fin. lib.2. Crauet. conf. 125. num.2. Ruin. conf.128. nu.16. lib.2 Rota decif. 578. num.2. part.4.recent. alias 2. Posth. Farinac. & decif.693. nu. 3. part.1. diuerf. Ludouic. decif. 172. num.1.Cocin. decif. 120.num.1. Mascard. de probat. conclus.778.num.26.in fin. Fusar. de subst. quæst.501. num.1. & quæst.618. num.35. & num. 50. fuit dictum in Florentina fideicommissi de cambijs 9. Iunij 1627 coram R. P. D. Dunozetto. Tum & secundo ex singulari

52 † nomine Gazzinæ, quod ab ipsa familia vendente vsque in præsens retinuit, & nuncupatur glos.in l hac consultissima 8. in verbo, & iudicia C. qui test. fac poss. Peregr. de fideicomm ff. art.44.num.45. in fin. Ludouif. decif.578.nu.1. Rot. decif.131. num. 6. part.1. recent. Tum, &

53 tertiò ex sententia, & iudicio superinde † secuto fideicommissi non minus,quàm identitatis canonizatorio rusat. de subst. quæst. 502. num. 2. & quæst.618.num.44. Tum & denique quia cum in territorio Hostiliæ Domini de Gazzini non ha-

54 beteut [illegible] bona, quam Orizarias in Serenissimum Ducem Vincentium Primum alienatas, hinc sufficienter identitas conuincitur ex traditis in puncto per Cyriac. controu. 321.num.45. quæ singillatim si non sufficerent ad fundandam intentionem Domini Comitis, saltem simul vnita prodessent, atque intentum concluderent ex vulga-

55 to Iuris axiomate † singula, quæ non prosunt, simul iuncta iuuant Barbos. Axiom. 206. num.1.

Cæterum ex alio remedio magis expedito, ad tollendamque circa præsentem identitatis articulum dubietatem Dominũ Comitẽ venire posset innixus hoc dilemmate. Vel enim admittere volumus Orizarias nunc controuersas, & quæ nuncupantur le Gazzine censeri illas,super quibus à Domino Statio Gazzino Seniori ordinata extitit primogenitura, & fideicommissum, & elusoria redditur super hoc quælibet altercatio. Vel sunt ab illis diuersæ, & tũc Dominus Comes cum virtute fateatur illas fuisse Serenissimi Ducis Vincentij Primi,poterit super eis insistere pro illius satisfactione, seu fideicommissi reintegratione, & interim alias etiam retinere donec, & vsquequo de liuellis iam decursis, & interim decurrendis ex eorum fructibus remanserit integraliter satisfactus: quæ ratiocinatio nunc militat fauore Domini Zauarelli vti † cessionatij, in om- 56

nibusque personam, & Comitem cedentem repræsentantis leg.emptor.5.& ibi Bald. in primo notabili C. de hæredit. vel act. vendit. l. si donare 37. §.1. ff. de donat. inter vir. & vx. Crot.conf. 83. nu.10. Surd. conf.22. nu.16. & conf.82.n.134 Cyriac. controuerf.425.n.10. & 11. inter impressas Cremonæ.

Proximitas autem Domini Comitis, quantum sit respectu Dominæ Margaritæ Gazzinæ ex sola masculinitatis qualitate à testatore requisita non patitur difficultatem, quemadmodum redderetur quoque indubitabilis, quoties cum eo cõcurrere intenderet etiam Dominus Carolus Gazinus ex capacibus,& comprahensis in dicto fideicommisso adhuc superstes; siue enim attendamus personam testatoris, siue vltimo defuncti Dominus Comes eum sicuti † præcedit in vno gradu, ita 57

excludit à successione, de qua nunc agitur,vt latissime comprobat Fusar. de subst.483. num.1.& per totam. Quoniam cum simus in linea inequali colleteralium computatio fit hoc modo videlicet vt tot sint gradus, quot personæ, & propterea iuxta arborem familiæ in processu descriptam,ac publicis tabulis comprobatam Dominus Comes à testatore distabit septem gradibus, à defuncto vero decem, tot namque respectiue numerantur personæ, seu generationes. At Dominus Carolus quoad testatorem reperitur in octauo gradu,& in ordine ad defunctum vndecimum tenet locum. Quia † modus inueniendi quoto gradu quis sit ab 58

ea persona incipiendum, de cuius hæred tate agitur,gradatim ascẽdendo ad eã vsque personam ex qua est communis origo, inde per obliquũ deflectendo,& ex singulis generationibus singulos semper gradus numerando, donec perueniatur ad alteram personam, quæ successionem ad se spectare contendat Mynsyng.in §. hactenus n.2. & 3. instit. de grad. cognac.

Mox dictis valde adstipulatur Dominum Comitem, ex quo decem tantum gradibus † abest à 59

defuncto reperiri in gradu successibili de Iure cõmuni ad decimum coarctato Tiraquel de tetract. lignag. §1 glos.9. num.23. & §.11. glos.1.num.4. Dec. conf.321. nu.2. Peregr. de fideicom. art.22. num.23.& art.30.num.3. Fusar. de subst.qu.366. in fine.

Nunc superest, vt ingrediamur, & diluamus quæstionem aliam emergentem ex eo, an super Orizarijs nuncupatis le Gazzine extet aliqua † 60

hypotheca fauore Dominæ Alfonsinæ omninò necessaria, vt intret Salmanum Statil. Pacific.de Saluian. inspect.5.cap.2.num.20. & 22. Manent. decis.

Digitized by Google

decis. 28. num. 24. Et certè sine inspiciamus instrumentum constitutionis census super prædijs Marmiroli, sine instrumentum translationis in Orizarias (à nobis visa propter similem causam Illustrissimæ, & Excellentissimæ Dominæ Marchionissæ Franciscæ Gonzagæ) in neutro ipsorũ legitur de aliqua emphyteuticorum bonorũ hypotheca, & quod magis est neque assensus Reuerendissimi Abbatia Sancti Zenonis interceffit, à quo bona huiusmodi per Serenissimos Duces in emphyteusim recognoscuntur, vt appatat ex fide inuestituræ, & ex eodem instrumento venditionis in actia relaxatia, hinc propterea † stante Statuto Mantuæ sub rubr. qualiter inuest. ad affict. neque etiam cadunt in generali bonorum obligatione; quemadmodum in terminis scripserunt Bursat. consf. 32. num. 105. Manent. decis. 2. nu. 54. Surd. decis. 160. sub num. 13. verf. seruauit tamen Senatus, & decis. 173. num. 17. Cyriac. controuers. 19. num. 9. & controuers. 9. num. 3. & controuers. 190. num. 1. Beltram. ad Ludouis. decis. 256. num. 5. & lit. B. Gratian. discept. forens. 855. num. 17. & seq. Quicquid sit inspecto Iure communi, & circumscripto Statuto. Tunc enim

62 bona huiusmodi † caderent in generalem hypotheceam ad tradita per Doctores in locis iam allegatis, † quibus addo Ferer. fill. ad Buratt. decis.

63 749. glos. Aer nu. 14. vbi requirit quod de eis fiat expressa in obligatione mentio. Rota in Ciuitatis Castelli bonorum 23. Ianuarij 1630. coram Motmanno, & in casu dotis, quam non comprehendit Statutum prohibens obligari emphyteotica sine licentia Domini directi Surd. dicta decis. 160. per totam Cyriac. controuers. forens. 318. nu. 26. Et quod stante Statuto prohibente sub pœna caducitatis † obligationem emphyteusis non competat Saluianum habenti omnia bona contrahentis hypothecata voluit Scapucin. post Rotam, cuius decisionem extendit de Saluiano lib. 2. qu. 10. num. 6. Pacif. in simil. tract. inspect. 3. cap. 2. nu. 45. Gratian. discept. forens. 855. nu. 26. Cenedeconf. par. 1. cap. 2. quæst. 2 art 9. num. 7. & plenissimè Rot. apud eundem decis. 73. 74. & 75. per totas, & decis. 22. nu. 2. post addit. ad eundem, vbi in decis. 74. no. 7. et seq. nobis subministrat perutile refugium ad euitandam regulam nil hæbreus hæbreo nil Catilina cetego, ex quo Dominus Zauarellus itidem acquisierit Orizarias absq; assensu Abbatis, ad quem Iure Domini directi spectant, & recognoscuntur in emphyteusim à Serenissimis Dominis nostris, vt testatur in proposito alterius medietatis harum Orizariarum Bur-

64

65 sat. cons. 375. per totum dum dicitur † alienationem rei emphyteoticæ, ita demum resolui, si Dominus voluerit, & declaratur Cyriac. controu. 168. nu. 2. & 3. Gratian. discept. forens. 511. n. 6. vbi quod tertius allegare non possit defectũ consensus in alienatione emphyteusis. Alteram quoque obiectionem, quæ nobis fieri posset sub prætextu, quod aliquando Principes Serenissimi etiam absque licentia Abbatia hypothecauerint ipsa Rota dicta decis. 74. num. 10. subuertit, dum

66 ibi subiungit † obseruantiam subsecutam circa consensum Abbatis resultantem ex actibus posi-

tiuis non se habere vltra dictos actus extensibile ex Batt. & Pet. quos allegat, & sequitur. Exinde colligo optimam, irretragabilem, mentique tenendam conclusionem, quod scilicet tertius rei obnoxię possessor opponere possit defectum licentiæ Domini directi adsc tueodum, & euertendam rei per ipsum possessæ hypothecam absq; tali assensu prætensam, neque contra ipsum replicatio quod in hoc pariter defecerit solidam illius exceptionem contundit, aut hebetat.

Et ne putent, seu in medium afferant aduersarij emphyteusim hanc nexu periodi assensum penitus solutam non fecus, ac † Principes Sere- 67 nissimi de illa pro tempore inuestiti vinculo Statutorum non ligantur Ludouis. decis. 179. nu. 9. et in annot. num. 22. et seq. Animaduertendum propono Principem circa emphyteusim à se possessam teneri ad omnia, quæ descendunt ex natura contractus emphyteusis, sicut dicimus Regẽ, 68 et Imperatorem, qui feudum habeant ab inferiore obligati ad inuestituræ petitionem, ad substituendum Domino saltem per substitutum, et eorum ipso litigare Rosental. de feudis cap. 6. concl. 31. num. 1. et 2. et cap. 8. conclus. 4. num. 14. iuncta glos. N. & cap. 10. conclus. 1. nu. 5. & 6. & cap. 12. conclus. 1. num. 24. cum adductis in Glos. A. & A. 69 Quoniam ab emphyteosi ad feudum, & è contra quando prout hic datur eadem ratio, & iuris regulæ non repugnant sustinetur in omnibus argumentum, vt cæteris congestis nouissimè tradidit Barbosa in loco com. 45. num. 2. & loco 47 num. 2.

Hęcque vlteriorem controuersiam nõ admittunt. Nam si volumus hãc emphyteusim esse laicalem non erit dubium, † quia Statuta expressè 70 disponentia de assensu à Domino impetrando eã comprehendant, quod autem sit laicalia vberrimè defendit Bursatus cons. 375. per totum, iuxta quod Magistratus Ducalis Mantuæ pronoũciauit accedunt Gratian. discept. forens. 644. nu. 30 Magon. decis. Lucen. 10. num. 7. 8. & seq. At si magis arridet altera opinio, quod nempe emphyteusis prouenient originaliter ab Ecclesia etiam si subordinate per subinuestituras transiret in millelairos semper remaneat Ecclesiastica, adeo vt laicorum placitis non regulentur Thesaur. quæst. forens. 15. nu. 12. per totam lib 2 Genuen. in prax. Ecclesiæ triccen. 1. qu. 67. num. 2. Posth. de manuten. obseruat. 8. num. 65. Rot. decis. 238. no. 6. apud Pacificum de Saluian & decis. 472. par. 1. recent. & in Rauennaten. Emphyteusis 28. Maij 1631. coram R. P. D. Merlino, quæ est decisio 420 par. 6. in recent. Quando quidem cum † Statutũ 71 prohibens obligationem emphyteosis inconsulto Domino multum faueat Ecclesiæ illius etiam bona comprehendit Surd. cons. 560. num. 13 uodedeus cons. 178. num. 110. & seq. lib. 2. & pluries firmauit Rota Romana teste Beltram. ad Ludouis. dicta decis. 279. num. 34. vltra quod non agitur de comprehensione, sed de † volontate 72 contrahentium, qui censentur se voluisse conformare dispositioni Statutariæ Dreian. cons. 30. num. 40. lib. 3. Canal. decis. 583. num. 9. Farinac. decis. crimin. 305. num. 9.

C 2 Tutelam

Digitized by Google

Tutelam huius causæ non potui non suscipere; tū ne amicum, cui multum debeo, optima de me concepta spe defraudarem:tum vt Domino Francisco Paraleoni I.C. Præstantissimo illud etiā expostulanti morem gererem, qui dum ad causæ patrocinium se accingeret in febrim incidit repētinam, his tamen, quæ pro defensione Domini Zauarelli mente conceperat nobis eleganter expressis, ac scitè communicatis. Ergo si quid boni inde emerserit id omne illius prudentiæ, ac ingenio referrendum, si quid autem parum ad rem conferens adinueniatur (cuius generis quam plura in esse non diffiteor) id omne inscitiæ, ac hebetudini meæ atribuendum.

Quare &c. Saluo &c.

ARGVMENTVM.

Canonis remissio emphyteutæ quod propter inundationem à Domino directi fieri debeat.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteutę fit remissio canonis pro eo tempore, quo ager ab acquis submersus fuit; Amplia vt n. 2.*

3 *Aggeres construere in re emphytentica seu pro eius defensione ad Dominum simul cum emphyteuta spectat.*

4 *Emphyteuta Ecclesiæ ad collectas, an teneatur.*

Allegatio VII.

Adsit Deus.

1 PRopter inundationes † in agro Vitellianensis de annis 1647. & 1648. Secutas cum in facto constet, ac notorium supponatur, Dominum Capitaneum Viridium ex proprietate emphyteutica nihil prorsus percipisse, ac insuper expensas in colendo Agro erogatas amisisse in iure indubitatum resultat, quod erga Reuerendiss. Dominum Roneonum directi Dominum pro neutro ex dictis annis ad cānones teneatur ad restū in l. cū vnus r a. §. fin. ff. de bo. auct. Iudic. possid. Doctores in l. 1. C. de Iur. emphy. latè Alexand. conf. 112. n. 1. ac per totum lib. 1 vbi concludit, quod si propter inundationē emphyteuta nihil perceperit nullam pensionem soluere teneatur pro illo anno maxime vbi pensio non est modica, & fructibus corrispondet Corbul. in tract. de Iur emphyt. tit. de caus. priuat. ob non solutum canonem limitat. 10. n. 1. Gratian. discept. forens. 195. n. 18. & 20. & discept. 354 n. 30. & 31. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 22. tit. 27. n. 45 Marc. Medic. ad decis. senen. examinat. 22. n. 37. vbi quod si ager emphyteuticus submersus ab aquis fuerit vno anno, & nihil proinde ab emphyteuta perceptum emphyteutę pensio remittatur, quod repetit decis. 22. n. 21. Surd. dec. 327. n. 60. Ripol. var. resolut. cap. 7. n. 286. & faciunt tradita per Hodiern. ad Surd. dec. 198. n. 15. & seq. Buratt. decis. 210. n. 3. Raudens. var. resolut. 24. n. 10. Gennens. in prax. men. r. quest. 7. per totum Steph. à Sanct. Gregor. de contract. lib. 2. quæst. 49. n. 5. & 6. Io: Baptista Antonelli cons. 44 per totum cum infinitis alijs, qui adduci possent. Prædicta autē eo fortius procedunt, si quidē versamur in canone non solum fructibus corrispondente, verum etiam eos plurimum exuberāte vltra onus reficiendi aggeres, & soluendi collectas, quibus omnibus emphyteuta hactenus succubuit, remissio † autē mercedis secluso etiā casu 2
fortuito facilius conceditur, quando canon corespondet, vel accedit fructus, quam quando quid modicum responderet Thesaur. decis. 20. per totum Valasc. de emphyte. quest. 27. n. 4. 11. & 12. Io: Francis. Andr. controuers. 19. per totum Marescot. var. resolut. cap. 76. n. 28. lib. 2. Hodiern. ad Surd. decis. 198 n. 8. vbi istud. habet pro expedicto in emphyteusi ecclesiastica latissime Zucear. decis. Lucen. ciuil. 20. n. 4. & seq. vbi loquitur in casu, quo non fuerunt percepti fructus soliti sed minores, & pauciores, quam esset dimidia ibique inter cæteros allegat. Rot. decis. 720. n. 5. part. 1. diuers. quibus addo Io: Franc. Andreol. controuers. 119. n. 7. ac per totum, & in materia locationis Coccin. decis. 11. Melin. decis. 523. & decis. 363. erunt videndi. Prætensio Domini Capitanei de Viridijs augetur ac magis fundata dicitur quoniam afflictis ex causa inundationum afflictiones adiunguntur, dum ex prędijs fructibus nō recollectis pro custodia aggerū † quæ secum maximum insuper afferāt dispendium, Aggeres autem 3
construere, seu restaurare non solum ad emphyteutam, sed & insimul ad Domin. directum pertinet Gam. decis. 301. n. 2. loquens in fortioribus terminis, quando nimirum emphyteuta promiserat soluere canonem liberum ab omni tributo, & suis expensis ductos acquarum construere ad expellendam inundationē, & concludens teneri nihilominus Dom. concurrere in refectione aggerum, quam decisionem sequitur Borell. in sum. decis. tit. 33. n. 282. part. 1. & faciunt tradita per Caluin. de equit. c. 81. per totum si ergo vtroq. in casu inundationis sic licet, & refectionis aggerū Dominus directi ad expensas de iure atrectur cōcurrere, seu portionē proportionabiliter remittere quanto magis id sibi locum in pręsentiatum vindicabit, ex quo prædicta duo simul militant quæ enim non prosunt singula simul Collecta iuuant iuribus Excellentissimo Senatui optimè notis.

Neque Domini Capit. de Viridijs onera huc terminant cum insuper pro eisdem terris in emphyteusim recognitis † collectas soluere cogatur, 4
quod an Iure fieri possit quemadmodū admittunt Nat. cons. 114. n. 18. & cons. 312. cum adductis per Thesaur. quest. forens. 15. n. 8. versi. & eadem ratione tenuerunt multi lib. 1. & videtur, in hoc dominio vsu receptum, non vero ratione cōnexitatis, quam vtile Dominū emphyteutæ cum directo Eccles. habet immunis existat per ea, quę tradiderunt Fachin. controuers. Iur. cap. 91. lib. 1. Ciarlin,

Digitized by Google

Ciarlin. conttrouetſ.129. pet totam Gen. in prax. ttieien.4. quæſt. 113. per totam, & latius examinat Ferecotill.ad Buratt.deeiſ.780.ſub.num.9.ſeu littera A. verſic.quinimo Rota deciſ.42. num.17. & 18.par.6.recent.oon expedit pro nunc diſpuogere cum in facto ſe ſoluiſſe ſatis ſit ad effectum, vt per prædictos duos annos tanto magis à canonum ſolutione præſeuetur.

Quare Saluo &c.

ARGVMENTVM.

In bonis feudalibus filiorum pater, nec vſumfructum, neque commoditatem habet.

SVMMARIVM.

1 *Pater non habet vſumfructnm in dote aduentitia filiæ, Neque in feudo filiorum num.2. In caſibus, in quibus pater non habet vſumfructum in bonis filij habet fructuum commoditatem num.3. fructuũ commoditatem habet in feudalibus filij num 4. Contra num.8. Habet vſumfructnum in feudalibus conceſſis filio ipſius patris contemplatione n.9.*

5 *Commoditas fructuum eſt facultas vtendi, & fruendi fructibus donec durat patria poteſtas, qua finita tenetur pater illos fructus, ſeu eorum pretium reſtituere filijs, cauendo interim de vtendo, ac fruendo ad ſimilitudinem rerum, quæ vſu conſumuntur. Patris in bonis feudalibus competit, ſi filia cum eo habitet num.6. contra num.7.*

10 *Alimenta regulantur iuxta quantitatem dotis.*

11 *Feudalia per creditorem poſſeſſa recuperare intendens ſatisfactionem debiti in allodialibus offerre tenetur.*

12 *Excuſſionem facere non tenetur creditor, vbi bona ſunt implicita.*

13 *Dos data, ac reſtituenda in pecunia, vt ab hærede beneficiato per aſſignationem ſtabilium reſtitui poſſit, Plura requiruntur.*

14 *Dotis fauore magis vtilis capitur interpretatio, In materia monetarum, quod maius eſt venie num.15.*

16 *Feudalis cauſa Iure feudorum decidenda corã Domino feudi ſeu Iudice feudali cognoſcitur.*

17 *Lis inter duos, quorum vnus dicit cauſam eſſe feudalem, Alter vero non feudalem cognoſci debet ab ordinario Iudice qui ſi pronunciat cauſam eſſe feudalem, tunc introducitur coram Domino feudi.*

18 *Manutentio per exceptionem pendentiæ iudicij ſparationis bonorum non impeditur.*

Allegat. VIII.

Adſit Deus.

NOn poſſum non valdè mirari, nec quidẽ de prætenſione Illuſtriſ. Domini Marchionis Rodulphi de Hippolitis, ſed de Sententia eorum, quæ conantur eidem præſupponere, quod in ſub Feudo Dotali filiæ, nõ auito, nec paterno, ac ferè ſibi ex ſpeciali gratia Domini Directi obuento, Patri comperat vſusfructus, ſeu fructuum commoditas, itant vnicum iſtud refugium, quod comentitium prorſus exiſtimamus, impedimento fuerit, ne exoptata intèr Parentem, & Filiam, iuſtaque per Sereniſs. Dominam Noſtram, ac omni ſtudio tracta per Illuſtriſ. D.Co: Vincentium Caffino ſequeretur tranſactio.

Et quamuis verſemur in Dote, pro maiori parte aduentitia, tamquam prouenta in Illuſtriſ. D. Comitiſſam aliundè, quam à Patre, & occaſione Donationis proptèr nuptias à primo eius Viro ſibi factæ, in qua præfatus Illuſtriſ. D.Marchio, vti Pater, † & legitimus Adminiſtrator prętẽderet 1
non valet vſumfructum, Doctores in l.a. §. quod ſi in Patris præſertim, Barboſ. num.18. & in l. ſi cum Dotem 23. §. tranſgrediamur num:25.ff.ſolut.matrimon.Cranet.conſ.84. num.7. Bald. Nouell.in tract.de Dot.part.6. priuileg.33. Surd. de alimeot.quæſt.74.num.5.Fontanell.de pact.nup. clauſ.4. gloſ.7. part.3. num.21. tom.prim. Sanchez conſ.moral.lib.prim.cap.2.dub.26.num.1: omniſſo nihilominùs fundamento hoc, inſpectionem duxi reſtringendam ad articulum feudalitatis, ex inde enim defenſio ipſius Dominæ Comitiſſæ magis expedita euadet, noſtraque intentio iuribus optimis fundata clarior eluceſcet.

Vlteriùs cũ indubitati iuris ſit, Patri † nõ ſpe- 2
ctare vſumfructum in Feudo Filij quouis modo quæſito, vt tradunt ferè omnes Feudiſtæ, Iſern.in cap.prim.& ibi Franc num.52.de his, quæ feud. dar.poſſ.Beluiſ.Bald.Aluarot.Præpoſit.& Afflict. in cap.prim. §.1.de Fratribus de nou.Benefic. inueſtit.in cap.1. §. Mulier ſi de feud. Defunct. fuerit controuerſ. Succ. conſ.3. nu.453. Neguſant. conſ 153.num.27.Paſq.de inrib.Patr.poteſt. par. prim.cap.2.num.86.Amat.deciſ.70.num.22. Aſcan. Clem. de Patr.poteſt. effect.2. limit.7.num. 41 Mastril.deciſ.82.num.5.Ann. cap.prim. num. 97. de Vaſſall.decrep.ætat.& ſingul.377. Borell. in ſumm.deciſ tit.34.num.350. part.prim. Vult. de feud.lib.prim.cap.4 num.8.Schrader. de feud. part.7.cap.6.num 6.part.10.ſect.17. nu.41. Borcholt.de feud.cap.5.num.48.Roland.conſ.61.nu. 65. & 66. lib.2.Cauale.de vſufruct.ſub num.179 verſ.hinc eſt, quod Pater, Intrigl. de feud. cent. prim.quæſt.52.num.32.Gabr.conſ 162.num.44. lib.2. Camill. de Curt. diuerſ. feud. part.prim. §.

Multotiès 14. num.107. Muzz.de feud.rub.prim.
num.33. Rosenthal.de feud. cap.9.conclus.66. n.
57.& 45. Vesemb. de feud cap.5. num. 40. A. Pōt.
cons.19.num.27.lib.prim. Ioan. Andreas Georg.
reperit.feudal.cap.40. num. 24. Schner. de feud.
lib.prim.disputat.2.Thesi.27.quos allegat, & se-
quitus Giurb.de success.feud.prælud.2.nu.6.addo
Ioannem Baptistam Bilocttam conclusio.feudal.2.
num.1.& Sanchez cons.moral. lib.prim. capit.2.
dub. 8.num.2.Caracciol.decis.1. num.6.

Dubitationem tantummodo facere, primo vt
aiunt aspectu videbatur an patri competat com-
moditas ex regula passim obseruata; vt scilicet Pa-
3 tri † in bonis filiorum debeatur fructuum com-
moditas, non iure paternæ potestatis, quotiès ei
denegatur vsusfructus, Aretin. in §. igitur nume.
6. institut.per quas personas nob.acquir. Ias. in l.
cum filio familias 11. num.157.&158.ff.de legat.
1. Borell.in summā decis. tit.34.num.553.part.1.
In quo quidem puncto affirmatiuā, vt potè quod
4 Patri competat fructuum † commoditas in feu-
do Filij, amplectuntur Ias.in dicta l. cum filio fa-
milias 11. num.158.ff.de legat.prim.Bald. & Bel-
uis.in cap.2.de fratribus de nouo benefic. inuestit.
Aluarot.in cap.si duo nu.8. de duobus fratribus,
Loffred.cons.10.Franc.decis.10.num.9. A Pont.
cons.19.num.27.lib.prim.Boer.decis.199.num.5.
& 6. part.prim. Sanchez.cons.moral.lib.prim.c.
2.dub. 8 num.4.

Cæterum re diligentius perpensa, contrarium
sustinebam, hancque exclusionem Patris à com-
moditate fructuum feudi ad Filiam quomodoli-
bet, præterquam ex prouidentia, seù stipulatione
paterna spectantis indubitatam non minus repu-
tabam, quam communiter procul ab omni dubio
exclusum Patrem volebant ab vsufructu feuda-
lium Filiæ, quam certè assertionem, eò faciliùs
duxi amplectendam, quoniam plura in præsen-
tiarum militabant; quę controuersiam, extra om-
nem dubitandi aleam reponebant, admisso enim,
citra veritatis offensam, quod Pater in bonis feu-
dalibus Filiæ habeat fructuum commoditatem, id
tamen ad nihilum ei suffragatur, nam commodi-
tas in proposito nil aliud est, nisi facultas vtendi,
5 † & fruendi fructibus, seu eorum pretium resti-
tuēdi Filię; & de eis, vel de pretio reddendi ratio-
nem, & interim cautionem præstare cogitur de
vtendo, ac fruendo ad similitudinem cautionis
rerum, quæ vsu consummuntur, Ias. in dicta l. cū
filio familias nu.158.10 fin ff.de legat.prim.Paul.
de Castr.cons.455.num.7.lib.2.Arius Pinell.in l.
1.num.40.& 41.part.2. C.de bon. matern. Ioan.
Bapt.Bilocta conclus.feud.2. num.2. 3. & 4. Ca-
ualc.de vsufruct.num.182.& 183. Ex quibus ma-
nifestè colligitur Dominum Marchionem omni
prorsus carere actione ad consequendam fructuū
commoditatem, dùm non exhibet satis dationem
de illis restituendis, omniaque circa istud actita-
ta, ac prætensa nil aliud cōtinere, præter inanem
circuitum.

Insuper considerandum venit, quod ita demū
6 commoditas fructuum Patri † in bonis feudali-
bus Filiæ cōpetat, si pater cum filia habitet, Boer.
decis.199.sub num.5.vers.aut Pater, & Filius stāt
simul in eadem Domo, Giurb. de success. feudal.
prælud.2.num.6.in fine, Caualc. de vsufruct. nu.
182. Quare cum Dominus Marchio non habitet
cum Filia, iure merito excluditur non solùm ab
vsufructu, sed etiàm à commoditate. Quinimo e-
tiam conueniente, ac præsupposita cohabitatio-
ne, quod Patri † non competat commoditas, nec 7
vsusfructus in Feudo Filiæ mordicus defendit, Io:
Andreas Georg.repetit.feudal.dicto cap.num.52.
vbi quod non sit tutum contrarium asseuerare.

Et non eundo per mendicata vt aiunt suffragia;
quod Patri in bonis feudalibus Filię non debea-
tur vsusfructus, nec fructuum cōmoditas, † opti- 8
mè suadetur ex eo, quia cum Pater eius Feudi nō
sit capax, & Dominus Filiam elegerit fidelem, ab
eaque seruitia, & fidelitatis contenta sibi præsta-
ri velit, tacitè actum videatur, vt commoditates
Feudi non ad Patrem, sed ad Filiam perueniant,
argum.cap.1. §. fin. in quibus caus. feud. amittit.
Ioan.Andreas Georgius repet.feudal. cap.40.nu.
26. & per Rot Rosental.de feud. cap.7. conclus.
19.num.15.Franc.decis.161..in fin. Mastrll. decis.
82.num.5.Ann.Iun.cons.51.num.8.& 9.Milanēs.
decis.3.num.73. & 74. part.2. Giurb. de success.
feudal.prælud.2.sub num.6. versic. immò nec in
Feudo Filij Pater habet commoditatem Io. Bapt.
Bilocta conclus.feudal.2.num.8. vbi quod hæc o-
pinio sibi verior videatur, quia sicuti Patri dene-
gatur vsusfructus in Feudo Filij, ne lędatur Do-
minus in suis iuribus Dominicalibus, pari ratione
denegari debet fructuum commoditas, ac quæli-
bet administratio.

Fallit tamèn precedens conclusio mox à nobis
firmata, † ac communitèr recepta vno in casu, 9
quando scilicet patri simul, ac Filio concedere-
tur Feudum, seù Filio contemplatione Patris, nā
tùnc Patri competeret vsusfructus ex præsumpta
voluntate Domini, sicut in contrario casu prohi-
betur ex præsumpta voluntate contraria conce-
dentis; ita se declarant Ioan. Andreas Georg. re-
pet.feudal.dicto cap.40.num.48.49.& 50. Giur-
ba de success.feudal. prælud.2.sub num.6. versic.
nisi Patri, & Filio.

Quibus sic se habentibus, non solùm Domina
Comitissa non tenetur fructus, quos percepit ex
feudalibus Patri communicare, quin potius age-
re potest ad liuellos hactenùs decursos à Die obi-
tus eius Matris, quoniam antè mortem maturati
absquè vlla dubitatione spectant ad eius Filios,
nec in præsentem incidunt controuersiam causa
se alendi, cum aliundè non habeat ex quo com-
petenter viuere possit, nemini autèm dubium est,
quin alimenta † taxari debeant iuxtà quātitatem 10
Dotis, vt scilicet si pinguiorem habeat Dotem,
pinguiora ei debeantur alimenta, Surd.de alimēt.
quæst.30 numer.2. & 3 tit.4. & post alios Matt.
Medic.decis. Senens.89. num.35. Quare vbi etiā
admitteremus Patri in bonis Filiæ feudalibus, ac
reliquis competere vsumfructum, adhuc talis
admissio nil suffragaretur Patri, nec aliquod Filiæ
afferret præiudicium, ex quo Pater dextera resti-
tuere cogeretur ad alendum Filiam, quicquid si-
nistra sub prætextu vsusfructus sibi debiti eidem
subtraheret.

Et

Et quamuis lites ex litibus inter Patrem, & Filiam oriuntur, per miseriam Dominam Comitissam acquiescere Sententiæ aliàs latæ per olim Dominum Commissarium Feudorum Curiæ Podij, nihilominùs mihi semper visa fuit illius Sententia non mediocre continere grauamen aduersùs illam, cùm enim ex prouidentia, ac de gratia speciali Domini Directi reperiretur in possessione bonorum feudalium pro satisfactione, seù ad cōputum eius Dotis, in ea quoquè absque vlla plicea consouenda veniebat, illiq; bona huiusmodi libere adiudicanda; absquè eo quod daretur aditus allodialium excussioni, quæ certè iuxta rectos tramites quæstionum feudalium non requirebatur, stante quod ipsa Domina Comitissa reperiebatur in legitima dictorum bonorum possessione; sed si Illustrissimus Dominus Marchio eius Pater

11 intendebat recuperare faudalia, † tenebatur, offerre incontinenti tot de bonis allodialibus, quot sufficiebant pro integra Dotis satisfactione, Adden. ad Molin. de primogen. Hispan. lib. 4. cap. 7. in secundo casu, Sanchez de Matrim. disputat. 35. num. 2. ad finem tom. prim. Rot. in Mantuana Dotis 6. Iunij 1636. num. 6. & 7. Quæ quidem allodialia per iudicium vniuersale separationis bonorum, ac proclamatum ex aduerso coràm Illustrissimo Senatu introductum, & de quo apparebat in actis præsentis controuersiæ, nullam amplius admittebant excussionem, cum sic redderē-

12 tur valdè intricata; † ingentiquæ ære alieno onusta detegerentur, quo in casu posse habentem obligata feudalia ad ea apponere manum, ac sibi satisfacere, nulla præcedente allodialium discussione admittit, Rota decis. 472. part. prim. diuersor. & decis. 167. num. 5. & decis. 310. num. 14. par. 5. recent. faciunt notata per Cyriac. controuers. 327. num. 77. & 78. dixi alleg. 4. num. 18. lib. prim. neque circa istud probabilis videbatur adesse difficultas, quantumuis Sententia ansam præbuerit dubitandi de pluribus, quæ antea, ac etiam nunc luce meridia clariora reputantur.

Oblatio autem satisfaciendi in tot bonis Inuētarij sub prætextu quod non extaret, nec reperiatur in Hæreditate Debitoris pecunia numerata, inducebat coactionem, neque necessitatem ea accipiendi loco pecuniæ, in qua simpliciter eueniente casu restitutionis Dos omninò restitui debebat iuxta pactum, de quo in Istrumento Dotali, ad

13 effectum enim vt Dos data Viro in pecunia, † solui possit per dationem in solutum de bonis Inuentarij ab Hærede beneficiato, plura concurrere habent, de quibus latissimè Rota coram Durano decis. 1. per tot. & censuit Senat. Excellentissimus in causa Dominæ Catherinæ à Turri Donatæ in præcisis, quinimò fortioribus terminis, me pro eadem patrocināte, & tamē ipsa pro eius credito dotali vniuersam absorbebat hæreditatem exclusis aliis eiusdem Hæreditatis Creditoribus quæ quidem in præsentiarum nequaquam concurrebant.

Circa prætēsionē diù alias agitatā soluendi, seù reducendi Dotē iuxta valorē monetarum de tēpore obsidionis duximus superfluū quicquā amplius in mediū prodire hæc eni habet ex actis pluries in promptu, easq; ineuitabiles exceptiones, quas hinc repetere laboriosum potius, quam proficium reputamus, præterquam quod in dubio † 14 semper capienda est ea interpretatio, quæ resultat Dotis causæ magis vtilis, & magis fauorabilis ad text. in l. 10 ambiguis 97. vbi Dec. & Cagn. ff. de reg. iur. Buratt. decil. 340. num. 5. vbi quod amplecti debeat interpretatio, per quam prouideatur, ne mulier cum minori Dote remaneat l. quamuis 3 C. de pact. conuentention. Hinc propterea, tamersi in contractibus in dubio etiam in materia monetarum veniat, & sequamur quod minimum est, Dotis tamen fauore † econtra venit, 15 quod maius est, latè Surd. decis. 198. num. 4. 5. & sequent. & ibi Hodiern Mart. Medic. decis. Senens. 20. numero 34. præsupposito igitur quod non apparet, de qua moneta intellexerint contrahentes, cum tamen infinitæ propemodum militent coniecturæ, ob quas monetam veterem deductam fuisse in stipulationem arguatur, adhuc in ancipiti, & ambiguo iudicandum venitet sensisse de meliori, præsertim quia personarum qualitate inspecta, omnia dubitandi circa istud ansa remouetur, quippè quia indecorum, atque inconueniens ab vno quoquè præsumeretur, quod Mulier ex primarijs huiusce Ciuitatis matronis cum magnate, tenui adeo Dote sibi constituta Matrimonio copularetur.

Demùm ab re existimaui inuestigare, an præsens causa cognosci possit coram Ordinario, seù potius Feudorum Commissario, † nàm cùm maior 16 pars articulum sit circa Feudum ex Iure feudali tam notum est, quam quod notissimum, illorum disquisitionem fieri omninò debere coràm Iudice Feudorum ex copiosissime traditis per Cyriac. controuers. 381. num. 17. 18. & sequent. Benè verum est quod si Patri aduersæ istud quoquè in dubium reuocare contenderet, tunc adeundus foret Excellentissimus Senatus, nō quidem pro cognitione in meritis, sed pro habenda resolutione, cuius censuræ causa esset; † qui si pronunciauerit, causam esse feudalem, prout in pluribus rationibus 17 conuincitur, tunc, quęstio introduceretur, seù mediante inutili circuitu ad Iudicem Feudi rediret, Surd conf. 286. per totum, Rosental. de feud. conclus. 12. num. 114. cap. 12. Cyriac. dict. controuers. 381 num. 34. Verum adeo clara in proposito in teruenit quo ad plura quæstio fendalis ex Iure Feudorum, vt non nisi animo contradicendi in dubium refricari queat.

Interim vero, dùm disputatur, sumptuum, & expensarum crescit occasio, quod executio facti, & de facto præcedat per retentionem libellorum debitorum etiàm antè obitum Mariti Filijs, qui nullam penitus admittunt dubietatem simul cum maioratis post illius mortem, qui debentur vxori, seù Filiæ loco alimentorum, disquisitionem de iure alienam omninò à tramite Iuris, ac paternā, auitamque pietatem non decere reputatur vsquè adeo, vt Filia, & Nepotes debitum naturæ suffragium ab eadem citius consequi, quam à labore nostro spetare maluerimus; neque enim quicquā efficit petita bonorum separatio ad impediendam exactionem libellorum vigore quasi possessionis 18 in qua reperiuntur cum Decreto manutentionis iam ab Excellentissimo, Senatu obtento per ipso-

rum

rum Maritum, ac Patrem respectiuè, Rot. decis. 99. in fin. part. prim. diuers. quæ est decis. 232. apud Cenc. de cens. Post. de manuten. obseruat. 56. num. 13.

Quare, &c. Saluo, &c.

ARGVMENTVM.

Refutatio emphyteusis, quando dicatur realis ita quod perpetuo excludat refutantem, & omnes descendentes ab eo.

SVMMARIVM.

1 *ARgumentũ de feudo ad emphyteusim sustinetur.*
2 *Emphyteusis, seu feudum etiam antiquum, si ex noua causa, at titulo diuerso à Iure Inuestitura transeat ad aliquem ex cõprahensis in antiquis Inuestituris fit nouum, & dicitur haberi ex noua causa.*
3 *Refutatio dicitur personalis quande fit Domino, ad effectum, vt illico aliquem inuestiat fallit vt nu. 5. & nu. 7.*
4 *Emphyteuta, seu feudatarius priuatur Iure suo quando patitur alium inuestiri de emphyteusi, seu feudo:*
6 *Fæmina exclusa ab emphyt. habetur pro mortua.*
8 *Emphyteusis ecclesiastica pro se, & hæredibus transit tantum ad descendentes Noua concessa in vim antiqua pro se, & descendentibus non transit in transuersales num. 9.*

Allegatio IX.

Adsit Deus

APertissimas in Iure feudali, ac feudistarum traditionibus habemus decisiones pro sustinenda feudi nunc controuersi ad Venerabilem Præpositurã reuersione, quid quid in oppositum Tuentes Iura Dominorum à Valle facti serie minus fideliter recensite autumnauerint. Neque enim amplius pro inueniendo istius emphyteusis ecclesiasticæ communi stipite ad personam Horatij, eiusque maiorum respectus, atque digressio haberi debet, postquam die prima Augusti 1616. fabritius neglectis, seu renunciantibus alijs eius fratribus non quidem intuitu paternæ successionis, aut eius maiorem vocationis ad huiusmodi emphyteusim, sed auctoritate nouæ concessionis, & Inuestituræ attenta renuntia inuestitus extitit. Quo stante intrat regola, iuxta quam, tam in feudali-
1 bus, quam etiam in emphyteuticis, † in quibus promiscuè rationes, & argumenta procedunt? Giouagn. cons. 35. num. 12. lib. 2. ad rem Gratian. discept. forens. 557. num. 55. Buratt. decis. 838. n. 8. & 9. Surd. cons. 446. per totum cum adductis per Barbos. loc. com. 47. num 2. facta refutatione etiam in antiquis vni ex comprehensis † non ex 2
Iure Inuestituræ sed ex noua causa emphyteusis, & feudum in eius personã efficiuntur noua, itaut in eis non detur amplius successio ex antiquis Inuestituris sed ex noua Bald. in c. 1. nom. 19. in fin. an agnat. vel fil. Afflict. decis. 112. sub nu. 5. vbi dicit haberi ex noua causa, si in Inuestitura exprimatur, qua de causa ad inuestitum peruenerit, quod repetit Cyriac. controuers. 4. num. 27. & seq vbi sub num. 29. id eo magis procedere inquit, si in ipsa feudi, seù emphyteusis refutatione domini assensus accesserit, & controuers. 223. num. 17 latè Mart. cons. 14. num. 7. & seq. Honded. cons. 36. num. 22. lib. 1. Gabr. cons. 89. sub num. 8. versic. primo quando quis renuntiat ad finem vt agnatus inuestiatur de nouo, vti de noua emphyteusi, & Inuestitura, subsequitur lib. 1. latè Grat. discept. forens. 557. num. 52. & seq. vbi quod renunciatio emphyteusis ad finem, vt ille ad cuius commodum fit cessio, liberè renouetur, & inuestiatur de bonis renunciatis à Domino directo, faciat, vt Inuestitura dicatur finita respectu renuntiantis, & habeatur pro renuntiatione reali Corbul. de caus. priuat. ob renuntiat. num. 2 & seq. de Iur. emphyt. Surd. cons. 446. num. 17. in fin. Lureth. in Theatr. Feudal. part. 12. dilocidat. 70. num. 3. Io: Andreas Georg repetit. feudal. cap. 54. num. 83. versic. sicut Doctores dicunt de feudo refutato in manibus est nouum feudum non amplius illud primum iam resolutum per refutationem Giurb. de succession. feudor. §. 1. glos. 12. sub num. 7. versic. Sin autem pater ad hoc refutaret vt filius de eo, tamquam de nouo beneficio inuestiretur tunc lex, & pactio dati feudi esset seruande, & feudum nouum esset in ipso filio Rota decis. 186. num. 5. part 3. recent. dixi allegat. 10. num. 100. & seq. fol. 190. lib. 1. & faciũt tradita per Rotam decis. 541, & decis. 603. part. 4. tom. 3. recent. vbi perpenditur quando feudum nouiter concessum cum clausula Iure antiqui, ita antiquum afficiatur, vt etiam si concessum appareat duobus, vel pluribus, adhuc Masculus vnicus lineæ fæminam alterius lineæ excludat, de quo dicam in peculiari allegatione.

Qua propter cum in facti specie frater ipsius fabritij emphyteusim ita renuntiauerit, vt Dominus de eadem emphyteusi fabritium quasi de nouo emphyteusi inuestiret, ad idque Domini assensus accesserit, ideo persona ipsius Horatij, aut eius maiorum non attenditur, sed finita linea descendentium eiusdem fabritij emphyteusis resoluitur, atque ad Dominum reuertitur.

Neque obstaret, si opponeretur, quod frater simpliciter fratri emphyteusim refutauerit, & ad effectum quidem, vt alter frater fabricius inuestiretur, non autem vt magis vno modo in nouam, quam altero fieret concessio, quin potius, quod illius intério fuerit, vt emphyteusis antiqua † ad- 3
huc remaneret, sic enim eueniente casu extin-

ctionis

Digitized by Google

ctione lineæ refutarij hęredes ipsius refutantis,
val alias in antiqnis concessionibus compræbẽ-
si successissent vt ad rem optime ratiocinatur Ma-
nent.decis.6.num.6 t.& seq; vbi præcise loquitur
in renuntiatione emphyteusis eiusdem præposi-
turæ. Quoniam eo ipso, quod subsecuta apparet
inuestitura tamquam de emphyteusi noua, atque
frater refutãs refutantem integram rem emphy-
teuticam priuatiuè quo ad ipsum possidere pro-
4 misit † in necessarium antecedens sequitur, quod
saltem tacitè in nouam concessionem consensum
præstiterit ad late tradita per Corbul. de caus. pri-
uat.ex eo, quod emphyteut. patit. alium de em-
phyt.inuest.num.4.Gratian.dicta discept. foreus.
557. n. 54. & seq. Rota infauen seu senogallien.
bonorum super bono Iure 14. Martij 1646. co-
ram Meltio in fine; quod etiam expresse disponi-
tur in c.1. de eo qui fin. fec. agnat. ibi vel nisi ad
hoc refutauerit vt Dominus eum quasi de nouo
benefitio inuestiret. tunc enim scuta Inuestitura
noua quasi nouũ sit feudũ, nõ succedit. Siuè igitur
in renunciatione emphyteusis ita expresse cautũ
reperiatur, siuè ex facti circumstantijs tacitè resul-
5 tet refutantẽ † omne eius sibi competens in em-
phyteuti per renuntiã à se abdicasset, & in fratrẽ
transtulisse, sicque ipse, eiusque successores ipso
amplius ad emphyteus. succedendi omnino pri-
uatur Manent. cons. 45. n. 83. vbi inquit paria
esse, quod refutatio fiat in Manibus Domini, vel
quod Dominus alium inuestiat cum consensu re-
futantis ad hoc, vt refutans semper excluda-
tur.

Quemadmodum neque resisteret si replicare-
tur mox dicta in odium ipsius fratris, eiusque de-
scendentium procedere, ipsisque refutationem
tosistere, non autem Dominæ Margaritæ eorum
sorori, eiusque posteritati. Quoniam dũ extant
6 Masculi sorores ipsorum pro mortuis babentur, †
totumque Ius emphyteusis, adeo in ipsis Mascu-
lis consolidatur, vt sororia nulla prorsus haberi
ratio debeat Maneut. cons.19.num.2.iuncto num.
33. vbi quod soror tantum Masculis extantibus,
ac de emphyteusi disponentibus succedere pos-
set, seu ad emphyteusim admitteretur si dispo-
sitio emphyteus. in incapaces collata esset Mart.
cons.62.num.14.& seq. cum infinitis, qui adduci
possent, nisi res de se indubitatissima reputare-
tur, eoque magis quia eadem Margarita suas quo-
que in amplissima forma emisisse renuntiationes
præsumitur, quodque de dote sibi per fratres cõ-
stituta, aut à patre relicta contenta extiterit. quo
stante, † nec ipsa ad feudum in personam fratris
7 nouum effectum regressus ad præiudiciam Dom.
competeret ad tradita per Cyriac. controuers.128
num.64. ac fere per totam, & dicta controuers.
223.num.27.& seq. Quare concluditur emphy-
teusim hanc effectam nouam in personam Dom.
Fabritij per extinctionem illius lineæ deuolutã
remansisse exclusa penitùs sorore, vti ipsius acqui
rentis transuersali † vt in proposito post alios a-
8 nimaduertit idem Cyriac. controuers. 128. nu.4.
& controuers. 223.num.13. Rota in Caietana Bo-
norum 3. Decembris 1646. coram Cerro, vbi am-
pliat etiam in concessa pro hæredibus, & succes-
soribus.

Hæc autem adeo vera pręexisterent, vt nimi-
rum ex noua causa emphyteusis antiqua ad com-
præhensum in antiquis, seu præcedentibus inue-
stituris perueniat si ipse comprehensus auctorita-
te concessionis nouæ inuestiatur, non amplius
transuersales succedant vt sibi locum vendicent,
tam & si in noua concessione exprimatur, quod in
antiquam emphyteusim fiat, adhuc enim solum
discendentes vocati censentur, maximè quando
emphyteusis stipulatio; vt fieri solet † cum clau- 9
sula pro se, & hæredibus ex eo legitimè descen-
dentibus, emanauit, per quam ita ad descenden-
tes inuestitura coarctatur; vt ad transuersales ex-
tendi nequeat Gabr. de feud. conclus. 1. num.3.
Curt.sen.cons.48.num.6. vbi tamen sub. num.30.
versic. ergo verum, istud non procedere inquit.
quando fuisset dictum in feudum paternum, &
antiquum, ita quod sapiat naturam feudi paterni,
& antiqui, & sortiatur in omnibus, & per omnia
tunc enim attanta simili concessione soror fratri,
ac eius descendentibus succederet. Maneut. post
alios dicto cons.45. num.71. infinitos cumulaui
Allegat.2.num.17.lib.4. quibus addo Crauet. in
respons. pro genere num. 321. Menoch. cons.523
n.9. Mart. cons.3.num.15. Quæ tamen ex abun-
danti dicta sint, si quidem concessio, de qua agi-
tur, simpliciter vigore renunciationis ab altero
fratre adhibito assensu Domini tanquam de em-
phyteusi noua successit ità vt extincta eius linea
feudum Domino deuolnat, vt etiam in simili cau-
sa Præpositutæ post hæc scripta visus scripsit, &
iudicatum refert Cyriac. controuers. 113. per to-
tum.

Quare, &c. Saluo, &c.

ARGVMENTVM.

Cursus aquæ ad inferiores, quando im-
pediri possit per superiores, & quando
competat manutentio in possessione, seu
quasi Ducendi acquas Principes Domini
aquarum post conuersiones, & Inuestitu-
ras de eis factas, non possunt quicquam
innouare ad prçiudicium habentium hu-
iusmodi concessiones, & Inuestituras.

SVMMARIVM.

1 *AQuarum, quæ in suo dominio reperiun-
tur Princeps est Dominus.*

2 *Aquam habens à Principe potest illam re-
stagnare, colligere, ac quacunque volue-
rit diuertere.*

3 *Aqua post quam ingressa est feudum superio-
rem potest Dominus fundi illa vti diuer-
tendo cursum naturalem etiam in præiu-
dicium fundi inferioris. Per se fluens ad
loca inferiora dicitur fluere Iure facul-
tatis non autem seruitutis nu.4. Decur-
rens*

Digitized by Google

tens Iure facultatis potest semper retineri à superiore etiā si fluxerit per mille annos ad commodum inferiorum, nec illi vnquam præscribitur n.5.

6 *Aquam decurrisse Iure seruitutis, quando fluit per opus illud reperitur in loco eius, contra quem allegatur seruitus, secus si in loco tantum eius allegantis.*

7 *Aquas deriuandi, & euacuandi in alienum competit ex temporis vetustate.*

8 *Seruitus euacuandi, & ducendi aquas dicitur habere causam continuam seu quasi, & præscribitur spatio decem annorum inter præsentes, & viginti inter absentes n.9.*

10 *Consuetudo & immemorabilis idem operantur, quod priuilegium.*

11 *Aquæ cursum ad inferiora superiores impedire nequeunt, quando tempore longissimo cōsueuit decurrere ad commodum inferiorum. Qui propria auctoritate, ac etiam armata manu superiori impedienti possent resistere n.12.*

13 *Aquis in deriuandis quasi possessio acquiritur per vnicum actum.*

14 *Manutentio datur pro vsu aquarum, & quasi possessione Iuris aquandi.*

15 *Reintegrandæ remedium competit pro seruitute incorporali deriuandi aquas.*

16 *Manutenendus est quilibet in statu possessionis, seu quasi, in quo reperitur.*

17 *Spoliatori manutentio competit.*

18 *Possessio recens, & quæ causam liti dedit non esse manutenenda.*

19 *Spoliatum pro se spoliato, quia non præsumitur se habere, nisi ab allegante probetur.*

20 *Manutentionis ad effectum sat est, quod quis non amiserit animum possidendi.*

21 *Confessio in precibus possessionem probat. fallit n.22. & 23.*

24 *Possessioni vbi incontinenti constat de iniustitia, & vitio possessionis non datur manutentio.*

25 *Manutentio, & spolium simul cumulari nequeunt, cum tanquam repugnantia simul stare non possint.*

26 *Manutentio datur propter ciuilem possessionem, quæ animo retinetur.*

27 *Manuteneri petere quis potest, & quia tenus opus sit reintegrari.*

28 *Animum possidendi an quis habuerit statur eius declarationi.*

29 *Principes dominantur aquis in eorum dominij profluentibus. Et in illis habent dominium vniuersale per quod non tolluntur Iura particularium macinandi & irrigandi n.30.*

31 *Inuestitura, & priuilegium ducendi aquam intelligitur dummodo fiat sine damno aliorum.*

32 *Aquæ cursum naturalem mutare licet, si fiat sine iniuria, & damno fundi inferioris, alias secus.*

33 *Manutentio datur in quasi possessione ducendi aquam.*

34 *Aqua potest retineri à superiore, si nullum afferat præiudicium inferiori.*

35 *Præscriptio Ius negatiuum in his quæ sunt facultatis non præscribitur, nisi concurrēte prohibitione ex parte præscribentis, & patientia eius contra quem præscribitur.*

36 *Aquæ ducendæ seruitutem, qui semel alicui cōcessit non potest exinde aliquid facere, per quod Ius prædictum minuatur.*

37 *Rescripta, & concessiones Principum intelligi debent sine alterius damno & iniuria.*

38 *Possessio titulata facilius manutenetur.*

39 *Domini directi scientia, & patientia requiritur ad effectum quasi possessionis contra ipsum.*

40 *Dominium ex quibus probetur.*

41 *Exceptio possessionis certij impedit mandatum de manutenendo.*

Allegatio X.

Adsit Deus.

A Tanto tempore cuius initij memoria in contrarium non extat flumen, seu fouea Essegi oriens in Territorio Mantuano defluit in Partes Veronenses, & inter confinia Abbatiæ Sancti Zenonis ducit Molendinum à duabus vel trinis Rotis, de quo commentarij pro tempore pluribus iam in Emphyteusim concesserunt Inuestituras ad soluendum pro canone singulo anno solidos viginti denariorum Veronensium paucorum pro recognitione dicti vadi. Quod inquam Molendinum annis proximè effluxis titulo emptionis ab illis de Capinis Veronensibus transiuit in familiam nobilissimam Emiliorum & nunc possidetur ab Illustrissimo Domino Comite Ioanni Equite sanguinis prætiosissimi Domini nostri Iesu Christi, Qui, dum reperiretur in quieta, ac pacifica possessione conducendi Molendinum prædictū hinc ab annis circiter quadraginta trāslatum inferius & vbi defluit eadem aqua exegi iuncta cum flumine Iconis, cum eius graui damno molestatur in longissimo, seu inueterato, vsu dictæ aequæ, exegi per Dominum Doctorem Guerinum de eadem fouea mox à Serenissimo Domino nostro Inuestitum continendo, & diuertendo aliter, quam hactenus defluere consueuerit.

Et quoniam id sibi licere autumnant ex trita, ac vulgari ea ratione, quod Princeps sit Domin. † aquarum, quæ in eius Dominio reperiuntur & confluant l. fluminum 24. ff. de damn. infert. Bero cons. 140. nu. 4. lib. 3. Roland. cons. 97. lib. 3. regg. cons. 1.

conf. 1. num. 5. Cardinal. Zabarel. conf. 38 Rofental. de feud. cap. 5. conclus. 30. num. 1. Larat. in Theatr. feudal. part. 11. D. lucidat. 47. nu. 1. tantoque magis quia Sigismondus Imperator in erectionem Mantuæ in Marchionatum expresse cõcessit Serenissimo Io. Francisco Gonzagæ, ac eius Successoribus flumina cuncta, aquas, omnes, & singulas aquæductus vt in priuilegio latius cõtinetur ibi. Et generaliter cum omnibus, & singulis castris, Rochis, fortalitijs fluminibus &c. & paulo infra vers. cumque omnibus, & singulis dictæ Ciuitatis locorum, & Castrorum, Iuribus, honoribus, Iurisdictionibus mero, & mixto Imperio omnimodaque Iurisdictione, & coercitione aquis, stagnis, torrentibus, lacubus, fluminibus, & piscarijs, molendinis, & Iuribus nauigandi &c. Vnde Dominus Guerinus, qui per Inuestituram in locum suæ Celsitudinis succes-
2 sit, poterit aquam † prædictam restagnare, colligere, atque quocunque voluerit diuertere ad tradita per Cyriacum contr. 462. num. 8.

Quinimo cum aqua prædicta antequam defluetat ad molendinum Domini Comitis ingrediatur, seu transeat superius per fundos Domini
3 Guerini nil prohibet quin ipse ea † vti possit etiã per diuersionem cursus naturalis quãtumuis præiudicium inferat Domino fundi inferioris l. 1. §. illud labeo ff. de aq. quotid. & estiu. l. 2. §. item labeo ait. ff. de aqu. pluu. arcen. Dec. conf. 244. n. 3. & 4. cum adductis per Surd. conf. 447. n. 3. & 4. Rot. decis. 213. num. 4. apud Post. de manuten., & in ferrarien. aquarum 14. Nouembris 1622. coram Pirouano de qua infra faciunt notata per Gail. pract. obseruat. 69. num. 27. lib. 2. latè Cyriacum controuers. 310. num. 241. & seq. & controuers. 462. num. 12.

Neque officere videtur immemorabile tempus, per quod ad commodum molendini fluxit
4 aqua † prædicta, quia cum labatur per se ipsam ad loca inferiora dicitur fluxisse iure facultatis, non autem seruitutis Cæpol. de seruit. rustic. præd. cap. 4. num. 57. Augusl. conf. 49. num. 16. Cyriac. controuers. 330. num. 155. quo casu etiam si la-
5 batur per mille annos † nunquam præscribitur, quin possit quandocunque à superiori retineri l. proculus 26, cum l. sequenti ff. de dam. infect. l. si in meo 21. ff. de aqu. pluu. arcen. Cæpol. de seruit. rustic. præd. d. cap. 4. sub n. 53. vers. secundo casu cum alijs apud Cyriac. d. controuers. 310. n. 156. ad. quam seruitutem induendum allegari non poterant constructiones molendini, canalium, & trauersanei factæ in parte inferiori, quia superiores non possunt prohibere inferiores facere canali ad libitum in suo, sed si paterẽ-
6 tur fieri in loco, † in quo possunt prohibere tunc præsumerentur pati Iure seruitutis, ita declarat non obscure Randeo. conf. 18. sub. num. 72. & 76. vers. limitatur quando, vol. 2. Menoch. conf. 447. sub num. 42. Crauet. de antiqu. tempor. part. 4. in vlt. partie. incip. circa præmissa num. 40. sub nu. 58. vers. aut habens fundum inferiorem. & num. 56. Riminald. Iun. conf. 86. sub num. 3. Cyriac. dicta controuers. 310. num. 160.

Re tamen diligentius examinata arbitror non licuisse Domino Guerino inuertere antiquum & naturalem cursum fluminis, seu foueæ exsiccare, coque minus post acquisitum Ius in defluxu aquæ ad inferiores partes per molendini constructionem, iuncta præsertim præscriptione ducendi aquam ad molendinum, & eum ea maciuandi, in qua ab immemorabili existũt inuestiti in emphiteusim de prædicto molendino ab Abbatia Sancti Zenonis, quod autem ex temporis vetustate † arguatur modus deriuandi aquas, & com- 7
petere Ius eas ducendi probant tex. in l. 1. §. fin. & l. 2. in princip. ff. de aq. pluu. arcen. Fran. Marc. decis. 111. nu. 10. part. 2. Bero. conf. 144. sub num. 39. vol. 3. quos allegat & sequitur Cyriac. controuers. 179. num. 1. quibus adde Surd. conf. 447. à n. 10. & Rot. decis. 213. num. 7. apud Post de Manutenen. Ad quod sane Ius acquirendum, cum seruitus ducendi † aquas habeat causam continuam 8
seu quasi Bart. in l. 1. §. denique num. 3. ff. de aqua pluuia arcen. Riminald. Iun. conf. 86. num. 1. Purpurat. conf. 602. num 6. Alex. conf. 69. nu. 4. volu. 5. Cyriac. controuers. 179. num. 4. & controuers. 310. num. 163. sufficeret spatium decem annorũ
† inter præsentes, & viginti inter absentes gluf. 9
in l. 2. in verbo quæsisti, & ibi cęteri scribentes. C. de seruit. & aqua Cæpol. de seruit. rustic. præd. cap. 4. sub num. 55. vers. item præscriptione, & de seruit. Vrban. præd. quæst. 8. num. 4. Riminald. Iun. conf. 86. num. 2. Castren. conf. 243. sub. nu. 2. lib. 2. Alex. conf. 69. sub num. 3. lib. 5. Aret. conf. 30. num. 3. Riminald. Iun. conf. 397. num. 20. Cyriac. dicta controuers. 179. num. 5. & 6. & controuers. 310. num. 164. Quapropter cum Illustrissimus D. Comes cumulatis temporibus eorum, à quibus causam habet, ab immemorabili duxerit molendinum, dicitur Iure optimo id fecisse, habereque etiam iustum titulum conquerendi de innouatione per Dominum Guerinum attentata, nam huiusmodi consuetudo † & immemorabilis 10
idem operantur quod priuilegium Principis l. si quis diuturno 5. ff. si seruit. vind. Cæpol. de seruit. rustic. præd. cap. 4. sub num. 52. vers. quinto probatur sic. Surd. dicto conf. 447. sub num. vers. dicens in consuetudinem efficere, sed si Illustrissimus Dominus Comes ex concessione, & priuilegio Serenissimi Domini nostri habuisset Ius ducendi Molendinum impediri nequiret, ergo &c.

Hinc sequitur, quod non potuerit fieri de Iure impedimentum aliquod in solito cursu exegi, per quod aquæ recolligerentur, & aliò deriuarẽtur, & quod factum in proposita facti serie à D. Guerino remoueri debeat l. 2. 3. & 4. C. de aquæduct. lib. 11. l. præses 6. cum l. seq. C. de seruit. & aqua l. 1. §. Neratius, & l. si tertius 6. §. officium & l. quod Principis 23. §. fin. ff. de aqu. plu. arceu. Barsat. conf. 87. Riminald. Iun. conf. 86. optimè in terminis Bertrand. conf. 377. num. 7. vol. 6. & latissime prosequitur in hac eadem quæstione Surd. d. conf. 447. num. 11. & seq. vbi plures alios agglomerant. In tantum quod potuisset D. Comes armata † manu, & propria authoritate de fa- 11
cto elusam flumine nouiter iniectam destruere, ac dissipare Bart. in l. 1. §. non interdicto vers. secundo nota quod in istis Iuribus ff. de itiner. actuque

Digitized by Google

actuque priuat. Capol. de seruit. præd. cap. 4. sub
num. 53. vers. & resistere etiam de facto Peritand.
dicto cons. 374. a numer. 11. ad 16. vol. 6. faciunt
tradita plena manu per Post de Manuteo. obs. 1.
à num. 55. ad 62., & per Cyriac. dicta controuers.
179. num. 7.

Cæterum hæc dicta sint, ex abondanti, nam cũ
principaliter fuerit intẽtatum remedium manu-
tentionis sufficit probare etiam per vnicum a-
ctum, quod Dominus Comes admolendum vsus
fuerit decursu dictę aquę, cum in istis incorpora-
13 libus vnico dumtaxat actu † quasi possessio ac-
quiratur, & sufficit in anno, vno die, vel nocte
duxisse ad hoc vt quis dicatur in quasi possessione
ducendi aquam constitutus l. 1. in princip. ff. de
aqu. quotid. & æst. Capol. de seruit. rustic. prædio.
cap. 4. sub num. 53. vers & sufficit circa medium,
& sub num. 56. vers. & per vnum actum Pedroc.
cons. 34. num. 1. Cyriac. controuers. 179. num. 11.
Menoch. de retinen. remed. 6. num. 15. Ludouis.
14 decis. 100. num. 1. Quod autem pro vsu † aquarũ,
& quasi possessione aquæductus detur, & compe-
tat hoc interdictum retinendæ, ac summarissi-
mum manutentionis in controuersiam vix reuo-
cari posset, cum ab omnibus indifferenter admit-
tatur fontanel. de pact. nupt. claus. 7. glos. 4. part.
10 num. 44. tom. 2. Plot. de in litem iurando. §. 3.
sub nu. 19. & 33. Capueaq. dec. 189. & seq Boc-
car. de interd. vti possidet. cap. 9. num. 17. Franc.
Marc. decis. 589. num. 10. part. 1. Viu. decis. 411. n.
17. & seq. lib. 3. Rot. decis. 734. part. 2. recent.
quos sequitur Post. de manutent. obseruat. 10. nu.
50. Et in subsidium proponatur remedium rein-
15 tegrandæ † quod pariter competit pro istis iuri-
bus incorporalibus Menoch. de recuperan. pos-
sess. remed. 15. num. 200. Raudens. cons 12. num.
97. lib. 2. Cyriac. controuers. 979. num. 9. & 10. I-
gitur negari non potest, quin Dominus Comes
interim manuteneri non debeat, donec in plena-
rio possessorio, vel petitorio fuerit terminatum,
& donec lis indecisa pendens remanserit: ex vul-
16 gari axiomate, quod possessori manutentio † cõ-
petat in possessione, seu quasi, in qua de tempo-
re litis motæ repetiebatur Post. de manuten. ob-
seruar. 73. num. 1.

Quibus non obstaret si diceretur prædicta po-
tius militare fauore Domini Guerini, qui per plu-
res menses reperitur in possessione, seu detenta-
tione retinendi memoratam aquam, & illam di-
uertendi, quo magis eidem iubet præsertim cum
17 manutentio † detur etiam detentori, ac spoliato-
ri contra spoliatum, seu qui habuit se pro spo-
liato Castren. in l. Attilius. regulus 27. num. 5. ff.
de donat. Neuizan. cons. 80. num. 3. Menoch. de
retinen. remed. 3. num. 789. Giouagn. cons. 21. nu.
50. & 62. lib. 1. & cons. 40. num. 4. lib. 2. cum ad-
ductis per Post. de manuten. obseruat. 42. nu. 109.
& 111. & obseruat. 57. num 45. & post. tract. dec.
10. num. 6. & decis. 11. num. 11. & decis. 265. num.
11. quæ est decis. 284. part. 5. recent.

Nam præter quam quod iste actus causam de-
dit liti adeo vt haberi non debeat in considera-
18 tione † ad obtinendam manutentionem fontanel
de pact. nupt. claus. 7. & 53. glos. 13. part. 10. num.
56. & 57. tom. 2. Giouagn. cons. 28. nu. 38. & cons
40. num. 7. lib. 2. Rot. decis 333. num. . part. 1. &
decis. 409. num 4. part. 2. recent. & decis. 153. nu.
49. part. 5. Post. de manuten. obseruat. 17. num. 44
& 45 & in puncto post tract. decis. 213. num. 2. di-
xi allegat. 32. num. . lib. 2. Accedit quod cum in
dubio † non præsumatur, quem se habuisse pro 19
spoliato, id erat ex parte aduersarij allegantis
probandum Giouagn. dicto cons. 40. num. 10. lib.
2. Ludouis. decis. 307. num. 10. Cyriac. controuer.
389. num. 2. Thomat. decis Macerat. 15. nu. 4. Post
de Manuten. obseruat 57. num. 57., & num. 91.
vbi quod ad manutentionis effectum † satis est 20
quod quis non amiserit animum possidendi Rot.
penes eundem decis. 86. numer. 9. & decis. 226.
num 2.

Ex quibus tolleretur quoque replicatio, quæ
hic fieri posset ex eo quod Illustrissimus Domin.
Comes Ioannes de Emilijs in precibus Serenissi-
mo Domino Nostro porrectis fateatur Dom. Gue-
rinum de facto se intrusisse per iniectionem clu-
sæ ad retinendam aquam, per quam confessionẽ
† censetur concludenter probata possessio ipsius 21
Domini Guerini l. cum precum 9. C. de liber. caus.
Rot. decis. 167. num. 5. part. 4. recent. & apud Pa-
cifie. de Salu. decis. 37. num. 2. Post de manuten.
obseruat. 10. n. 46. & post tract. decis. 242. nume. 1
Quoniam obiectum procederet, si preces † sim- 22
pliciter, & sine plica in actis fuissent præsentatæ
vt subiungit idem Post. dicta obseruat. 19. num.
47. fretus doctrina Rot. post secundum vol. cõs.
Farinac. decis 89. nu. 4. quapropter cum pro part.
Domini Comitis fuerint in actis relaxatæ ad ef-
fectum dumtaxat manutenendi in quasi posses-
sione dicta confessio † sic modificata, cum intelli- 23
gatur de possessione de facto turbatiua, & quæ
causam litigandi præstitit, & quæ vt mox dice-
bam non attenditur in hoc iudicio manuten-
tionis, præfato Domini Comiti ciuiliter possi-
denti non præiudicat Rot. decis. 511. num. 4. p.
prima recent. Post. de manuten. dicta obseruat. 16
n. 66.

Vel saltem negari non posset, quin ex dispo-
sitione testium diceretur constare in promptu † 24
notorie, & euidenter absque vlteriori disputa-
tione de iniustitia prætensæ possessionis Domini
Guerini, atque intrusione. vitio, clandestinitate,
& spolio, adeo vt tantum absit vt ei veniret
danda manutentio, quinimo potius spolium
esset purgandum, & possessio reuocanda l. 1. in
princip. ff. vti possidet. l. improba 7. C. de acqu.
possess. Cancer. var. resolut. cap. 14 num. 54. 55. &
seq. part. 3. Gratian. discept. forens. 870. num. 18.
Cyriac. controuers. forens 46. num. 12. & contr.
589. num. 9. Post. de manuten. obseruat. 42. n. 137.
plene Thomat. decis. Maurat. 73. per totam Rot.
decis. 172. num. 9. & 7. part. 5. recent. Mangil. de
subhast. quæst. 44. à num. 4. & quæst. 153. a n. 2 u-
dixi allegat. 21. num. 34. lib. 1. & allegat. 23. num.
30. l. 2. Caualer. decis. 507. n. 4.

Illud quoque animaduertere non abre existi-
maui nempe D. Comitem narrasse in præcibus
possessionem Domini Guerini non simpliciter,
& vninore, sed possessionem naturalem, & tur-
batiuam

Digitized by Google

pationam de facto quemadmodum atiam in petitione coram Iudicibus porecta, in qua sane nó
25 intellexit intentare spolium † simul cum mandato de manutenendo, quoniam hæc duo remedia vti liquet se repugnantia cumulari nequeunt Boc eat.de interdict. vti possidet.cap.3. num.9. Rott. decis. 560.num.1.part.1.& decis.129.nume.7.pa. 2 recent.Post.de manuten.dicta obseruat.57. nu. 79,sed principaliter petijt se manuteneri, & subordinate quatenus opus sit reintegrari nec ita petens, & narrans dicitur se habuisse pro manu-
26 tentione † in ciuili possessione, quæ animo retenta præsumitur, & ex qua debetur manutentio etiam pro recuperatione naturalis Rot.decis.91.n. 1.part.1.recent.quæ duplicatur apud Post. de manuten.decis.220. la 2. & decis.115.num.2. ead. part.5.recent, quæ est decis.220. apud Post. de manuten.& ipsemet.obseruat.56.à nu.31. Canal et.decis.2.num.10.& verba illa quatenus o-
27 pus sit de reintegrando † intelliguntur quoad possessionem naturalem tantum, seu etiam detentationem respectu turbationum, & molestationum sibi de facto illatarum Natt.cons.572.num. 21.Surd.cons.160.num.72.Rott.decis.560.num.3 & seq.part.1.recent.Cyriac.controuers.389. nu. 1.& 2.Post.de manuten.dicta obserua.57. num. 82. & post tract.decis.200. à num.12.quibus addo Mangil. de subhast. quæst.153. num.24. ergo expressio intrusionis,& narratiua possessionis adnersarij intelligitur de turbatiua, ac vitiosa naturali,& propterea non impedit manutentioné quoad ciuilem per D.Comitem animo retentam & qui nunquam se habuit pro spoliato, ad quod probandum sufficit non constare de contrario,&
28 in hoc standum est declarationi † ipsius Domini Comitis iuxta glos. magnam in verbo dicit in §. sed istæ quidem instit. de action Ludouis. decis. 163.num.4.& decis.460.nu.13.Cyriac.dicta controu.389.num.4 Mascard.de probat concl.1178. num.23.Post.de manuten.obseruat.17. num. 23.
His iactis fundamentis venio nunc ad resolutioné eorum, quæ superius in contrarium excitabamus & præsupposito pro indubitabilis quod Principes
29 dominét. aquis in eorú dominijs profluentibus † certe negari nó poterit quin fouea exegi spectet etiam ad serenissimam Rempublicam Venetam, cum transeat in eius regiones à tanto tempore, cuius initij nó extat memoria in eius regiones, & sic dicatur communis inter serenissimum D. nostrum,& Serenissimam Republicam Venetiarum ad tradita per Gratian. discept. forens. 480. n.2.& seq. faciunt tradita per Rosentala de feud. capo. 5.conclus. 30.n.3. & in glos. D. Deinde replicantur quo ad aquas decurrentes per Principum Iurisdictiones eos habere quidem domi-
30 nium † aliquod vniuersale; sed non propterea tolli iura particularium maciuandi,& irrigandi ex eis Angel in l.fluminum 24.in princip.nu.1 ff de dam.infect.Surd.cons.321.num.34. vol.3. & cons.482.num.1.& 2.Menoch,cons.825.num.9. & 10. & cons.909. num.46. Cyriac. controuers. 462.num.3. Qua propter asserta concessio, &
31 Inuestitura † facta Dom. Guerino de acqua prædicta intelligi debet sine damno, & iniuria D. Com: Bart. in l.quo minus 2.in princ.ff de flum. vbi Ias. num.10.& Ripa num.12.,& ita Surd. dicto cons.447. nu.23. & 24. & in casu similia Inuestituræ per Maiestatem Christianissimam concessæ tradidit Bertrand. dicto cons.377. num.20. vol.6.

Vnde ex eadem ratione tollitur quoque aliud obiectum quatenus dicebatur posse Dominum fundi superioris diuertere † cursum naturalem 32 aquarum aquarum in præiudicium inferioris : quandoquidem istud ita demum sibi locum vindicat, si fiat sine iniuria, & damno fundi inferioris, vel habentis molendinum infra, & Ius maciuandi antiquum ex aqua, & quæ retineri prætenditur ad tex.in l.3. §. si quis nouum canalem, ff. de riuis. l.2.§. item vers. quamquam in fin.ff de aqu. pluu.arcen Dec.cons.144.num.7. & 8.Bero.cons.139.num.20 lib.3 Surd. cons.437. num.11.Bertrand.dicto cons.377.num.22.in fin. & num.23.vol.6.Rot.apud Post. decis.213. num. 5.Gratian.dicta discept.480.nu.6.& 13. Et quod pro aqua, † quæ ad molendinum duci consueuit 33 detur manutentio, & remedium retinendæ voluerunt expresse Ripa in dicta l. quo minus 2.n. 40 ff.de flumin Menoch.de remed.6.num.50.in fin.freiunt tradita dicta decis.213. num 6. & in dicta fetratien n.

Quæ responsio applicatur etiam vltimo obiecto etenim nunquam fluxum aquæ præscribi per inferiorem,ita vt retineri non possit per superiorem † intelligitur sine iactura, & damno ipsius 34 inferioris,vt seipsum declarando admittit etiam Cyriac.dicta controuers 319. num.16a. & aliter intellecta,vel declarata illius opinio esset falsa, istud autem transit in offenso pede eo, quia alias superiores ipsi Dom.Comiti voluerunt retinere aquam,& fuerunt prohibiti † ab inferioribus at- 35 que etiam acquiescerunt prohibitioni;& propterea diceitur aqua conduci Iure seruitutis,&non facultatis glos. in l qui luminibus n. in verbo formam ff. de seruit.vrb.præd.Cels.Vgo.cons.54.n. 15.cum alijs cumulatis per eundem Cyriac. dicta contro. 319.n.158.

Duplici aiia de causa,& optima ratione cóprobantur & sequútur superius dicta, & primo quia eadem aqua post quam defluxit in partes Veron. denuo decurrit ad Territorium Mantuanum, & præsertim in districtum Vellimpistæ, Quam Illustriss.Com. vna cum aquis defluentibus acquisiuit à Serenissimo recolédæ memoriæ Duce Ferdinando sicque tanto minus per concessionem subsequentem factam Domino Guerino potuit generari præiudicium, vel minimum Iuribus iam acquisitis Domino Comiti ex longe præcedenti concessione,quia qui semel alicui aquæ ducédæ seruitutem, † seu ius concedit;non potest exinde 36 aliquid facere, per quod Ius prædictum minuatur,multoque minus, vt in præsentiarum penitus tollatur l, in concedendo 8 ff de aqu. arceu. Bartol.in dicta l.quominus 2. num.12. Ias. num. 35.& num.56.Rip.nu.53. Alex. cons.2.num.9. lib 4.Cæpol.de seruit.rustic.præd.cap.3.num.30. Menoch.de retineu.remed.6.num.123.Surd cons. 447.num.21.& 22.Ratio est quia concessiones, † 37

Digitized by Google

& Rescripta Principium debent intelligi sine præiudicio, iniuria, & damno alterius l. 4. §. merito, & §. si quis à Principe ff. non qoid in loco publ. Menoch. de arbitr. lib. 1. quæst. 411. in princip. Rot. decis. 65. num. 4. part. 5. recent. Cyriac. controuers. 310. num. 8. et get. controuers. 462. num. 14. et 15. Secundo quia ex productione Inuestiturarum ad colorandam quasi possessionem dicitur sufficienter constare de titulo, ratione cuius facilius Dominus Com. obtinere debet, quia
38 colorata possessio † ca titulo præfertur, ac multo magis manutenetur Caualer decis. 579. num. 8. Post. de manuten. obseruat. 71. num. 117. & 118. & post. tract. decis. 5. num. 5. & decis. 214. num. 5. & decis. 251. num. 1. Rot. decis. 29. num. 5. part. 5. recent. quæ est eadem cum decis. 214. inter collectar per Post. de manuten.

Remanet ergo satis fundata intentio Illustrissimi Domini Comitis, tā in summarijssimo manutentionis remedio quoad eiusdem possessionem per eum animo semper retentam, & ad purgandum spolium quoad naturalem possessionem, de cuius titulo appatet ex immemorabili vim priuilegij habenti ex Iure competenti propter emptionem de curia Velimpitæ, & ex Inuestituris obtentis de tempore in tempus à Commendatarijs Abbatiæ Sancti Zenonis, ex cuius dominio, & quasi possessione exigendi canones inuari etiam posset D. Comes stante quod quatenus possessio D. Guerino haberetur in consideratione citra veri præiudicium, ad effectum illam acquirē-
39 di contra dominum † directum requireretur illius scientia, & patientia Rip in c. cum ecclesia Sutrina num. 65. de caus. propriet. & possess. Rot. apud Post. de manuten. decis. 87. num. 2. Quod sane dominium, & possessio Abbatis concludenter
40 ter remanet probatum † ex multiplicatis Inuestituris, depositione testium, & continuatis canonum solutionibus Angel. in l. ad officium 9. ff. de rei vind. car. otar an discept. forens. 188. num. 15. & 16. Thom. decis. Maccrat. 60. num. 10. Rot. in perusina emphyteusis 13. Aprilis 1640. num. 1. Danoler. cum in hoc iudicio possit dari de pos-
41 sessione tertij † contra præcedentem se possidere Aret. in §. retinen. sub num. 9. instit. de interd. Menoch. de ret. possess. remed. 3. num. 602. Cyriac. contr. 10. num. 20. Beltram. ad Ludouis. decis. 268. num. 10, & plene tradidit Post. de manuten. obseruat. 61. num. 1. & per totam in tantum quod vndequaque apparere dicitur de Iuribus Domini Comitis ad tuendam eius possessionem.

Quare, &c. Saluo, &c.

ARGVMENTVM.

Feudo ad Dominum Iure consolidationis reuerso hypothecæ cum assensu eiusdem contractæ cum clausula Saluis iuribus resoluuntur.

SVMMARIVM.

1 *ASsensus in feudalibus stricte interpretatur corruit, si omnes qualitates, & conditiones non verificentur n. 2.*
3 *Clausula, & tali casu impedit extensionem.*
4 *Extensio nunquam fit, quando in casu viget maior ratio.*
5 *Contrauentionem, qui allegat probare tenetur.*
6 *Impossibilitas excusat à culpa.*
7 *Dominus feudi potest concedere creditori vasalli executionem crediti sui super feudo etiam inuito vassallo.*
8 *Obligationibus se illaqueare nemo præsumitur.*
9 *Obligatio sine causa non subsistit.*
10 *Priuatio præsupponit habitum, & non entium nulla sunt qualitates.*
11 *Feudum deuoluit ad Dominum ab hypotecis per vassallum contractis immune hypothecam cum licentia Domini adhibita clausula saluis Iuribus ad Dominum reuertitur sine hypotheca nu. 12.*

Allegat. XI.

Adsit Deus.

OB non solutos canones ad Mensam Episcopalem deuolutis quibusdam bonis illorum de Caballis Illustrissimus tūc & Reuerendissimus Episcopus Mant. eadem bona Parij de Caballis cum onere soluēdi scuta bismille centum Consilio de Ottoleughis, nec non, & quicquid causa pignorum quorsiucam remanaret creditor, concessit, itaut pro satisfactione creditorū eiusdem Hebræi fructus, seu pensiones feudi feudali solutioni prædictæ existerent obnoxiæ, quantum vis dictus Hebræus antea in prædio prædicto nullam prorsus haberet obligationem, aut hypotecam. Quam quidem solutionem facere promiserunt in pluribus annis, & dummodo super fructibus casus aliquis nō contingerit, ob quem percipi non possent, quo tamen succedente, quemadmodū de anno 1627. inuitæ trāsactionis cuenerat, de prorogando in annum subsequentem solutiones Caballi defecissent, tunc, & eo casu acquisitum Ius, & hypotheca in bonis, seu possessione huiusmodi ex nūc, pro vt ex tunc intelligeretur. Saluis tamen semper Iuribus Episcopatus, et non aliter, nec alio modo, et pro vt latius de prædictis appatet Instrumentū in processu registrato fol. 17. et seq.

Linea

Linea ipsorum de Caballis in totum extincta,
ac consequenter bonis iterum ad Ecclesiam re-
uersis; hinc Illustriss. atque Reuerendiss. Epis-
copus de eisdem Consortes de Villanis inuesti-
uit, aduersus quos Donatus Sansonus de Otto-
lenghis tamquam filius, et hæres eiusdem Consi-
lij insurrexit, instans satisfieri in memoratis bo-
nis pro residuo capitalis in summa librarũ 11040
circiter saluis &c. & in libris septem millib. pro
decursis laxisque per eum petita binas, ac con-
formes sententias obtinuit, de quorum confirma-
tione, seu reuocatione coram Illustrissimo Do-
mino Senatore Comalerio iudice delegato nunc
controuertitur, circa quod sequitur ab ipsis de
Villanis optimum ius eosdem fouere existimaui.

Moueor principaliter ex eo, quia prænarrata
facti series nos ducit in cognitionem, quod non
nisi in casu contrauentionis circa solutiones sta-
tutis temporibus ineundas Hæbreus de Ottolen-
ghis super proprietate bonorum hypothecã con-
1 traxerat. Vnde cum Domini assensus † arctissimã
recipiat interpretationem, nullamque patiatur
extensionem Bursat. cons 44. nu. 45. Surd. consil.
344. nu. 4. Rosental. de feud. cap. 9. conclus. 33.
n. 1. Marin. frecc. de subfeud. lib. 2. qu. 38. n. 1.
& 2. fol. 275. Franc. decis. 71. nu. 16. & decis. 153.
n. 24. Cyriac. controuers. 178. num. 65. & contr.
189. nu. 5. Borell. in summ. decis. tit. 36. num. 23.
part. 1. Larath. in Theatr. feudal. par. 8. dilucidat.
53. num. 8. vbi quod in assensu tantum admitti-
tur, quantum oculis corporis videtur, & part. 12.
dilucidat. 83. num. 12. latè Staiban. iur. resolut.
64. n. 6. & seq. Bardellon. cons. 35. nu. 11. & seq.
Io. Bapt. Bilott. concl. feud. 100. per totam. Surd.
decis. 213. num. 5. & decis. 229. quæ est duplicata
decis. 344. Mauric. Apicell. allegat. 14. per totum.
Laurent. Vrsell. conclus. 154. num. 1. & sequent.
Rota decis. 107. nu. 19. & seq. par. 4. to. 1. recent.
vbi quæritur an licentia vendendi feudum vni
extendatur vt fieri possit pluribus, inde propte-
2 rea fit quod assensus corruat, † si non præcedant,
seu interueniant qualitates, & conditiones, sub
quibus concessus apparet Marin. frec. de subfeu.
lib. 2. quæst. 25. nu. 3. & quæst. 26. num. 2. Surd.
decis. 189. num. 32. Borell. in sum. decis. tit. 36.
num. 26. par. 1. Laurent. Vrsell. conclus. 154. nu.
13. in verbo assensus. Neque istud in præsentiarũ
probabilem secum affert dubietatẽ; quippe quo-
niam vltra naturam, & qualitatem assensus non
admittentis vllatenus extensionem, concurrit e-
tiam dictio, seu clausula, & in tal caso, de quâ
in prædicato concessionis instrumento, quæ & ip-
3 sa † eo potiùs operatur, vt ad casum expressum
contrauentionis adeò restringatur, vt ad aliam
minimè extensionem admittat l. 4 § 1. ff de con-
dit. & demonstrat. Doctores in l. in substit. 31. § 1
ff. de vulgar. Bald. cons. 57. num. 2. lib. 1. Menoc.
cons. 327. nu. 59. Peregr. de fideicom. art. 29. nu.
15. & 28. Gratian. discept. forens. 554. num. 7. &
discept. 773. nu. 7. Barbos. de claus. 178. nu. 1. Ra-
mon. cons. 29. num. 13. Caren. resolut. 118. num.
11. lib. 1.

Istud autem eo fortius comprobatur, quia ma-
ior suberat ratio obligandi proprietatem feudi
in euentum, in quem ex fructibus illius hæbreo
non satisfacerent, quam si iuxta ipsorum de Ca-
ballis promissionem singulo quoque anno soluis-
sent proportionabiliter, quemadmodum se obli-
gauerunt, nunquam autem fit extensio † quando 4
in casu peculiariter prouiso maior viget ratio
Hunded. cons. 1. num. 26. lib. 1 Caren. dicta resol.
118. num. 11. lib. 1. Cum igitur in toto processu de
aliqua contrauentione non constet quin imò, nec
deducta, aut articulata fuerit, cum tamen in ob-
seruantiam, aut contrauentionem † prætendens, 5
in eaque se fundans, eandem concludenter pro-
bare teneretur l. 2 ff. de probat. Seraph. decis. 889.
nu. 1. Gratian. discept. forens. 989. num. 3. & 4.
Cyriac. controuers. 266. num. 3. Non est igitur,
cur hæbreus velit vti Iure, atque actione in casũ
non factarum solutionum debitis temporibus ipsi
competente, cum præcipuè potius de obseruan-
tia, atque implemento obligationis per Caballos
susceptæ ex eodem Instrumento, & actis resul-
tet. Quandoquidem de anno 1627. accordium, &
transactio successit, cum expressa conuentione,
quod pro dicto anno attenta aquarum inundatio-
ne in subsequentem annum solutio protraheretur,
quod quidem subsequenti anno anteactæ ca-
lamitatis tum rumoris belli, tùm belli effectua-
lis, tum pestis, tum famis, atque obitus ferè vni-
uersalis cum annis adiacentibus euenerunt, adeò
vt fructus percipi non potuerint, ac consequen-
ter neque adimpleri suscepta obligatio saltem in-
tegraliter, & quemadmodum seclusis tot infortu-
nijs fecissent, & nihilominus non solum in cellis,
ac debito occasione pignorum contracto satisfe-
cerant, verum etiam ad computum capitalis sum-
mam deficientem à libris 11040. nunc petitis ad
summam libratum 12600. tunc ex conuentione
debitis soluerunt. Impedimentum autem, seu im-
possibilitas † soluendi ob casus fortuitos notoriè 6
in hisce regionibus secutos excusat à culpa debi-
torem, & ne obligatio proprietatis iuxta stipula-
tionem orta censeatur, ipso iure euertit l. impos-
sibilium 185. ff. de regul. iur. Rota decis. 493. nu. 2.
part. 1. recent. quæ est decis. 5. apud Buratt. Gra-
tian. discept. 725. nu. 19. Marescot. var. resolut.
cap. 88. num. 20. lib. 1. Anton. Niger de except.
cap. 9. § 1 num. 23 siue ergo quoad vixerint DD.
Caballi integraliter soluerint, siue in aliqua par-
te propter impossibilitatem, casusque valde ino-
pinatos superuenientes defecerint, non propter
eà dicitur commissa stipulatio inductiua iuris, at-
que hypothecæ quo ad proprietatem ipsam feu-
dalem ad quam inducendam voluntaria, non au-
tem necessaria, seu ineuitabilis inobseruantia
prærequirebatur.

Omnique in casu ius, atque hypotheca in casu
contrauentionis in odium ipsorum de Caballis,
duntaxat contrauenientibus, non autem Episco-
pi concedentis oriebatur, quod sanè in gratiam
specialem ac passim concedi solitã vertitur, quod
nimirum Dominus directus, & assensum, & hy-
pothecam vbi neutrum aderat, super feudalibus
impertiri dignatus fuerit, ad idque eorundẽ vas-
sallorum consensum accedere procurauerit, tam
& si Prælatus † creditori vassallorum etiam ipsis 7
reluctantibus executionem crediti non in fructi-
bus tantum, sed etiam in proprietate concedere

potuisset Hartman. Pistor. qu. 15. à nu. 71. vsque ad fin. Alex. cons. 11. nu. 2. & per totam libr. 5. Manent. cons. 88. nu. 7. & seq.

Quod sanè vbi expressè ex structura obliga-
tionis initæ per Caballos priuatiuè quoad Epi-
scopum non colligeretur, vtique ex Iuris præ-
sumptione indubitatum resultaret, ex eo quia
8 non præsumitur † quemquam velle se illaquea-
re, ac obligationibus diuincere l. cum de inde-
bito 25. in princ. ff. de probat. l. si cum anno 59.
ff. de soluto matr. Cyriac. controuers. 123. nu. 3.
Barbos. axiomat. 112. cum infinitis, qui adduci
possent. Quatenus volunt præsumi neminem
velle suum iactare, atque alienam suscipere inu-
tiliter obligationem. In tantum quod quatenus
etiam Illustrissimus Episcopus citra veri præiudi-
tium, obligatus censeretur, adhuc tamen illius
9 obligatio † tamquam absque vlla prorsus causa
emanata inefficax, ac nullius omninò roboris
redderetur l. si pupillus 88. ff. de acquir. hæred.
Rota decis. 123. nu. 15. par. 2. diuers. & decis. 50
nu. 3. par. 1. recent. Thumat. decis. Macerat. 23.
nu. 82. & seq. vbi ampliant procedere etiam in
eo, qui in forma Cameræ sine causa se obligauit.

Ex quibus cum manifestè liqueat nullã pror-
sus in odium Episcopi ortam aut contractam o-
bligationem, superfluum, atque inane euadere et
dispungere, an per lineam finitam illorum de
Caballis, finita quoque, seu resoluta obligatio
10 censeatur, cum non entis † nullæ sint qualitates,
& priuatio habitum præsupponat l. decem 116.
ff. de verb. obligat. leg. manumissiones 4. ff. de
Iust. & Iur. Cyriac. controuers. 96. nu. 51. Barb.
Axiomat. 189. per totum. Nihilominus quia re-
11 gulariter feudum † ad directi Dominum immune
ab omnibus hypothecis, & oneribus per vassal-
lum, ac illius contemplatione iniunctis reuerti-
tur ex Surdi decis. 286. num. 12. per totum. Ho-
diern. ad eundem decis. 160. num. 3. Io: Baptista
Biluct. conclus. feudal. 33. per totam Cyriac. cō-
trouers. 23. nu. 15. Rota decis. 86. nu. 3. 7. & 8.
part. 5. recent. Cenc. de cens. quæst. 22. num 9.
Merlin. de pignor. & hypothec. lib. 2. quæst. 11.
nu. 46. cum infinitis id idem comprobantib. per
textum in l. lex Vectigal. 31. ff. de pignor. & in
cap. 1. § fin. si de inuestitur. feud. controu. fuer.

Ideò ad euitandam quamcunque perplexita-
tem, ne vè dubitari contingeret, num hypothe-
ca cum assensu Domini contracta eundem affi-
ceret, in actu eiusdem concessionis addita appa-
12 ret clausula modificat iva saluis iuribus, † per quã
cõcessa facultas est hypothecandi feudum, si illud
interim deuoluat, antequam & nondum satisfa-
cto creditore liberè, ac sine vllo onere deuoluit
feudistæ in cap. 1. §. quid ergo de inuestit. de re
alien. fact. Bursat. cons. 80. nu. 28. & consil. 171.
per totum. Rosental. de feud. cap. 9 conclus. 18.
cum adductis per Cyriac. controuers. 446. nu. 4.
ac per totum, vbi ex professo contrarium tenen-
tes reprobat, faciunt tradita per Manent. cons.
39. nu. 23.

Concluditur ex superius dictis in vnum con-
cernatia, quod Consilius de Ottolenghis quoad
proprietatem feudi nunquam habuerit hypothe-
cam, ex quo ipsi de Caballis in solutionibus cō-
nentis nunquam voluntariè defecerunt, quia po-
tius ex actitatis per filium, & heredem eiusdem
de Ottolenghis contrarium resultat, nimirum
quod durante vita ipsius de Caballis satisfece-
rint. Quibus etiam cessantibus non propterea
regressum aliquem competere post deuolutum
feudum ad Mensam Episcopalem, nec contra Il-
lustrissimum Episcopum, neque contra ab eo ca-
usam habentes posset, non solum quia obligatio
per reuersionem feudi ad Dominũ resoluta eua-
sit, verum quia expressè Illustrissimus Dominus
Episcopus sibi iura reseruauit, quo casu feudum
ab omni onere exemptum deuoluisse censetur.
Quibus attentis, neque opportunum, neque ne-
cessarium duximus cæteras quæstiones in proces-
su excitatas examinare, parati tamen erimus istud
libenter atque illicò præstare vbi Illustrissimus
Dominus Iudex in præmissis, aut circa præmissa
nostro quidem iuditio luce meridiana clariora,
hæsitaret.

Quare &c. saluo &c.

ARGVMENTVM.

Vniuersitas alicuius artis inuestita de emphyteusi, vel feudo non dicitur extincta ad effectum deuolutionis donec extant aliqui ex eadem arte, quantumuis non amplius iusta de causa eam non exerceant.

SVMMARIVM.

1 *Linea inuestiti de feudo, vel emphyteusi extinctionẽ allegans probare tenetur.*

2 *Vniuersitatis nomen, & ius etiam in vno conseruatur. Priuilegia non censentur extincta mortuis omnibus de vniuersitate nu. 4 seu exercentibus nu. 10.*

3 *Vniuersitas etiam omnibus de vniuersitate extinctis remanet, & nu 5. casu destructa feudum, vel emphyteusim retinet num. 6. fallit ut num. 7.*

8 *Affrancatione facta per emphyteutam, vel liuellarium Ius Domini resoluitur.*

9 *Vniuersitates per rarò pereunt.*

Allegatio XII.

Adsit Deus.

A Serenissimo tunc regnante sub die 5. Decembris 1502. Vniuersitas Mercatorum Artis lanæ nomine omnium Mercatorum tam præsentia liter mo-rantium, aut habitationem habentium in Ciuitate Mantuæ, quam successorum suorum de quibusdam proprietatibus, ac Iure exigendi in emphyteusim perpetuam inuestita extitit, nunc autem ex supposito extinctionis eiusdem vniuersi-

tatis Agentes Ducalis Cameræ deuolutionem intentarunt. Quam non procedere ex inferius dicendis per Illustrissimos Dominos Iudices pronunciandum erit.

Et primo quidem, quia aggeros ad ductionem
1 ex supposito non existentiæ vocatorum huiusmodi deficientiam tamquam suæ intentionis fundamentum probare tenetur. Speculat.in tit de emphyt. §. nunc aliqua num.66.Bero.consl 119. nu. 20.lib.1.Peregr.consl.26.num.24. lib 1: Seraph. decis.1458.num.2.Caualer.decis.344. num.5.,& decis.558.num.1.,& 3.Butatt. decis.393.num.6. Rota decis.25.num.1.3.& 4.part.6.recent.,& faciunt tradita per Gratian.discept.forensl.733.nu. 16.,& seq.Antequam ergo ad actualem occupationem rei in emphyteusim,seu ad liuellum concessæ Princeps Serenissimus, seu illius agentes accederent Vniuersitatis Mercatorum Artis lanæ extinctionem probare obstringebantur.

Neque ad hunc effectum sufficiens reputabatur allegare vti notorium, quod in hac Ciuitate huius fatinæ non adessent Mercatores, vel adeo paruos, vt vniuersitatem conseruare non possent.
2 Quoniam etiam in vno † tantum Ius, & nomen Vniuersitatis conseruatur glos. in l.7.§. in decurionibus. ff.quod cuiusque Vniuers.num. Ias.in l. si grege a 1.num.7.12.,& 13.ff.de legat.1. Mant. de tacit;& ambig.lib.8.tit.12.num.7.Franc.Mer. decis.784.num.6.part.1.,& decis.1036.num.2.& deci s.1334.nu.1.Samuell.de elect.canonic.tract. 1.controuers.8.conclus.4. num.10. fol.105,nu.7. Viuian.in prax. Iurispur.lib.8.cap.3.num.9.& in terminis Ladetch.consl.40.num.&.in fin.& 12 Losæu.tract.de Iur.vniuers.part.1.cap.1.num.32.
3 Quinimo omnibus † de Vniuersitate mortuis,aut non existentibus, adhuc Vniuersitas remanet gl. in l.1.in verbo competit ff.de colleg. illicit. Cast. in dicta l.si grege a 1.num.4.ff.de legat.1. Losen. de Iure Vniuersitat.part.1.cap.1. num.31.in fin.& num.sequent.vbi rationem assignat, quia quod Vniuersale est nullatenus extingui potest saltem habitu,& quoad Iuris intellectum licet non actu
4 ideoque priuilegia † vniuersitatis non censentur extincta mortuis omnibus de Vniuersitate Grat. disceptat. forensl.291. num.25.& discept.7:1.n. 9.& seq.vbi quod vniuersitas nunquam moritur,
5 † quodque in ea semper præteritum præsens, & futurum idem sit & latissimè prosequitur Lucde. de re benefic.lib.1.quæst.14.à num.107.vsque ad finem quæstionis.

Quemadmodum ergo ex prædictis sufficienter ostensum apparet priuilegia, ac concessiones vniuersitati factas conseruari,etiam mortuis omnibus,seu non existentibus aliquibus de Vniuersitate: ità quoque respectu feudalium, seu aliter per Inuestituram concessorum dicendum venit, nimirum bona sic Vniuersitati concessa ad ipsam spectare, siue ad paucos, siue ad vnum,siue etiam penitus extincta actualiter quoad singulares personas extiterit, dum adhuc spes viget, quod eadem Vniuersitas in pristinum statum reducatur; ad hoc enim, vt propter destructionem, seu extinctionem Vniuersitatis ad Dominum emphyte. seu feudum deuoluat, necesse omnino est vt nulla sit apes reparationis, refectionis,vel constructionis futuræ, siquidem Vniuersitas ob casum 6
destructa omnia Iura, proprietates, priuilegia, atque concessiones quascunque,siue in feudum,siue in emphyteusim retinet cap.pastoralis 7. quæ, 1 Isern.in cap.1.num.26.de capitul. Corrad.Bar. in l.fin.num.24.ff.de colleg.illicit.Bald.in l. sicut 7.in addit.num.1.ff. quod cuiusque Vniuersl. tom. Nicola.Bellon consl.1.sub nu.8.versic.ant destruitur eidem Bald.consl.32 a.nu.1.versic.secus si casu & casmatè lib.4.Schrader.de feud.2.part.9.part. princip.sect.5.num.74.Rosental.de feud. cap.10: conclus.4.in fin.,& in glos.P.Q.Genne. in prax. ecclesl.triena quæst.41. nume 2. Quanto igitur magis hæc in præsentiarum sibi locum vindicabunt, cum adhuc vniuersitas Mercatorum lanæ penitus extincta non dicitur,cum aliqui ex ea vsquemodo superexistant, penes quos Iura eiusdem vniuersitatis conseruantur.

Dixi de Vniuersitate fortuna,ac casu extincta, nam si ob delictum mandato superioris Vniuersitas annihilaretur dubio procul feudum, atque emphyteusim cum omnibus priuilegijs, cæterisque Iuribus amitteret, atque ad Dominum concedentem cuncta redirent, seu eius fauore vtile dominium cum directo consolidaretur argumento.textus in l. si vsusfructus 21. vbi Bald.& Angel ff.quibus mod.vsusfruct amitt. l patet filium 36.§.Tusculan. ff de legat. 3. Bart in dicta l fin. num.24.ff.de colleg illicit.Doctores in l. de verbor.obligat.fendistæ in cap.1. §. de capitul. Corrad; Alex consl.43 num.2 lib.1 Curt.sen.consl.26. num 4.Nicol Bellon consl.1 num.8.Bald. consil: 321.& 322.lib.4.Afflict.decis.282.num.13.Schradet.de feud.2.part.9.part.princip.sect.9.num.74. Rosental.de feud. cap.10. conclus.4. in fin.& in glos.P.Q.Genuens.in prax.triu.1.quæst.41.Gratia. discept.forensl.217.num.4.& 5.Losen.de Iure Vniuersitat.part.1.cap.1.sub num.35. versic. si vero auctoritate vbi ratione differentiæ assignat, quia quando ob delictum, & sic de Iure vniuersitas destruitur titulus cassatur, & annullatur,sed facti calamitas titulum non aufert,nec nomen.

Cæterum prædicta omnia in facti contingentia prætermitti poteramus, quandoquidem in actu concessionis in emphyteusim, atque ad liuellum factæ per tunc suam Celcitudinem Vniuersitati Mercatorum Artis lanæ partim liberè se affrancauit,ac partim per delegationem erga Reuerendos Monacos Sancti Marci, adeo vt in posterum Ducalis Camera in liuello amplius se ingesserit, per quam sane affrancationem † vna cum delega- 8
tionis Inuestitura illicò resoluta remanserit, perinde sit,ac si nunquam emanasset,& quo adDucalem Cameram Ius quodlibet à se irreuocabiliter abdicasset, vt latissimè post alios prosequitur Manent.de contraet liuellat.quæst.5. num.4. cum pluribus sequent.& quæst. 20.n.57.& ad rē optimè Cyriac.controuers.395.num.1e. Gratian. discept forensl.477. sub num.16.versic.quibus & discept.745 num 74.& seq. Surd. decis.198.nu. 27.& 29.Ciarlin.controuersl.92.num.5.& seq.vbi super feudis Episcopatus Mantuæ. Frustra igitur Tuentes Iura Ducalis Cameræ ad reuersionē

D 3 emphy-

emPbyteusis agunt sub prætextu, quod iam eadē Vniuersitas perijerit. nunquam enim Vniuersitates † seu per raro intereunt neque annos climatericos habent Hoping. de Insign. cap.6.part.2. num.327. Capan.de Iur. releui.part.4.quæst.27.n. 4.& 5. Rota in Caietana Bonorum 3. Decembr. 1646.in fine coram Cerro. Hanc autem Vniuersitatem non esse extinctam suadetur ex eo qui a adhuc plures existunt; qui contradictoria legitimi vices sustinent.

9

Tandem omnis sublata extitit difficultas ex productione Matriculæ in qua plures adhuc descripti reperiuntur, qui licet illud lapificum ex quo non habet exitum non exercent, id tamen non impedit quominus fauore eorumdem concessio duret tamquam facta non solum actu exercentibus, verum etiam, & illis qui exercere legitima de causa desierunt Gratian. discept. forens. 291. num.29.

Quare Saluo &c.

ARGVMENTVM.

Super feudis ex consuetudine alienabilibus fideicommissum constitui non potest inter comprætensos præter, & cōtrà ordinem succedendi ex inuestitura præscriptum vel amantibus illis, ad quos feudum ad exclusionem aliorum agnatorum vigore successionis feudalis deuolueret, & tanto minus superaddita alienationis expressa prohibitione.

SVMMARIVM.

1 *Feuda Mantuæ ex consuetudine alienari possunt fideicommisse vinculari nequeunt. num.11.& num.20.*

2 *Consuetudo Mantuana alienandi feuda cum licentia Domini in præiudicium comprehensorum non procedit in vltima voluntate.*

3 *Assensus alienandi, vel hypothecandi feudum à Domino petitus iniuste denegatus habetur pro concesso in feudis ex consuetudine alienabilibus.*

4 *Feudi primus acquisitor potest de eo disponere.*

5 *Feuda præsertim antiqua ex pacto, & prouidentia, vel mixta alienari non possunt, neque etiam in comprahensos remotiores in præiudicium proximiorum, & num.9. & num.12.& pactionata, æquiparantur, preterquam in qualitate hæreditaria requisita in mixtis num.6.& num.16.*

7 *Proximitas vltimi defuncti in feudis attenditur.*

8 *Prælatus, neque eius Vassallus feudi naturam alterare possunt.*

10 *Feudum proximiori debetur ex necessitate ideo vocatus ex testamento beneficium non sentit Alienabile si non alienetur venit in fideicommisse num.19.*

13 *Vassallus in feudo nihil facere potest per actum vltimæ voluntatis, vt stet tanquam vltima voluntas nec etiam pro anima num. 24. Hæres non tenetur ratam habere dispositionem defuncti cōtra naturam feudi num.17.*

15 *Hæres factum defuncti seruare tenetur, nisi sit nullum num.18.*

22 *Surd. decis.343. declaratur.*

Allegatio XIII.

Adsit Deus.

QVo frequentior, eo magis dubitabilis nobis semper visa fuit, quæstio illa, an super feudis Mantuanis validè inter comprehensos constitui possit fideicōmissum, Verum quia hactenus inclinauimus in partem negatiuam, quam nunc pro indubitata habemus, requisiti pro veritate, nùm in actione fideicommissi per olim Illustriss. D. Cæsarem Gōzagam seniorem, expreśsè etiam super feudalibus, tum nouis in eius personam, tum antiquis ordinati intentata per Illustriss. DD. Marchion. Gonzagam à Valle, & Strotios aduersus Illustriss. D. Marchionissam Annam Mariam Gonzagam de Spoluerinis venia ot feuda huiusmodi, à persona fratris vltimi vasalli in eius personam peruenta, ex inferius dicendi pro cōstanti habemus illa nō venire, ac consequenter nulla prorsus molestia dictam D. Marchionissam de Spoluerinia in feudalibus affici potuisse.

Regulas igitur amplectar generales, vt exinde facilior præsentis quæsiti euadat resolutio. quarū prima est, atque etiam mulieribus huius Patriæ notoria, feuda † nimirum siuè noua, siuè antiqua, 2 cuiuscunque sint qualitatis, & à quocunque recognoscantur tàm ecclesiastico, quàm sæculari esse ex consuetudine in quoscunque alienabilia in præiudicium vocatorum solo Domini assensu interueniente; de qua quidem consuetudine testantur cumulati per Cyriac. controuers.113. nu. 20.& controuers.324.num.1.& controuers.377. num.2.quibus accedunt Bardellon.con.93.lib.1. Manent.cons.106.lib.2.Mart.de successio. legal. part.4.quæst.21.art.19. num.12. Camill. Larath. in Theatr.feudal.part.8.dilucidation.07.num.3. tom.1 Gionagn.cons.45.num.10.lib.2.Merlin.de legitim.lib.3.tit.4. quæst.8. sub num.9. versicul. verum hæc, Ciarlin.controuers.92.num.33. dixi allegat.4.num.14.fol.67.lib.1.& alibi sæpè; quinimo dùm Rota coram Coccino in Mantoana dotis impressa inter nostras allegationes lib.3. dubitaret,

bitaret, an consuetudo huiusmodi procederet in feudis Ecclesię demonstrauimus recensendo singulos Doctores dictam consuetudinem indifferenter procedere, siuè feuda à laicis, siuè ab Ecclesia recognoscantur, super quo adhuc articulus pendet indecisus.

Secunda regula præcedenti non minus indubitata, quam ootoria succedit, quod dicta consue-
2 tudo † adeo restringatur ad contractus, & dispositiones inter viuos, vt non extendatur ad vltimas voluntates, Curt.Iun.cons.171.num.10. vsq; ad fin.Natt.cons.502.num.37. Socin. Iun. cons. 72.lib.1.Bursat.cons.295.sub num.16. Gabr. cõs. 83.num.58.lib.1.& cons.81.num.25.lib.2. Rosẽ. de feud.cap.9.conclus.58.sub num.43. Surd. cõs. 382.num.96.& cons.577.num.1. Giouago.cons. 45.numer.21.lib.2. Cyriac. contr401.324.nu. 35. vbi testatur hanc partem sæpissimè obtinuisse in pratica in Ciuitate Mantuana, & pro ea non semel fuisse iudicatum, sed quotiescunque se obtulit occasio. Quicquid in contrarium multis vicibus attentauerit Bursatus, hinc propterea de istis feudis Mantuanæ, quoad dispositiones in vltima voluntate, idem iudicandum est, quod de cæteris feudis pręter illam qualitatem alienabilitatis, à consuetudine feudis istis insitam, atque inseparabilem.

Tertia subiungitur regula; iuxta quam diffinitum extat Dominum feudi requisitum pro licen-
3 tia † contrahendi inter viuos super feudo nõ posse illam denegare, quinimo ipso recusante cogi posse ad illam præstandam, seu pro præstita haberi, & tunc fieri posset contractus ab habito assensu absque periculo alicuius caducitatis, Bursat.cons.36.num.11.22.& 28.Surd.decis.182.nu. 12.& decis.220.num.54.& seqq.& cons.382.nu. 74.& seqq.Maoent.de contract.lucell.part.7. nu. 5.& 22.& part.9.num.8.& 9.& quæst.18.n.145. 147.& 148.faciunt notata per Rosental. de feud. cap.9.conclus.58.num.43.& 46. vbi singulariter limitat in alienatione facta ab existente in mortis articulo, cui Dominus vti in fraudem ipsius, vel agnatorum emanatæ non tenetur præstare assensum, quam assertionem pluribus exornat Giouagn.dict.cons.45.per tot.lib.2. Ex quibus sanè infertur vasallo adeo amplã competere alienandi feudum libertatem, vt nequeat quoquomodo, aut sub quouis prætextu circa fraudem, vel dolum à Domino impediri.

Quarta superadditur regula, quæ habet primũ
4 feudi acquisitorem † posse etiam in extraneos disponere de feudo tàm inter viuos, quàm in vltima voluntate, in nihilo tamen alterata ipsius feudi natura, itaut transeat in eum, in quem disponitur ea lege, qua reperiebatur penes ipsum feudi acquisitorem, siuè feudum sit hæreditarium, siuè mixtum, siuè ex pacto, & prouidentia, quam regulam comprobarunt sexcenti relati per Bec.cõs. 56.num.20.Surd.cons.305.num.32.& 33. vbi id concludit, siuè accedat Domini assensus, siuè non quoad præiudicium vocatorum cùm non possint opponere huiusmodi deffectum tamquam talis exceptio competat soli Domino, & cons.311.nu. 25.&cons.351.num.4 24.& seqq., vbi quod feudum nouum in primogenituram erectum possit extendi æqualiter ad omnes filios, vel concessum pro omnibus filijs erigi in primogenituram, & cons. 382.num.89.& cons.395.num.8.& 9.& 10. vbi quod sicuti primus acquirens potest vni ex filijs prælegare feudum, aut emphyteusim à se acquisitum, ità possit super illis costituere fideicõmissum, & cons. 427.num.8.& cons.440. nu. 31. vbi quod feudi acquisitor possit vni ex filijs prælegare, vel in eo constituere primogenituram, & cons.551.num.26.vbi idem repetit de facultate erigendi primogenituram, & cons. 573. num. 27. Cyriac.controu.23.num.4.& seqq. & cons. 324. num.12.& per tot. vbi pluribus defendit posse per primum feudi acquisitorem etiam in feudis Mantuanis constitui fideicommissum, latè Alex. Galuan.cons.8.ex num.45.vbi quod primus feudi, aut emphyteusis acquirens possit tale feudum, vel in vnum ex filijs, vel etiam in extraneum in vltima voluntate puta per fideicommissum transferre, Monald cons.38.num 4.lib.1.Ruger. con. 2.num.76.77.&103.lib.2.Io:Anton.Bellon.cons. 9. num.34.& 35.vbi quod primus acquirens possit feudum vni ex filijs prælegare, & in eo primogenituram erigere, & cons. 30. numer. 76. & 77. Batz decis.66. num.35. Gratian discept. forens. 405.num,1.Merlin.de legitim.lib.2.tit.1. quæst. 5.num.2.Treutler.cons.106.numer 28. 29. & 30. Hartham.Pistor.tom.2.quæst.4.num.77.Io.And. Giorg.repet.feudal.cap.34.nu.10. A Poor. de potestat.Pioreg.de refut.feudor.tit. 8.§.10.num.14. fol.433.& de diuers. Prouis.num.15.fol.50. Marescot.var.resolut.lib.1.cap.74.num.2.Seraph decis.559.num.19.Schrader.de feud.part.2.cap.2.n 19.Rota decis.435.num.13.& decis.703. num.4. part.7.recent. vbi quod primus inuestitus possit præiudicare vocatis disponendo de feudo, vel emphyteusi acquisitis ex titulo oneroso, secus si ex causa lucratiua, Fab.Turret.cons.61.num.27. 45. 66.ac per tot.lib.1.Amat.var.resolut.30.num.14. Giurb.de feud.§. 2.glos.3.num.93. Caueler. dec. 398.num.1.Beltram.ad Ludouis decis.529.num. 23.Buratt.decis.822.nu.3. & ibi notat. Ferentill. glos. A.& B. Mangil. de euiction. quæst.56 à nu. 8.ad 23. vbi quod nemo pręter Dominum possit allegare deffectum assensus.

Quinta succedit regola, vigore cuius penes Feudistas determinatum reperimus seclusa consuetudine nullam, siuè inter viuos, siuè causa mortis vasalli de feudo mixto, † aut pactionato anti- 5
quo sustineri dispositinem etiam accedente Domini assensu in præiudicium compræhensorum in inuestitura, siuè dispositio tendat ad fauorem extraneorum, siuè respiciat personas in feudo cõpræhensas, & præsertim vbi ordo succedendi in inuestitura expressus, ac præfixus alteraretur, seu in aliquo mutationem reciperet, tunc enim, à remotiori intuitu dispositionis vasalli feudum possidente per proximiorem reuocaretur, tametsi in odium Domini sustineretur dispositio vasalli de feudo facta in remotiorem relicto proximiori, latissimè Rosental.de feud cap.9.à conclus.67.ferè vsque ad finem totius capitis per plures conclusiones, Surd.cons.1.num.82.in fin. & num.83. vbi

facit

Digitized by Google

etiam, quia, & si feudum antiquum, & ex pacto non possit sine Domini assensu alienari in præiudicium agnatorum, tamen si Dominus consentiat valebit alienatio, & manebit penes emptorē per vitam alienantis, nec poterit agnatus ad illud aspirare, antequam per mortem alienantis veniat casus succedendi, & consilio 63. sub numero 13. ibi nec poterit (loquitur de feudo mixto) in præiudicium agnatorum alienari, nec substinebitur de eo testamentaria dispositio, & sub numero 14. ibi nec disponere in remotiorem agnatum in præiudicium D.Blancæ sororis, cuius erat proxima spes successionis, & sub num. 15. ibi facienda est generalis regula, & vasallus non possit testari de feudo, quando est ex pacto, vel mixtum, & sub num. 16. ibi, quia respondeo hoc posse procedere, quando fideicommissum esset relictum, ei qui erat alioquin successurus ab intestato in feudo, eo enim in casu cessat ratio, quæ prohibet, ne feudum transeat in Fideicommissarium, at non sic quando relinquitur extraneo, qui est remotior, quia tunc non venit in restitutione fideicommissi, ac per totum consilium vbi loquitur in eo, qui erat hæres cum benefitio legis, & inuentarij, & cons.75.num.12. & ità intelligi debet, Surd.cons.105. num. 23 de dispositione scilicet facta in eum, qui vigore concessionis feudi erat successurus, & cons.106. sub num. 15. versic. quibus sic præmissis dico non licuisse D. Alexandru testāri de feudo in D.Hieronymum, quantumuis compræhensum in prima inuestitura ex quo is erat remotior, & non successurus ab intestato, & clarius num. 16. maximè ibi cum itaq; feudum non sit vasalli post eius mortem non potest de eo in morte disponere, & num. 18 in fin. ibi, & hæc iura procedunt etiam quando alienatio fit in remotiorem agnatum, & per totum, & cons.154. per totum, vbi limitat in feudo simpliciter hæreditario, seu concesso pro heredibus quibuscunque, & cons.305. sub num. 22. versic. quia cùm prohibitio ex lege feudali loquatur de feudo antiquo, & sub numero 39. versic quia hoc procedit in feudo antiquo, & num. 42. in fin. & n. 43. & num. 48. & sub num. 53. versic. vbi vasallus disponit secundum legem feudi sustinetur dispositio, & cons. 308. sub num. 35. versic. præcipuè quia actus gerebatur inter proximiores, & cons. 351. num. 27. versic. secundum regulam, quod feudum alienatum agnatum proximiorem, reuocatur per alios, qui sunt in pari grado pro eorum portionibus non minus, quam si esset alienatum in remotiorem, & num. 50. vbi concludit feudum alienatum sine licentia deuoluere ad agnatum, & cons.353. num. 5. concludens hæredem defuncti sine inuentario illius factum impugnare non posse circa alienationem feudi mixti, vel ex pacto, & prouidentia ex inuestitura hæredi debiti, secus verò si fecerit inuentarium, quia factum defuncti in tantum approbare cogitur in quantum suppetunt vires hæreditariæ, & cons. 382. num. 3. & sub num. 41. ibi proceditque etiam quando alienatio facta est in remotiorem, nam etiam tunc non sustinetur ad præiudicium proximioris, qui erat successurus ex tenore inuestituræ, & sub nu. 38. versic. quæ sententia debet multo magis procedere quādo alienatio facta est per vltimam voluntatem, nam clara sunt iura, quod vasallus non potest de feudo testari, & sub num. 43. vbi quod consuetudo alienandi in contractibus non trahatur ad vltimas voluntates, & per totum, vbi de alienatione dolosa, ac fraudolenter facta, sicque prohibita etiam in casu permisso, quod repetit cōs. 384. sub num. 55. versic pariter, & cons. 423. n. 36. vbi quod heres reuocat feudum alienatum, siuè ex pacto, & prouidentia, etiam si confecerit inuentarium, si tamen vires hæreditariæ suppetant; idem repetit cons. 577. sub nu. 17. versic. sed quod facto, Io: Anton. Bellon. cons. 30. num. 32. & seq. & cons. 48. num. 40. Cyriac. controu. 324. per totam, maximè num. 13. & 14. vbi duo in substantia infert alterum, quod dispositio vasalli in vltima voluntate sustineatur, quoties non alteratur modus succedendi ex inuestitura præscriptus, alterum quod quælibet vasalli dispositio directa in compræhensos remotiores nequeat impugnari à Domino, non tamen præiudicet proximioribus, quo minus dispositione vasalli, præsertim in vltima voluntate nequaquam obstante feudum retinere, aut reuocare à remotioribus valeāt. Quod idem disertè colligitur ex Surdo decis. 343. per totam, vbi insuper animaduertit, quod dispositio quælibet facta in remotiorem ex vocatis ad feudum valida vndequaq; ac impugnabilis censeatur si proximiores acquiescant, vel non expresè contradicant. Ideoque in casu Surdi Senatus stetit pro validitate fideicommissi, quia assensus Domini non requirebatur, & proximiores non impugnabant fideicōmissum fauore remotioris ordinatum, Treutler. cons. 72. num. 27. 33. & 40. vbi quod feudum à defuncto alienatum ab hærede licet inuentarium confecerit reuocari possit, Sacca cons. 10. per totum, Alex. Galuan. cons. 8. nu. 25. Clar. in §. feudum, quæst. 41. Ruta decis. 93. num. 63. & num 65. part 5. recent. Fusar. de substitut. 631. per totam, & cons. 74. num. 2. Io: Bapt. Bilocta conclus feudal 52. num. 1. & per totam, Giurb. de feud. prælud. 5. num. 63. & §. 1. glos. 2. n. 23. Borell. in sum. decis. tit. 34. à num. 1. ad 21. vbi quod feudi distractio valeat tantummodo in proximè successurum, Gratian. discept. forens. 43 nu. 18. & 19. latissimè Scac. de iudic. lib. 2. cap. 9. num. 1443 cum pluribus seqq. vbi quo ad feudum mixtum declarat procedere quando proximus succederis vasalli vltimo loco defuncti, qui disposuit de feudo ad hæredem recasuro se fecit heredem cum benefitio legis, & inuentarij, neq; vires hæreditatis sufficiunt; & à num. 1533. vsq; ad 1545. vbi quod proximior possit reuocare feudum, à remotiori nō obstāte alienatione, seu dispositione vasalli de feudo in illum, Zueard. cons 2. num. 104. & seqq. Ruger. cons. 8. nu. 53. optimè explicat Peregr. decis. Patauin. 150. per totam, ad quem recurras, Giouagn. cons. 59. num. 37. & 41. lib. 1. & Rota apud eum in cons. 44. num. 103. lib. 2. Bimius cons. 38. pr totum. Camill. Larath. in Theatr. feudal. 1. part. 8. dilucidat. 11 num. 10 fol. 199. tom. 1. Io: Schoner. disputat. feud. lib. 1. disp. 6. thes. 21. & 22. & 23. vbi quod vasallus possit testari de feu-

do

Digitized by Google

do non consentiente Domino, & de antiquo va-
leat vasalli dispositio, quando Dominus eius tes-
tamentum confirmauit in Domini, at non agna-
torum præiudicium.

Sexta ex prædictis colligitur regula, feudum
scilicet mixtum in nihilo differre à feudo ex pa-
6 cto, † & prouidentia, præter quam quod feudum
mixtum requirit in succedente vltra descenden-
tiam à primo inuestito etiam qualitatem hære-
ditariam, feudum verò pactionatum ea non in-
diget, in reliquis autem iisdem ad inuicem re-
gulantur dispositionibus, Scac. de iudic. lib. 2.
cap. 9. num. 1443. & num. 1470. ibi, nam cum hoc
feudum hęreditarium retineat naturam feudi ex
pacto, & prouidentia, Surd. cons. 63. num. 12. in
fin. & num. 13. & cons. 108. num. 11. 12. & cons.
305. nu. 11 Giurb. de feud. prælud. 4. n. 40. ibi,
excepto enim eo, quod successor hæres esse debe-
at, feudum hoc mixtum in aliis feudi ex pacto,
prouidentia retinet indolem; & §. 1. glos. 2. nu.
26. faciunt notata per Capan. de iur. releu. part.
5 quæst. 29. num. 5. & per Io. Bapt. Biloct. conclu.
feud. l. 70. num. 1.

Septima annectitur regula veriori, ac frequẽ-
tiori nostrorum calculo comprobata, quod in
successione feudorum indistinctè attendatur pro-
7 ximitas † vltimi defuncti, non autem primi inue-
stiti, quod innumeris propemodum iuribus, at-
que auctoritatibus defendunt Cyriac. controuers.
4. num. 47. & de Iur. ligitim. success. Serenis. Du-
cis Caroli art. 1. ex nu. 81. vsque ad 230. Fusa. de
substit. qu. 484. num. 15. quem & alios omnes
reprobata contraria opinione refert Giurb. de fe.
§ 1. glos. 13. nu. 37. Mart. de success. legal. p. ar. 1.
quæst. 12. art. 2. num. 3. & par. 4. quæst. 22. art. 1.
num. 13. dixi allegat. 25. num. 30 fol. 454. lib. 1.
Rota in Ciuitatis Castelli emphyteusis 23. Febr.
1643. coram Meltio.

Octaua ex quo versamur in feudis ab Episco-
po Mantuæ recognitis applicatur regula ne vas-
8 sallus † possit etiam cum licentia Episcopi exi-
stentis de tempore dispositionis feudi quicquam
in præiudicium successorum alterare circa feu-
dum Ecclesiæ, Bald. in proem. feud. in 2. diuis.
vbi Præposit. in 6. diuis. Nat. cons. 467 num. 9.
Surd. cons. 440. num. 51. in fin. & cons. 496. n. 2.
Menoch. de contract. iinel. pact 14. nu. 46. Clar.
in §. feudum, quæst. 13. num. 6. & 7. ibi, etiam
in tali renouatione infeudationis non potest al-
terare, aut mutare consuetudinem, Bursat. con-
sil. 150. num. 13. & seqq. Scrader. de feud. par. 4.
cap. 1. nu. 22. Rosental. de feud. cap 4. concl. 27.
num. 2. & in glos. A. Fulgos. cons. 19. vbi quod
Episcopus non possit in noua inuestitura appone-
re, vt vnus alteri succedat, Genuens. in pract.
Thecen. 1. quæst. 18 per totam. Rota in Sarsinat.
emphyteusis 27. Iunij 1640. num. 8. coram Ghi-
silerio. Et in Rauennatens. emphyteusis 19. Ia-
nuarij 1646. Dunozet & in Rauennaten. Domus
24. Iunij 1649 coram Roias. Quod pariter sibi
locum vindicat in feudo laicali, quo succeditur
vigore maioratus, vt nouissimè censuit Senatus
Mantuæ in causa Canappa, & pro intelligentia
huius regulæ videnda sermt scripta per nos Al-
legat. 5. fol. 77. & allegat. 23 fol. 415. lib. 1.

His prætermissis dico super feudis Mantuanis
siue nouis, siue antiquis, maximè ab Ecclesia re-
cognitis, & ex consuetudine alienabilibus fi-
deicommissum nullatenus constitui posse, omissa
pro nunc ea quæstione, an abstrahendo à feudis
Mantuanis, seu consideratis feudis iuxta ordina-
rias feudorum consuetudines ea vinculo fideicõ-
missi obstringi possint saltem ordinata successio-
ne inter vocatos, quemadmodum succederetur
vigore inuestiturę, cùm enim feuda † sic conside- 9
rata suaptè natura alienari nequeant, ac conse-
quenter seruata proximitatis methodo de com-
prehenso successiuè, ac necessariò in comprehen-
sum transire debeant; ad tex. in cap. 1. de alienat.
feud. patern. cap. 1 §. Titius si de feud. defunct.
c. Imperialem, de prohibit. feud. alienat. per Fe-
deric. Rosental. de feud, cap. 9. conclus. 5. Treut-
ler. cons. 3. num. 152. Io: Antor. Bellon. cons. 44.
num. 44. inde fit quod hæc quæstio super huius-
modi feudis superflua, ac inanis omninò euade-
ret, nam nihil, aut parum interest; quod quia
ad feudum † succedat, siuè intuitu fideicommissi, 10
seu ob præcedentes inuestituras, dùm ex necessi-
tate circumscripto etiam testamento, atque ne-
glecta substitutione succedere habet, Isern. cap.
1. num. 1. de eo, qui sibi, & hæredibus suis, Io:
Andr. Georg. alleg. 19. num. 17. Giurb. de feud.
§ 1. glos. 10. sub num. 23. ibi, quia debitum est ei
feudum ex necessaria quadam restitutione, & §. 2.
glos. 11. num. 34. omissa in quam prædicta quæst.
nobis præsupponandum venit pro clariori huius
quæsiti resolutione aliud esse quærere, an plures
graduum substitutiones super feudis fieri possint,
quod absolutè negatur, siue feudum sit nouum,
siue antiquum ex pacto, & prouidentia, vel mix-
tum, nam de simpliciter hæreditario non loqui-
mur pro nunc cùm non sint instituti nostri; aliud
quærere an veniant illius generis feuda in resti-
tutione fideicommissi, ita vt in vnum, vel plures
vnica tantùm substitutione vocatos, sed in inue-
stitura non comprehensos transferatur, & tunc
subdistinguendum est, vel enim sumus in feudo
nouo in personam ordinantis similem substitutio-
nem, & tunc accedente Domini assensu etiam ad
præiudicium vocatorum in concessione feodi, fe-
udum sub tali fideicommisso continetur ex regu-
la superius tradita, quod de feudo primus acqui-
rens disponere possit in comprehensos etiam re-
motiores sine assensu Domini, & in extraneos cũ
assensu, tam per contractum inter viuos, quàm
per vltimam voluntatem. Vel volumus, quòd
feudum nouum in extraneum vigore substitutio-
nis peruentum adhuc onere fideicommissi rema-
neat obnoxium erga successiuè vocatos, & istud
videtur impracticabile, quippe quia in personam
vocati ad fideicommissum feudum istud sine ex
pacto, & prouidentia, siue mixtum efficeretur
nouum, & sic in præiudicium vocatorum aliena-
bile etiam iuxta ordinarias feudorum leges, seu
consuetudines, vt superius diximus regula quar-
ta. vltra quod natura ipsius feudi † ratione alie- 11
nabilitatis, quæ arguit implicantiam cum fidei-
commisso vlteriores graduum substitutiones ab-
nueret,

nocere, neque Prælatus in ordinationem huiusmodi ipsius feudi alternatiuam, atque præiudicialem ob, aggram consequendi laudemia consensum præbere, quia iam tunc super feudis Mantuanis ab Episcopo recognitis, vel alias quomodolibet alienabilibus non posse à vasallo per creationem fideicommissi minimè impediri cum, ne alienari valeant iuxta facultatem alienandi vasallis, ac successoribus ex lege, seu locali consuetudine concessam fuit nocent, Curt. Iun. cons. 171. per totum, Brun. cons. 106. per totum, Socin. Iun. cons. 71. num. 41. 42. & seqq. Alciat. cons. 8. sub num. 16. 17. & 18. lib. 6. alias est cons. 258. Bardelion. cons. 93. num. 72. lib. 1 Menoch. de contract. libell. part. 7. num. 16. & cons. 106. num. 25. & per totũ, Cyriac. controuers. 145 num. 21. & multo minus fieri, & ordinari potest fideicommissum per successiuas substitutiones inter vocatos ex inuestitura etiam in feudo nouo alterando ordinem succedendi ab eadem inuestitura præscriptum, admittendo nimirum remotiores in concursu, seu ad exclusionem proximiorum, quia tali casu seclusa etiam lege consuetudinaria alienandi feuda vigente hic Mantuæ adhuc ex ordinarijs feudorũ
2 † consuetudinibus, ac Feudistarum traditionibus isthæc alteratio, ac succedendi peruersio reijcitur, vt innuunt auctoritates in quinta regula congestæ, quibus accedit Camill. Larath. ex gratia videndus in Theatr. feudal. part. 9. dilucid. 3. per totam, & præsertim num. 52. ibi, & ex his patet, quod pater de nouo feudo etiam hæreditario inter filios contra ordinem, & tenorem inuestituræ, aut consuetudinis successionem instituere non potest, & hoc non minus, si sumus in feudo nouo, &c. fol. 292. tom. 1. Quapropter cùm in facti contingentia accedat alteratio in ordine succedendi per vocationem simultaneam fœminarũ, & masculorum descendentium ex eis remotiorũ cum D. Marchionissa Spoluetina proximiori vltimo vasallo, & vinculum fideicommissi, ac prohibitio alienationis repugnet consuetudini alienãdi feuda, hinc fit, quod huiusmodi testamentum quoad feudalia minimè attendi debeat; nihil e-
3 nim in feudo vasallus † facere potest per actum vltimæ voluntatis, vt stet tanquam vltima voluntas, Rosental. de feud cap. 7. conclus. 7. per totã, Larath in Theatr. feudal part. 9. delucid. 3 sub num. 12. versic. minimè id facere possit per actum vltimæ voluntatis, & delucid. 5. sub num. 4. ibi, quod assignatio feudi facta à patre vni filiorum non valet, nec filios ligat, & in nihilo alterare ordinem successionis ex inuestitura, vel consuetudine, &c. folio 295. tom. 1. Guilielm. à Monferrato tractat. de success. Regum, dub. 1. numero 18. ibi, hinc dicit tex. in cap. vnic. in princ. de feudo, & similibus dignitatibus nulla est ordinatio defuncti, & est ratio, quia quod consuetudo dat, homo auferre non potest.

Verum tamen facta diligenti inuestigatione eorum, quæ in proposito tradunt Doctores vix poterit inueniri, vel saltem perpauci, qui susti-
13 neant in feudis ex pacto, & prouidentia, siuè mixtis posse ordinari fideicommissum, siuè dispositio emanet à primo acquisitore in feudo nouo, siuè à successoribus in paterno, neque à priori ratio aliqua concludens assignari vnquã poterit ad probandum posse in feudis ordinari fideicommissa, nec quicquã circa ea testari, neque † etiam pro a- 14
nima, Cyriac. controuers. 424. num. 32. 33. & 34. & ratio, quam assignant à posteriori in feudo mixto attenta qualitate feudorum Mantuæ non applicatur, quæ talis adducitur, vel intendens reuocare feudum mixtum sibi vigore concessionis feudalis debitum à remotiore, vel extraneo Fideicommissario est hæres † vasalli Fideicommittentis, 15
& tunc actio feudi reuocatoria ei non competit, quia hæres factum eius, cui successit, impugnare nequit, l. cum matre, 14. C. de rei vindicat. & ità in proposito arguunt Feudistæ, testibus Scac. de iudic. lib. 2. cap. 9. num. 1452. 1479. Cyriac. contro. 324. num. 14. Aut non est hæres, & hoc casu feudũ
† consequi nequit, cùm non detur nisi habentibus 16
qualitatẽ hæreditariam, Scac. de iud. l. 2. c. 9. num. 1453. Cyriac. dict. controuers. 324. num. 14. Peregr. cons. 10. num. 4. lib. 1. & cons. 56. num. 17. lib. 2., & latius dixi allegat. 23. num. 10. & per totam. lib. 1. Quia qui venit cõtra factum defuncti lege, aut consuetudine feudali permittente non impeditur, quo minus iure suo vtatur. Vndè cùm ex consuetudine Mantuana vnusquisque in feudo succedens facultatem habeat de illo disponendo inter viuos hocque ex natura feudorum, inde fit, quòd dispositio fideicommissaria super feudis Mãtuæ dicatur contra naturam feudi, sicque non ligabit succedentem in feudo, tametsi idem quoque in allodio hæres extiterit, resistente insuper interesse Domini directi, cuius interest feuda alienari posse, vt consequatur laudemia. Axioma siquidem generale, ac indubitatum penes nostros est, quòd non teneatur Feudatarius † etiam hæres defuncti dispositionem seruare contra naturam ipsius feu- 17
di emanatam, Cyriac. controuers. 477. numer. 11. Harpr. Pistor lib. 2. quæst. 14. numer. 33. Treutler. cons. 72. num. 36. & cons. 83. num. 68. Surd. cons. 108. sub num. 17. Giurb. de feud. §. 2. glos. 3. num. 25. & seqq. & sub num. 88. Ex quibus cum tàm ratione Feudi, ac consuetudinis, quàm ob præiudicium eueniens Dom. ob præordinationem fideicommissariam super feudo per vasallum defunctum similis dispositio ipso iure nulla, ac nullius roboris euadat, illam propterea proximos succedens in feudo obseruare non tenebitur, quamuis vasalli disponentis per fideicõmissum de feudo suapte natura alienabili in allodialibus extiterit hæres, limitatur siquidem regula illa, quòd hæres teneatur seruare factum defuncti, vt non procedat in facto nullo, ac naturæ rei contrario. †
Et contra quod hæres lege consuetudinaria feu- 18
dorum Mantuæ permittente venire posset, Menoch. cons. 346. num. 22. Surd. decis. 99. numer. 6. Cyriac. controuers. 312. nu. 104. vsque ad 110. cum latius adducta in annotationibus ad cõs. Menoch. quibus addo Marta de success. legal. part. 4. quæst. 32. art. 6. à num. 10. ad 18. Quo genere argumenti perterrefacti contrariam opinionem sostinentes, quod nimirum super feudis Mantuanis validè cõstitui possit fideicommissum, † declarant eorum 19
opinionem in tantum procedere, in quantum nõ

sequa-

Digitized by Google

sequatur a...en...., Manent. conf. 106. per totum, Cyriac. controuers. 324. num. 23., quos adduxi dict. allegat. 23. lib. 1. Dùm ergò admittunt posse vasallum succedentem in feudo vigore consuetudinis illud alienare, inde inferunt saltem implicitè, quod nos expresse defendimus ad nihilum deseruire fideicommissariam substitutionem & habetur, pro infecta quantum ad hoc, vt penes succedentem feudum non dicatur existere alienabile iuxta naturam sibi à consuetudine Mantuana insitam, ac prorsus inseparabilem. seque
xo immune † à quocunque onere, & solutum à vinculo fideicommissi, facta in quan diligenti perquisitione circa intelligentiam traditionum Feudistarum nullus certè erit, qui voluerit super feudis fideicommissum constitui posse, quantum ad effectum ordinandi super eo plures ac successiuas graduum substitutiones. Nam Isern. in cap. 1. nu. 9. de alienat. feudal. patern. non facit ad rem., dùm vult posse alienari.

Aluaror ibidem num. 8. idem comprobat, & ne verbum quidem de fideicomm. prout neq. in c ap. 1. § fin. conclus. 47. n. 35.

Afflict. ibidem n. 7. idem repetit, & in cap. 1. in princ. n. 75 de prohib. feud.

Alex conf. 18. numero 5. & 28. lib. 5. defendit solùm, quòd feudum nouum à primo acquirente possit alienari, seu de illo ad libitum disponere.

Iacob. de Belnis. & Bald. in cap. 1. § sur si libellario, sub num 2. versic. tertius casus, nil dicunt ad rem nostram.

Idem Bald. consil. 276. lib. 5. ad rem non facit.

Angel. in l. adoptiuum, 8. ff. de inius uocando, ne verbum quidem.

Barbat. consil. 66. numero 19. 20. & 26. libro 4. vbi quod in feudo nouo pater possit præiudicare filijs vni prælegando, vel in extraneos distrahendo, quod nemo inficiatur, non tamen exinde arguitur ad facultatem vinculandi illud perpetuo fideicommisso.

Dec. consil. 208. nu 8. nihil penitus de fideicommisso circa feudum nouum, & in cons. 390. multo minus, & cons. 445. num. 7. vbi quod feudum nouum in præiudicium agnatorum possit alienari.

Zas. in tract. de feud. part. 9. nume. 30 vbi quod feudum nouum alienari possit cum Domini assensu.

Clar § feudum, quæst. 41. versic. sed in feudo nouo, vbi quod feudum nouum possit alienari cũ consensu Domini in præiudicium agnatorum.

Gozadiu. consil. 46. n. 7. & consil. 75. n. 33. idem reperit.

Sigismond. Loffred. cons. 1. num 150. & seqq. & cons 52. num. 1. idem comprobat.

Afflict. decis. 112. num. 6. & decis. 138. nu. 5. in idem coincidit.

Thomas. Marin. de feud lib. 2. tit. 3. de feud. ex pact. & prouid. non num. 16. fol. mihi 68. solùm disputat, an pater alienando feudum nouum possit filijs præiudicare, & explosa contraria opinione concludit, quod sic.

Crauet. consil. 135 nu. 8. vbi quod in feudo nouo possit pater præiudicare filijs relinquendo vni tantum, & cons. 256. loquitur in feudo hæreditario in extraneos transitorio.

Natt. consil. 501. n. 17 vbi quod pater possit alienare feudum à se acquisitum in præiudicium filiorum, & cons. 504 n. 15. vers. 8. obijeitur.

Cephal. consil. 3. n. 12. & consil. 12. nu. 16. & consil. 152. nu. 51. & 57. & consil. 302. num 1. & consil. 468. num. 35. idem concludit, & quatenus in consil. 12 vult posse ordinari primogenituram, id intelligit accedente Domini assensu, quod applicari minimè posset in feudis Ecclesiæ ex consuetudine alienabilibus ob spem consequendi laudemia, qua spe priuari nequeunt successores in Episcopatu, & facultate alienandi successores in feudo.

Bec. consil. 56. num. 21. idem infert, & licet exinde arguat posse in feudo nouo costitui primogenituram, attamen illius ratiocinatio non videtur aliquo iure fundata; nam Alex. ab eo allegatus cõs. 12. in fin. lib. 5. solùm vult patrem de feudo à se acquisito posse disponere in vnum ex filijs puta in primogenitum, deinde allegat Curt. sen. nihil penitus dicentem de facultate erigendi primogenituram, in consil. 82. columna. 1. Paril. verò in consil. 2. lib. 1. per totum potius fauet nostræ opinioni, dum concludit, quòd non obstante fideicõmisso cum alienatione, dum concludit, quòd non obstante fideicommisso cum alienationis prohibitione facta de feudo, possint descendẽtes disponere de feudo tàm inter viuos, quàm per vltimam voluntatem & proximus acquirens super feudo possit fideicommissum constituere cum prohibitione alienationis, nil pro se allegat, neq; applicaretur feudi ex consuetudine alienabilibus, quia Testator facere nequit, quin leges consuetudinariæ in eius testamento locum habeant, Iacobin. tandem de S. Georg in tract de feud. versic. & cũ pacto, quòd de ipso excitata quæst. n. 13. illam resoluit negatiuè in feudo paterno, quod scilicet super illo constitui nequeat primogenitura, in nouo autem ita demùm illud admittit ibidem sub n 16. si cùm Domino expressè pactum ineat, quòd feudum de primogenito, in primogenitum transeat, quod sanè pactum quatenus etiam abrogata feudorum natura, ac consuetudine alienandi Episcopus admittere vellet nullatenus posset.

Bellon. consil. 33. n. 9. & per totum, videtur admittere, quòd super feudo possit quidem erigi primogenitura, sed quod propterea impeditur adhuc facultas alienandi non tàm ob consuetudinem Mantuanam, exempli gratia, quàm etiam ex eo, quia fendum sic in primogenituram erectum efficeretur nouum in personam primogeniti, ac consequenter alienabile non obstante primogenitura, non tangit, neque impugnat.

Berett. consil. 100. num. 14. transit cum opinione Cæphal. in consil. 12. num. 14. 15. & 16. & Bellon. in consil. 33. circa erectionem primogeniture in feudo nouo, ac consequenter admittit responsiones, de quibus supra, ad eo sem Berett. cons. 33. n. 12 vult solùm, quòd possit testari de feudo nouo.

Olasc. decis. 161. num. 6. vult, quo ad feudum mixtum posse illud per fideicommissum relinqui

alieni

alicui ex comprehensis, sed ex eu non infertur, quòd sentiat in eum transire cum onere fideicómissi, ac prohibitione alienandi.

Menoch. conf. 158. num 65. & conf. 161. & conf. 401. num. 15. vbi vult posse per patrem erigi primogenituram in feudo mixto io vnum ex eius filijs ea ratione, quia aut filij non sunt hæredes ipsius patris, nec illius primi inuestiti, & tūc succedere non possunt in ipso feudo, ex quo deficeret hæc qualitas hæreditaria; aut sunt heredes ipsius patris, qui alteri filiorum prælegauit, & hoc in casu non possunt ij filij contrauenire facto ipsius patris, sed iàm diximus feudis ex cōsuetudine alienabilibus non applicari huiusmodi rationem; quippe quia erectio primogenituræ & fideicommissi in feudis alienabilibus vbi non haberet repugnantiam proximè succedere habētium ex ordine concessionis, adhuc tamen haberet iuris, seu consuetudinis resistentiam, quæ efficit, ut feuda fideicommisso vinculari queant, hocque; vltra Præiudiciū Episcopatus circa spem laudimiorum, cui quidem spei neque volens posset modernus, ac pro tempore existens Episcopus renunciare.

Peregr. de fideicommissum art. 6. ex num. 192. potius cōtrarium innuit, nisi Domini accedat assensus. quem non suffragari in feudis alienabilibus Ecclesiæ sæpiùs diximus, quantum ad hoc, vt efficiantur in alienabilia ratione fideicommissi. Et consequentia, quam facit, ibi n. 025. non tenet, feodum alienari posse, ergò & supponi fidei commisso, vt pluries dixi, ex Cyriac. cuotro. 23. num. 22. & seqq.

Tiraquel. de retract. lignagiet. § 32. glos. voica, nu. 2. vult solùm, quòd in feudo nouo acquirens primus possit successoribus præiudicare.

Mantic. de coniect. vlt. vol. l. 7. tit. 9. num. 3. & per totum, defendit tantùmodo, quòd feudum veniat in restitutione fideicommissi relicti, vni, vel pluribus ex comprehensis in inuestitura, sed an perueniat in eum cum onere fideicommissi nō tangit, & istud, quod nos negamus attenta feudi alienabilitate.

Cæpol. cons. ciuil. 31. num. 10. & per tot, examinat quomodo in præiudicium filiorum pater possit de feudo nouo disponere.

Bertazol. cons. ciuil. 101. nu. 25. sic argumentatur vasallus feudum Mantuæ porrò suo arbitrio alienare, quod magis est, ergò poterit fideicōmisso illud supponere in præiudicium filiorum, quod minus est, istud namque, arguendi genus in pūcto post alios reprobat Cyriac. contro. 23. num. 22. cum seqq.

Bursat. cons. 291. ex num. 93. contendit solummodò, quòd feudum nouum possit vni ex filijs prælegari, non impugnatum a nobis, dummodò ea lege filius recipiat feudum, qua eius pater acquisiuit.

Phanut. de inuentario part. 6. num. 32. & 33. vbi infinitos allegat, nempè superius recensitos primo feudorum acquisitori tribuentes facultatem de illo disponendi.

Sord. cons. 305. num. 32. & per totum, conatur deciedere, quod super feudo nouo ex consuetudine alienabili possit erigi primogenitura, seu fideicommissum, sed refutatur ex eo quia Doctores per eum adducti non probant id, ad quod allegantur, neque loquuntur de feudis sui natura alienabilibus, at quis non videt facilius constitui fideicommissum super feudis ex consueto iure, ac lege feudali in alienabilibus, quàm super istis cōtraria consuetudine effectis alienabilibus, vltra quòd ipse loquitur in feudo laicali, hic autem sermo est, de feudis ab Ecclesia recognitis, & quod magis nostram sententiam pro nobis confirmat, ipse concludit sustineri fideicommissum dùm vocatio comprehensorum in feudo confortatur ordini succedendi per inuestituram, ac illo durante, vbi autem alteratur successio feudalis, tunc irritatur quoque fideicommissum, vt videre est dicto cons. 305. sub. num. 47. versic. ex hoc ipso fuote.

Idem Sord. cons. 351 num. 24 intendit solùm innuere, quod primus feudi acquisitor possit illud alienare, & refert aliquos ex citatis per eum velle, quòd possit feudum in primogenituram erectum destruere, vel erigere, prout magis ipsi primo acquirenti placuerit, sed istud non firmat, omnique in casu applicantur responsiones singulis auctoritatibus superius datæ, & ad cons. 440. num. 31.

Idem Surd. consil. 395. num. 11. in feudo à facultate, quam habet primus acquirens illud alienandi, vel vni ex vocatis prælegādi ad facultatem constituendi fideicommissum, quod supra nobis in confutatione Bertazol. fuerat improbatum, eandem illationem fecit consil. 551. num. 26.

Cyriac. contro. 314. admittit super feudis tàm nouis, quàm antiquis fieri posse fideicommissum, ità tamen, quòd fiet sine affectu operandi circa facultatem alienandi, quot idem est, ac si diceret in rei veritate fideicōmissum super dictis feudis non substinere, nisi quoad simplex nomen, ex quo in substantia, ac ex sui natura fideicommissum hoc verum principaliter efficit, ne res vinculata fideicommisso alienari possit, l. si mulier. 60. §. ex asse hæres, ff. de iur. de. Fusar. de. substitut. quæst. 524. num. 1. si ergò feuda Mantuæ remanent alienabilia etiam post erectum fideicommissum, inde sequitur illud pro infecto haberi.

Alex. Galuan. cons. 8. num. 45. vltra quò nititur auctoritate Surdi in præcitatis consilijs, & nō loquitur in feudo regulariter alienabili, casui nostro nō applicatur, dùm vult per vltimam voluntatem, vt puta per fideicommissum, posse primum feodi acquisitorem disponere de feudo in vnum ex filijs, vel in extraneum, quod pro nunc nō impugnamus, dummodò in vocatum transeat feudum absque fideicommissi grauamine, & cum ordinaria facultate disponendi de eo.

Io: Anton. Belloo. cons. 9. num. 34. & 35. non facit fundamentum in eo, quod primus acquirens possit erigere primogenituram, sed adducit in argumentum, duntaxat alijsque mouetur rationibus.

Giurb. de feud. §. 2. glos. 3. sub. num. 3. versic.

& in

& in eu primogenium constituere potest, cum cæteris ab eo allegatis loquitur secundùm constitutiones Regni, iuxta quas licet vasallis disponere de feudis tàm per contractus, quàm per vltimam voluntatem, ad cap. volentes, de quo, post alios, idem Giurb. de feud. §. 1. glos. 7. sub n. 41. versic. in vltima etiam voluntate eius dispositionem procedere. Quinimo ex allegatis per ipsum Fachin. controuers. iur. lib. 6. cap. 62. omninò impugnar, quòd super feudu possit ordinari fideicomm. illum; & idem Giurb. de feud. prælud. 5. num. 42. tamquam singulare tangit, quòd primus feudi acquisitor possit super feudo plures substitutionum gradus facere, quasi nobiscum sentiat posse quidem feudi acquisitorem disponere de feudo per fideicõmissum, vel primogenituram in aliquem ex comprehensis, ità tamen, vt successiuè in vocatus transeat feudum secundùm illius naturam.

Fusar. de substitut. quæst. 631. num. 7. requirit ad validitatem fideicommissi super feudo no uo ordinati assensum Domini, quem hic internenire, nec suffragari posse diximus, ratione præiudicij euitandi, quod fieret Ecclesiæ, & successoribus circa spem laudemiorum, præterquam quod, neque ipse loquitur de feudo alienabili, & cons. 74. num. 1. & 2. vbi quod feudalia non veniant in fideicommisso.

Marcabrun. cons. 54. à num. 62. ad fin. ex pluribus, quæ hic non concurrunt mouetur ad tradendum, quòd super feudo nouo possit erigi primogenitura in præiudicium aliorum filiorum.

Peregr. cons. 22. num. 8. lib. 2. ideò admittit posse erigi primogenituram in feudis, quia sic conditio Domini vtilior euadit, quod non accidit in feudis ex consuetudine alienabilibus; si enim per fideicommissum, vel primogenituram impediretur alienatio deterior Domini efficeretur conditio propter amissam spem consequendi laudimia; & cons. 5 num. 24. & 25. lib. 3. potius contrarium defendit, quòd nimium super feudo nouo mixto nequeat constitui fideicommissum, & cons. 13. num. 9. & 10. & 11. requirit consensum Domini ad effectum, vt pater possit præiudicare filijs; & cons. 12. num. 24. lib 6. determinat, Principem posse feudum, quod pro sui natura mortuo patre deuoluitur ad plures filios per capita, illud regulare pro bono, & vtiliori populorum regimine, & pro maiori familiarum dignitate, honore, & exist. matione succedentia in feudo, illud reducere ad perpetuum ius primogenituræ, quod nec ob feudi qualitatem, neq; ob Domini auctoritatem recipit applicationem ad præsentem controuersiam.

Stephan. de S. Georg. lib. 2. de contract. cap. 56. sub num. 11. & 12. vbi ait de feudo nouo posse Feudatarium testati interueniente consensu Domini & quemadmodum pater potest illud de consensu Domini alienare in extraneos, ità poterit ad libitum vni filio potius, quàm alijs in totum, vel pro maiori parte prælegare, quod nõ facit ad rem nostram, neque aduersatur nostræ opinioni.

Magon. decis. Florent. 57. num. 22. vbi quod feudum mixtum quantumuis nouum nõ veniat in restitutione fideicommissi.

Matt. de success. legal. part. 5. quæst. 21. art. 19 ex nu. 22. & à num. 37. omnem conatum adhibet ad demonstrandum fieri posse fideicommissum super feudis ex consuetudine Mantuana alienabilibus, vbi ex professo enitare, seu destruere contendit rationes à Manentio in oppositum adductas cons. 106. & de contract. liuell. pact. 7. n. 16. Verũ illius traditiones in aliquibus non subsistunt, in reliquis non applicantur, nàm primo illius discursus procedit in feudo concesso pro hæredibus quibuscunque, seu pro hæredibus & quibus dederit, ac consequenter hæreditario, ac in quoscunque etiam extraneos transitorio, de quo diximus nos sermonem facere noile; indubitatum siquidem reputamus de eo siuè nouiter acquisito, seu antiquo, tàm inter viuos, quàm in vltima voluntate, etiam per fideicommissum disponi posse nõ secus, ac disponitur de merè allodialibus, Surd. cons. 572 per totum, latissimè Giurb de feud. cap. 18. §. 2. glos. 3. num. 44. 45. & 46. vbi infinitos, seu omnes Feudistas congessit. Deindè facultatem ipsam constituendi fideicommissum, atque erigendi primogenituram dirigit in Dominum, non autem in primum feudi acquisitorem, & fideicommissum, de quo tunc disceptatur ordinatum fuit nullo Domini assensu adhibito, & sic illius auctoritas fauet potius, quàm resistit. Insuper supponit Dominum feudi omni modum habere circa concessionem feudalium facultatem, adeo vt modo laxiorem, modo magis strictam qualitatem, ac methodum succedẽdi feudis iniungere valeat, quod diximus non militare in prælatis Ecclesiarum, quibus non permittitur alteratio feudorum dispositiones, vt in regula octaua. Vlterius tantum abest, quòd doctrina Mattæ officiat, quin potius valdè proficit, dùm veram profitetur conclusionem supra à nobis firmatam; quòd videlicet nõ possit vasallus alterare naturam feudi, nec facere, vt quod per consuetudinem Patriæ est alienabile efficiatur nõ alienabile per fideicommissi constitutionem, vt videre est penes eundẽ de success. legal. dict. part. 4. quæst. 21. art. 19. sub num. 56. versic. ad secundum respõdetur verum. Tandem nihil facienda venit eius auctoritas, cũ adducat implicantia, ac se inuicem destruentia; admittit enim ibidem sub num. 56. ob præiudicium Domini in laudimio emphyteotica annecti non posse maioratui, quasi in eo spes habẽdi laudimia in perpetuum penitus extinguatur, in fideicommisso autem spes illa solummodo suspendatur, ex quo vltimus de linea vocatorum alienandi facultatem reassumat. Verum quia etiam ma oratus finitur, Molin. de primogenit. l. 3. cap. 1. num. 4. in fin. ibi, bo. capite primogeniorum firmitatem, atque perpetuam stabilitatem deduximus, vt statim illorum etiam finem, atque extinctionem ostendamus. Hinc propterea fatendum venit, nec maioratui, nec fideicommisso subijci posse feuda Mantuæ ex consuetudine alienabilia, siquidẽ maioratus quoad perpetuitatem æquiparantur fideicommissis,

Gratian.discept.forens. 771.num. 11.

Et non eundo per mendicata, vt aiūt suffragia, quòd super feudis Mantuanis constitui neque at fideicommissum, neque iniungi prohibitio alienationis non semel, nec bis, sed pluries, ac quandocumque se obtulit occasio censuit Illustriss. Ducalis Senatus Mantuæ. Et primo in causa, quæ erat Bartolomæi Pendaleæ aduersus Serenissi. Dominium nostrum, occasione Sermidi, quam maiores ipsius Pendaleæ alienauerunt, non obstante fideicommisso, ac alienationis prohibitione, de quibus apparet in testamēto alterius D. Bartholomæi de pendaleis senioris, cuius quidem sententiæ tenor sequitur. Dicimus, pronunciamus, atque sententiamus prædictum, Sereniss. D.N., & seu prædictum eius Procuratorem patrimonij, absoluendum esse, seu absoluendos esse à petitis, & prætensis per prædictum D. Bartolomæum Pendaleam. actorem quem ideò in expensis, ac salario in bis debito condemnamus, & ità, &c. omni, &c.

CÆSAR MANENTVS.

Quam sanè sententia sub die 27. Maij anni 1597. Illustriss. Ducalis Senatus Mantuæ in actis D. Petrozani in simili causa inter eosdem consortes de Pendalea canonizauit, quemadmodum constat ex capitulo eiusdem sententiæ, ibi: secundo loco censuit multum Mag. DD Annibalem, & Andream, ac Hieronymum fratres de Pendalea, filiosque D. Iacobi. Nec non Illustres DD Bartolomæum, Franciscum, & Honorium filios D. Alexandri de Pendaleis q. D. Bottholomæi, nec non & eundem D. Alexandrum eorum patrem agens ad bona inpræsentiarum iudicio deducta vigore fideicommissi ordinati per tunc q. D. Bartholomæum Pendaleam seniorem in suo vltimo testamento, seu eorum procuratores excludēdos esse, prout exclusit bonis hæreditarijs prædicti q. D. Francisci relictis per ipsum tempore mortis in eius hæreditate, & in hoc Dominio existentibus, & in præsenti iudicio deductis, saluis tamen prædictis DD. Pendaleis iuribus suis contra hæredes prædicti D. Francisci, & alia bona talibus, qualibus ipsis competunt, quos etiam in expensis condemnauit; prætendebant autem sic, vt supra, exclusi in iudicio perpetui silentij non venire bona, de quibus tunc agebatur vti subrogata in locum Curtæ Sermidi per dictum D. Franciscum alienatæ, seu permutatæ in Serenissimum. Quam Curtam dictus D. Bartholamæus senior in eius testamento subiugauerat fideicommisso. Neque huic assertioni resistit Surd. decis. 343 quoniam ibi tantùmodo voluit, quod dispositiones de feodis à primo acquirente in comprehensos etiam remotiores substineātur in præiudicium Domini, neque dilectus illius licentiæ ab aliquo, preterquam ab ipso Domino valeat allegari, sieque nemo possit huiusmodi dispositionem, impugnare, dem, ei acquiescunt illi, quibus ex ordine Inuestituræ feudum deberetur, illis autem reclamantibus non tàm proximioribus exclusis, quam remotioribus vocatis, illis erit licitum feudum à remotiori reuocare, & estis disponere de feudo inter viuos in nihilo resistente fideicōmisso: tantum abest ergò, quod ex dicta decisione colligi possit validam censeri in præiudicium proximiorum dispositionem in remotiores factam, quin potius omninò irrita reputetur, adeout Cyriac. non bene arguat cōtro. 324. ex dictis per Surdum, dict. decis. 343. posse super feudo ordinari fideicōmissum a primo acquisitore præter, & contra ordinem succedendi in Inuestitura.

Idem quoque ac in fortioribus terminis cēsuit ipsemet Senatus Excellentissimus Mantuæ in causa prouisionis petitæ per Illustrem D. Alexandrum Angussolam sub die 2. Iunij anni 1606. in actis D. Io: Babtistæ Bignami Notarij Senatorij. ibi, Inherendo Ducali rescripto, de quo in actis, Censuit partem possessionis Clanicæ feudalem Venerabilis Prepositurę S. Benedicti de Padolirono, & de qua in Inuestitura facta Illustriss. q. D. Ioanni Francisco Angussolæ, de qua constat in Istrumento Inuestituræ rogato per Nob q. D. Benedictum Oldroandum Notarium sub die 9. mensis. Ianuarij āni 1528. vt in actis, non obstantibus testamentis Nobilium q. DD. Alexandri Aui, & Honorarij Patris D. Alexandri Angussolæ iunioris, ac fideicommissis, & prohibitionibus, de quibus in eis spectauisse, ac pleno iure spectasse, & spectare dicto D. Alexandro iuniori, vti e... ... & vocato in Inuestituris antiquis dicto D. Francisco Proauo ipsius factis. Et consequenter nō potuisse subijci per dictos DD. Alexandrum, & Horatium alicui fideicōmisso, & prohibitioni, saluis iuribus patrium, & ità, &c & licet hæc quæ sententia in feudo antiquo, attamen idem quoque procedit in feudo nouo quoties absque Dominij licentia alteratur modus succedendi ex concessione in feudum primæua resultans. Quinimo conclusus Domini superadditus, quicquid esset ad sui præiudicium in odium successoris nihil releuaret.

Neque obstaret prædictis, quin potius valde suffragaretur sententia ab eodem Excellentiss. Senatu lata in causa Curtæ Podij, tenoris, vt infra, videlicet, Censuit dictam Curiam Podij, qu... ... sit pro iure subinfeudi vasallos ipsius Curtæ, laudemijsque caducitatibus, deuolutionibus, & iure concedendi licentias propter mortem Illustriss. q. Marchionis Pirri Mariæ Gonzagæ vigore maioratus, de quo in testamento q. Ioannis Gonzagæ recepto per q. Leonellum de Cornice Notarium publicum Mantuæ sub die 10. Februarij 1514. in actis prodicto, spectauisse, atque spectare ad dictum Illustriss. D. Marchionem S. R. Imperij Principem Franciscum Gonzagam, vna cum deuolutionibus, caducitatibus, ceterisque dictorum Curtæ, & iurium fructibus, seu emolumentis, à die obitus dicti q. D. Marchionis Pirri Mariæ Gonzagæ, Sacrique Romani Imperij Principis perceptis, & inde percipiendis, & proinde eundem Illustriss. D. Marchionem, ac S R Imperij Principem Franciscum excluso dicto Illustrissimo D. Ioannes

Ioanne Gonzaga, & citra præiudicium iurium Serenis. D. nunc Ducis Caroli, si quæ, &c. manutenẽdum esse in possessione, seu quasi dictorum Curiæ, & iurium, & quatenus opus sit de nouo esse immittendum, & inde manutenendum, & ità, &c. omni meliori modo, &c. 30. Apr. 1633.

CAROLVS.

Quoniam dicta sẽtẽtia in nihilo resistit nostræ opinioni cautis, & rationibus tunc per nosmet adductis, cùm in dicta causa Aduocati munere fungeremur, & deduximus in illius propositione, & collatione fundamenta, ex quibus in facti specie dictus Illustriss. atque Excellentiss. Marchio Franciscus, vigore maioratus, obtinuit immissionem absque eo, quod offenderetur
5 opinio nostra, iuxta quam etiam tunc sustinebamus super feudis Mantuanis ob consuetudinem ea alienandi erigi non posse maioratum, primogenituram, aut fideicommissum, vt videre est in nostra Allegat. 13. fol. 415. per totam, lib. 1.

Quare, &c. Saluo, &c.

ARGVMENTVM.

Super feudo potissimum ex consuetudine alienabili fideicommissum constitui non potest, & multò minus ordine succedendi alterato per vocationem remotiorum cum proximioribus.

SVMMARIVM.

1 *IVre diuerso alienabilitatis scilicet, & in alienabilit. eadem res censeri non debet.*
2 *Grauare non possum, quem non honoro.*
3 *Feudum per succedentem immediate in eo per mortem defuncti non acquiritur, sed acquisitum capitur, seu retinetur.*
4 *Feudi primus acquirens de eo disponit intellige cum Domini Assensu nu. 11. In successione remotiores cum proximioribus vocari ex testamento contra ordinem inuestituræ non possunt n. 7. Alienatio prohibita intelligitur etiam per testamentum num. 9.*
5 *Consuetudo Mantuana alienandi feuda cum licentia Domini in præiudicium comprehensorum non procedit in vltima voluntate.*
6 *Vocatus ex testamento ad feudum iuxta ordinem concessionis non ex vltima voluntate, sed alio Iure feudorum successorie admittitur.*
8. *Fideicommissum super feudis ordinatum iuxta successionem, Inuestituræ sustinetur, & num. 12.*
13 *Vassallus de feudo etiam in casu alias permisso disponere non potest, quando adest specialo pactum de non alienando.*
14 *Feudo in mixto non succedit, nisi sit hæres, & proximior, & hæres vniuersalis n. 17.*
15 *Transactio super feudo antiquo facta à prædecessore non obest successoribus.*
16 *Ratificatio actus nulli non inducitur absque scientia nullitatis.*
18 *Auctor in allegat. 15. 25. & 26. lib. 1. quomodo intelligi debeat.*
19 *Agnati etiam non nati tempore alienationis, & fideicommissi, concepti, & nati post reuocant alienationem, & impugnat fideicommissum de feudo antiquo factum.*

Allegatio XIV.

Adsit Deus.

PRæterea, quæ fusius deduximus in præcedenti nostra Iuris allegatione, circa articulum, an bona feudalia ab Episcopatu Mantuæ recognita veniant in fideicommisso absque vlla domini licentia ordinato, siue feuda in ipsius fideicommittentis persona noua fuerint, siue vetera, & præter res iudicatas ad materiam in hac patria secutas, atque executioni demandatas ad exclusione vniuersaliter fideicommissi in bonis feudalibus dispositi, & signantes fauore Serenissimæ Ducalis Cameræ, aliorumque ab eadem causam habentium respectu quorundam bonorum sermoda feudalium Episcopatus olim de Iuribus illorum de Pendalea, cuius generis Curias, seu possessiones Danielæ, ac Bardelunæ esse inter partes inficiari minimè potest, cum ex acquisitionum instrumentis, atque ex alijs immunitatibus, & priuilegijs, quibus potiuntur, & gaudent istud quoque conuincatur, notoriumque ab omnibus reputetur. Quippe quia respectu dictæ vniuersalis Curiæ illorum de Pendalea, ac singulorum eius membrorum pluries, ac quandocunque se obtulit occasio, tam ab isto amplissimo ordine, quàm ab Illustrissimo Ducali Magistratu, cæterisque Iudicibus, tum Commissarijs, tum delegantes bona huiusmodi vinculo fideicommissi nequaquam obstringi potuisse iudicatum extiterit, quorum, vbi cunctis in foro versatis notoria non essent, omnium versatissimus Illustrissimus Dominus
6 Præses Bosius testimonium perhiberet.

Veruntamen nostrum munere non est indagare comprobationem præcedentis indubitatæ

conclusionis, iuxta quam in feudis sumptæ natura, seu ex consuetudine omnino alienabilibus fideicommissum etiam præscriptum ad methodum succedendi uniformem vocationi ex Inuestitura constitui Iure non permittitur implicat
1 enim vnam, eandemque rem, † vno, eodemque
tempore, & quoad easdem personas diuerso Iure alienabilitatis nimirum, & inalienabilitatis censeri l. eum qui ædes 20. ff. de vsucap. cum similibus cumulatis per Barbos. axiomat. 135. num. 7. Fusar. de substit. quæst. 297. num. 24. Præ-
2 terquam, quod solum grauari is potest, † qui in
vltima voluntate est honoratus non is, cui inter viuos datum est § 1. de singular. reb. per fideicommissum. relict. l. ab eo 9. C. de fideicommissis, & ita argumentatur Vasq. de success. creat. §. 20. num. 260. Fusar. de substit. dict. qu. 297. sub num. 12. versic. ratio est Barbos. axiomat. 108. n. 1. Atqui Domina Marchionissa post mortem
3 fratris non dicitur succedere in feudo, † neque
illud acquirere ex testamento proaui, sed acquisitum ex Inuestitura, & concessione feudali inter viuos capere Ann: cons. 39. num. 54. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 23. tit. 17. num. 3. Giurb. de feud. § 1. glos. 2. num. 29. & 30. ergo, & licet in eo omnes Feudistæ conuenire vide-
4 antur, quod primus feudi acquisitor † etiam per
vltimam voluntatem de feudo disponere valeat ad notata per Giurb. de feud. §. 1. glos. 2. num. 24. & seq. Hæc tamen opinio absolute nunquam obtinuit in hac Patria, ex quo consuetudo alienandi feuda etiam ex pacto, & prouidentia tam noua, quam antiqua interpretationem, seu restrictionem semper habuit ad alienationem inter viuos, cui tantum tributum fuit, vt nihil prorsus remanserit vassallo in facultate dispo-
5 nendi per vltimam voluntatem † in præiudicium
vocatorum, tam etsi domini ad id assensus accederet Cyriac. controuers. 324. num. 35. vbi ita iudicatum refert ipso contrarium sustinente Cephal. in feudo Episcopatus Mantuæ consil. 272. num. 35. & 36. Deinde in tantum sustineretur vltima voluntas primi acquirentis, in quantum concurreret domini assensus, nisi talis voluntas cum ordine per concessionem feudi quod succedendum initialiter minimodè confirmaretur, quo tamen casu ad feudum sic successiue voca-
6 tus † non ex vltima voluntate, sed alio Iure feu-
dibus successuro admittetur Bald. in cap. 1. de success. feud. Io: Baptista Bilocc. conclus. feud. 30 num. 1. & 2. A Pont. decis 40. num 10 Giurb. de feud. § 1. glos. 2. num. 35. Lareth. in theatr. feudal. part. 8. dilucidatione 11. num. 4. 11. & 12. Demum quia admisso etiam citra veritatis noxam, quod de feudo nouiter acquisito disponi, maxime inter comprehensos, quomodolibet posset: non ideo permissum intelligeretur, quod in Inuestitura comprehensi postergato recto
7 succedendi tramite † ad præscriptum concessio-
nis feudi mox donato per saltum, ac confusè remotiores cum proximioribus vocati censerentur, ac in simul succederent Aquir. de success. Portugal part. 3. num. 32. Gratian. discept. 621. num. 3. Rosental. de feud. cap. 7. conclus. 32. lit. G. ad fin. cum adductis per Giur. de success. feud. § 2. glos. 10. num. 23. quibus addo Io: Baptistam Bilocc. conclus. feud. 50. nu. 3. & 4. Paul. de Montecip. cons. 106. num. 13 2. Sacca cons. 234. num. 28. In qua facti specie versamur, in suisque terminis ordinari nō potuisse quoad feudalia fideicommissum, sustinemus itaut vigore illius præterea, & contra ordinem successionis Feudorum, iuxta quam sola Domina Marchionissa Anna Maria Gonzaga de Spolversinis tanquam fratri vltimo defuncto proximior capax existit, simul admittatur Domina Marchionissa Catterina Gonzaga cum eodem defuncto in gradu remotissimo reperta.

Iuris ergò indubitati est penes Feudistas fideicommissum valere, † in quantum per 8
illud non immutatur, aut quoquomodo non alteratur modus succedendi ab Inuestitura, seu Iure Communi Feudorum præscriptus ad quod solent allegare textum in c. 1. de success. feud. Imperialem in princ. de prohib. feud. alienat. per Feder. c. & notant Doctores in l. si patronus ff. ad Trebell. Alex. cons 29. sub num. 8. lib. 5. ibi & sic proximiores transuersales eo casu non tã venirent ex testamento dicti Giberti quam ex Iuris dispositione, seu tenore inuestituræ, quam dictus Gibertus testator etiam immutare per suũ testamentum non potuisset. Clar. in §. feudorum quæst. 95. sub num. 3 versic. Sed si fideicommissarius esset ex remotioribus agnatis non video cur non posset proximior agnatus talem vestitionem impedire Rim. cons. dicto num. vbi subdit vt quia sit agnatus proximior comprehensus in Inuestitura, quinimo in fine dicti numeri subiungit, quod agnatus proximior posset eligere viã, quæ sibi magis expedit, vel succeedend ex fideicommisso, vel ex natura Inuestituræ Maoric. de tacit. & ambig. lib. 7. tit. 5. sub numer. 2. versic. Sed hoc primum debet intelligi quando is est proximior agnatus Marin. fraud. de sub feud. lib. 3. de different. feud 6. sub numer. 1. versic. potuit tunc disponere, sed non substituere, quia de prima intelligitur dispositione Anton. Monach. de recta feudi interpretatione cap. 5. num. 36. vbi quod data facultate alienandi feudum nõ intelligatur data auctoritas mutandi legem, & modũ succedendi vbi post Canet. 2. t quod tria sunt, quorum vnum non est aliud feudi alienatio, forma mutatio, & nouæ legis datio feudi successionis; qui ergo illa tria conglutinat, facile errat, & num. seq. Cait. Iun. cons. 171. num. 10. in fine ibi, & immo dato, quod Ludouicus primus potuisset inter viuos alienare non potuit tamen fideicommittendo priuare eos, qui sunt vocati ex tenore primæ Inuestituræ cum potestate alienandi virtute dictæ consuetudinis, & in eadem causa Mantuana, ac feudo Episcopatus Socin. Iun. cons. 72 sub num. 40. versic. & si quis subtiliter diceret prædicta procedere posse, quando fideicommissum esset relictum vni de comprehensis in Inuestitura non tamen ei, qui post mortem testatoris esset successurus in feudo, nam tunc videtur contrauenire, quod fideicommissum in feudo non valeat, ne scilicet per illud generetur

proxi-

proximiori præiudicium, & num. 42. ibi concludens legatum, vel fideicommissum de feudo factum semper esse inualidum, quia inquit ipse, aut relinquitur extraneis, & non valet in præiudicium agnatorum, aut relinquitur agnatis, & tunc aut remotiori, & ad quem feudum non erat tunc peruenturum, & non præiudicat proximioribus, etiam quod fieret consentiente domino, aut relinquitur agnato proximiori, & tunc non valet lib. 1. quæ resssumpsit ex Bald. in cons. 170 nu. 1. lib. 2. Gail. pract. obseruat. 154. num. 14. in fin. vbi quod vassallus possit testari iuxta sed non contra naturam feudi lib. 2. Rosentall. de feud. cap. 7. conclus. 11. num. 14. versi. Si proximus sese opponat hanc restitutionum facile impedit pro suo interesse Corset. in Scholijs ad cons. 6. num 9. & cons. 11. num. 6. vbi quod possit vassallus plures gradus substitutionem facere, feudi tamen formam restringendo. Giur. de success. feud. §. 2. glos. 10. sub num. 23. versic. neque enim succedendi ordinem peruertere posset vassallus Capyc. latro decis. 5. num. 2. vbi quod vocatus in Inuestitura succedat in feudo non obstante fideicommisso Ramon. consil. 100. num. 322. Camill. Latath. in Theatr. feudal. part. 8. dilucidat. 11 num. 10. & 11. versic. aut testator expresse disponit, quod feudum veniat in restitutione fideicommissi generalis, vel legati restituendi in extraneum, & non in proximum successorem vocatum à lege Inuestituræ, vel consuetudinis, & talis dispositio non valet, quia contra legem fendi, & part. 9. dilucidat. 1. num. 6. & 7. vers. quia feuda dat lex, & legis prouidētia, & instituendo vltiorem Agnatum est alienare, & omnis extraneus est, qui immediatus successor non est, & proinde non obstante institutione, & quouis testamento, vel legato primogenitus, seu immediatus successor capit feudum ex propria persona, & verec. & quod dispositio testatoris de feudo non valeat procedit etiam si assensus domini directi accederet, quia ordinatio testatoris contra naturam feudi, & tenorem Inuestituræ non tenet in præiudicium agnatorū & immediati successoris, & dilucidation. 5. nu. 8. & seq. versic. hoc procederet in actu valido, & non in inualido, vt quādo pater disponit non in immediatum successorem, sed in alium remotiorem contra naturam feudi, quia dispositio de functi est, & ibi, & instituendo vlteriorem agnatum contra concessionem est alienare, & omnis extraneus est, qui immediatus successor non est & ibi, & quauis institutione in extraneum idest in non proximium successorem facta non obstante immediatus successor capit hocque extendit etiam ad feudum à testante nouiter acquisitum, & dilucidat. 57. n. 15. vsque ad fin. Capyc. Galeott. controuers. 1 num. 94. vbi quod testamentum super feudo sit nullum, & controuers. 13. n. 11. & 12. Marcell Maur. alleg. 6. num 8. vbi quod habens potestatem testandi non possit facere fideicommissum Io: Andreas Georg. allegat. 12. sub num. 45. versic. Dominus verò Thomas non habet testamentum valídum respectu feudi, qui est vlterior agnatus ergo non potest prætendere immissionem & allegat. 18. sub num. 19. versic. & propterea feudatarius non potest in feudo instituere, nisi vocatum à lege inuestituræ, præter quam omnis dicitur extraneus cum non sit immediatus, & legitimus successor feudi, & in repetit. feudal. cap. 48. num. 19. versic. & sic in casu quando extraneus est institutus, qui accipitur pro omni, qui non est proximus, & immediatè successurus Peregr. de fideicomm. art. 6. num. 23. iuncto num. 25. vbi quod feudum nouum non possit alienari, nec fideicommisso supponi nisi cum domini assensu Loffred. cons. 7. num. 52. & per totum & 46. num. 18. versic. quod tamen nō puto verum nisi interuenerit consensus domini, vel fideicommissum sit collatū in fauorem proximè successuri quod repetit Magon. decis. florent. 54. num. 20. & sequitur. Borell. in summ. decis. tit. 34. num. 493. part. 1. Fusar. de substit qu. 631. num. 7. vbi quod etiam in feudo nouo, vt supponatur fideicommisso requiratur Domini assensus. Franch. decis. 153. num. 23. & seq. vbi quod data facultate disponendi, non censeatur in feudo concessa facultas substituendi Marta voto. 221. à num. 30. vbi quod habens facultatem substituendi in feudo, plures substitutionū gradus facere nequeat. Quod repetit Censal. in addit. ad peregr. de fideicom. pag. 165. sub versic. sexto obseruò. Sacra cons. 536. num. 9 vbi quod nec de feudo nouo testari possit sine licētia Domini Camill. Medic. consil. 1. num. 91. vbi quod feudatarius non possit disponere de feudo hæredem instituendo sine assensu domini, & consil. 165. num. 54. in fine 161. si enim feudatarius qui non potest disponere de feudo sine assensu, & illud tenetur relinque successuro.

Ex quibus, alijsque deductis in priori allegatione liquido constat fideicommissum nullatenus subsistere in feudalibus à primo acquirēte ordinatum, præsertim cum alteratione ordinatum, præsertim cum alteratione ordinis succedendi aliter quam disponatur in Inuestitura, & vbi domini assensus non intercesserit. in facti contingentia eo magis, atque ex necessitate requisitus quippe quia vltra prohibitionem legis, seu consuetudinis feudorum, ne feuda alienari possint inconsulto domino, per quam hæredis
quoque institutio, † ac fideicommissi ordinatio 9
in feudis vetita omnino censetur, & potissimum vbi Domini licentia non accedit, vt tradunt præcitati Doctores, & post alios ratiocinatum Camill Latath. in Theatr. feudorum part. 8. dicta dilucidat. 11. num. 6. Capyc. latro decis. 70. num. 42 vbi de magis communi Anton. Monach. de rect. feud. interpretat. cap. 52. num. 28. & 28 Vnde quod dicitur primum feudi acquisitorē pos
se mutare, augere, alterare, ac minuere feudum, † 10
illudq; penitus, ac in extraneos distrahere, quia primus ipse acquisitor non ligetur forma, neque feudum nouum habeat agnatos, ex traditis per Giurb. de success. feud. prælud. 5. num. 40. & seq. ita demum procedit, vt superius diximus si domini accedat assensus, † quia à feudi forma ea post facto recedi potest domino, & vassallo feudi acquisitore consentiente Maneut. decis. 1. nu. 28.

quem sequitur Giurb. de feud. prælud. 5. num.
48. & alteratio contingat, dum feudum repe-
ritur pœnes primum acquisitorem, & noodum
euasit antiquum penes vocatos, & descenden-
tes, quemadmodum accidit in præsentiarum; si
quidem feudum iuxta ordinem eiusdem inue-
stituræ de masculo in masculum proxime suc-
cedentem transiuerit, itaut modo quod in per-
sonam fratris defuncti effectum fuerat antiquũ,
in eo quoque succedere solum habeat Domina
Marchionissa proximior exclusis remotioribus
tanquã in hac materia omnino extraneis cum
vigore successionis feudalium in concursu pro-
ximioris admitti nequeant, omnique igitur in
12 casu ex regula, quod vtile per inutile † non vi-
tietur fideicommissum per D. Cæsarem in feu-
dalibus ordinatum vsq; adhuc substineri potuit,
ex quo conforme erat successioni Inuestituræ;
nunc autem propter alterationem in succeden-
do corruat vt in puncto animaduertit Surd. cõ-
sil. 305. sub num. 47. vers. sic. ex hoc ipso fonte &
num. 48.

Nec quoad defectũ assensus obstaret si repli-
caretur eum in præsenti casu non requiri eo
sub prætextu, quod vassallus de feudo in com-
præhensos absq; domini assensu possit dispone-
re, quoniam cum inquam vltra prohibitionem
legis, adsit insuper pactum speciale, & expres-
sum in Inuestitura feudorum, de quibus agitur
ne possit vassallus petias terræ feudales, vel ea-
rum partem aliquã vendere, aut quoquomodo
alienare, nec de ea quouis modo contractum
aliquem facere sine speciali, & expressa licen-
tia Illustrissimi, a Reuerendiss. Domini Antis-
titis, vt pactum huiusmodi vltra prohibitionẽ
legalem aliquid operetur, per illud iure meri-
to censetur prohibita qualibet dispositio de
13 feudis † etiam inter compræhensos, & maximè
præter ordinem Inuestituræ, vt in casu magis
dubitabili nimirum in contractu facto per Ne-
potem, seu renuncia feudi in ingressu religionis
erga pattuum proximè successorum coram Il-
lustrissimo D. Co: Motono eiusdem Episcopa-
tus meritissimo Commissario fauore Suæ Domi-
nationis Illustrissimæ, ac Reuerendissimæ lati-
us scripsi ex Bardellon. consil. 14. lib. 1. vbi infi-
nitos cumulaui singulis contrarium sententi-
bus confutatis, ne igitur rem actam, denuo agam
vbi opus fuerit dignabitur idem D. Comes iuris
allegationes à nobis conscriptas reassumere, &
faciunt tradita per Capyc. Galeott. controuers.
1. num. 97. Rota in mantuana feudi 17. Iunij.
1641. corã Roias Si ergo de feodis remotiores
qui se habent in materia feudali tanquam ex-
tranei, nequit disponere vassallus inscio domi-
no tum ob resistentiam consuetodinis feudorũ
tum, & multo magis propter pactum in Inuest-
tura insertum, quanto minus eidem permissum
erit proximiores grauare vt feudum remotio-
ribus in totum, vel pro parte restituant Et præ-
dicta tanto magis sibi locum vindicant non so-
lum quia Dominus inuestiendo; seu renouan-
do inuestituram Dominæ Marchionissæ ad for-
mam antiquarum non autem iuxta methodum
fideicõmissi, quemadmodum fecerunt eius præ-
decessores tacitè dicitur noluisse consensum
præbere ordinationi ipsius testatoris. Verum
etiam quia comparendo Episcopatus per eius
agentes in præsenti iudicio expressè alterato-
nem huiusmodi in succedendo, ac vinculum fi-
deicommissum impugnauit, vt in processu in
hac eadem causa compilato in Episcopatu, ac in
præsenti exhibito.

Quę tamen dicta sint ex abondanti implicat
enim, quod Domina Marchionissa partem habe-
re possit in feudo hereditario mixto dum caret
qualitate vtraque ad istud requisita nimirum,
quod sit hæres, † & proximior, vt cęteris ommis- 14
sis tradunt cumulati per Bursat. in consil. 92. ex
nu. 23. vbi in fine consilij per ipsum & Rotam
Mantuanam in causa Zanaca iudicatum testa-
tur de anno 1568.

Non obstat fideicommissum super feudis va-
lide constitui quando à filijs approbatur, Que-
madmodũ ex aduerso in facti contingentia sup
ponitur euenisse. Tum quia in facto res aliter se
habet cum filij Domini Cæsaris Gonzagæ viri-
liter fideicommissum impugnauerint vt videre
est ex actis Domini Persiæ relatis in instrumen-
to transactionis anni 1590. per partem aduersã
exhibito. Tum quia illa † adprobatio nocet tã- 15
tum filijs in feudo paterno Cyriac. controuers.
63. num. 9. Tum quia illa non compræhendit, &
ideo inuestituras semper renouarunt absque a-
liqua mentione fideicommissi. Tum quia ad in-
ducendam ratificationem actus inualidi † neces- 16
se est quod approbans nullitatis actus notitiam
habeat Cæphal. cons. 377. num. 56. Treuther.
cent. 15. num. 164 Coccin. decis. 37. num. 2. Ro-
ta decis. 172. num 3. & 4. part. 5. recent. quam
quidem defecisse in filijs ipsius fideicommittẽ-
tis sufficienter ex eo colligitur, quia disponen-
do de feudis dubitabant, ne inciderent in pœ-
nas à fideicommittentes inflictas. tametsi de
Iure feuda ex consuetudine Mantuana alienari
potuissent, in hocq; non tenerentur stare dis-
positis per patrem.

Sicuti minus resistit, quod non confecerit in-
uentarium, quippe quia cum ex dispositione fi-
deicommittentis mobilia cedere haberent in
legitimam, & stabilia in testamento ipsius fidei-
committentis ai pareant descripta perinde est,
ac si cõfecisset inuentarium, vt latius dixi pro
DD. Marchionibus de Strotijs, præterquam
quod cum Domina Marchionissa confecerit In-
uentarium in actis exhibitum quoad ipsam ces-
sat ista amaritudo.

Argumentum vero deductum ex Manent. † 17
in consil. 42. sub num. 31. quam applicationem
recepit ad præsentem causam iudicium erit Ex
cellentissimi Senatus, sibi enim locum vindica-
ret, si Domina Marchionissa Catarina veniret
tanquam hæres vniuersalis instituta, quæ qui-
dem qualitas, cum esset in ea, & concurrat in
Domina spoluerioa vltimi vassalli hærede vni-
uersali ab intestato, ea propter argumentatio
retorqueretur non solum doctrina Manent. dicto
cons. 42. num. 31. verum etiam ex traditis per
Fusar.

Fusar. de substit. quæst. 360 num. 10. Surd. consil. 5. num 10. Cyriac. Controuers. 128. num. 79. Rota in Ciuitatis Carrelli emphyteusis 23. Februar. 1643. coram melrio

18 Neque resistunt † adducta per nos allegat. 15 num. 25. allegat. 23. num. 9. 10. & sub num. 17. & allegat. 26 num. 8. lib. 1 dum d ximus feuda potissimum Schiuenoleæ posse tam inrer viuos, quam in vltima voluntate alienari, istudque operari clausulam ad habendum &c. Quoniam exinde non bene infertur posse vinculari fideicommisso, maximè ordinato præter, & contra ordinem succedendi in origine feudi, atque inuestitura præscriptum.

Demum neque officit, quod Domina Marchionissa vti non nata non possit reuocare feu-
19 dum, † neque impugnare fideicommissum ex Peregr. decis. 150. nu. 25. cum ipse cum alijs resideat in conttaria opinione Cæterum cum quæsitum & radicatum in bonis feudalibus controuersis, reperiatur inuestita, ac existat in illorum possessione pacifica à die obitus fratris, agatque non ad reuocationem, sed ad retentionem feudorum pro sui defensione cum Domina Marchionissa Catarina de tempore conditi testamenti nondum adhuc nata, erit ergo in casu omnimodæ absolutionis.

Quare, &c. Saluo, &c.

ARGVMENTVM.

Feudalia Mantuæ tam noua, quam antiqua fideicommisso inter compræhensos præter, & contra ordinem in Inuestituris succedendi in Inuestituris præscriptum ordinato supponi nequeunt. Impugnatur decisio Senatus Mantuæ.

SVMMARIVM.

1 *FEudum valide supponitur fideicommisso ordinato ad formam successionis feudorum, & num. 13. & num. 58. Vt sint ad deuolutionem retinent naturam, quam ab initio assumpsit. num. 14. Alienandi dupliciter prohibetur in ordine scilicet ad Dominum, & ad agnatos nu. 19.*

2 *Filij æqualiter ab intestato succedunt in feudo.*

3 *Fideicommissum super feudo ordinatum alterata successionis norma Iure feudali præscripta non sustinetur reprobantur contrarium tenentes num. 15.*

4 *Vtile per inutile vitiatur in feudis, neque in testamentis num. 5 fallit in feudis separabilibus num. 6.*

7 *Facultas aliquid faciendi intelligitur de primo actu Intelligi debet de tẽpore, quod fuit contemplatum num. 8.*

9 *Actus si geratur tempore permisso dirigeret effectum in tempus prohibitum non valet.*

10 *Feudi dispositio valet inter agnatos, sed ne fiat in remotiorem proximior reuocat. Alienatio fieri non potest in comprahensis sine licentia, quando adest pactum specificum de non faciendo contractum num 44.*

11 *Extraneus is dicitur in feudis, qui proximo successurus non esset.*

12 *Iure diuerso vna, eademque persona quoad plures respectus censetur.*

16 *Vaßallus de feudo testari non potest sine Domini assensu, neque hoc adhibito in præiudicium agnati num. 17.*

18 *Fideicommissum graduale, & alienabile induci nequit. Super fideicommisso non constituitur num. 34.*

20 *Feuda Mantuæ quoad actus vltimæ voluntatis in nihilo degenerãt à stricta feudorum consuetudine esse impropria nõ recipitur num. 2.*

21 *Specialia duo in eodem subiecto concurrere non possunt.*

23 *Feuda mixta non degenerant à pactionatis, nisi quia illa qualitatem hæreditariam desiderant.*

24 *Inuentarium in feudis mixtis suffragatur & num. 26.*

25 *Agnata in successione feudi in aliquibus est magis priuilegiata quam filia.*

27 *Agnatus non hæres à successione feudi duobus in casibus excluditur, primus quãdo adest alius de comprahensis, qui sit cum effectu hæres, & proximior, alter quando illi esset delata hæreditas, & ipse eam repudiaret.*

28 *Hæredum appellatione in feudis veniunt solum descendentes.*

29 *Proximitas defuncti in feudis attenditur.*

30 *Hæredis vniuersalis proximior concurrens cum remotiori legatario, aut fideicommissario præfertur.*

32 *Clausula, ad habendum, in feudis operatur, vt censeatur data facultas disponendi tam inter viuos, quam in vltima voluntate. Addita clausula sine contradictione operatur, vt possit fieri qualibet de feudo dispositio absque alio assensu Domini num 33. Declara vt nu. 36. Codicillatio, & omni modo inducunt substitutionem pupillarem n. 43.*

35 *Gemina donec extat masculus ex eo, qui primo fuit inuestitus, ad feudum non admittitur.*

37 *Vassallus, licet ex consuetudinem Mantuana possit alienare feudum, tamen si illud non alienat, venit in fide commisso, illius in casibus alias de Iure communi valet fideicommissum de feudo.*

39 *Compendiosa dicitur substitutio, quia sub compendio verborum plures substitutiones*

ctiones comprahendit. Quando pupillarem expressam contineat n.42.

40 *Verbum substituit dicitur commune.*

41 *Patris testamentum ad pupillarem dicitur testamentum filij.*

45 *Alienatione prohibita, & legatum, & fideicommissum, omnesque aliæ dispositiones prohibitæ censentur.*

46 *Fideicommittentis voluntati contrauenire non dicitur, qui in proxime successu ñ disponit.*

Allegat. XV.

Adsit Deus.

VTendo reuisionis beneficio, in hærendoque commissioni Celsitudinis Suæ per quam omnis prorsus interdicitur recursus, adeout vtrique ex partibus non deducta deducere, & grauamina in iam discussis recepta reparare liceat. In primis prætendit Illustriss. D. Marchionissa Anna Maria Gonzaga de Spuluerinia, quod in feudalibus tam nouis, quam antiquis in personam fideicõmittentis, & in eius personam proauitis, & antiquissimis prætet, & contra ordinem succedendi † in inuestitura præscriptum saltem in præiudicium vocatorum fideicommissaria substitutio ordinari non potuerit, vt præter adductos in duabus præcedentibus iurium allegationibus optimè exornat Bardellon. consil. 93. num. 59. & 60. & faciunt tradita per Sanfelic. decis. 291. n. 10. & 11. & per Staiban. Iun. resolut 61. num. 46. & seqq. & resolut. 95. num. 9. & seqq. ac per totum.

3

Neque obstat nos versari in feudo nouiter per testatorem acquisito, & de quo primus acquirens etiam in præiudicium filiorum disponere possit cum assensu domini, si disponat in penitus extraneos, & sine assensu, si in filios vni, vel alteri potius feudum relinquendo, vt colligitor ex cumulatis in prima allegatione versic. superadditur regula. Quandoquidem conclusio hæc non recipit applicationem ad præsentē ad præsentem controuersiam, dum disposita per D. Cæsarem in fideicõmissum ordinatum quoad filios in dubium reuocantur, & sibi locum vindicant in eo, quod Paulum Æmilium, & Aeneã excluserit à Curia Schiuenoliæ, ac possessionibus Bardellon. & Daniel. vocando Fabritium ad Curiam Schiuenolcæ, à qua exclusit Mariũ, cui in portionem reliquit Danielam, & Bardellonam, ad quas omnes † Curias iuxta methodũ inuestituræ insimul, ac pro virili vocabantur, c. 1 §. omnes filijs si de feud. defunct. fuerit con-

2

trouers. & c. 1 § quia vidimus ibi, vt ad omnes æqualiter filios pertineat de his, qui feud. dat. poss. Io. Anton. Belloo. consil. 48. num. 28. & 29. Cyriac. controuers. 6. ou. 16 Giurb. de feud. prælud. 6. num. 30. Laroth in Theatr feud. part. 9. dilucidat. 12. nu. 5. cum adductis per nos allegat. 10. num. 150. & seq. fol. 171. lib. 1. & in præsentiarum disputatur tantum modo an valeat dispositio primi acquisitoris feudi alterans successionem ex inuestitura resultantem collata in quẽdam futurum euentum defectus masculorum, & tempus, quo feudum nouum iam diu assumpserit qualitatem feudi antiqui, seu in eñ. quantiquum euaserit. Quo casu fideicommissum † 6 sustineri in terminis, vt aiunt terminatoribus e xaduerso etiam adductum, & commendatum, atque in decisione Senatoria pluries canonizatum allegabam Surd. cons. 295 sub num. 47. versic. ex hoc fonte, vbi quod fideicommissum in præiudicium agnatorum respectu feudi noui, ita demum sustineatur, si & donec non alteratur succedendi ordo à inuestitura feudo inoatus, at vbi accidit ex dispositione testatoris præterti dictum ordinem, quo tunc substitutiones in feudalibus corruant ex regula, quod vtile per inutile vitietur. Adeout iuxta opinionem Surdi fideicommissum sustineatur vsque ad finem lineæ masculorum, ne que extenderetur ad fœminaa, cum iuxta illud remotiores cum proximioribus admitterentur, quod Iure feudorum nullatenus permittitur, quinimo stritum quoque censeretur fideicommissum quoad masculos, ex quo in feudis † regula per Surdum allegata non militat, sed vtile per inutile vitiatur A. Pont. de protest. proreg. tit. 8 § 1. num. 7. & § 3. nu. 21. 22. & 23. latè Io. Bapt. Bili &. concl. feudal. 63 num. 3. Super hoc tamen vltimo magnam vim non facio tum quia iam in masculis fideicommissum suam habuit executionem, tum quia versamur in separabilibus, & dumdum, cum fideicommissum quoad masculos stet de per se, ac diuisum quamuis consecutiue ad substitutiones fœminarum, & ideo in testamentis † vtile per inutile non vitiatur l. 1. ff. de his, quæ pro nõ script. habent Fusar. de substitut. qo. 463. num. 51. Vltra quod in feudis † etiam, quod procedat Axioma illud vtile per inutile nõ vitiari in separabilibus de quo p. it alios Barbos. Axiomat, 231. num. 1. & x. traditionem cumulati per Io: Andr. Georg. in reper. feud. cap. 58. nomei. 8. & per Larath. in Theatr. feud part. 8. delucidat. 55 num. 3. Dum ergo testator semel disposuit de feudis vocando eius filios, quemadmodum ei placuit nulla prorsus habita concessionis feudi ratione, dicitur facultate sibi à iure attributa vsus, adeo vt non potuerit amplius post feudum in persona descendentium radicatum, illisque Ius quæsitum, denuo illius succedendi formam alterare, atque vocatis diuersam ab Inuestitura successionem iniungere, cum qualibet facultas † aliquid faciendi, vel disponendi intelligatur de primo actu, quo semel consummato non potest amplius reiterari l. boues. § 9 § hoc sermone ff. de Verbor. signif. Tuaque ibidem num, 22 Stai-

3

4

5

6

7

Staiban.Iun.resolut. 37. num.65. Barbos. Axiomat.93 nu.8. vbi pluribus exornat. Præter qua quod habens facultatem aliquid faciendi debet
8 intelligi † dummodo faciat de tempore contēplato, & sic dum feudum est nouum ad tradita post alios per Gratian.discept.forens. 376.num. 9. Pro qua enim parte actus emanauit tempore
9 habili † substineruc,pro qua vero collatus extitit tempus inhabile corruit neque attenditur l. quod sponsæ 4. C. de donat.ant.nupt, Crat. discept. forens.712 num 1. Tusc. pract. conclus. 88.num.3.lit. P. Barbos Axiomat.174. num. 31. Bim.cons.52.num.7.Guilhel. Anthpo.de referi pr.morat conclus.4. sub num.48. ea mouentur ratione præcitati Doctores, quia paria sunt aliquid fieri tempore prohibito, vel conferri in tēpus prohibitum; postquam enim feudum per plures gradus in masculos descendentes transiuit paternum efficitur in tantum, quod extinctis postea masculis ad fœminas; proximiores deuoluitur priuatiuè quoad remotiores, quæ in hac materia, vt dicebam in dictis allegationibus, pro extraneis reputantur. Iusque eis per inuestituram acquisitum, neque enim per primū acquirentem tolli potest. Quod autem feudum suapte natura inalienabile inter comprehensos sine licentia domini alienari possit in proxi-
10 mè successuram, atque etiam in remotiorem † in præiudicium ipsius domini, nequaquam vero agnatorum, si sit antiquum mirifice comprobat Surd decis. 343. num.19. Roland. quoque in cons. 60. num. 53. loquitur de alienatione, seu fideicommisso in proximè successurum libro. c. quod repetit cons. 64. numer. 2. & 22. lib. 2. & secundum doctrinam Surd quam allegat intelligendus est Cyriac. in controuers. 324. num. 6. in qua cum esset contentio inter creditricem penitus extraneam, & proximè successuram in feudo nil releuat, quod vassallus obtinueritAlvarot. in cap. io generali sub num. 4. si de feud. fuer. controuers. inquit feudum venire in restitutione fideicommissi de liberis ad liberos non de liberis ad extraneos, quorum appellatione in materia feudali cum veniant remotiores etiam in concessione feudi comprehensos, quia
11 extranei † omnes dicuntur, qui proximè successuri de Iure feudorum non sunt, et præter adductos in secunda Iuris allegatione ponderat Annat in constitut diuæ memoriæ num. 323. Gint. de success. feud. §. 1. glos. a num 32. in fin. Petr. Gudelin. de Iur. feud. cap. 3. cum. 6. Surd. d. cons. 108. sub num. 20. & ita apparet non esse constituendam differentiam quoad agnatum, quod feudum fuerit potius in remotiorem, quam in extraneum alienatum, quando, quoad proximiorem is remotior habetur pro extraneo, instant ergo quæ deducebamus, quandoquidem remotior licet in ordine tamen ad dominum forsan non dicatur extraneus, in ordine tamen ad succedere habentem reputatur talis, neque enim
12 implicat vnam, † eandemque personam quoad plures respectus diuerso Iure censeri l. ergo 50. § 1. ff. de acq ter. dom. Surd. decis. 266. nume. 8. Monach. decis. florent. 28. nu. 12. Barbos. Axiomat. 135. num. 7. in fin.

Ex quibus sublata remanet, seu nō applicari deregitur obiectio, quæ fiebat, & fundabatur in eo, quod primus feudi acquisitor possit filijs præiudicare, ac ordinem succedendi in feudo variare, quoniam hoc etiam supposito semper intelligitur cum hoc, quod feudum in reliquis deferatur iuxta normam inuestituræ, † 13
non autem quod tractu temporis contingat alteratio, & succedant in feudo personæ, quæ alias vti remotiores admitterentur, vt probè animaduertit Surd. d cons. 303. sub num. 47. 48. & 49. cuius opinioni tanquam optimis rationibus fulcitæ adhærendum venit, cum potissimum neminem prorsus habeat, qui eidem in nostris terminis contradicat. Quinimo feudistæ omnes in oppositum congesti istud singulariter inferunt, dum concludunt, si feudum nouum sui natura transmissibile ad plures erigatur in primogenituram, seu de primogenitura plurium efficiatur capax, aut à primo acquirente quomodolibet alteretur, natura succedendi, † quam ex altera- 14
tione huiusmodi imbuit, regulatam iuxta consuetudines feudales in posterum retinere, eaq; viuere, ac cum eadem mori deuolutionis tempore, seu ad agnatos, seu ad dominum, redeat, vt videre est ex Doctoribus per nos relatis allegat. 26. num. 6. & 7. fol 476. lib. 1. Neque ob hac nostra opinione videtur recedendum ex supposito, quod etiam in feudis antiquis, † & non seruato 15
ordine inuestituræ inter vocatos rectè constituatur fideicommissum, Cyriac. controuers. 2. num. 43. & controuers. 324. num. 7. Surd. d. dec s. 343. num. 9. vers. contrariam tamen sententiam vsq; ad num 18 & 19. circa fin. & cons. 305. sub nu. 43. versic. præterea & num. 38 Menoch consil. 690. num. 25. siquidem Cyriac. in controu. 2 n. 43. id asserit per modum dubitandi, vltra quod in dicto casu feudi Hostiani accesserant approbationes substitutionum, ac iuxta illas renouatæ extiterunt inuestituræ, accedente prius Imperatoris assensu, quæ omnia in facti specie desiderantur in controuers. verò 324. numer. 7. intelligi debet secundum doctrinam, quam allegat Surd. in decis 343 vbi hoc vnum acerrimè Senatus Excellentiss. sustinet, quod minimum substitutio de remotiori facta in feudis valeat ad solius Domini præiudicium, non autem in odium proximioris, qui feudum sibi ex inuestitura debitum in remotiorem vigore fideicommissi translatum reuocare poterit, & tanto magis retinere, si penes se illud habeat, retentio etiam facilius datur, quam actio, seu repetitio iuribus cumulatis per Cyriac. controuer. 280. nu. 50. & sicD Marchionissa de Spoluctini iure in censito insistit in retentione feodi, innixa etiam responsione eiusdem Surd. in sæpius citato consil. 303. num. 47. 48 & 49. vbi in puncto optimè comprobat in casu huic simili fideicommissum potius resolui, quam quod ad remotiores in exclusionem proximiorum extendatur. Vnde solida remanet conclusio, quod in feudis Mantuæ ordinari nequeat fideicommissum, vt diximus alleg. t. 25. lib. 1. & tanto minus, vt remotiores

pro-

Digitized by Google

proximiorem excludat.

Quæ quidem conclusio transit absque vlla
difficultate, sine attendamus ius commune, iux-
16 ta quod de feudis † vassallus testari nequit ex c. 1.
de success. feud. quod procedere in feudis mix-
tis, nisi dispositio testamentaria approbetur à
Domino directo quoad præiudicium proximio-
ris admittit Cyriac. controuers. s. num. 9a. iun-
ctis num. 116. & 118. in decisione allegata, quo
quidem assensu non supposito, an adhuc vassal-
lus de feudo posset testari; non disputo, nec op-
portunum duxi cum de assensu non constet, cu-
ius quidem textus dispositio iuxta mentem feu-
distarum in omnibus feudis cum procedat præ-
terquam in transitorijs ex pacto, seu inuestitu-
ra ad extraneos, ideo restringi non potest ad feu
dum dignitatum, & ex pacto, & prouidentia.
Præterquam quod, & feuda mixta præter qua-
litatem hæreditariam, quam in succedente re-
quirunt, reputari in cæteris ex pacto, & proui-
dentia omnes admittunt, sicque admittere pa-
17 riter debent, neque in illis vltimam vassalli † vo-
luntatem directam in remotiorem in odium
proximioris sustineri, prout proximiori recla-
mantem infringendam resoluunt Surd. d. consil.
108. num. 20. & d. cons. 303. num. 47. 48. & 49.
& decis. 343. per totam cæterique omnes, quos
in duabus præcedentibus iurium allegationib.
congessimus, siue inspiciamus huius patriæ con-
suetudinem, quæ quoad præiudicium agnato-
rum, adeo restricta est ad actus inter viuos, vt
nullatenus vnquam obtinuerit respectu vltimæ
voluntatis, vt dicebam in prima allegatione,
quicquid sit quoad præiudicium Domini, de
quo Surd. d. decis. 343. & ad præiudicium credi-
toris extranei, de quo Cyriac. d. controuers. 324
& Senatus Excellentiss. si verum, est quod iuxta
illius opinionem iudicauerit, sicque per ordina-
tionem fideicommissi super feudo vulnerata ex-
titerit facultas, quam habebant comprehensi
disponendi de feudo, ipsumque feudum desijt
esse in comercio in fraudem D. Mantræ creditri-
cis, & contra modernam resolutionem Excellē-
tiss. Senatus per adhæsionem ad præcedentes, iu-
xta quam fideicommissum sustinetur, si & qua-
tenus vocati ad illud non contrahant, & alienēt
feudum. Quod tamen durum mihi semper vi-
sum fuit, quoniam implicare videtur, vt dice-
bam in secunda allegatione, vnam eandemque,
rem eodem tempore, & quoad easdem personas
in fideicommisso vocatas ex consuetudine alie-
nabilem, & ex prohibitione enixa alienari ve-
titam, cum maxime apud nostros indubitatissi-
mum reputetur, quod neque pacto, neque par-
tium transactione, aut dispositione aliqua possit
18 induci fideicommissum † graduale, & alienabile
Riccius in sua collectan. deci. 2058. par. 5. Reu-
sner. decis. 11. lib 1. Laurent. Visell. conclus. 84.
num. 80. in verbo alienatio. Nequeat ne testator
vassallus facere, quominus feudales consuetu-
dines in eius testamento locum habeant, vt la-
tius in dictis allegationibus exornaueram.

Feudum ex sui natura, & origine dummodo
simpliciter hæreditarium non sit, & postquam
de liberis in descendentes, seu agnatos transi-
tum fecit duplicem induit ex consuetudine
feudorum alienandi prohibitionem, † alteram 19
fauorem Domini, alteram fauorem agnatorum
c. 1. de alienat. feud. patern. c. 1. § Titius si de
feud. defunct. c. imperialem de prohib. feud. a-
lienat. per Feder. Treuther. cons. 3. num. 152.
Surd. cons. 108. num. 19. in fin. & num. 20. Ro-
sental. de feud. cap. 9. concl. 28. num. 4. 10. And.
Georg. in repetit. feudal. cap. 5. nu. 24. Larath.
de feud. par. 8. dilucid. 14. cum infinitis, quos
consulto ommitto. Vnde cum ex consuetudi-
ne Mantuana prohibitio alienationis concer-
nens interesse agnatorum remota existat quo-
ad actus inter viuos tantùm, si tamen Domini
assensus interueniat. Proinde sequitur, quod
adhuc saluum ius † remaneat agnatis reuocan- 20
di feuda inter viuos alienata, siue per vltimam
volūtatem remotioribus relicta assensu Domi-
ni non interueniēte, vt egregiè examinat Surd.
cons. 382. num. 41. cum seq. ac per totum, atque
in hac patria iure isto hactenus vsi sumus, vt
Iurisperitorum Mantuæ traditiones insinuant;
sufficit ergo quod in præsentiarū testator præ-
iudicauerit eius filijs alienam inter ipsos ab
inuestitura ordinandæ successionem, absque eo
quod interum descēdentibus præiudicare præ
sumpserit. Quoniam istud nullo iure † permit- 21
tebatur non solùm ex iam dictis, verumetiam
ne insimul duo concurrerent specialia, l. prima
C. de dot. promiss. l. cum post 70. § gener. ff. de
iur. dot. Barb. Axiomat. 211. n. 1. & ad rem Surd.
cons. 502. num. 15.

Nec releuat nos versari in feudis impropri-
js, in quibus relaxant regulę feudales, dum Iu-
dices in hac patria, † ac suprema itidem Tri- 22
bunalia opinionem hanc amplecti recusarunt
testibus, Surd. cons. 502 & Cyriac. controuers.
112. saluando ipsius feudi, seu feudorum Man-
tuæ proprietatem in omnibus præterquam in
alteratis, quia feudum in aliquibus à proprijs
degenerans in reliquis rectam, & propriam feu-
di naturam conseruet. Quatenus verò subiun-
gebatur etiam ex eo hęc feuda impropria cen-
seri, quia in comercio sunt, & communiter in-
ter vassallos cum licentia Domini, seu in ex-
traneos alienatur est conclusio à quamplori-
bus feudistis recepta, vt diximus allegat. 8. n.
9. & seq. lib. 1. & alibi sæpè nihilominus quia
feuda omnia huius Ciuitatis venalia sunt in
iudicando nūquam vidi huius qualitatis ratio-
nem habitam. Vnde stare simul possunt, quod
de iuris rigore feuda beneficio, & gratia Do-
mini concedenda declinent à recta feudi con-
stitutione, & naturę in hoc dumtaxat, in reli-
quis vero propriam feudorum subsistentiam
sustineant.

Quemadmodū nec ad rem faciunt, quæ sub-
iungebantur de filijs ipsius fideicommittentis
in quibus vltra omissionem Inuentarij suppo-
nebatur etiam approbatio dispositorū per pa-
trem respectu feudalium; omisso enim quod
ex facto vtrunque ex prædictis suppositis opti-
mè ratione remouebatur, vt in secunda Iuris
alle-

Digitized by Google

allegatione vetsic.oon obstat fideicommissum, aduertendū occurrit nos versari in agnata, seu sorore vlti.ni vasalli, quæ non tam confecit solemniter inuentarium, verum iudicium vniuersale sepatationis bonorum propositt, feudumque hic, & nuoe paternum, & Auitum nounm, nec penes ipsam, neque penes eius fratrem prędefunctum dijudicatur.

Dicebam in priori mea Iuris allegatione regula sexta, feuda huius generis nimirum mixta
23 † præter qualitatem hæreditariam, quam requirunt, in reliquis retinere naturam, & indolem feudi ex pacto, & prouidentia, vt vltra ibi adductos considerat Iansolit.decis.100.num.8.& 9 Bardell.cons.93.num.50.& seq.& cons.tor.nu. 139.& seq.Io.Ant.Bellon. cons.48. num.13. & seq.Hinc propterea in feudis mixtis agnato suc-
24 cessori suffragatur inuentarium;† vt post infinitos iudicatum profitetur Olase. decis.180. num. 21.cui opinioni magis recept. ac veriori adhærent Peregr.consil.9.sub num.14. versic.in hac re admodum dubia lib.5.Io.Anan. cons.48. nu. 43.& 44.Laratb.in Theatr.feudal. p.8. dilucid. 25.num 14.versi quod vbi hæres conficeret inuentarium, & feudum esset mixtum, & num.15 & 16. ad rem Surd.consf.63.sub num.18.& sub num.22.ac per tot. & cons.108.oum.:8.& cons 353.num.7.vbi quod hæres cum beneficio inuentarij reuocare possit feudum vbi vires hæreditatis, & allodialium non suppetnot, latissimè Rosent.de feud.cap.9.conclus.71 & 72.Altogr. cons.25 num.26.& 27.Quapropter cum detractis ex hæreditate ad ipsam peruenta feudis, ac eius creditis nihil prorsus remaneat, & si quid debeatur D.Comitissæ de Petrozanis, iure merito oil prohibet, quominus proauitam dispositionem in feudis sibi debitis impugoare valeat.

Maximè cum non veniat tanquam filia, sed vti
25 agnata, † ac consequenter in hoc magis priuilegiata existat ex traditis per Surd.d.cons.63.n. 22.& 25.Rosental.de feud.cap.2.concl.33.nu. 40.& faciunt ooata per Altograd consf.25.ou. 19.Quatenus volunt non posse filium venire ad feudum mixtum nisi sit vltimi hæres, posse tamen agnatum dummodo primi vassalli saltem mediatus hæres existat, & hanc sententiam sequutum Seoatus Excellentiss.profitetur in causa Serenissimæ aduersus D.Paulam de Bonatris. Quod adeò verum est nimirum iura feudorum
26 præseruari successori per inuentarium, † vt quicquid prædecessores attentauerint succedentibus non præiudicet, vt post Cum.& Tap. in prædicto admunet Ginib. de success. feud §.2..glos.3. n.100.in fin.

Hinc deducebamus Illnstriss.D Marchionissam Catatinam excludi à successione istorum feudorum, nam ita demum excluditur; qui est
27 de compræhensis, † quando non habet præcisè hæreditariam qualitatem duobus in casibus tātùm, primus quando adest alius de compræhensis, qui sit eum effectu hæres, & proximior, qui illud excludat vti non hæredem, & remotiorē, alter quando illi agnato esse delata hæreditas, & ipse eam repudiauerit, in istis enim duobus casibus quicquid sit in alijs agnatus omninò excluditur, Dec.cons.108.in fin. Corn.Iun.consil. 138.num.24.& 25.Roland.cons.53.num.15.li. 1.& cons.48.num.50.& cons.90.num.46.lib.4. Bertaz.cons.90.num.13.& seq quos refert, & sequitur Peregr.cons.18.sub num.13.prope finē versic.primo cum hæreditas lib.1. Surd.cons.3. num.10 quatenus requirit hæreditaris delationem, & num.52.& 53.vbi quod regula non procedit quando ideo excluditur, quia alius eum præcedit in gradu eum vltimo vassallo, & cons. 63.num.24.Menoch.cons.931.sub nu:23.versi. præterea; & secundo vbi pariter requirit delationem, ac implicitè proximitatem, quod repetit cons.977.num.18.& 19.& consil.1043.num. 17.Thesaur decis.69.num.24. Quapropter cū D.Marchionissa Catarina, nec actu, neque potētia qualitatem hæreditariam habeat, ex quo adest D.Marchionissa Anna Maria proximior, & hæres, & per eam stare dicatur, quominus hæres existat, eo quia tanquam remotiori quoad personam vltimi defuncti nulla prorsus delata hæreditas appareat, ideò successionis feudorum, de quibus agitur omninò incapax redditur, quicquid si eidem vti proximiori in gradu vltimo vassallo delata hæreditate eandem consequi minimè posset, vel quia alius esset institutus hæres, vel ius municipale resisteret, in quibus terminis procedunt Bardell.consil.63.oum.20. Rota apud Giouagn.consil.44.num.105.lib.2. cæterique in decisione allegati. Appellatione verò hæredum † in hac materia feudali, & qualiber 28 differenti ad exclusionem extraneorum, quod veniant tantummodo hæredes sanguinis, seu magis descendentes, & compræhensi ex Pinell. 10 l.r.part.3.sub num 91.C.de bon.materno. Paris.consil.55.num.14 & seq.lib.2.Peregr.consil. 34.sub num.21.circa finem lib.1. Gratian. disceptat.forens 351.non inficiamur, quin potius iuris indubitatissimi reputamus ex cumulatis per Barb.de appellat.verb.113.num.11.Io. And. Georg.in repetit.feudal.cap.46.num.9 & alleg. 19.oum.38.cum seq.Ginib.de success. feud § 2. glos.13.num.27.Larath.in Theatr.feud. part.9. dilucidat.56.num.20.& seq.Quod adeo verum est, vt feudum, quando non præcessit mentio filiorum, aut descendentium, simpliciter pro hæredibus quibuscunque restringatur ad hæredes sanguinis, vt latissimè prosequitur Rota Romana in Saxsenaten. feudi 22. Iunij 1645. coram Dunozet Decano versic.Doctorum autem controuersia, sed non propterea sequitur quod remotior de sanguine non hæres concurrere habeat cum proximiori hærede in feudorum possessione existenti. Cum igitur feuda huiusmodi ita eo, quod admittunt hæredes sanguinis tantū propriam feudi naturam retineant, consequēs pariter fit, quod admissa Domina Marchionissa proximiore, † vt succeditur in feudis, ad suc- 29 cessionem Domina Marchionissa Catarina remotior aspirare nequeat vt etiam in hoc ordo succedendi in feudis rectis obseruetur ad tradita post alios per Ginib.de success.feud.§.2. glos. 13.num.31.& seq & per Cyriac.in tract. legiti. success.

succeſſ. Sereniſs. Ducis Caroli art. 1. num 50. cum pluribus ſeq. ac per totum, ex cuius doctrina ſatis colligitur proximitatem regulari ab vltimo, & ſororem fratri proximiorem per plures gradus eſſe, quam ſit Domina Marchioniſſa Catarina eidem defuncto Propatrueli Rota in fanen. ſeu Senogallien. bonorum ſuper boo Iure 14. Martij 1646. Meltio.

30 Appellatione hæredis, † quod veniat etiam hæres, ſubſtitutuſque vere dicatur repreſentas perſonam illius, cui fuit ſubſtitutus, nec controuertimus, & habetur in l. 1. § de illo, vbi Battol. ff. ad Trebellian. Decian. reſponſ. 21. num. 35. lib 2. Alex. conſil. 54. in princip. lib. 5. Bald. conſ. 79. num. 1. lib. 1. Gratian. diſceptat. forenſ. 743. nu. 17. & 18. Gonzadin. conſ. 26. num. 25. & 26 poſſetque ſuffragari Dominæ Marchioniſſæ ad excluſionem Domini directi, ſeu alterius agnati, quæ nullatenus hæres caiſteret, iſtud tamen nõ officit Dominæ Marchioniſſæ hæredis propriæ, tam vltimi immediate, quam primi, mediantibus perſonis eius prædeceſſorum ad excluſionẽ Dominæ Marchioniſſæ Catarinæ remotioris, nec propriè hæredis. Quia vbi concurrit proxi-

31 mior hæres vniuerſalis † cum remotiori non hærede, ſeu legatario, aut fideicõmiſſario, iſte ab illo excluditur iuxta ſeclatam doctrinam Burſat. in conſ. 91. ex num. 23. ab Ampliſſimo iſto Ordine tunc amplexam, & alias auctoritates in præcedenti allegatione deductas.

Superest modo, vt diluam obiectum deciſio-

32 nis ex clauſula ad hæredum & c † deſumptum, cuius virtute inferrebatur per Dominum dara facultas vaſſallo diſponendi tam inter viuos, quam in vltima voluntate ſine requiſitione alicuius licentiæ, Cyriac. controuerſ. 524 num. 19. & 20 Bion conſil. feudal. 36. num. 1. & 4. Rolãd à Vall. conſ. 55. num. 42. & ſeq. lib. 3. Ladeteh. conſil. 1. a num. 5. ad 14. Becc conſil. 88. nu. 24. 46. cum ſeq. maximè cum ſit poſita in diſpoſitiuis, Ladereh. vbi ſupra, Becc. eod conſ. 83. num 50. ergo ipſe allegat. 26. in princip. & num. 9. Manent. conſ. 106. num. 6. & 7. vbi quod tunc non ſolùm primus inueſtitus in præiudicium omnium vocatorum poteſt feudum alienare, ſed etiam eius hæredes, & deſcendentes. Dixi allegat. 8. n. 25. lib. 1.

Fundamentum iſtud deciſionis valdè vrget, ſed plurimum fauet iuribus Dominæ Marchioniſſæ Annæ Mariæ de Spoluerinis quoad feudum Schiuenoleæ ſub feudum Curiæ Podij, eo quia tam in conceſſione feodi, quam etiã in donatione ſub feudi originarij adeſt cla-

33 uſula ad habendum &c. ſine contradictione † Epiſcopi, ac ſucceſſorum, quibus deſuper ĩm conſideratis, multoque magis ſimul concurrẽtibus nullam amplius in quocunque contractu, vel obligatione, aut teſtamentaria diſpoſitione talis feudi requiri licentiã præter adductos in deciſ. quæ tenetur Ruland. conſil. 3. num. 60. & conſil. 42. n. 18. & 19. lib. 1. Curt. Iun. in tract. de feud. part. 4. num. 141. Gratian. conſ. 9. num. 140 lib. 1. Ruin. conſ. 119. num. 10. lib. 2. Socin. conſil. 3. ſub. n. 14. verſic. vbi licet

lib. 3. Beto. conſi. 73. ſub num 28. verſ. ſed contrarium, & conſ. 122. num. 3. lib. 1. Menoch. cõſil. 1. num. 18. 127. & 335. & conſil. 316. num. 18. & ſeq. & conſ. 865. n. 9. Genuenſ. in prax. Eccleſ. Triden. 4. quæſt. 107. per totam, Io. Baptiſta Biloch. conſil. feudal. 8. num. 1. Gratian. diſceptat. forenſ. 580. n. 10. & ſeq. & diſcept. 750. num. 53 vſque ad fin. vbi refert ita deciſum in Romana Notariatus Capitolij 1. Iun. 1620. coram Remboldo, quæ nunc eſt deciſ. 14. apud Fenz. ad ſtatut. Vrb. & ratio eſt quia dictæ clauſulæ faciunt feudum ad extraneos, & quoſcunque hæredes tranſitorium, adeout veniat in reſtitutione fideicommiſſi maximè inter comprehẽſos, & iuxta ſucceſſionem inuentitudi ordinati, tam & ſi de feudo mentio in teſtamentaria diſpoſitione per vaſſallum facta non appareat, vt poſt alios pro irrefragabili renunciant Fuſa. de ſubſtit. 631. num. 1. Larath. in Theatr. feu. part. 8. dilucidat. 12 per totam, quo ſtante ob ampliſſimam alienandi facultatem comprehenſis impertitam feudum huiuſmodi improprium, atque allodialibus omnino æquiparatum reputatur ab Excellentiſſ. Senatu in alia deciſione ſuper eodem feudo fauore Illuſtriſſimi Domini Marchionis Iulij emanata. Vnde cum in fideicommiſſo in eius perſonam purificato ſit comprehenſum fruſtra ſuper eo nunc contenditur ex poſteriori fideicommiſſo à ſucceſſoribus ordinato, cum bonis iam fideicommiſſo ſuppoſitis ſuperaddi nequeat alterum fidei-

commiſſum, † maxime cum bona feudalia 34 tamquam allodialia conſiderentur Fuſar. conſil. 131 per totum, & ſubſtit. queſt. 639. n. 1. Cyri. controuerſ. 283. numero 23. & ſeqq. in cuius locum cum ſucceſſerit Domina Marchioniſſa Anna Maria, ac iurium ceſſionem reportauerit, ideo amplius quoad feudum Schiuenoleæ moleſtari nequit, quod ſi regulari debet ſecundum regulas feudi recti conſequens fit, quod non veniat in reſtitutione fideicommiſſi cum in perſonam D. Cæſaris eſſet feudum antiquum cuius ingenita methodus ſucceſſionis in præiudicium vocatorum inuerti non potuit, & ſic ea co capite vti repreſentans perſonam Dominæ Marchioniſſæ Catarinæ, quippe quoniam donec extat maſculus ex primo inueſtito deſcendentes fœminæ † a ſuccedendo in feudis

arcentur earũ † proximitate in nihilo ipſis opi- 35 tulante ex iuribus, & fundamentis latè deducta Cyriac. controuerſ. 112. num. 113. cum ſeq. & in tract. de ſucceſſ. Ducis Caroli art. 2 num. 45 ac per plures reſolutiones comprobatis ab Excellentiſſimo Senatu, vt in cauſa de Strigijs, de qua Surd. conſil. 502. & in duplici cauſa de Gonzagis, de quibus in deciſione prædicta verſiculo verum inſpecta.

Cæterum quoad alia feuda ab Epiſcopato recognita cum clauſula ad habendum † &c reſrenetur per immediatè ſubſequentẽ, ſaluis tamen 36 iuribus Epiſcopatos cum iniunctione pacti expreſſi de non alienando ſine aſſenſu ipſius Epiſcopi euitatur propterea motiuum ex dicta clauſola deductum quoniã tunc ſic modificata nihil

ope-

operatur; quãuis in dispositiuè registretur ad tra
dita copiosissimè per Merend. contr. 15. per totã
lib. 6. vbi infinitos propemodũ recenset, ac ma-
teriam exactè digerit. Buratt. decis. 87. num. 5.
Rota decis 86. n. 13. & seq. vbi quod dicta cla-
usula nihil operatur, quando per subsequentes
restringitur, & decis. 310. n. 106. & 19. vbi quod
dicta clausula operetur tantum in præiudicium
concedentis, & non aliorũ, maxime quando per
subsequẽtia limitatur, & restringitur, quia tunc
nihil operatur part. 5. recent. & hęc decis. vlt. est
decis. 212. apud Duran. & decis. 74. numer. 15. ac
per totum, vbi quod per alienationis prohibi-
tionem illius virtus penitus euacuetur, & elida-
tur, & decis. 211. num. 8. & 9. part. 6. recent. Ste-
phan. Gratian. discept. 344. nu. 11 Barbos. de clau-
sul. 4. num. 12. Cauagnol. cons. 48. num. 18. Cyr.
contr. 508. nu. 38.

Deinde vbi etiam admitteremus feuda hæc
omnia, de quibus agitur tam ex generali con-
suetudine, eorumque impruprietate, quam etiã
ex dictis clausulis alienabilia omninò existima-
37 ri tam per actus inter viuos, † quam per disposi-
tiones vltimarum voluntatum potissimum inter
comprehensos, quodque substitutionibus subij-
ci, arctissimisque alienationum prohibitionibus
vinculari valeant cum dictarum prohibitionum
suppositiua, ac conditionali subsistentia quate-
nus scilicet per substitutos, ac in feudo succes-
sores ad alienationem aliquã, seu quamcunque
dispositionem inter viuos, vel post vltimam vo-
luntatem non deueniatur, Cyriac. controuers.
324. num. 21. Manent. cons. 106. num. 11. 12. &
29. & optimè exornatur in decisione Excellen-
tissimi Senatus vers. nec dicatur. Totũ negotiũ
pro D. Marchionissæ Spoluerina redditur clarũ,
ex quo Dominus Cæsar Iunior eius pater in eius
testamentu expresse de feudalibus in eam dispo
suit, ibi, Saluis semper iuribus Dominorum di-
recti respectu ubnuxiorum, & ab eis prius habi-
ta licentia quatenus requiratur, & obtineatur, &
non aliter, nec aliu modo, & ad quam obtinen-
dam inscriptum prædicti D. Testatoris hæredem
& substitutos procuratores irreuocabiles sole-
mniter fecit, & constituit, adeo quod præsens
mandatum non extinguatur morte ipsius testa-
toris, sed etiam post eam in suo robore perduret
hæredem vniuersalem instituit Dominum Fran-
ciscum Mariam eius filium &c. cui quandocun-
que decedenti sine filijs substituit Illustrissimas
Dominam Victoriam Annam, Mariam, & Lau-
ram, vel eorum alteram tempore mortis prædi-
cti Domini Francisci Mariæ vitam in humanis
38 ducentem &c. Cuius quidem dispositio † quoad
feudalia tanto magis sibi locum vindicat, ex
quo per eum defertur successio iuxta contingẽ-
tiam inuestituræ, & reuertitur ad primæuam e-
ius naturam, l. si vnus 28. § pactũ. ff. de pact. Surd
cons. 397. sub num. 16. Cyriac. controuers. 212.
num. 14. & 15. & Faciunt tradita per nos allegat.
10. num. 53. fol. 54. lib. 1.

Neque obstaret, si replicaretur in hæreditate
testatoris non extitisse feudalia Episcupatus eũ
post eius obitum, & propter lineam finitam D.
Pauli Aemilij gonzagę peruenerit ad eius filium
sic vt supra heredem institutum. Quoniam facil
limè huiusmodi replicatio euitaretur eo, quia cũ
fuerit hæres institutus, eique per compendiosam
† substituta Domina Marchionissa Anna Maria 39
Gonzaga de Spoluerinis importatam ex structu-
ra testamenti, eo quia testator sub compendio
verborum plures voluerit comprehendere sub-
stitutiones, Doctores in l. centurio 15. ff. de vulg.
& pupill. Fusar. de substit. quæst. 211. num. 6. & 7.
& quæst. 229. quæst. 233. num. 18 cons. 187. nu.
19. & 20. Rota decis. 222. num. 21. 22. & 23. part.
5. & decis. 120. nu. 4. & 5. part. 7. recent. Io. Franc.
Andreol. controuers. 9. sub nu. 2. & 3. Surd. dec.
57. num. 8 Gratian. discept. forens. 407. nume. 1.
Mart. Medic. decis. Senen. 69. & decis. 70. Staib.
Ion. resolut. 24. num. 4. & 5 Altograd. cons. 45.
num. 83. & cons. 76. num. 5. Quæ quidem com-
pendiosa per verbum commune substituit facta
directam pupillarum continet, illud namque
verbum, substituit, † iuxta veriorem nostrorum 40
sententiam commune dicitur, vt tradunt Do-
ctores in d. l. centurio 15. ff. de vulg. & pupill.
substit. Neuizan. cons. 33 nu. 4. Rota decis. 373.
num. 5. part. 2. recent. Gratian. decis. 140 num. 4.
Grueb. decis. 11. num. 6. Fusar. cons. 187. numer. 21.
Surd. decis. 37. num. 13. Intrigl. de substit. cent. 3.
quæst. 35. num. 1. & 2. Diouagn. cons. 75. num. 57.
Io. Anton. Bellon. cons. 84. num. 3. Mart.
Medic. decis. 69. num. 2. 4. & 5. Num verò sic
eam tæ efficacia, vt matrem etiam à legitima, &
Trebellianica excludat nostri pro nunc non est
instituti dispungere, cum mater sit quidem in
medio, sed non in causa, in qua & ipsa de iure
succumberet ex sententia Excellentissimi Sena-
tus in causa Todeschina.

Idcirco cum testamentum patris filij testa-
mentum dicatur, & ob pupillarem † substitutio- 41
nem in compendiosa contentam duplicem com-
prehendat hæreditatem paternam nimirum, &
filij, §. igitur institut. de pupill. substitut. Trenta-
cinque de substit. part. 2. cap. 3. num. 1. & seqq.
Fusar. de substit. quæst. 88. num. 1. & quæst. 241.
Altograd. cons. 91. num. 28. & seq. resolutum re-
manet obiectũ, & fundata successio etiam quo-
ad feudalia in eius sororem pupillam, ac in pu-
pillari ætate defunctam.

Hoc autem inoffenso pede ob concursum cõ-
iecturarum argumentum enixam, testatoris men-
tem non sibi, sed filio substituendi transit, ibi cui
† quandocunq; &c. quo casu substitutio expres- 42
se euadit pupillaris, & qua mediante pupillo suc-
ceditur directo, ac in eius bonis ad tradita per
Rotam decis. 574. num. 14. part. 1. sec. 1. Fusar.
dicta quæst. 42. num. 96. & seq. & cons. 20. nu.
13. versic. quartum quidem, & consil. 21. num.
15. Gratian. discept. forens. 528. num. 3. Io. Franci.
Andreol. controuers. 7. num. 25. Altograd. cons.
91. num. 20. deinde ex clausula omni meliori
modo, † iuncta clausula codicillari, de quibus in 43
præsenti testamento vtraque enim de perse ha-
bet vim, & effectum introducendi pupilla rem

directam Marsic. Melic. decis. 69. nu. 48. vsque ad § 10. Francesc. Andreol. controuer. 7. num. 25 Fular. de substitut. dicta quæst. 242. nume. 134. & seq. & dicto consil. 187. num. 41. Barbos. de clausul. 95. num. 46. Anton. de Amat. resolut. 25. nu. 22. 23. & 24. Gratian. discept. forens. 407. nu. 16. Demum ex eo, quia non solum in allodialibus verum etiam in feudalibus subsitituit, quæ per mortem patris efficiebantur filij, & per istius obitū ab intestato deuoluebantur ad agnatos masculos, vt in prædicta decisione, respectu feudalium, nisi ad fuisset dispositio testamentaria tam patris, quam filij in pupillari ætate defuncti, quæ cum in facto inter partes non controuertantur, & in iure satis comprobata existant. In tantum quod Illustrissimus D. Marchio Alexander ab intestato adita, & occupata hæreditate filij eius agnati post productionem dicti testamenti patris filij etiam hæreditatem comprehendentis diuiserint, vt ex processu in hac causa exhibito. Inde fit quod recedendo à decisis per delegandos à sua Celsitudine a feudalibus exclusa remaneat Domina Marchionissa Catarina, & hæc dixisse sufficiat quoad præsens articulum. In quo etiam occurrit animaduertendum. Vel quod nulla dispositio feudalium Episcopatus maximè sustineatur ob pactum de quo in Inuestitura, ibi item quod de dictis infrascriptis petijs terræ, vel earum parte aliqua dicta Domina Marchionissa inuestita non possit contractum, distractumue quoquomodo facere sine speciali, & expressa licentia præfati Illustrissimi Domini Administra-
44 toris &c quod additum prohibitioni legali † efficit, ne actus alias licitus sustineatur, & sic dispositio de feudo Episcopatus collata in comprehensium sine assensu Episcopi irrita censetur ea ratione, quia vbi concurrit duplex prohibitio legis scilicet, & hominis intelligitur prohibita alienatio, ex qualibet dispositio etiam in illis casibus, in quibus de iure speciali fieri potuisset, si sola legalis prohibitio interuenisset l. 2. C. de vsucap. pro empt. secundum intellectum Bartol. in l. filius familias. 116. § Diui ff. de legat. 1. Bald. in cap. 1. § præterea de prohibita alienat. feud. per Feder. c. § sanctissimas, de non alienan. Ripa in l. qui Romæ 22. sub nu. 87. versic. sed tu considera ff. de verbor. oblig. et glos. in cap. licet muliere de iure iuran. in 6. Corbul. de caus. priuat. ob alienat. limit. 6. sub num. 5. versic. cuius tamē dictum, & ampliat. 10. num. 5. Riminald. Iun. cons. 243. num. 67. & 70. & cons. 782. num. 127. & 128 Intrigl. de feud. centur. 2. art. 5. num. 29. Cephal. cons. 264 à nu. 8. & per totum, & consil. 135. num. 65. Roland. consil. 98. num. 22. lib. 2. & consil. 7. num. 78. lib. 3. Bardellon. consil. 14. per totum maximè à num. 25. vsque ad 31. Flor. Dulphin. controuers. 49. num. 7 Mantic. de tacit. & ambig. lib. 23. tit. 26. num. 13. Ruin. consil. 162. num. 23. Seraph. decis. 794. num. 9. & 10. Cyriac. controuers. 2. num. 63. Cauagnol. consil. 48. num. 13. 14. & 15. lib. 1. Mar. Anton. var. resolut. 5. num. 24. & resolut. 25. num. 10. lib. 1. Menoch. consil. 264. num. 31. Surd. consil. 323. num. 3 Rota decis. 347. num. 9 part. 4. & dicta decis. 211. nu. 25. par. 6 recent. Rosent. de feud. cap. 9. conclus. 46. nu. 8. & seq. & in glos. E. & faciunt habita per Rotam in med. olanen. emphyteusis, seu bonorum 4. Aprilis 1642. Perctinger. & in Mantuana feudi 17. Iunij 1641 coram Roias. Neque enim controu.
quin prohibita alienatione, † & legatum, & fideicommissum, ac cæteræ dispositiones prohibitæ censeantur l. lotalem 17. ff. de milit. testam. Peregr. de fideicomm. art. 40. num. 57. & 58. Fusar. de substit. quæst. 550. num. 2. Barbos. in verb. appellat. 14. num. 18. Larrch de feud. part. 8. dilucidat. 11. nu. 6. Vel quod quatenus fideicommissum, & alienationis prohibitio subsisterent, intelligeretur quoad extraneos, & proximiores, & sic dispositio testamentaria facta à Domino Cæsare Iuniore præferendo masculum fœminis omnimodam firmitatem haberet, cum tam ex statuto quam ex Inuestitura successio in formam prædictam deuolueretur. neque vis aliqua fieret menti testatoris primo loco fideicommittentis, dum per vltimum testatorem fideicommissum restringitur ad proximè successurū l. filius familias 114. § cum pater vbi doctores ff. de legat. 2. l. verum ex famil. a 69. § ff. de legat. 2. l. pater filius 36 § quindecim ff. de legat. 3. Fusar. de substit. quæst. 716. vbi infinitos cumulat quibus addi possunt Cauagn. consil. 51. per totum Mart. Medic. decis. Senen. 8 num. 2. cum seq. Cyriac. controuers. 303. num. 4 cum alijs, qui allegari possent. Stat ergo firma conclusio, quod fideicommissum præcipue in feudalibus Episcopatus ordinarij non possit, & ordinatum non tollet dispositionem factam fauore D. Marchionissæ ab eius patre cum illa conformetur cum dispositioni huius communis, atque feudorum minimè repugnet menti primi fideicommittentis.

Quare, &c. Salua, &c.

Doctissimè allegatis ab Excellentiss. Io: Paulo Melio Iuris Consulto e præclarissimo, libentissimè subscribo; nil addens, cum abundè fuerit in omnibus satisfactum, tā in recensendis rationibus militantibus ad fauorem Illustrissimæ Dominæ Marchionissæ Annæ Mariæ Spolverinæ, pro qua Consuluit, quam in diluendis obiectis in contrarium consideratis; quæ omnia, cum & iuri & veritati consona omnino existimauerim, de simplici requisitus subscriptione, propria manu attestando confirmo.

Ego

Ego Ioannes Prandinus Eques I.V.D. Coll. Veron. Decan.

Idem Sentit ego Camillus Salernus I.V.D. de Colleg. Veronæ, & Eques.

Nec ego discrepo Io. Pindemontius I.V.D. de Colleg: Veron.

Et ego quoque Alexander Roia I.V.D. Vero.

ARGVMENTVM.

Gratia concessa Vassallo per Dominum in diem, vel sua conditione non suffragatur ad præiudicium successoris, si sub prædecessore dies non adueniat, aut conditio non purificetur.

SVMMARIVM.

1 *IVre datoris resoluto resoluitur, quoque Ius acceptoris.*
2 *Successor non tenetur seruare alteratione feudi factā à præcessoribus in diem vel sub conditione, si casus eo viuente non eueniat, & num. 13. in maioratu alteratione feudi à præcessoribus factā obseruare non tenetur num. 3 fallit si in allodialibus sit heres num 5. & num. 6. In maioratu tenetur ad expensas funerum in sepeliendo predecessore, si non extant bona libera n. 12.*
4 *Licentia alterandi feudum à Prelato concessa, & à summo Pontefice approbata arctat successores Testandi de feudo non valeat in præiuditium successoris num. 7.*
8 *Testandi de feudo gratia condito desinit esse integra.*
9 *Dictio, vestra, est personalissima.*
10 *Executio in fructibus bonorum feudalium, quando ad præiuditium successoris in feudo fieri possit.*
11 *Caducitates, & deuolutiones sunt fructus prouenientes extra rem, & occasione rei.*
13 *Sub feudum à Vassallo Ecclesiæ concessum laico remanet ecclesiasticum contra num. 14.*
15 *Feudo finito ob masculorum deficientiam ipso Iure ad Dominum reuertitur Domino directo debetur manutentio n. 16.*
16 *Existentia, comprehensorum in Inuestitura non præsumitur nisi probetur.*

Allegatio XVI.

Adsit Deus.

NOtum habemus in hac patria feudum Curiæ Podij quantū sit pro parte spectante ad Excellentissimos Marchiones Gonzagiacus arctis fideicommissi, ac maioratus vinculo deuinciri scilicet quoad caducitates, laudemia, & deuolutiones ub sub vassallorum lineas finitas ad ipsam Curiam reuersas, ac commissas. Neque istod intra partes controuertitur. Cum igitur de quibusdam petijs terrarum prefatæ Curiæ esset Iouestitus Dominus Georgius Canappus pro masculis tantum, & non suscepisset nisi filias feminas ab Illustrissimo atque Excellentissimo Domino Marchione, ac S. R. Imperij Principe Francisco Gonzaga ac tunc Domino Curiæ vti maiore natu obtinuit, & obrepsit licentiam testandi ea gratia specialissima, seù quod eius filiæ post mortem ipsius succedere possent in dictis bonis feudalibus cum conditione, quod à mense post illius obitum tenerentur recipere debitam Iouestituram, & deinceps termino trienij post decessum ipsarū patris vendere terras prædictas alicui feudo huiusmodi capaci, aut constituere dicta bona in dotem ab ipsis filiabus earum maritis infra tempus dicti triennij cum licentia Excellentissimi Domini Marchionis Francisci cum hoc quod earū mariti termino vnius mensis à die constitutionis & consignationis in dotem tenerentur suscipere Inuestituras. Hinc ab anno diem clausit extremū Dominus Marchio prout paucis ab hinc diebus ex hac luce migrauit Dominus Canappus post se relictis tantum fœminis. Vnde de duobus contingit dubitari, primo An in præiuditiū successoris Inuestitura ad formam præcedentis licentię concessa sustineatur, adeo vt feudum pro masculis tantum quod alias esset ipso Iure deuolutum illis deficientibus spectare nunc dicatur filiabus D. Canappi sub conditionibus, de quibus in memoriali secundo nūm ad deuolutionem agi potuerit executiuè.

Quo ad primum pro resolutione illius, ac fundamento nostræ opinionis se se offert celebre, ac vulgatum adagium, quod scilicet resoluto iure † datoris, Ius quoque acceptoris soluatur ad notata in Auth. res quæ C. com. de leg. l. lex Ver- 1

figalt 31. ff. de pignor. Rosental. de feud. cap. 10 conclus. 45. num. 3. Cyriac. controuers. 204. n. 13. Barbos. Axiomat. 35. num. 6. dixi allegat. 21 num 17. lib. 1. quod sane adagium eo magis applicatur casui, quem pro manibus habemus ex quo gratia obtenta per Dominum Canappum in ipso instanti concessionis non remansit radicata neque perfectionem habuit, sed à contingentia futuri euentus dependentiā traheat successiuā, & conditionalem, adeo vt dubietas adsit nulla, quin non intret elegans decisio in c. vnico qui
2 success. tenean. in vsib. feud. vbi successor † non tenetur seruare concessionem feudi factā à prædecessore in diem, vel sub conditione si casus sub non euenerit Gabr. consl. 83. num. 13. 26. & per totum lib 1. Bursat. cons. 30. num. 24. Bardellon cons. 150. per totum Rosental. de feud. cap 10. conclus. 45. num. 1. Cyriac. d. controuers. 204. num. 14. & seq. Rota in Censena census Sarsinaten emphyteusis 2 . Iunij 1640. coram Ghislerio. Hinc igitur cum alteratio Inuestituræ, & conditiones in ea insertæ non receperint purificationem sub Domino concedente ad præiuditium Domini Marchionis Ioannis Sigismundi nihil releuare debent: Presertim quia feudum
3 † Curiæ Podij Iure maioratus ad ipsū deuoluitur nō hæreditario Iure vt probat relatę per Cyriac controuers. 23. numero 16. & per totam & dicta controuers. 203. numero 18. Cost. de ration. rat. quæst. 174. num. 2. inncto num. 5.

Hinc propterea videmus, quam longè distet præsens controuersia ab ea, quæ orta fuit alias occasione licentiæ testandi concessæ Dom. no Andreæ Mantinıæ de quibusdam bonis feudalibus Episcopatus Mantuæ per illustrissimum tunc, ac Reuerendissimum Dominum Cardinalem Herculem Gonzagam, eo quia dictus Mantinea condito testamento subprefato Cardinali decesserit sub successione in Episcopatu etenim concurrebant tunc plures circumstantiæ huic casui non adaptabiles † nempe licentiæ
4 Sacrę Penitentiarię † loco sūmi Pontificis, cuius auctoritatis interuentus efficit, vt assensus prędecessoris à successoribus in dubium reuocari nequeat. Burat. consi. 30. num. 20. alios congessi allegat. 26. num. 31. lib. 1. Deinde successor
5 in Episcopatu fuerat etiam hæres † prędecessoris in allodialibus, vt animaduertit Bursat. d. cōs. 29. num. 30. vltrius. Dominus mantinea cum
6 effectu sub concedente vsus est licentia † dum condidit testamentum, sicque nihil remanebat sub successore purificandum Bursat. dicto cons. 30. num. 40. Accedit quod in dicto casu plures consuluerunt pro innaliditate testamen-
7 ti † vigore dictæ licentiæ confecti vt testatur Cyriac. dicta controuers. 204. numero 15. quorum sententiam amplectuntur Manent. consil. 42. num. 17. versic. ideo licentiam testandi Bertazol. consl. ciuil. 44. num 17. A. Ponte cons. 96. num. 7. & 8. ego ipsis in terminis feud Curiæ Podij allegat. 23. num. 30. & seq. lib. 1. & tandem causa per compositionem recepit exitum vt annotauit Franciscus Agnellus Suardus manuscripto ad Bursatum coes. 29. ad manus meas peruento.

Et quod ponit casum pręsentem extra quamcunque dubitandi ansā illud prçcipue est quod tenentes licentiæ testandi habere vires sub successore in eo se fundant quod secura confectione testamenti † licentia sortitur effectum, adeo vt licet tempore mortis testatoris nouus repe- 8
riatur Prælatus illius consensus non requiritur, cū primus præfectus vigore dictæ licentiæ sufficiat, & ad testamenti executionem trahatur optimè considerat Bursat. dicto cons. 29. n. 8. 15. & 16. & 30. cons. num. 40. At cum non sic se habeat in præsentiarum, ex quo plures ad sunt conditiones in concessione feudi masculini etiā pro fœminis ideo non benè applicātur contrarium affirmantium doctrinæ.

Vnde in ordine ad potestatē infertur, Dominum feudi alterare minimè posse in preiuditiū successoris Inuestituras vassalorum, sicuti hoc idem comprobatur inspecta voluntate, cum ipsius Excellentissimi Domini Marchionis Francisci, tū ipsius Domini Canappi, quod nempe quicquā noluerint disponere per quod successori in feudo Curię Podij onus aliquod, vel obligatio iniungeretur, cum præcisè se remiserint ad vitam præfati Marchionis in illis verbis. con la licenza però di V. E. quandoquidem illa dictio Vostra, cum sit personalissima, facit nè gratia agrediatur personam concedentis Gratian. decisio. March. 51 num. 28. Barbos. de dict. 41 r. num. r.

Conferunt ad rem tradita per feudistas, dum volunt post mortem vassalli debitoris fieri posse per creditores executionē in fructibus nascituris, quando feudum est hæreditarium, non sic quando defertur successori Iure proprio putà vigore maioratus, quia tunc nihil innouari permittitur in præiuditiū eorum qui succedere habent Ruin. cons. 176. num. 12. & 13. lib. 1. Menoch. de arbit. Iudic cas. 560. n. 17. Gratia. discept. forens. 43. num. 15. Quo circa cū deuolutiones sint fructus extra rem, et occasione rei prouenientes ex Cyriac. controuers. 397. num. 35. quem sequutus sum allegat. 1. num. 33. lib. 1. atque Excellentissimus Dominus Ioānes Sigismūdus ex persona propria, ac intuitu eius maioris ætatis recognoscat Curiam Podij, sequitur ergo non teneri stare connentis per eius antecessorem, quæ sub eo nullam perceperunt perfectionem, cui germana quoque videtur altera quæstio, quam inuehunt Doctores an successor possit cōpelli ad soluēdū aliquod pro funere prædecessoris, & resoluitur, quod non quoties relinquit bona libera Gratian. discept. forens. 94. num. 27. & 29.

Turbare neutiquam posset si opponeretur prædicta procedere quo ad prælatos non autē respectu laicorum, licet enim successor in prælatura non teneatur habere ratam inuestituræ alterationem factam à prædecessore, nihilominus hæres laicus hoc præstare cogitur obseruādo eidē assensū alienandi: c. 1. qu success. feud.

dat.

dat. tineat Gabriel.conf.85.num.66.&seq.lib. 1.Corbul.de cauf.privat.ob alienat.ampl.6. nu. 7.in fin.Rofental.de feud.cap.10.conclus.38. n. 27.&34.Cyriac.dicta controuerf.204.num.95. Borell.conf.1.num.198.& in fum.decif. tit. 38. nu.50.part.1.Coft.conf.8.nu.16.& de ration.rat. quæft.2.numer.10.Bardellon. conf.16. nume.1. & feq. & confil.46. num. 14. & 37. & confilio 48. fub num.4. & 5. Nam præter quam quod inueftitura de feudo Curiæ Podij impertita Excellentiffimis Marchionibus Gonzagiacis non tollit quin feudum remaneat ecclefiafticum & ad illius inftar reguletur etiam inter Dominum mediatum, & fub Vaffallos Rot. Rom decif.238. apud Paeific. de Salui an. & in Rauenaten. Emphyteufis 28.Maij.1631. coram Reuerendiffimo Domino Merlino, quæ Secuta eft etiam in Mantuana feudi fauore Illuftriffimæ Dominæ Marchionissæ Annæ Mariæ Gonzagæ Spoletinæ contrarium tamen hic Mantuæ feruatur Bardell.conf.129. per totum.

Accedit Preterea quo obiectum procederet fi Excellentiffimus Dominus Marchio Io. Sigifmundus nunc Curiæ podij Dominus effet etiã heres illius fratris. Verum cum hæreditas præfacti Domini Marchionis Francifci fpectat, agnitaque fuerit per eius filios, & iure maioratus fou dum receperit Dominus Marchio Ioannes Sigifmundus, ideo conditionibus, ac pactis in rebus ad maioratum pertinentibus ftare nequaquam adftringitur vt dixi fupra num. & cum hac diftinctione trasfeunt etiam Doctores in contrarium congefti, vltra quod obiectũ procederet in terminis, & extremis exiftẽtibus habilibus, at cum præter obitum Domini fucceflerit etiam mors vaffalli relictis dumtaxat filiabus defijt propterea effectus ipfius licentię per reuerfionem ipfo iure fecutam vtilis ad directum.

ne Illustrissimus Dominus Senator Porta legi-
timè à iudicando remotus, non tam positiuam,
quam etiam operatiuam præsentiam † præstitit 32
& tamen post recusationem, ac remotionem
nullatenus interuenire poterat, atque ob illius
interuentum sententia ipso Iure irrita redeba-
tur iuxta animaduersionem Capyc. decis.138.n.
5.papon.lib.7.tit.9.arrest.7.& 8. Ateſ. lepat.tit.
140.de recusat.Iudic.fol.260. versic.suspectus
Iudex.

Ratione etiam excessus sententia Illustrissi-
mi Senatus dicebatur nulla euidenter, ac infe-
rens grauamen irreparabile dum Excellentissi.
Dominos Iugales in fructus condemnauerit, cũ
tamen ex actis sufficienter liqueret ad eorũ ma-
nus nihil omnino peruenisse,neque etiã à tem-
pore concessionis in feudum vsque ad litẽ mo-
tam culpa, ac facto eiusdem Dominæ Cõmitis-
sæ obsipientia inhibitiones, quæ citra præiudi-
tium legitimæ possessionis ipsorum Iugalium,
nec culturæ neque fructuum perceptioni insi-
stere potuerunt, omniq; in casu nõ nisi à die in-
gressus † in possessionem condemnari potuis- 33
sent, seu magis non nisi à die litis contestatę tã-
quam bona fide possidentes. Coccin. deci.439.
num.1. latissimè Rota decis. 320.n.1. & 2.part.
2.& decis.186.num.17.& 18. part.7.recent. Post.
de subhastat.inspect.55.num.95. vbi quod plu-
ribus exornat, ac multas eiusdem Rotæ decisio-
nes recenset. In facto enim spolium quod liber
violentum euitatur non tam indubitatè,quoad
personas ipsorum Iugalium,quam etiam ex per-
sona Excellentissimi eorum patris, ac respecti-
ue soceri, qui dum ex articularia ex aduerso ante
prætensam expulsionem spoliatiuam possideret,
ac fructus colligere faceret, in suosque vsus con-
uerteret, spolium, atque violentiam, † quoquo- 34
modo suam possessionem continuare procurare-
rit.

rit, cõmisisse nõ dicitur quantumuis armata ma-
nu id successerit l.1.C. vnde vir. Merend.contro-
uers.Iur.lib.3.cap.19.n.2. Post de manuten.ob-
seruat.1.n.60.cum pluribus antecedentibus, &
35 subsequentibus numeris. Eexcessus † autem in
sententia propter illius induitatem in totum il-
lam anoullat Butatt.decis.337.n.22. Leonell.
decis.27.num.2. Post.de manuten.obseruat.t 2.
num.96. Nec potest dici nulla respectu Excel-
lentissimæ DD. Eleonoræ Minoteois,quia etiam
dicatur nulla quoad Excellentissimum eius con-
26 sortem † in solidum, ac pro indiuiduo prædium
Columbarolæ possidentes ex Rota in species, &
signater apud Nigr.de subhast.decis.23.num.5.
quare cum ex præmissis liquido de extremis ad
obtinendum in remedijs nouissimè propositis
constet ideo dicti Iugales in eorum possessione
manutene.debent, & quatenus opus sit reinte-
grandi.

Quare Saluo, &c.

ARGVMENTVM.

Feudalitatem confessione, non tam aduersus confitentem, quam aduersus illius hæredes, ab eoque causam habentes sufficienter probari innuitur.

SVMMARIVM.

1 *Spolio agenti obstat conceptis dominij confessione spoliati probata & num. 10.*

2 *Feudalitatem probat confessio etiam aduersus heredes confitentis & num. 12. Amplia vt num. 4.*

3 *Cyriac.controuers.145.num.12.inquibus terminis procedat.*

5 *Feudalia indicare vassalli heres immediatus tenetur.*

6 *Spolium ad excusandum, noua Iurium productio admittitur. Integrè etiam quo ad fructus purgandum num. 7.*

8 *Restitutio non fit nisi de eo quod fuit receptum.*

9 *Bellam. decis. 577. & Menoc.de recuperan. rem.1.num.222.in fin.declarantur.*

11 *Confessio relatiua ad inuestituras plus non operatur, quam Inuestitura.*

11 *Feudalitatis ad probationem vltimus status attenditur.*

Allegatio XX.

Adsit Deus.

EXceptionem Dominij illicò probatam per
coofessionem eius, qui se spoliatum præ-
tendit † vel illius authoris agenti spolio 1
obstare, ne obtineat post antiquos Iuris Inter-
prætes tradont Post.decis.46. oom.14. Cyriac.
controuers.389. nu.15 Ciarlin.controuers.141.
num.26. & 27.Thomat.dec s.Macerat.116.num.
39. Leoncell. decis.Ferrar 20.n.28. Qua pro-
pter cum Dominus Comes fateatur in Inuenta-
tario per eum confacto de paterna hæreditate
prædium controuersum feodale. Hinc propre-
rea Domina Comitissa sub prætextu,quod potuis-
set demonstrare erroneam confessionem reinte-
grari non debuit, interim namque non docto de
errore confessio feudalitatem † aduersus confe- 2
tentem,eiusque hæredes plene probat. Seraph.
decis.553.n.2.quam sequitur Rota decis.291.n.
12.apud Post.de manuten.quibus addo in termi-
nis Barbat.qui meretur videri cons.18.sub num.
49.ibi si autem oritur probatio, & deliberate cõ-
fitetur non potest reuocari, vt erronea,& num.
67.ibi, item satis probantur esse feudalia testi-
monio propriæ confessionis ac per totum lib.2.
vbi articulo maturè discusso ex sola confessione
maxime geminata, quod concludenter feudali-
tas ad præiudicium cousitentis,& hęredum,adeo
probetur,vt nec reuocationi,nec allegationi er-
roneitatis locus relinquatur Rolãd.à Valle cons.
82.sub n.57.& seq.& n.58.& seq.lib.2. vbi qood
confessio defuncti censeatur confessio hæredis,
quodq; confessio præsumptionem allodialitatis
remoueat.Surd.cons.180.no.1.Gratian.discept.
Forens.736.n.34.& discept.612.n.10. vbi etiam
n.23.& sequentibus satisfacit obiectis,quæ fieri
possent ex Surd.in cõs.135.Rota in sequẽti alle-
gata decis.510.n.32.& seq.part.6.recent. Quæ
omnia cum hic concurrant nimirum deliberata
defuncti confessio feudalitatis cum causa exclu-
dendi creditores patris, ac notificatio bonorum
feudalium ad Iugera 700.circiter Curiæ cum in-
uestitura de totidem inde fit, quod per Domi-
nam Comitissam feudalitas in controuersiam re-
uocari nequeat.

His sic se habentibus alias dicebam & nunc
repeto doctrinam Cyriac. † in controuers.145.n. 3
12.non applicari ad præsentem nostram contro-
uersiam stantibus enim confessione bonorum
feudaliũ nota cum inuestitura de Iugeribus 700.
circiter sub podestatia Riperij non intrat con-
clusio per Cyriacum adducta,quod scilicet agens
ad feudum quando est permixtum cum allodio
non obtineat,nisi clare probet, quid sit feudale.

Siquidem in facti specie ex pluribus Dominum Comitem Caffinum in illis regionibus possedisse
4 se quidem feudalia † egregiæ quantitatis non inficiatur, at quod allodialia illuc habuerit ignotum omnino, est, sic que Dominæ Comitissæ istud allegant onus probandi incumbit, interim præsumptio peculiaris excludēs generalem allodialitatis coniecturam pro Domino, atque ab eo causam habentibus stat, vt signanter huic obiecto replicarunt Surd. conf. 180. ac per totū Gratian. discept. 188. n. 39. & 40.

Hæc autem absque, vlla prorsus difficultate transeunt. Quoniam cum computatis iugeribus non aginta controuersis prædio Agnelline, aliisque iugeribus biscentum viginti quatuor ob lineam notorie finitam Domini Comitis Caffini, non nisi iugera quatuor centum sexaginta circiter in Excellentissimum Dominum Marchionem ipsorum patrem, ac respectiuè socerum peruenerint, adhuc reintegratione feudalium bubulcæ vltra biscentum cum edificijs proportionabiliter deficiunt. Vnde tantum ab est, quod confessio dici valeat erronea, quia potius indubitata euadit maxime aduersus Dominam Comitissam de Castelbarco immediate hæredem, quæ non tam confessionibus defuncti eius mariti acquiescere debet, quoad prædium controuersum, quam etiā
5 inducere † residuum vt in terminis, vt aiunt terminantibus comprobant Ruin. conf. 50. num. 14. & seq. lib. 1. Bim. conf. 90. à num. 1. & ad 8. vbi ampliant ad hæredem, qui cum vassallo hærede habitauit Roland. conf. 66. nu. 3. & seq. lib. 3. vbi indubitatum concludit, quando de recenti apparet de quantitate feudalium Bursa. conf. 49. n. 2. Menoch. de arbitr. cas. 354. nu. 1. Gratian. dicta discept. 188. n. 37. Magon. decis. florent. 2. n. 10. Amad à Pont. quest. laudemia 44. num. 9. & seq. Marc. Antor. var. resolut. 30. n. 6. & 7. lib. 1. promisiuè id admittentes tam in vassallo, quam in emphiteuta, & tam in defuncto, quam hærede præsumptiue informato, quæ tamen dicta fint ex abundanti, cum dendicatione ad numerum bubulcar. septem centum sub Podestaria Riperij per defunctum facta ex nota in actis exhibita satisfaliqueat.

Neque ambigitur, quin etiam ex nouiter deductis sententia condemnans prætensos spoliatores de nullitate, ac iniustitia redargui possit, dū
6 ad excusandum spolium † noua productio tendit Rota decis. 353. n. 4. part. 2. recent. de subhast. in spect. 58. nu. 106. eoque magis, quia id euenit, ob de negatam indebitè petitam in integrum restitutionem ad fauendas probationes per interuenientes eorumdem Excellentissimorum Dominorum Iugalium neglectas, cum tamen omnino concedenda veniret, ac in effectu concessa extiterit.

Vt autem ad vlteriora iuxta petitionē nostrā procederetur, non resistebat obiectio in actis facta
7 cta sub clipeo, quod prius integre † etiam quoad fructus purgari spolium deberet c. accidens il primo in fin. vt lite non contestat. c. grauis de restitut. spoliator. Zen. decis. 692. nu. 6. Rota decis. 172. n. 9. part. 7. recent. Post. de subhastat. inspect. 58. n. 44. siquidem cum de notorio, ac ineuitabili Iure ipsorum Iugalium constet, obq; denegatas eisdem defensiones, alias quæ rationes in præcedenti Iuris allegatione deductas sententia contra ipsos lata viribus non subsistat, & tamquam lata pendente in integrum restitutione deinceps eo necessa, tamquam attentata nullius roboris existat, Preterquam quod ex actis notorie pariter resultat ipsas fructus aliquos non percepisse & ex hoc duo emergunt, alterum quod sententia condemnans in fructibus, tamquam ex actis non iustificata corruat, alterum quod restituere non teneatur id quod non habuerunt cum restitutio † semper intelligatur faciendo de eo dum 8
taxat, quod fuit receptum c. dilectis filijs post princ. de appellat. Rebuff. in l. restituere 75. ff. de verb. signific. Gratian discept. forens. 824. nn. 7.
Cæterum dum Bellamer. † decis. 577. & Menoch. eum secutus de recuperan. rem. 1. nu. 212. in 9
inuestigant an sola confessio spoliati pro relaxatione executorialium sufficiat eo casu, quo spoliatus possessorio conuentus videns se succumbere derelicto per spoliantem iudicio illo agere incipit petitorio, & in super concludunt requirit præceptum ea ratione, quia Curia ex sola confessione non restituit spoliatum, Mehercule non video, minus ue intelligo (effectus sane hebetudinis ingenij nostri) quam applicationem auctoritates prædictæ, eorumque discursus ad præsentem controuersiam applicationem recipiant; in qua prætensi spoliantes viriliter in ipsorum Iuribus ex confessionibus spoliatæ, seu eius authorum deductis insistunt. Quo quidem casu, spoliatum † non restitui, cum per confessionem 10
constat de veritate Dominij ad commodum spoliatoris mordicus, ac plena manu defendit Menoch. de recuperan. dicto rimed. 1. nu. 216. vsque ad 223.

Demum admisso, quod confessio circa qualitatem, sui feudalitatem † bonorum relatiua ad 11
inuestituras ea comprehendentes non plus operaretur, quam ipsę inuestiturę, quę bona non comprehendunt ex Surd. in conf. 151. num. 91. & Dutan. decis. 28. n. 31. istud vitibus nostrorum principalium non offic r, siquidem confessio Domini Comitis, quoad bona, & feudalitatem absolute, ac independenter ab inuestitura emanauit, quantum vis quoad personam Domini Comitis eadem vti propria, & ab hæreditate patris seiuncta prætenderet ratione comprehensionis eius personæ in inuestituris, ibi, siano proprie nimirum terræ omnea sub Podestaria Riperij site di esso Signor Conte Vincenzo, & non delle ragioni dell' heredità predetta come compreso nell' Inuestiture, ex quibuscum relatio ad Inuestituras personam ipsius D. Comitis dum taxat, non autem bona afficiat, consequens ideo fit, quod ratione feudalitatis confessio † ad hue in 12
præiuditiu D. Comitissę illius filiæ & hæredis subsistat vt præter adductos supra comprobant Surd. dicto conf. 151. n. 14. & Dutan. dicta decis. 28 n. 2. nec relatio fieri vnquam debeat ad id, de quo

quo specialiter, deliberate, ac in dependenter relato prouisum apparet c. 1. de rescrip. Gratian. discept. 839. n. 12. optime Rota in fanen seu senogallien. bonorum super bono lure. 14 Martij 1646. versic. nec subsit coram Maltio. Quæ tamen in facti specie pretermitti poterant. quippè quoniam ex Inuestiturarū fide, ac nota bonorum omnis scrupulus remouetur. Quin potius ex eisdem percipitur longe plures terras feudales quam controuersas per eandem Comitissam occupari. Fundamentum igitur principale Senatus consulti, de quo in calce decisionis ex nouiter deductis corruit, sic que reuocatis attentatis, purgatoque iudiciali spolio tam ex capite nullitatis quam restitutionis in integrum Illustrissimi atque Excellentissimi DD. Iugales manutenendi & quatenus opus sit reintegrandi veniūt, nam si veritatem amamus, & quā tantum inspectis Senatus Excellentissimus etiam expeciendi rescripto iudica, non tam ex confessione, quam etiam ac multo magis ex nota ac fide inuestiturarum de feudalitate constat. iste autem
29 vltimus status † dum non constat de contrario etiam ad probatione feudalitatis attendi debet Rota apud Merlin decis. 67 n. 10. & seq. Laurent. Vrsell. conclus. 154. sub n. 2. vers. verum quia.

ARGVMENTVM.

Fœmina proximior in successione feudalium naturæ impropriæ masculis remotiores excludit, & cum proximioribus concurrit. Legatum de feudalibus masculis factum ex falsa causa incapacitatis fœminæ, seu quod ipsis in ordine ad inuestituras debeantur, realiter se habente corruit, & fœmina ad feudum nulla etiam habita ratione legati admittitur.

SVMMARIVM.

1 NICOLAVS Quintus Pōtifex maximus diuisionem feudi Curiæ Podij inter Marchiones, Nobiles de Gonzaga de anno 1453. approbat.

2 *Feudi successio regulatur secundum dispositionem Iuris communis. Diuisio non alterat succedendi ordinem., nisi sequatur inuestitura vti de nouo. num. 14. & num. 16. Ratio assignatur nu. 15. sed contra num. 39.*

3 *Feudum etiam antiquum, si ex noua causa, & titulo diuerso à Iure inuestitura transeat ad aliquem ex comprehensis in antiquis inuestituris sit nouum, & dicitur haberi ex noua causa, si in inuestitura exprimatur, quo Iure, & titulo ad eum peruenit. Pro parte, vel in totum deuentum ad vnam lineam semper durat in ea quousque superest aliquis, siue masculus, siue fœmina num. 4. amplia vt num. 12. Declara, vt num. 13. Per clausulam de antiquo, vel Iure antiqui non extenditur ad agnatos transuersales, maxime si etiam ad sit clausula pro se, & hæredibus ex eo legitime descendentibus num. 5. Nouum si concedatur in vim antiqui fœminæ descendentes ex vno excludunt masculos transuersales num. 6. Nouum per relationem ad antiquas inuestituras non efficiatur antiquum num. 8. Quoad aliquas portiones potest esse nouum, & quoad alias antiquum num. 10. & num. In aliquo alteratum in reliquis propriam feudi naturam retinet num. 19. contra num. 44. Datum in remunerationem seruitiorum dicitur improprium n. 29. Pro censu annuo concessum dicitur improprium num. 30.*

7 *Clausula in feudum auitum, & antiquum non operatur in præiudicium inuestiti, & descendentium. Cuius libet eorum efficit ne feudum ad vnam lineam peruenitum transeat in aliam, nisi illā penitus extincta num. 9. in perpetuum efficit feudum improprium num. 33 saluo Iure feudi, quid operetur nu. 36.*

11 *Fœmina non succedit ad feudum donec extat aliquis masculus descendens ex primo inuestito. Amplia etiam in feudo honorifico num. 18. & in feudo Ecclesiastico num. 22. contra num. 45. Amplia etiam in filia num 23. quod succedat in feudo est contra naturam feudi num. 28. In feudo improprio succedit simul cum masculis nu. 37. & 38. & numer. 41.*

17 *Feuda etiam plura vnica inuestitura contenta sunt eiusdem natura. mixta veniunt in fideicommisso inter comprehensos facto, etiam præter ordinem inuestituræ num. 24. Magna magis dicuntur haberi ab immediate vassallo defuncto, quam ab alio antiquo acquisitore.*

20 *Obseruantia in feudi successione attenditur, interpretatiuam duobus actibus introducitur num. 21.*

25 *Hæres tenetur stare facto, & dispositione defuncti, etiam super feudo hæredi debito.*

26 *Feudales consuetudines non militant in feudis habentibus peculiares consuetudines.*

27 *Inuestituræ antiquæ alteratio præiudicat consentienti.*

30 *Recitatur inuestitura Aloysij primi acquirentis feudi Curiæ Podij.*

 31 *Hono-*

31 *Honorificum idem est quod Francum.*

34 *Singula quæ non prosunt ad feudi improprietatem inducendam simul vnita id operantur.*

35 *Inuestitura prima in feudis attenditur.*

42 *Fœmina à feudorum successione propter statutum, non propter naturam feudi Mantuæ excluduntur aliquando.*

43 *Statutum Mantuæ de success. ab intestat. non excludit filias ab hæreditate patris.*

46 *Testatoris dispositio, & legatum ex falsa credulitate in causa finali non sustinetur.*

47 *Dictio (si come) restringitur iuxta suppositum. & apposita legato facit illud corruere non verificato supposito.*

Allegat. XXI.

Adsit Deus.

Hic cadit arbor familiæ vt iacet penes Posseuinum pag. 6.

FActi speciem ex processu inter easdem partes Compillato desumptam, ac fideliter alias recensitam vt videre est ante allegat. 8. fol. 92. lib. 1. non repetam, non nulla tamen quæ plurimum ad expeditionem causę in petitorio conferunt addenda decreui. Inter cætera autem, quod cum Beneplac to Ni-
1 colai Quinti † tunc Summi Pontificis inter Nobiles de Gonzaga, & Principes Mantuę feudum Curiæ Podij cum suis Iuribus diuisum extiterit, tertiamque partem Nobiles vigore huiusmodi decisiones assecuti fuerint, ac successiue sub die 19. Septembris 1453. a Galeatio de Caprianis tunc Mantuæ Episcopo inuestituram pro eorum tertia parte susceperint, vt refert Bursat. consi. 91. sub num. 2. versic. Hoc ego euenisse. Quoque dicta tertia feudi Curiæ Podij in quatuor partes adhuc diuisionem receperit quarum partem vnam descendentes ex Corrado Iuniore, alteram descendentes ex Bartholomeo, tertiam descendentes ex Guidone Seniore, quartam demum descendentes ex Ludouico, seu Aloysio primo vt in dicta arbore nacti sunt. Hæc autem quarta pars pro dimidia in Iulium Cæsarem, & pro altera medietate in Claudium Abbatem, & Curtiũ fratres, & Claudium Iuniorem, & Ludouicum, seu Aloysium eorumdem ex Siluio Fratre nepotes peruenit ea ratione, quia in feudis in-
2 ter vocatos, † seu in inuestitura comprehensos æqualiter, atque per æquas portiones defertur successio, quantumuis in alijs bonis inæqualiter instituti apparerent. c. 1. § & quia vidimus vbi Aluarot. n. 2. de his quis feud. dar. poss. c. 1. de success. Fratr. seu de grad. 16. succed. in feud. c. 1. de nat. success. feud. c. 1. de feud. Marc. Aluarot. c. 12. num. 12. An aguat. vel filius Rosental. de feud. cap. 7. quęst. 3. & in glos. B. C. D. Cyriac. controuers. 6. num. 15. & 16. Surd. cons. 63. num. 20. Io: Anton. Bellon. cons. 48. num. 28. & 29. Marescot. var. resolut. 120. num. 1. lib. 2. Giurb. de success. feud. in prælud. 6. nu. 20 Latach in Theatr. feudal. part. 9. dilucidat. 12. nu. 5. dixi Allegat. 10. num. 150. & seq. fol. 170. lib. 1. & alibi sępe.

Quæ quidem feuda Curiæ Podij in tot partes diuisa, ac iuxta prædictas portiones ad plures lineas peruenta portio in prædictos Curtium Abbatem, eorumque ex fratre nepotes de anno 1582. per acquisitionem factam à cæteris consortibus de Gonzaga cum assensu tunc Episcopi iterum reunita extitit realiter, quod primum inter ipsos Dominos Claudium seniorem, Curtiumque fratres, & eorum nepotes, & eorum, & cuiuslibet eorũ heredes, & successores iuxta tenorẽ supra scriptarũ inuestiturarũ dictũ feudũ procederet, & in eo succederetur. Deinde in defectum ipsorum omnium procederet inter prædictos Dominos conditores, &c. & prout latius in eodem assensu registrato in processu fol. 378. & seq. expsimitur.

Hinc acquisitione septem ex octo partium feudi Curiæ Podij ad nobiles spectantis in facto sit se habente in Iure resultat saltem pro dictis partibus cum licentia Domini ex noua acquisitione ad vocatos in antiquis concessionibus peruentis nouum censeri effectum feudum, quia feudum etiam † antiquum, si ex noua causa, & 3
titulo diuerso à Iure Inuestituræ transeat ad aliquem ex comprehensis in antiquis inuestituris: Fit nouum, & dicitur haberi ex noua causa, maximè ad id Domini assensu accedente, expressoque in Inuestitura, quo Iure, & titulo ad eum peruenit. Baldus in cap. 1. num 15. in fine. An Agnatus, vel filius Afflict. decisione 112. sub num. 5. vbi dicit haberi ex noua causa; si in inuestitura exprimatur, qua de causa ad inuestitum peruenerit Hondedeus consil. 36. num. 12. libr. 1. Marr. consil. 14. num. 7. & sequenti. Cyriacus controuers. 4. num. 27. 28. & 29. & controuers. 146. num. 31. & controuers. 223. nu. 17. Gratian. discept. forens. 557. num. 52. & seqq. Surd. in terminis cons. 361. sub nũ. 19. & 21. & cons. 446. n. 17. in fin. Larat. in Theatr. feudal. par. 12. dilucidat. 70. nu. 3. Maneur. cons. 43. sub num. 64. vbi quod efficiatur nouum, quoties ob contractum de feudo initum in totum deuenit ad aliquos, ad quos intuitu inuestiturę pro parte dumtaxat spectare poterat. Io. Andr. Georg. repetit. feudal. cap. 54. num. 83. vers. sicut Doctores dicunt de feudo. Refutato in manibus domini, vt filios inuestiat, nihilominus est nouum feudum non amplius illud primum iam resolutum per refutationem Giurb. de succession. feud § 1. glos. 12. nu. 7. versic. Sin autem pater ad hoc refutaret, vt filius de eo, tanquam de nouo beneficio inuestiretur, tunc lex, & pactio dati feudi esset seruanda, & feudum nouum esset in ipso filio Rota decisione 186. numero 5. par. 3.

part.3. recent. dixi allegatione 10. numero 100.
& seqq.fol.160.lib.1. Vnde cum ab inde in de-
scendentibus Claudij Iunioris nimirum in par-
tem aduersam pro dimidia feudum huiusmodi,
ac pro altera medietate in linea Aloysij illius fra
tris occasione dictæ acquisitionis intrauerit, ac
permanserit, in vtraque pariter proportionabi-
4 liter conseruari debebat † ea quidem optima,
atque irrefragabili ratione, quia prædicti duo
fratres nouiter acquirentes feudum prius pro-
priæ soboli, seu posteritati; tam masculinæ, quã
femininæ prospicere voluisse præsumuntur,
antequam vtriusq. vel alterius portio de vna ad
alteram lineam transmigraret c.1.de nat.success.
feud.& cap.1.de duob.fratrib.Mantic. de tacit.&
ambig.lib.22.tit.18.num.36.in fin.& lib.25.tit.
33.num.15.& tit.34.num.21.& seq. cuius tradi-
tio procedit in fortioribus terminis nimirum
feudo adhuc naturam antiqui retinente Thesa-
ur.forens. quæst.12.num.52.lib.2. cum adductis
dicta allegat. 8.num.55.fol.124.lib.1.vbi pariter
id sustinebam nondum tunc facta speculatione
aliqua, quod feudum istud in personas Aloysij,
& Claudij fratrum de Gonzaga per emptionem
illius cum domini beneplacito euasisset nouum,
super quo etiam inferius plura sum dicturus qui-
bus addo Peregr.cons.24.n.12.& seq ac per to-
tum lib.2.Natt.cons.6.num.51.Bardellon. cons.
63.num.15.Neque enim in dubium reuocatur
quin inuestitura subsequenter sub die 2. Febru.
1584.emanauerit cũ expressione, atque ex cau-
sa emptionis feudi à cæteris consortibus cum in-
sertione in instrumento assensus dominicalis,
quibus simul concurrentibus feudum vndequa-
que nouum efficitur.

Neque obstat, quod concessio huiusmodi,
quantumuis ex noua causa, & cum licentia do-
mini successerit nihilominus appareat, in feu-
dum antiquum, & iuxta præcedentes inuesti-
turas concepta; sicque ad feudum istud non se-
cus, ac antea succedatur, quoniam enim stipula-
tio pro hæredibus, ac successoribus immediate
5 sub nectatur, † eaque ordinem succedendi ad
personas expresse vocatas coarctet, interim dum
extant dependentes ex altero siue masculi, siue
fœminæ, non patet aditus ad succedendum in i-
sta portione descendentibus ex altera linea non
solum puta vnusquisque ex acquirentibus prius
eius posteritati prospexisse intelligitur; verum
etiam quia illa clausula successionem in feudo
principaliter, ac primario ad expliciter vocatos
restringit Castren.cons 10 numer.5. lib 3. vbi in
feudo pariformiter in antiquam ab Antilike Mã-
tuano concesso cum pluribus alijs, de quibus
in allegatione 2. num.17. in causa alterius Cu-
riç Podij Marchionum de Gonzaga quibus sc-
cesserunt cummulati per Menent.cons 45. nu.
71.Crauet.in cons.pro genero num.321.Arnoe.
cons.523.num.9.Mart.cons.3.num.29.quos nu-
perrimè congessi pro Præpositura Sancti Bene-
dicti de Padolirono, allegat.9.hoc volum, & hoc
eo fortius sibi locum vindicant, ex quo tam in
assensu, quam in Inuestitura expresse circa ordi-
nem succedendi conuentum apparet, vt nimirũ
venditores, ita demum ad feudum alienatum re-
integrarentur, seu eorum descendentes, si in to-
tum lineæ acquirentium extinguerentur; quod
vtique non nisi etiam vtriusq; lineç fœminis de-
ficientibus contingere poterat; neque super ex-
tantibus fœminis ex Aloysio masculi transuersa-
les ex Claudio ad portionem feudi vnquam ad-
mittendi veniebant, quemadmodum etiam se-
cluso peculiari pacto de Iure pariter obtinuisset
vt pro fœminis † vnius Collonelli ad exclusio- 6
nem masculorum alterius in materia feudali, ca-
suque simili censuit Collegium Ferrariens apud
Riminald. Sen. Cons. 96. per tot. Bologuin. cons.
1. Randens. de ambig. cap. 34. sub num. 48. & 281
vbi refert pro fœminis contra masculos, ac re-
spondentes pro eis iudicatum Cyriac. controu.
4. num. 40 cum tribus seq. & in tract. de Iure le-
gitim success. Ducatus Mantuæ art. 2. nume. 75.
Cacheran. decis. 23. num. 30. ac per tot. Rosenta.
de feud. cap. 2. conclus. 15. num. 10. & latius cap.
7. conclus. 39. nu. 5. & 7. vbi ampliat etiam si feu-
dũ Iure antiqui acquiratur cum infinitis de qui-
bus in glos. E. ea temperatione adducta quo-
niam quisque suis hæredibus prius, & potius,
quam collateralibus prospexisse, videatur, vt de-
mum masculis, & fœminis ex ijs deficientibus ad
collaterales deuoluatur, quę quidem ratio con-
firmatur ex eo quia hoc solum ex voluntate ac-
quirentis à principio dependebat. Concedentis
enim parum, aut nihil interesse poterat, vt qui
consensit feudum ad fœminas etiam quandoq;
pertinere, & eundem illum animum acquirẽtis,
vt eius hæredes etiam fœminæ, agnatis præfer-
rantur voluisse, facile largiendum erit. Dum igi-
tur ex Aloysio fœmina superest portio feudi per
eum nouiter acquisita, atque eius descendenti-
bus ex præsumpta eiusdem voluntate debita,
ad masculos descendentes ex Claudio spectare
non dicitur: Quantumuis concessio ad formam
antiquarum concessionum, ac in feudum anti-
quum successerit, cum istud neq; tollat præsum-
ptam illam voluntatem præferrendi propriam e-
tiam fœmineam posteritatem alienæ. Clausula
enim † in feudum antiquum cum relatione ad 7
præcedentes inuestituras nihil operatur contra
beneficium inuestiti, & eius successorum Bursat.
consil. 4. num. 24. Thesaur. decis. 227. nu. 15. Rota
in Sabinaten. feudi 18. Decembris 1645. coram
Dunzetto vers. concessio facta

Quibus neque resisteret, si opponeretur ea-
dẽ procedere in casu distractionis feudi simpli-
citer, & absolute emanata, nõ autem sibi locum
vindicare in præsentiarum cum versemur in sim
plici refutatione personali, in qua expresse refu-
tantes vis succedendi sibi reseruarunt, per quam
sane successionis præseruatiuam feudi distractio
in confeudatarium in refutationem personalem
resoluitur. Quoniam cum nunc in causa refu-
tantes, seu eorum descendentes non sint, neque
dominus agat ad feudi deuolutionem, seu aliam
quamcunque reuersionem, sed controuersia in-
ter fœmineam descendentem, ac filiam vnius ex
refu-

refutatarijs, & masculum descendentem, ac fi-
lium alterius, firma adhuc stat conclusio supe-
rius à nobis comprobata; quod nimirum non
obstante inuestitura refutatarijs facta cum clau-
8 sula in vim antiqui feudi † absque vlla altera-
tione præcedentiũ inuestiturarum, & cum re-
latione ad eas fœmina vnius descendentiæ super
stes per masculum alterius Colionelli non ex-
cludatur Rauden. de Analog. cap. 34. num. 281.
Cassanat. consl. 56. num. 23. Bec. consl. 56. numer.
26. Manent. dicto consl. 43. num. 61. cum seq. &
post ipsos Senatus Mantuæ proponente D. Pa-
raleono in decisione edita pro Dom. Marchio-
nissa à Valle num. 97. Dum ergo inter descen-
dentes refutatariorum feudi contenditur, ad rẽ
pro nunc non facit de Iuribus refutantium, aut
Domini perquirere, & præcipue cum ex actis li-
queat in casibus prædictis fuisse peculiariter di-
spositum.

Neque obstaret, si adhuc insurgeretur, quod
saltem quoad personas Cucij, & Claudij Abba-
tis pro duabus ex tribus partibus acquirentium,
seù portiones feudi per eos acquisitas in Aloysiũ
& Claudium Iuniorem fratres, ac eorum nepo-
tes feudum successione perueniens dicatur anti-
quum, si quidem neque obiectum istud releuat
quin portiones ad dictos fratres per obitum Cur-
tij, & Claudij Abbatis penes vnum quemque,
eorumque posteritatem siue masculinam, siue
fœmininam continuare habeant, donec mascu-
lus, vel fœmina superetit, eoque maxime, quia
ex assensu domini, vti dicebamus, feudum ab
alijs consortibus de Gonzaga, sic acquisitum in-
ter ipsos emptores, & eorum, & cuiuslibet eo-
rum hæredes, & successores iuxta tenorem præ-
cedentium Inuestiturarum procedere debebat
& prout latius continetur in licentia per Marcũ
tunc Mantuę Episcopum concessa, & de qua in
processu fol. 398. & signanter fol. 382: Fac: 2. Il-
la enim verba distributiua eorum, & cuiuslibet
9 eorum hæredes † & successores, ab vncio dum
taxat verbo principali dependentia, operantur,
vt ab vnoquoque in solidum acquisitio inita cẽ-
seatur, in tantum, quod pars deficientium ac-
crescat superstitibus, in eisque, ac eorum descẽ-
dentia adeo consolidatur, vt donec, & quo vs-
que aliquis siuè masculus siuè fœmina super exi-
stit descendentes ex altera linea non admittan-
tur. Schrader. de feud. part. 7. cap. 1. num. 16. 17.
& seq Paris. in causa Mantuana consil. 13. num.
9. & 15. cum sequentibus vbi ita iudicatum re-
fert lib. 1. Cæphal. consil. 345. num. 14. & sequent.
& num. 26. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 22. tit.
34. num. 30. Lanar. consil. 13. num. 2. In Baptista
Biloct. conclus. feudal. 59. num. 2. & 3. Gratian.
discept. forens. 272. num. 29. & per tot. Cæsarc.
decis. 23. num. 11. Giouagn. consl. 35. num. 21. & per
tot. lib. 2. Raudens. de Analog. c. 34. nume. 61. &
seq. Laderch. cosil. 40. num. 7. Bursatt. consl. 251.
nu. 11. & 12. Sacca. consl. 50. nu. 39. 40. 107. & seq.
& à num. 210. vsque ad 217. Bardellon. consl. 198.
nu. 10. & seq. ex quibus sequitur nostram Prin-
cipalem ad exclusionem eius patruelis ad inte-
gram porcionam feudi perueniam in eius patrẽ,
ac fratrem successiuè admitti omninò debeat, &
sub clypeo semper eiusdem rationis, quia præ-
sumendum est acquirentes primo sibi postea de-
scendentibus prospicere voluisse, vt post alios
ad rem ratiocinantur Schrader. de feud. part. 7.
cap. 1. num. 20. Bardellon. d. consl. 198. nu. 11.
Quibus sic se habentibus ad summum exclusio
fœminæ propter existentiam masculi in suc-
cessione feudi Curiæ Podij Nobilium nuncupa-
tæ pro portione dumtaxat ad eos inuestitura se-
clusa aliorum consortum de Gonzaga nobilium
distractione, ac tenuncia consistente in octaua
parte totius feudi ad nobiles spectantis, neque
enim mirum videri potest, aut reputatur, quod
vnum, idemque feudum quoad diuersas portio-
nes † partim nouum, & partim auitum existat, 10
vt animaduertit idem Surd. consl. 351. nu. 22.

Quæ & si non minus, in facto quã in Iure, in-
concussa, atque irrefragabilia omnino præexi-
stant, Nihilominus, quia pars aduersa plurimũ
se fundat in eo quod feudum nunc, & alias vi-
gintiquinque ab hinc annis in controuersiam
deductum verè, ac in effectu antiquum euaserit,
seu naturam feudi antiqui in omnibus reti-
nuerit. Hinc igitur dato citra veri præiudicium
quod realiter ad instar feudi antiqui omnino re-
gulari deberet, etiam quoad ordinem succeden-
di, non ideo fœmina soror vltimi defuncti in ista
feudi portione reperta in hæreditate fratris à suo
feudo eius patrueli, in quem deuenit altera dimi-
dia excluderetur.

Esto igitur, quod tractaretur de feudo anti-
quo, vel saltem de feudo concesso Iure antiqui,
non ideo successioni fœmininæ † vnius stipitis 11
locus fieret, dum extant masculi a primo inue-
stito descendentes, quamuis vltimo defuncto in
possessione feudi remotiores in gradu existerent,
adoerlanees arguont ex cap. 1. vbi communiter
notatur de eo qui sibi, & hæredibus suis Philipp.
de Casanat. inter consl. Bald. 137. cui subscripse-
runt 16. Doctores lib. 2. Calder. consil. 13. de feud.
Fulgos. consl. 229. num. 2. Anton. consl. 53. nume.
62. Gabr consil. 79. lib. 2. Dec consil. 139. nume.
5. & consil. 193. numer. 9. Intrigl. de feud. cent. 1.
art. 2. num. 85. & 181. Cart. Ius. consil. 220. nume:
54. lib. 3. Brun. consil. 39. num. 5. & consil. 108. n.
24 Roland. consil. 48. num. 49. & consil. 84. sub
num. 14. lib. 4. Alex. consil. 9 in princ. & nume. 4.
lib. 5. Menoch. consil. 1. num. 440. & consil. 65. d.
37. & consil. 391. num. 15.; & consil 400. num. 11.
Bursatt consil. 63. sub num. 9. Non. consil. 1. num.
49. Peregrni. de fideicommiss. art. 17. num. 40 &
art. 52. sub num. 50. & consil. 25. nume. 16. lib. 1.
Cæphal. consil. 258 nu 16 Clar. in §. feudum qu.
73. versic. item quæro Schrader. de feud. part. 7.
cap. 4. num. 60. & seq. Mantic. de tacit., & ambig.
lib. 23. tit. 33 Mangil. de imput. & detract. quæst.
98 num. 8. Rosental. de fend. cap. 7. conclus 40.
num. 6. & num. 13. Gratian. discept. forens. 621.
num. 21. Rub. Alex. consil. 110. num. 8. Gozadin.
consil. 8. num. 8. & consil 90. nu. 8. Purpur. consl.
109. num. 7. Surd. consil. 108 num. 8. Cyriac. con-
trouers.

Digitized by Google

trouerſ.tis.num.13.& de Iure ſucceſſionis Ducia
Caroli art.2.num.36.& ſeq. Caualer.deciſ.652.
num.2.Rota deciſ.155 nu.8.part.1.recent.Treu-
tler conſ.8. nume.18. Vbi promiſcue id tradunt
procedere, ſiue feudum pro maſculis, & fæmi-
nis, ſiuè pro hæredibus vtriuſque ſexus conce-
datur.

Hanc vero concluſionem adhuc militare cō-
tendunt, quantumuis inter vocatos ad feudum
ſucceſſerit diuiſio. Quoniam adhuc præſuppoſi-
12 ta feudi antiquitate maſculus lineæ alterius ad-
mittitur ad feudum lineæ, in qua fæmina dum-
taxat ſuperſtes extitit Gabr. dicto conſ.70. num.
11.lib.2.Surd.dicto conſ.502.num.14.Sebrader
de feud.part.8.cap.2. Peregr. de fideicomm. art.
27.num.14.Socin.Iun.conſ.74.num.6.& nume.
11.lib.1.Rota deciſ.176.num.12.part.5. recent.
vbi textum in cap.1.de natur. ſucceſſ.feud. cum
ſua diſpoſitione,ac traditionibus Doctorum pro-
cedere ita demum vult, ſi feudum ex integro in
13 vna linea per diuiſionem conſolidetur, † quod
etiam fuit de mente eiuſdem Rotæ in Cauſa fa-
nenſ. ſeu Senogallien. bonorum Mercurij 14.
Martij 1646.verſic. maxime cum talis emphy-
teuſis vbi quod emphyteuſi. ſeu feudo vnam li-
neam ingreſſo in ea preſeruari debet, etiam
quod ſola mulier ſuperſit; ita vt interim alius
quiſpiam de altera linea non ſit admittendus.
Quam concluſionem prius examinauerat Caua-
ler.deciſ.622.ſub num.2.verſic.reſponſum,& n.
3.vt enim per diuiſionem inter deſcendentes à
primo acquirente factā feudi natura quoad ſuc-
ceſſionem mutetur, requiritur quod feudum do-
14 mino, † refutetur de nouo poſtea diuidentes in-
ueſtiantur cap.1.de eo qui fecit fin. ſignat. Gabr.
conſ.70.per totum præſertim num.11.lib.2. Pe-
regr.conſil.2.num.41.lib.1. Oſaſc.deciſ.23.ſub
num.12.22.& 44.

Rationem aſſignant quia per diuiſionem non
15 videtur renunciatum Iuri † de futuro, vt eue-
niente caſu, quo non extent maſculi vnius li-
neę maſculi alterius ſuccedant fæminis ſuperſti-
tibus c.1.verſ. dummodo ſcias, & in fine de na-
tur.ſucceſſ.feud.cap.1.verſic.non enim pater de
eo qui ſibi vel hæredibus ſuis Alex. conſ.15.nu.
15.& conſ.21.num.4.& ſeq lib.5. Ruin. conſil.
21.num.11.& ſeq.lib.1Curt.Sen.conſ.48.nume.
39.verſ.ad quintum, & num.40.& ſeq.& conſil
49.num.79.Colleg.Bononien. inter conſ. eiuſ-
dem Curtij 50.num.16.verſic.teſtat modo, & n.
17.Gabr.conſil.89.num.7.& ſeq.lib.1.Bec.conſ.
24.num.16. Quod maxime videtur admittēdum
quia anteceſſores,& frater noſtrę principalis nō
fuerunt conſecuti totum feudum,quo caſu pro-
ximiores primo acquirenti per diuerſionem, vt
inferius dicam, excluderentur à foeminis ſuperſti-
te, ex eo, quia qui feudū per diuiſionē acceptat
in eoque conſolidatum fuit; & tunc feudum e-
16 grederetur naturam feudi paterni, ſed ad maio-
res eiuſdem principalis noſtræ ſola dumtaxat
pars nimirum medietas feudi peruenit, & ideo
feudum retinuit propriam naturam, & reman-
ſit paternum, & vti paternum conſideratur in

ſucceſſione vt diſtinguunt Batr.conſilio 47. nu.
2.Ruin.conſilio 142. numero 27. libro 3. Natt.
conſil.22.numero.1.Gabr.conſil.49. numero.6.
lib.1.Surd.conſil.120.nume.16.verſic.reſpondeo
ſecundo eoque magis quia diuidentes poſt diui-
ſionem ſimul ſuſceperunt, ac renouarunt inue-
ſtituras de vniuerſa portione feudi Curiæ Podij,
feuda autē quantumuis plura † in eadem inueſti- 17
tura contenta ſunt eiuſdem qualitatis, & eiuſdē
naturæ Corn.conſil.16. col.3 lib.1. Oſaſc. dicta
deciſ.23.num.39.Burſat.conſil.150.nume.44. &
45.Alb.conſ.434.n.21.

Similiter neque feudi improprietas officeret,
ea quo partim honorificum,partim cenſuale, at-
que pro foemina expreſſe conceſſum appareat,ſi
quidem etiam in feudo honorifico, † quod idem 18
eſt,ac franco foeminæ ſolum non extantibus ma
ſculis, quemadmodum, & in cæteris feudalibus
admittuntur Menoch.dicto conſ.391.nu.34.mā-
tic lib.23.de tacit. & ambig.dicto tit.35. numer.
36.præterquam quod feudum in aliquo altera-
tum † in reliquis propriam feudi naturam reti- 19
net, vt etiam arguunt cumulati per Cyriac.con-
trouerſ.312.nume.58.quem adduximus allegat.
8.num.71.fol.127.lib.1.accedunt Clar. in §. feu-
dum quæſt.16.num.2.Gabr.conſil.84.nume.20.
lib.2.Hubert.Giphan.de Iur.feud.part.8.nume.
37.infinitos recenſet Giurb.de ſucceſſ.feud.præ-
lud. 2.num.48.Rota in Meliuerſna feudi 2.Maij
1635.Merlin. & in dicta Sarſinaten.feudi 1. Iulij
1639.Coccino verſic. veriſſimum enim eſſe in
hac materia concluſionem firmarunt Domini,
quod data etiam improprietate in aliquibus, ad
huc remaneat feudi proprietas ex Inueſtitura,
vel de Iure competentibus, vbi aſſignant ratio-
nem, quia cum inueſtitura dicatur forma ſubſtā-
tialis feudi omnino attendenda, ac recipienda
eſt,quamuis in aliquo contineat aliquam impro
prietatem.

Fundamento huiuſmodi pro maſculis dedu-
ctu eo fortius comprobatum ex obſeruantia, † 20
ac rebus pluries in ſimili iudicatis, quod in fe-
udis Mantuæ extantibus maſculis foeminæ non
admittantur, quæ obſeruantia præcipuè in feu-
dorum ſucceſſionibus attenditur c. ſignificauit
vnit. Bald.& alij de reſcript. Ruin.conſ.40.nu.
10.lib.1.Mart.conſ.199.num.26.& 27 dixi alle-
gat.8.num.32.fol.118 lib.1.& allegat.1.numer.
68.lib.4.Schrader.de feud.part.7.cap.4.num.53
& 54.Menoch.dicto conſ.391.num.12.& tamen
ad inducendam aliquam conſuetudinem inter-
pretatiuam † duo actus, ſeu ſententiæ ſufficiunt 21
Burſat. conſil. 50.num.26.Capyc.Iatr. conſult.3.
numero.93. Rota deciſ.93.ſub numero 57. &
58. part.5.recentiou. Buratt.deciſ.206.numero.
21.& in Sarſinat.feudi 22. Iunij 1645 Dunzetto
verſ.demum obſeruantia quarum altera deſumi
poteſt ex Surd.conſ.502.altera in cauſa Gonza-
ga Spoluerina in qua habetur deciſio Excellen-
tiſſimi Senatus Mantuæ ad fauorem maſculi re-
motioris ad excluſionem ſororis in feudo eius
fratris vltimo defuncti. Nulla prorſus habita
ratione qualitatis feudi, quod nimirum ab Eccle-
ſia

ſia proueniat, & ab Epiſcopo recognoſcatur, quippe quoniam quoad ſucceſſionem maſculorum, eorumque prerogatiuam, ac potioritatem ſupra fœminas, earumque excluſionem propter
22 illorum exiſtentiam diſpoſita in feudis † ſecularibus, in eccleſiaſticis pariter ſibi locum vindicant cap. 1. §. quin etiam episcop. vel Abbat. & not. Abb. in c. ex parte num. 1. de feud. Schrader de feud. part. 7. cap. 4. num. 36. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 23. tit. 14. num. 52. Butaet. dicta decis. 206. ſub num. 2. verſic. & procedit etiam in feudo eccleſiaſtico Peregr. conſ. 22. nu. 2. ſeq. & conſ 25. num. 14. lib. 1. Bardellon. conſ. 93. num. 17.

Cæterum cum iſtud feudum ab initio conceſſum fuerit Aloyſio tunc primo Mantuæ domino, inde ſequitur indiſtincte inter eos, qui deſcendunt ab eodem ſtipite pro rata feudi ad eos pertenti, vt maſculus quantumuis remotior præferatur fœminæ proximiori vltimo vaſſallo etiam
23 ſi dicta fœmina eſſet filia † vltimi defuncti, quia quilibet maſculus procedens ex deſcendentibus primi cenſetur ex corpore primi, ac conſequenter præferrendus cuilibet fœminæ cap. 1. de eo qui ſibi, & hæred. maſculis Crauet. conſ. 664. n. 15. Menoch. conſ. 391. num. 40. Surd. conſ 349 num. 1. & ſeq. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 23. tit. 33. num. 13. & hæc ſunt, quæ plurimum vrgete videntur ac paſſim opponi conſueuerunt aduerſus fœminas aſpirantes ad ſucceſſionem feudalium, etiam huius Patriæ in concurſu maſculorum prælationem in eis prætendentium, quæ non parum coadiuuantur ex eo quia Marchio Aloyſius in eius quo cum poſtea deceſſit elogio Iure inſtitutionis, ac legati eius patruelibus feudum cum melioramentis reliquit, cuius ſane di-
24 ſpoſitio quamuis facta in remotiorem † compræhenſum tamen ſuſtinetur Cyriac. controuerſ. 2. num 24. & conts. 324. numer. 7. Surd. deciſ. 343. Sub num. 9. verſic. contrariam tamen ſententiam vſque ad num. 18. & 19. circa fin. & conſ. 305. Menoch. conſ. 690. numero. 25. adducti in deciſione Senatus Mantuę edita pro Marchioniſſa Cattarina aduerſus Marchioniſſam Spoluerinam, verſic. quinto quia in bonis feudalibus etiam antiquis, maxime aduerſus noſtram Principalem quæ cum ſe fratris hæredem fecerit, atque etiam nunc extitat factum defuncti eius fratris etiam in bonis
25 feudalibus † mixtis, ac vigore inueſtituras ſibi debitis impugnare non poteſt vt latius comprobaui allegat. 23 nume. 11. & ſeq. fol. 417. lib. 1. & nunc addo Larath. de feud. part. 8. dilucidat. §. 2. gloſ 3. n. 88.

Ego tamen prædictis, ac ſimilibus omnino neglectis in contrariam ſemper opinionem fœminis fauorabilem inclinaui pluribus in facti contingentia motus fundamentis; quæ alijs caſibus non ita facile applicantur. vt autem magis fundata intentio noſtra reddatur, præſciendum venit feudum Curiæ Podij, quoad portionem obuentam in Nobiles de Gonzaga à primordiali conceſſione vſque in præſens nullam prorſus admiſiſſe, aut recepiſſe alterationem, quicquid quoad ceſſiduum eiuſdem feudi Curiæ Podij euenerit; atque in cæteris eiuſdem Epiſcopatus Mantuæ feudis in obſeruantiam, & conſuetudinem deductum extiterit.

Ob quas ſanè feudi peculiaritates, quibus à cęteris diſcriminatur, dicebam alias, & nunc repeto conſuetudines, † ac res iudicatas in cęteris ſecutas non militare quoad iſtud feudum ex doctrina eorum quos retuli allegat. 26. no. 28. 46. & 47. fol. 380 & fol. 483. lib. 1. & allegat. 1. nu. 100. lib 4. quibus addo Roſental. de feud. cap. 7. concluſ. 16. num 7. Larath. de feud. part. 9. d. luc. 30 num. 3. Vtſin. de ſucceſſ. feud. part. 2. queſt. 22 art. 2. num. 5. in fin. Caualer. deciſ. 172. num. 5.

Inſpecta igitur primæua iſtius feudi conceſſione non ambigitur, quin quoad portionem nunc controuerſam nō dicatur omnino improprium, reſtitutio namque eiuſdem Inueſtituræ emanata ſub Bonifacio Nono ad Inſtantiam Marchionis non præiudicat nobilibus, ſed tantum conſentienti, † eiuſque ſucceſſoribus Natt. conſil. 27
505. num. 16. & 17. Burſat. conſil. 5. ſub num. 12. verſic. & hoc niſi Surd. conſil 417. num. 11. Beſtazzol. conſil. ciuil. 39. numer. 15. & ſeq. Cyriac. controuerſ. 112. num. 7. Roſental. de feud. cap. 6. concluſ. 69. num. 20. dixi allegat. 10. num. 94. fol. 160. lib. 1. neque enim in inueſtitura nobilium vnquam regiſtrata conceſſio, ſeu approbatio Pontificia extitit, vt credebam, & ſuppoſui allegat. 1. num. 2. lib. 4.

Feudi improprietas primo deduci poterat ex vocatione expreſſa fœminarum, quod enim fœmina † in feudo ſuccedat, contra feudi naturam argumentatur cap. 1 §. hoc autem notandum de his qui feud. dar poſſeſſ. cap. 1. § filia de ſucceſſ. feud Roſental de feud. cap. 7. concluſ. 33. nume. 8. Cyriac. controuerſ. 112 num. 24. Io. Anton. Bellon. conſil. 44. nume. 48. Treutler. conſil. 15. num. 101. & ſeq. & conſil. 72 num. 13. dixi alleg 18. num. 16 fol. 311. & num. 71. fol. 330. lib. 1.

Deinde emergebat improprietas etiam ex eo quia gratuito non fuit conceſſum, ſed ob benemerita, ſeruitia Epiſcopatui præſtita, ac cum onere reficiendi, ac manutenendi ageres padres
† quemadmodum latius exprimitur in ipſa feu- 29
di conceſſione, & alias exinde improprietatem feudi arguebam, vt videre eſt allegat. 8. nume. 4. cum pluribus ſequent. fol. 117. & allegat. 18. n. 39. cum pluribus ſequentibus fol. 326. lib. 1. & nunc addo Rotam in terminis in Saſſinat. feudi 22. Iunij 1645. coram Coccino verſ. Quia Leo feudum conceſſit, vt ſatisfaceret pluribus, & eximijs Alberti meritis etiam in publicam vtilitatem totius Chriſtianæ Reipublicæ; & in eadem 18. Decembris 1645. coram Dunozetto verſ Ex quibus liquet conceſſionem factam fuiſſe ad ſatisfaciendum meritis Alberti ſpecialiter expreſſis, & quidem inſignibus. quæ propterea reddunt feudum improprium vbi etiam adducitur & Gratian. diſcept. forenſ 736. nu. 76. 80. & 81. quod autem conceſſio facta per Epiſcopū Mantuæ Aloyſio Gonzagæ in omnibus conueniat cum Inueſtitura, quam Albertus Pius à S. Sede habuit ex illius tenore apertiſſimè ſuadetur,

tur, ibi, Et cum disupra sit insula Reueri propter diluuia, & inundationes aquarum, & quasi ad sterilitatem deducta dictus Dominus Episcopus, & alij superstites Vassalli, nec non & populus vniuersus Mantuæ graue dispendium sustinuerint. Vnde considerans dictus Dominus Episcopus imminentem vtilitatem eidem, & Episcopatui Mantuæ, ac etiam populo prælibato disposuit dicta feuda antiqua aperta eidem, & Episcopatui Mantuæ &c. reinfeudare, & sibi Vassallos in feudis apertis cum Sacramento fidelitatis debito secundum formam Iuris constituere vt in eisdem apertis constitutis Vassallis Ageres dictæ insulæ de nouo reficiendi effectua licet reficiantur. Verum quia dicti Ageres, dictaque insula minime possent refici, nisi mediante, & cooperante ministerio Nobilis Viri Domini Aloysij de Gonzaga Ciuitatis &c. reponderans etiam obsequia, & seruitia prædecessori dicti Domini Episcopi, & eidem Episcopo per prædecessores dicti Domini Aloysij, & ipsum Dominum Aloysij eiusque filios impensa multifarie, & ad defensionem dicti Domini Episcopi, prædecessorum suorum, & rerum Episcopalium, Nolens &c. in feudum Honorificum in perpetuum inuestiuit dictum Aloysium de Gonzaga pro se, & filijs, & liberis suis masculis, & foeminis in infinitum vno alteri succedente de vna pet-terræ. Ad habendum, tenendum, & possidendum, & quicquid sibi D. Aloysio, suisque hæredibus deinde placuerit perpetuo faciendũ, sine contradictione ipsius Domini Episcopi, successorum suorum Episcopatus. & Ecclesiæ Mantuæ saluo semper Iure dicti feudi dicto Domino Episcopo, Episcopatui, & Ecclesiæ Mantuæ vna &c. cum Iuribus, & actionibus quibuscunque &c. Saluo semper Iure dicti feudi &c.

Improprietas quoque eiusdem feudi colligebatur ex eo quia concessum fuit in feudum Honorificum, quod idem est, ac francum. † latius
31 comprobaui allegat. 16. per totam fol. 267. lib. 1. & attenta huiusmodi cõcessionis serie sępius pro feudi improprietate stetit Rota Rom. & præsertim in illa Brixien feudi 24. Aprilis, & 1. Iulij 1592. coram Pamphylio impressa inter meas allegationes fol. 139. & fol. 338. lib. 1. & dicta Sarsinat. feudi 1. Iulij 1639. corã Cocc. vers. cui nõ repugnãt. aliæ decis. exaduerso allegatæ in Brix. feudi 16. Maij 1583. corã Bubal. & 24. Iulij corã recolendæ memoriæ Hyeronimo Cardinali Pamphilio. Cum illuc, ne dum Ecclesia inferior, & sic minus indigẽs seruitio feudali esset Domina directa, insuperque ageretur de feudo franco concesso scilicet cum expressa facultate faciẽdi de feudo, quicquid Vassallus vellit absque aliqua Episcopi licentia, & ipsius successorum contradictione Hactenos Rota, quæ aptius ad rem nostram resoluere super Inuestitura Aloysij non potuisset.

Assumpsit quoq; feudum istud alium improprietatem in actu subsecutæ approbationis Põtificię circa diuisionem mitam inter Marchion. & Nobiles de Gonzaga cum retentione decimarum dum Summus Pontifex Nicolaus Quintus istis onus soluendi censuum annuum librarum viginti quinque iniunxit. feudum autem maxime honorificum, seu francum à seruitijs perso-
nalibus pro annuo canone † seu censu conces- 32
sum censeri impropium omnes admittunt, vt videre est apud nos allegat. 18. à num. 54. ac per totam fol. 314. lib. 1. quibus nunc addo Peregrin. consil. 5. num. 4. & cõsil. num. 7. lib. 1. Surd. cons. 407. num. 19. Ludouic. Bellon. consil. 1. nu. 125. & 116. & cons. 3. num. 150. & 151. & consil. 5. nu. 5 & consil. 16. num. 73. quos allegat, & sequitur Rota in dicta Sarsinaten. feudi 22. Iunij 1645. Coram Dunzetto versic. secunda quia fuit concessum sub annuo canone vnius crateris argentei ex quo est improprium.

Clausulæ etiam in perpetuum, perpetuo, &
in infinitum, de quibus in Inuestitura Aloysij 33
cuncta potissimum amplissima facultate alienãdi eiusdem feudi improprietarem arguunt Cor. cons. 16. num. 22. versic. & pro prædictis lib. 1. Curt. Iun. consil. 4. num. 24. circa finem versicu. ex cuius dictis lib. 1. Socin. Sen. cons. 266. sub n. 37. versic preterea lib. 2. Gulielm. à Perna consi. 4. num. 19. Cyriac. controuers. 146. num. 10. Petr. de Gregor. de concess. feud. part. 4 quæst. 3. num. 13. Seraphin. decis. 1105. num. 10. Rota decis. 93. num. 78. & 79. part. 3. recent. & in dicta Sarsinaten. feudi 22. Iunij 1645. Dunzetto versic. prædictis accedit clausula in perpetuum glorb. de success. feud. prælud. 4. nu. 25. & seq. & § 1. glos. 2. sub num. 30. versic. in hac defertur feudum, & sub num. 31. versic. in hac succedunt etiam foeminæ Laiath. de feud. part. 8. dilucidat. 12. Merend. lib. 16. cap. 13. controuers. Iur. tam de clausulis in perpetuum, & in infinitum, quam de facultate alienandi dixi allegat. 8. numer. 23. & seq. fol. 117. lib. 1.

Qua propter cum vnaquæque ex prędictis
qualitatibus feudum efficiat improprium † con- 34
sequenter id eo fortius sibi locum vindicat tot simul concurrentibus nimirum concessione ob benemerita, expẽsis errogandis, & seruitiorũ præstatione, facultate alienandi etiam sine assensu clausul. in perpetuum, & in infinitum solutione annui canonis quodq; feudum ab inferiori Prælato à Papa recognoscatur; singula enim, quæ ad feudum omnino impropriandum non prodessent; simul vnita iuuarent, vt in terminis animaduertit Rota in dicta Sarsinaten. feudi 22. Iunij 1645. versic. præterea in hoc feudo non solum concurrit clausul. quibuscunq; & clausul. in perpetuũ de quibus supra dictum fuit; sed plures aliæ improprietates, & 18 Dec. 1645. Coram Dunz. ver. formula verũ, & dispositiua sub qua feudũ cõceditur plures improprietates continet, nã primo conceditur pro hæredib. & successorib. quibuscunque, secundo cum facultate deputandi Castellanos, & officiales, & sic regendi, & defendendi per substitutos tertio sub annuo cẽsu vnius crateris argenti, & quarto in perpetuum, quæ singula feudum improprium constituunt, & multo magis simul iuncta.

Neque

Neque prædictis obstare diximus restitutionem concessionis in approbatione Pontificia secutam, & per quam feudum Curiæ Podij censeri rectum, atque a cæteris feudis Mant. ob consuetudinem alienabilibus discriminari. Adeoni neque in totum neque in parte aliqua considerabili in præiuditium vocatorum alienari amplius à die confirmationis Pontificiæ, & eo fortius post superuenientiam maioratus non potuerit ex Bardellon. consil. 51. nume. 67. & 8. atque etiam ex obseruātia abinde subsecuta quippe quoniam successores in decimis Curiæ Zeli à singulis successoribus in Curia Podij confirmationem semper reportarunt. Non inquam obstare diximus Nobilibus, ex quo in dicta cōfirmatione non interuenerunt, sicque Marchionibus dumtaxat Gonzagiacis præiudicauerit, & quoad Nobiles de Gonzaga in decisione causarū, contractibus ineundis ac regulandis successioni-
35 bus omnino prima inuestitura † attendi debeat in terminis octuaginta circiter ab hinc annis cē fuit Rota decis. 187. n. 6. par. 2. diuers. Quemadmodum neq; resistit clausula geminatè cōcepta saluo semper Iure dicti feudi. Quandoquidem illa Iurium reseruatio solummodo successit ad dignoscendam personam, in qua fieret dispositio; an scilicet Iure aliquo esset prohibita Afflict. in cap. 1. §. feudum ea lege n. 35. versic. Vnde cum Dominus Minadoi. decis. 43. sub numer. 9. Rota in dicta Sarsinat. feudi 23. Iunij 1645. Dunzetto versic. & reseruatio. sub 4. coniectura. Natta consil. 464. num. 20. vbi quod dicta verba nil aliud importent, nisi quod bona prædicta in cæteris remanebant sub directo dominio Ecclesiæ. Rota decis. 435. num. 12. part. 1. recent. quæ est, decis. 219. apud Caualer. & apud Giouagn. cons. 44. sub num. 73. versic. non obstat clausula lib. 2 & decis. 294. num. 5 part. 2 recent. vbi quod ex reseruatione directi magis libera quoad vtile arguatur facultas.

Inter cætera autem feudi impropríetas abso-
37 luta illud efficit vt nimirum fæmina † superstes nisi aliud obstet in paritate gradus cum masculo, & ad exclusionem remotioris succedat dixi allegat. 8. num. 18. 22. 30. ac per tot. fol. 155 & allegat. 14. num. 1. fol. 240. & allegat. 18. num 26. cum sequent. ac per totam fol. 353. vbique in fin. allegat. Rota num. 21. & 22. fol. 342. & alleg. 26. num. 22. fol. 479. alibique sæpius lib. 1. Giur. de success. feud. §. 1 glos. 2. sub num. 31 versic. in hac succedunt etiam fœminæ & versic. & quidem vna cum masculis.

His ita in facto, atque in Iure sic habentib. non obstant modo, quæ in contrarium deduce-
38 bantur; procedunt † siquidem in feudo recto, ac propriam feudi naturam habente, secus autem disponitur in feudo vniuersaliter degenerante à recta feudi natura, atque in omnibus improprio vt expresse cauetur in cap. si cui militi in extraord. Quem textum authenticum comprobani allegat. 8. num. 52. & seq. fol. 122. & allegat. 18. num. 60. & seq. fol. 359. 1. & pluries admisit Rota superius allegata.

Quæ autem subiungebantur de diuisione feudi, quod nimirum non impediat, quin masculus ex vno stipite non excludat fœminam ex altero ad præsentem causam non applicantur. stante enim feudi impropríetate, atque alienabilitate pars huiusmodi feudi vnicuique acquisita, † seu 39
ex diuisione obuenta non amplius est dicenda pars feudi, sed per se feudum constitutum a feudo alteri con vassallo per eandem diuisionem assignato Isern. in cap. 1. §. hoc quoque versic. & olim num. 5. de success. feud. Gozzadin. cons. 20. num. 11 & 12. Caluan. cons. 11. fere per totum vbi diuidentes in amplissima forma cum clausula ad habendum omnia Iura se abdicare censeantur quoad ea bona, quæ alienari, atque in extraneos transire possint, cuiusquidem generis cum bona Curiæ Podij Nobilium tam ex consuetudine, quam ex pactis in inuestitura insertis maximè quoad emphiteusos existant, ideo per diuisionem ista pars feudi adeo consolidata in patrem Marchionissæ Franciscæ dicatur, vt donec ipsa, eiusque descendentes superessent, descendentes ex Claudio aspirare ad successionem istius feudi nequeunt. Nam propter illius impropríe-
tatem † potissimum in comprehensos dicitur ab 40
eius fratre non autem, à maioribus prouenire, & haberi Manent. consil. 40. num. 15. Quam sane alienabilitatem quoad comprehensos in inuestitura, ac successionem masculorum promiscuam cum fœminis in paritate gradus, & exclusiuam masculorum per fœminas vltimo proximiores admisit Rota in Asse: feudi, decis. 41. part. 4. diuers. & plures, & sæpius allegata Brixie. feudi & in Mantuana dotis 10. Iunij 1639. coram Coccino Cæterum hæc ex abundanti dicta fiot, quoniam quemadmodum ex simplici diuisione feudi principalis Curiæ Podij ab initio inter Marchiones, & Nobiles de Gonzaga se ad inuicem excludunt, etiam fœminæ ex Marchionib. masculos ex Nobilibus quoad portionē ipsis Marchionibus delatam, & è contra respectu portionis Nobilium, cur non etiam idem quoque respectu diuisionis, de qua in actis dicendum erit. In tantum quod argumenta in oppositum deducta potius retorqueotur, si quidem portio per diuisionē obuenta Marchioni Aloysio fratri principalis meæ, adeo in eius progenie, ac descendentia dicitur consolidata, vt donec extat masculus, siuè fœmina ab eo descendens in masculum alterius stipitis transire nequeat, vt præter adducta supra num. 4. admittit Bardellon. consi. 34 num. 43. Ex quibus sublata remanent omnia, quæ ex aduerso deducebantur ad ostendendum per diuisionem non fuisse in successione, ac prælatione fœminarum masculis præiudicatum quę omni in casu in feudo recto, non autem conditionato, ac tot nominibus, improprio procederent. si enim fœmina vti dicebamus non minus ad succedendum in feudo huiusmodi habilis, quam masculus reputatur consequens fit, quod à portione excludat consanguineos, ac paranteles, quos iam excluserat eius frater, quocum ipsa nō habuit cōcursū non ratione feudi ac ordi

ne

Digitized by Google

ne ſuccedēdi in eo, ſed propter reſiſtentiam ſta-
42 tuti † quæ ſemper præcipua, ac principalis cauſa
foit exelufiouis fœminarum à ſucceſſione feu-
dotum propter exiſtentiam maſcolorum in quae
to gradu agnationis cūvaſſallo proxime defūcto
vt latius videre eſt ex Surd. dicto conſ. 502. nu.
8. verſic. quæ ſententia, & ſub nu. 18. verſic. & ſi
hęc ſenteotia, & in deciſione compilata in Cau-
ſa Spoluci ina pro Domino Marchione Iulio Gō-
zaga. Vnde cum Marchioniſſa Malaſpina ex
Michaele de Groſſis filia vnica ſuperſtres ad
feudum Epiſcopatus aduerſus maſculos de ea-
dem agnatione Groſſa contenderet, ex quo di-
ſpoſitio ſtatuti Mantuæ filiam à ſucceſſione pa-
43 terna † quamuis in quarto gradu extent ma-
ſculi non excludit, vt ex eiuſdem ſtatuti lectu-
ra ſub rubica de ſucceſſ. ab inteſtato §. in aſſen-
dentium autem bonis apparet, & ſuper eodem
reſponſa ediderunt Cæphal. conſil. 45. numero
14 Curt. Iun. conſ. 49. num. 10. Burſatt. conſ. 86
num. 8. & 11. quos allegat, & ſequitur Cyriac.
controuerſ. 400. num. 6. & 7. Ideo per tres ſen-
tententias conformes ſe ipſam in feudi contro
uerſi ſucceſſione preferri maſculis accerimè cō
tendentibus obtinuit. Hæc fortius in facti cō-
tingentia procedunt, ſi quidem diuidentes po-
ſtea ſeparatim de eorum portione inueſtituras
ſemper ſuſceperunt.

Sublata exinde ſeù potius declarata obie-
ctione ad preſentem cauſam non applicabili
ex rebus contra fœminas indicatis, tollitur
quoque aliud obiectū conſiſtens in eo, quod
feudum in aliquo alteratum in reliquis pro-
priā feudi naturam retinet, quod nec nos inſi-
ciamur, dum ſuſtinemus alteratum in eo dum
taxat, quod vbi fœmine poſt maſculos ſucce-
dunt, vt diximus ſupra nu. 11. in iſto vna cum
maſculis in paritate gradus admittantur, eoſ-
que in gradu remotiores excludant. Præter-
quam quod Axioma ita demum procedit quo-
ties alteratio in vno tantum, vel in duobus ad
44 ſummum contingit, at quādo † in pluribus ta-
liter natura feudi alteratur, vt in in proprium
abſolute tranſeat, tunc in eo fœminæ æquæ
cum maſculis indubitanter ſuccedunt Rota in
dicta Brixien. feud. 1. Iulij 1592. coram Pam-
philo nu. 9. ac per totam impreſſa inter meas
allegationes fol. 318. & ſeq. lib. 1. diai allegat.
18. nu. 67. fol. 330. & alibi ſępe lib. 1. Rota in
dicta Sarſinaten. feu. 22. Iunij 1645. Dumzei-
ro verſ. Hec releuat reſponſio primæ deciſio-
nis, quod feudum in aliquibus alteratum re-
tineat in cæteris rectam, & propriam feudi na
turā. Quia hoc procedit tātū quoad ea quæ ſūt
feudo, vt fidelitas, caducitas, & ſolutio cano-
nis, vt per Soc. Ien. cōſ. 257. n. 4. ver. aut queri-
mus l. 2. Beio. cōſ. 65. n. 78. ver. ſed quando l. 1.
Rota apud Merlin. de legitim. deciſ. 67. num.
18. vel ſaltem in feudo ex pluribus impro-
prio verba intellectum recipiunt à Iure com-
muni, & rigor conſuetudinis feudalis tam-
quam à Iure communi exorbitans non poteſt
operari verborum reſtrictionem Socin. dicto.
conſ. 257. num. 3. verſic. aliquando, & ſecun-
do, & num. 4. verſic. & eſt diſtinguendum lib.
2. Gozadin. conſ. 8. numer. 27. Corn conſ. 16. n.
19. verſ. ſed potius lib. 1. Rota in dicta Brixien.
feudi 1 Iulij 1592. hactenus eadem Rota in
dicta Sarſinaten. cui addo Menoch. conſ. 331.
num. 42.

Cæterum quid in feudo Eccleſiaſtico in-
feriori a prælati à Papa facilius fœmine † quam 45
in ſecularibus & immediate prouenientibus à
ſede Apoſt. admittantur non ambigitur per ea
quæ ad eem exornant Oſaſc. deciſ. 27. nu. 18.
curia finem Menoch. conſ. 65. num. 30. Rota
in dicta Sarſinaten. feudi 1. Iulij 1639. Coram
Coccino verſic. illud ne dum eccleſia inferior
&c. & 22. Iunij 1645. Dunxetto verſic. quod
eo magis dicendum eſt quia verſamur in feu-
dis Eccleſię, in quibus fœmine facilius admit-
tantur Vnde contrariū defendentes, vel pro-
cedunt in feudo in reliquis præter occaſio-
nem fœminarum proprio, vel ſibi locum vin-
dicant, atque intelligi debeant de feudis à ſū-
mo Pontifice recognitis, firmum ergo ſtat,
quod vbi fœmina ad excluſionem maſculorū
in allodialibus ſuccedit, ad feuda quoque frā-
ca cum facultate alienandi, & omnium, &
quarumcunque actionum, & iurium tranſla-
tione ſub onere, etiam ſoluendi cenſus an-
nui ad eundem maſculorum excluſionem ad-
mittatur.

Vltimum denique obiectum conſiſtens in
legato per fratrem patruelibus excluſa ſorore
deCuria Podij nobilium relicto ſatis iam à me 46
ſublatum fuit rationibus dedoctis allegat. 26.
num. 12. fol. 478. lib. 1. & potiſſimum ea, quia
ceſſante ſororis incapacitate cauſa legati de
feudo in patrueles facti ceſſat & legatum, vt
pręter tunc adductos animaduertit Cyriaco. cō
trouerſ. 142. num. 4. Menoch. conſ. 231. nu 17.
vbi quod legatum ex falſa cauſa non debea-
tur & tunc teſtatur dicatur ductus falſa cauſa
ad legandum quando apparet in ea feciſſe fū-
damentum Gab. conſ. 132. nu. 9. lib. 1. Manent.
conſ 5. nu. 26. & ſeq. tam, & ſi ipſe in ſuo caſu
contrariū defendit, ex quo clauſula omni me-
liori legato adiecta fuerat late Cyriac. cōtrou.
65. num. 19. & ſequent ac per totum Gratian.
diſcept. 824. num. 44 & ſeq. Mart. conſ. 181. n.
15. & 16. Altograd. in eadem cauſa conſ. 52. n.
64. quod autem teſtator ex ſuppoſito, quod
feudal. ad patrueles poſt ergata ſorore attine-
rent, eadem ipſis legauerit atque in hoc legā-
do fūdamētū fecerit verba ipſa legati indicāt ibi
Dichiara in oltre detto Signore Teſtatore che
ſi come li beni feudali da lui poſſedutti man-
cādo egli ſenza Figli ſpettāſi, & ſi deuono à gl'
Illuſtriſſimi Signori Marcheſi Claudio, e ſuoi
figliuoli conforme alli decreti, priuilegij, ed i-
neſtiture di eſſi beni feudali cōceſſe, così intē-
de morendo detto Signore teſtatore ſenza fi-
gliuoli capaci di detti feudi, che detti beni
feudali vadino ſēza qualſiuoglia cōtradittio-
ne ſubito ſeguita la di lui morte cōforme alli

H detti

petti privilegij, & Investiture insieme anco con tutti li miglioramenti &c. verba enim illa, si come † sic legatum moderant, atque restringunt
47 vt successione n quoad feudalia relinquant in eodem statu, quo secluso legato reperiebatur Rot. decis. 555. sub num. 6. versic. si come part. 2. recent. Gozadin. consl. 8. numer. 18 Barbos. de dict. 266. num. 3. cum igitur testator vigore legati in legatarios quoad feudalia plus iuris trāsferre non intellexerit, quam ipsis vigore investituratum competeret, Hinc fit quod sicuti secluso legato soror à feudalibus non excludebatur, ita neque per illud excludi debeat, quin potius feudalia in eodem testamento, seu in ipsa vniversali institutione fauore sororis emanata pro comprehensis habeantur.

Quare, *Saluo*, &c.

ARGVMENTVM.

In feudo mixto succedens, an, & qualiter ex feudo, seu eius fructibus ad debita defuncti teneatur diligenter examinatur.

SVMMARIVM.

1 *Filius ex fructibus feudi, ex pacto, & providentia tenetur ad debita patris equitate sic suadente, feudum patris mixtum repudiata hæreditate habere nequit num. 2. Actione personali in feudo mixto pro debitis paternis etiam si assensus Domini, nec hypotheca non intercesserit, convenitur num. 3. deducto tamen ne egeat num. 9.*

4 *Iudex qui cognoscit sola facti veritate inspecta non debet prorogare decisionem eius quod sibi constat, nec querere litem ex lite.*

5 *Inventarium non prodesse filio in feudo mixto, quin adhuc teneatur de commoditate ipsius feudi satisfacere creditoribus, cōtra num. 6. distingue vt num. 7.*

8 *Agnatus repudiata hæreditate consequitur feudum mixtum.*

Allegatio XXII.

Adsit Deus.

COllata causa inter Buzzium, & Hæbreū de Melis ex Riperio, & Dominum Cortesium dubitavit Senatus, an vtile dominium bonorum feudalium, de quibus in actis dici possit de hæreditate. q. Antonij Buzzij attento tenore investituræ ad commodū creditorum.

Tanta est reverentia filiorum ergo parentes, quorum honor ipsis filijs, adeo cordi esse debet, vt etiam Patre defuncto eius filij in feudo, quātumuis pactionato, & antiquo in subsidium maxime allodialium de fructibus feudi † creditoribus patris satisfacere teneātur, donec penes ipsos feudum remanebit ad mentem Minsyng. obseruat. 67. numer. 10. cent. 3. & Costa de ren. ed. Subsid. 52. sub num. 23. versic. sed de æquitate 1
Quod tamen pro nunc absolute non firmo, cum extra terminos huius quæstionis versemur, ex quo feudū Buzzij hereditariā clausulā annexā habet, adeout filius † illud adequi minime poterit, quin se heredem patris fecerit saltem in ipso feudo Andr. in cap. 1. §. quid ergo in finalibus verbis de invest. de re alien. fact. & in cap. 1. § & si libellum 4. col. versic. sed quid si acquisiuit pro se de alienat. feud. patern. cum adductis per Vincent. de Franch. decis. 1. num. 22. A Pott. consil. 13. num. 12. & consil. 52. num. 14. lib. 1. Lenar. consil. 80. alios recenset Io. Baptista Belocta cōclus. feudal. 5. nume. 9. Giurb de success. feudal. prælud. 4. ex num. 37. Altograd. cons. 15. num. 19. 2

Hinc fit quod feudum hæreditarium mixtum ad filium perventum efficiat, vt filius ratione feudi actione personali † conveniri possit pro debitis ab eius patre contractis, etiam si Domini assensus, aut hypotheca in feudalibus non intercesserint per textum in cap. 1. vbi glos. & communiter Doctores. An agnat. vel filiatae Rum. consil. 176 sub num. 13 versic aut. ergo feudum de quo agitur est hæreditarium hoc est receptū pro se & hæredibus, & num 14. ibi ideo tenentur suis creditoribus satisfacere de commoditate, & fructibus dicti feudi, & numer. 15. versic. quia illud quod dictum est filium adeuntem hæreditatem patris cum beneficio inventarij non teneri creditoribus de feudo respondere procedit, quando feudum non est hæreditarium quia nō est receptum pro se, & hæredibus lib. 1. Alex. consil. 19. num. 4. 5. & 13. ibi quia cum fuerint concessa in feudum pro ipsis, & hæredibus & sic 3

dicatur

dicatur feudum hæreditarium &c.& versic. an feudum sit hæreditarium puta receptum à vassallo pro se, & hæredibus, an vero ea pacto, seu prouideotia concedentis, vt quia receptum est pro se, & liberis & hoc vltimo casu si filius adiuit hæreditatem patris cum beneficio Inuentarij non tenetur respondere creditoribus patris de bonis feudalibus, secus si sine beneficio inuentarij. quæ distinctio non attenditur, quando feudum erat hæreditarium bib.5.Rub. Alexand consil.164.sub num.11.versic.videtur dicendum quod dicti vassalli teneantur satisfacere creditoribus de fructibus bonorum feodalium, quia confectio inuentarij non prodest vassallo in feudo recepto prò se & hæredibus Affict. decis. 240.numer 9.in fin.ibi sunt feuda hæreditaria, quia inuestitura dicit, sibi, & hæredibus ex suo corpore legitime descendentibus, & numer.15. versic.& etiam est, quod in feudis hæreditarijs, sine potest fieri executio in fructibus feudi pro obligatione personali ipsius defuncti. Menoch.de arbitr.cas.560.num.18. versic.secūdus casus,& num.19.in fin.ibi & propterea hæres tenetur satisfacere pro ære alieno à defuncto contracto. Franch.decis.1. numer.25. vbi quod feudum hæreditarium habeat annexium in se onus satisfaciendi creditoribus A. Post.consc.13 num.23.& seq.& num.30. ibi teneri hæredem ad omnia onera. quando non conficit inuentarium, & quando conficit pro quantitate valoris feudi, quod reperit, & de potest. proseg.tit. de assens.reg.super dot.§.3.num.17. & seq. ibi & hoc est, quod communiter Doctores dicunt videlicet in feudo hæreditario inuentarium nō releuare, quominus ad omnia onera defuncti teneatur feudatarius vique ad concurrenté quantitatem valoris feudi, & si non confecerit inuētarium tenetur etiam vltra vires fol.281.Io.And. Georg allegat.20.num.22.& in repetit. f.uial.. cap.36.num.58. vbi quod succedens in feudo hæreditario tenetur ad onera pro rata bonorum computato valore feudi. Manent. consil.97.nu. 8. versic. & si patet, quod iste hæres tenetur actione personali ad soluendum debitum non obstante quod creditor careat hypotheca in feudo, quia non agit actione reali sed personali Gratian.discept.forens.43.num.15. ibi secus in hæreditario,quia valebit executio in fructibus futuris,etiam post mortem vassalli debitoris cū hoc casu volens succedere in feudo debeat esse hæres,qui tenetur satisfacere pro defuncto Lofred.cons.56.num.10. in fin.ibi Prima est feudū concessum.

Tertio hoc expressò, quod ei,& eius hæredibus ex eius corpore legitimè descendentibus datur censetur hæreditarium &c. nam per illud verbum hæredibus feudum iudicatur hæreditarium, & sub num.17. vbi quod succedens in simili feudo,teneatur,actione personali ex feudo, seu eius fructibus erga creditores defuncti Lanar.consil. 80.num.26.Io.Baptista Bilocl.conel. feudal.5.num.9.Cost.de rimed. subsid.52. num. 13.ibi successor feudi hæreditarij tenetur saltē in subsidium ad id, quod creditores ab hæredibus bonorum allodialium consequi nequeunt Gail.pract.obseruat.154. nuao. innūo num.16. lib 2. qui tamen videtur loqui in feudo simpliciter hæreditario,cum in mixto in personam patris nouo, nam in antiquo admittit suffragari viuentarium,& quod alius repudiare valeat hæreditatem retento feudo sed de hoc infra Camil. Laurath.in Theatr. feud.part.9. dilucidat.65.nu. 4.ibi si vero feudum conceditur pro se,& hæredibus tunc est hæreditarium,& num.6.versic.& feudi hęred tarij successores filij vel descendentes, siue sit antiqnum , siue sit nouum cōmnnis conclusio est æs. alienum à defuncto relictum soluere debere, & num.seq.Gozzadio. consil.8. num.36 Rosental.de feud.cap.7.conclus.20.n. 11.& in glos.I. & cap.9. conclus.16.sub glos F. V. Io.Sel.ouer. disput.feud.6. Thesi.129. versic. & retinendo etiam de feudi fructibus æs alienū soluit, & sub glos.B.vbi quod ideo introductū fuit ne dispositio d.c.1. an Agnat.vel fil.fieret elusoria Boer. decis. 204.num.41.& seq. vbi plures iudicatum testatur successores filij in feudo teneri ad debita patris prædefuncti Treuther. consil.21.num.9.versic. nam & feudi successor debita vassalli,siue æs. alienum soluere tenetur maxime, si successio simul, & in feudum , & in hæreditatem facta sit. Rolād.à valle cōs.44. sub num.7.versic.quibus non obstantibus,ibi in tātum, quod si filius adiuit hæreditatem patris cū beneficio inuentarij tenetur creditoribus hæreditarijs de cōmoditatibus feudi respondere lib. 3.Peregr.consil.4.num.49. lib.. versic. procul dubio tenebitur creditoribus de suo proprio,se de fructibus feudalium satisfacere Paris. de Put. de feud.reinteg.fol.140.c.mulier habens feudū, & cap.an feudatarius fol.139 & cap.pone quod vassallus num.4.ibi tamen viuente debitore,vel eius hærede possit fieri executio in fructibus si feudum est hæreditarium fol.140.Borcl.in sum. decis.tit.34.num.586. & 587. part.1. cum alijs quæ in comprobationem præsentis controuersiæ adduci possent, & quę nullam prorsus habent difficultatem contra ipsum Buzzin. qui & feudum hæreditarium mixtum,& hæreditatem patris simpliciter, & absque inuentario agnouit, in eoque tanquam patris hæres se immiserit Gudelin. de iure feudorum part.4. cap.1.numer.9. cęterum in filio contra decisum est non posse hunc omissa hæreditate patria in feudo ei succedere, vel solum feudum amplectendo debita eius effugere fol.100. Andr.Kohl. de seruit. feudal. lib.part.8.num.77.fol.31.versic.sed saltem quoad commoditates, & fructus inde percipiendos.

Quoniam vero se admitti ad confectionem inuentarij plurimum vrget, tam & si nulla saltem rationabilis causa subsit; pluresque alij in fortioribus terminis ab huiusmodi confectione personarum excellentissimi fuerunt exclusi; tanto magis Buzzius à petita confectione inuētarij reijciendus venit postquam hæreditatem ipsam, atque illius creditores maximis propemodum

modum consumpserit, expensis resque vtrinq; defierit esse integri, vltra quod cum modo se hæredem dixerit, modo negauerit præsumptio mutrat vsurpationis, animusque fraudandi creditores, diu, multumque in litibus de fatigatos, maxime, quid vtilitatis confectio inuentarij eidem allatura fuerit non bene constat, cum potius lis ex lite oritura erit, ex litibus autem lites
4 oneri supræmum istud Tribunal sola facti veritate inspecta procedens pati non debet Cyriac, controuers.10.num.59.

Licet enim non desint, qui vellint inuenta-
5 rium † non prodesse filio in feudo mixto, quin adhuc teneatur de commoditate ipsius feudi satisfacere creditoribus patris Loffred. consil.46. sub num.11. versic. sed si esset datum alicui A. Pont.consil.81.num.49.& consil.88.nu.39. lib. 1. Bursat.consil.49.num.50.vbi de magis communi Curt.Iun.consil.1.sub num.18.alios cumulat. Cyriac.controuers 6.num.8.Roland. à Valle dicto consil. 44.sub num.7. versic. quibus nõ obstantibus lib.3.petrus Loriot.in vsib. feud. in fin.repet.c.1.an agnat,vel filius fol.66. ibi existimant rursus interpretes filium facto inuentario, feudum sine onere retinere posse arg. l. fin. C.de Iure. delib.sed hoc falsum quoque existimo, quoniam lex filium non propter hæreditatẽ dumtaxat, sed etiam propter ipsum feudum creditoribus paternis, cum ipse sit vna cum patre persona l. fin.C. de nupt. obnoxium reddere voluit dicto tit. an.agnatus, & iuxta hanc opinionem alias Senatus iudicasse testatur Manent. de contract.liuell.quest.18.nume.124., & eandẽ amplectantur congesti per Camill. Larath. in Theatr.feudal.part.9.dilucidation.63.nu.9.

Vbi tamen accidit nobis occasio scribendi in materia simili semper existimauimus inuentariũ
6 etiam filio † suffragari, ne erga creditores patris quomodolibet de feudo mixto antiquo teneretur, nam in nouo, seu mere hæreditario etiam antiquo in dubium reputant feudistæ quos congessit Io.Schoner. disput. feudal.6. Thesi. 128. freti magis recepta, ac veriori opinione, dempris enim Regnicolis ita sentientibus, quia in illis regionibus sic iudicandi vigeat consuetudo per pauci remanent prædictæ opinionis asseclæ. Cæterum, quod in huiusmodi feudo mixtæ qualitatis, & antiquo Inuentariũ successori vassalo proficiat, ne quoquomodo erga creditores patris obstrictus censeatur tradunt.

1 Isern.in cap.1.qui success.teneant in fin.& in cap.1.an agnat.vel filius num.7.

2 Aaluarot. in dicto cap.1.an agnat.vel filius sub num.9.versic.item addas & aliam fol. 288.

3 Præposit.ibidem sub num.6.limitat. 11.fol. 102.col.1.in fin.

4 Iacobin.de sanct.georg. in verb. & cum pacto num. 43.

5 Atius Pinel.in l.1.part. 3. num.95. C. de bon.Matern.

6 Iasius de feud.part.8.num.10.

7 Bald.in l.qui se parte 3. sub num.50. vers. nisi fecisset inuentarium solemniter C. de bon. possess.vnde liber.

8 Alex.consil.124.num.8.lib.4.& consi.26. nu.4.lib.5.

9 Paris.cons.65.num.48. lib.3.

10 Socin.Iun.cons.112.num.11. vsque ad fin.l. 2.& consil.42.sub num.5 versic.verum. nec rite lib.3.

11 Rub.Alexand.dicto cons.164.sub nume.19.

12 Dec.consil.185.

13 Ruin.consil.38.num.21.lib.1.

14 Gail.pratic.obseruati.154. sub numero 16. lib.2.

15 Schrader.de feud.part.7.cap.2.n.51.in fin. & part.8.cap 8.n.30.

16 Peregr.consil.4.num.50.lib.1.& cons.14.n. 3.lib.4.

17 Borchol.cap.7.pat.2.num.94. circa mediũ ibi potest tamen filius.

18 Surd consil.63.sub num.18.versic, sed hæc ratio & consil. 353.nu.7.& cons. 577.nume.15. in fin.& nu 16.

19 Roland.à Vall.sibi contrarius.consil.97.& seq.lib.1.

20 Siluan.consil.15.n.36.

21 Crauet.consi.501.num.1.& in suo responso pro genero num 481.

22 Ias.cons.56.num.24.lib.3.& cons.136.nu. 26 lib.4.

23 Clar in §.feudum quest.41.nu.14.& quest. 43.num.2.

24 Io.Anton.Bellon.consil 48.num.43.

25 Rosental.de feud.cap.7.conclus.21.nume. 16 & cap.9.conclus.72.num.5.& in glos.D.

26 Io. Schoner.disputat.feudal.6. Thesi. 128. lib.1.

27 Cuman.cons.163.num.4.

28 Post. in suis commun.conclus.lib 3.cap.8 col.3.versic quid in feudo antiquo.

29 Cacheran.consil.12.num.18 & 19.cum alijs qui adduci possent adeo ut opinio hæc posterior sequenda omnino videatur.

Ego tamen vtranque ex prædictis opinionibus sic conciliandam † existimarem vt nimirum 7
actione personali tantum, & quoad commoditates, & fructus feudi filius pro debito patris in subsidium vbi feudum est hæreditarium secundum quid, & non simpliciter, hoc est receptum pro se & hæredibus, conueniri, ac exequi possit, etiam si hæreditatem paternam cum beneficio legali agnouerit, secus vero si agatur de actione reali, immissione in possessionem feudi, seu de illius reuocatione seclusa alienandi consuetudine tunc enim suffragatur inuentarium, quatenus Res hæreditatis non supperunt. Vnde in causa Domini Angusciolij dicebam ipsum molestari non posse actione, neque etiam personali in portione feudi hæreditarij sibi obuenta tanquam proximiori agnato, de quo feudum fratris
† assecurus fuerat repudiata hæreditate, seu al- 8
lodialibus non repertis ex c.1., an agnat. vel filius, ex cautella Altograd.in consil. 5.num.23. & 24., & quoad portionem ob mortem patris sibi deuolutam iuuari inuentario, quia pulsaba-

tur

Digitized by Google

tur actiune reali, quinimo neque actiu persona-
9 lis suffragari poterat, quippe quia † iuxta eius qualitatem deducto ne sgeat Rosenral. de feud. eonelus. 20. num. 30. cap. 7. Menoch. de arbitr. d. cas. 56u. num. 20. & 21. Manent. de euntract. l-uellar. queſt. 18. num. 125. ex fructibus feudaliū, aliurumque bonurum vix. eum eius familia ali poterat.

Quare, &c. Saluu, &c.

ARGVMENTVM.

Feudum habens qualitatem hæreditariam ad Dominum potius reuertitur, quam quod ab descendentem non hæredem, aut legitime exhæredatum deueniat.

SVMMARIVM.

1 *HAeredem se facit, qui præsentat ad Ius patronatus hereditarium.*
2 *Feudum cum qualitate hereditaria potius transit ad Dominum, quam ad non heredem.*
3 *Exheredatus legitimè non succedit in feudis.*
4 *Exheredatio valet expressa legitima causa.*
5 *Manent. de contract. linell. quæst. 18. n. 19. reprobatur.*

Allegatio XXIII.

Adsit Deus.

IN Iure feudali apud Doctores tam notum est, quam quod nouissimum quemquam non posse admitti ad feudum hæreditariū etiam qualitatis mixtæ nisi in ipso vltra descendentiam à primo acquirente concurrat etiam hæreditaria qualitas, & prout latius videre est ex præcedenti nostra Iuris allegatione in qua propteres cum doctoribus ibidem citatis concludebamus eo ipso, quod quis pariter seu instat se reinuestiri ad feudum concessam pro hæredibus, censeri quoque facere se hæredem illius propter cuius obitum inuestituram renouat, cum istud fieri nequeat citra Ius, & nomen heredis argumentu eorum, quę in materia Iuris
patronatus † hæreditarij mixti pluries censuit 1
Rota reste Caualer. decis. 393. num. 5. Viuian. in prax. Iuris patr. lib. 14. post cap. 2. numer. 28. ac per tutum vbi optime in proposito argumentatur a Iure patronatus mixto ad feudū, ex inferreur quòd quemadmudum pattonus per presentatiunem ad beneficium de Iure patronatus efficitur hęres prèfuncto patrono, ita quoque per renouationem Inuestiruræ vassallus recognoscens feudum hæres præmortui vassalli euadit. Super quo non videtur amplius hæsitandum attenta declaratione pes de Buzzijs cum auctoritate Curatoris facta se esse, ac esse velle hæredem patris, de qua in processu Riperij fol. 1 fac. 2. à qua quidem declaratiune nec recessisse censetur, aut potuit pes alteram subsequentem, in qua dixit se non esse, nec esse velle hæredem vt in eodem processu fol. 6. neque enim ipsi expediebat abstinere se ab hæreditate patris, ne pe-
riculū faceret, seu amitteret feudalia † qualita- 2
tis mixtæ, in quibus eu excluso, quatenus hæres esse non vellet, Dominus successisset. Bursatt. cousil. 92. num. 28 Roland. consil. 23. nume. 52. in fin. lib. 1. Mart. consil. 34. num. 37. in fin. & n. 38. frane. decis. 1. num. 23. Vnde cum ex prædictis simul iunctis, ac ponderatis simul iunctis, ac ponderstis negari nun possit quin Stephanus de Buzzijs hæres patris extiterit, nec aliter feuda consequi aut retinere potuisset, atque in hæreditate paterna nullo prorsus confecto Inuentario se immisceuerit, vt ex restium depositionibus, de quibus in processu Riperij fol. 10. ipseq; fatetur in precibus S.C. vltimu loco porrectis, inde propterea fit, quod ad solutionem æris alieni in hæreditate paterna repeiti teneatur, & ubstringi debeat.

Nee turbat, seù potius ad rem nustram non facit, quud Antunius de Buzzijs à patre fuerit ex
hæredatus, † ae consequenter feudo priuatus e- 3
uaserit ex eupiosissime traditis per Rusental de feudis eaq. 7. eunelus. 10. per tutam Vrsin. de successione feudor. part. 1. quæst. 6. art. 1. numero 3. Dupliciter namque huic obiecto occuritur; & primo in facto non verificari exheredationem suum sortitum fuisse effectum, & præsertim quo ad feudū propter obitum ipsius exheredati perueurum in persunam aduersarij, & prout latius ex fide renuuarionis Inuestituræ propter mortē patris ab eodem Stephano susceptæ, & de qua in processu Senatoris fol. 33. fac. 2. Secundo in Iu-
re ex hæredationem huiusmodi nun subsistere, † 4
quippe quoniam pro validitate exheredationis, & quud sit de appruba tis à Iure ad late tradita post alios per Metlib. de legit. lib. 4. tit. 1. quæst. 20. num. 8. ac per tot. Rosental. de feud. cap. 7. d. conclus. 10. num. 7. Altograd. consil. 97. num. 12. iuncto num. 94. Cyriac. controuers. 298. numer. 2. Thomat. decis. Macerat. 6. num. 9. vbi insuper vulunt non sufficere quod testator adducat causam exheredationis nisi etiam per hæredes postea concludenter probetur. Gratian. discep. fo-

fern.356.sub num.6.& discept.902. num.10.& seq Caren.resolut.121.num.8.lib.1.Quapropter cum vtrunque hic deficiat super hac exheredationis exceptione solidum fieri nequit fundamentum,

Quemadmodū nec ius fieri potest super Do-
5 ctrina Manent. † in allegata quest.18.num.129. de contract.liuell. quandoquidem ipse contra communem sententiam ab Excellentissimo Senatu approbatam laborabat vt refert idem Manent.ead.quæst.18.num.124.istudque in præcedenti Iuris allegatione fusius comprobauimus teneri nimirum filium ex fructibus feudi paterni ac æs alienum per patrem contractum dissoluendum, maxime si ad satisfactionem conueniatur actione personali prout accidit in præsentiarum inde ergo fit ad euitandos inanes circuitus ne Buzzius admittatur ad conficiendum Inuentarium, & sic expeditus sum. circa resolutionem motiuorum ex allegatione communicata resultantium, & ita iudicatum.

Quare, &c. Saluo, &c.

ARGVMENTVM.

Censuum in solutione si vassallus per plures annos deficiat, non ideo à Censuali feudo cadit, nisi adsit in inuestitura pactum quo etiam casu ex pluribus in integrum restituitur, maxime si in feudo successerit.

SVMMARIVM.

1 *Feudum censuale ob non solutionem census non amittitur. Contrarium aliqui tenent, vt num.2.*

3 *Sacca consil.173.num.26.reprobatur.*

4 *Caducitas in censu non incurritur. Habet locum stante pacto. vbi alias non intrarat.8. Non est pæna sed natura contractus ob concussionem num.9.*

5 *Afflict.in c.1.§.sed non est alia, que fuit prim. caus.benefic.amitt.impugnatur.*

6 *Fœminæ etiam non vocatæ in feudo censuali succedunt.*

10 *Caducitatis ad effectum Domini declaratio requiritur. Pactum ignoranti restitutio in integrum datur num.14. In declaratione contra emphyteutam citatio non requiritur num.17.*

11 *Caducitatem ad euitandam, quando mora purgetur. Ad declarandam mandatum speciale requiritur num.12. Ad incurrendam scientia præsumpta non sufficit. num.13. Excusat oblatio actualis censuum num.15.*

16 *Feudo non priuatur ficte contumax.*

18 *Proclamata in feudis minores non afficiunt.*

19 *Restitutio in integrum à proclamate exclusa nunquam dicitur nisi id exprimatur.*

20 *Vassalli specialiter, & non per edicta citandi.*

22 *Caducitati non esse locum in dubio indicatur.*

Allegatio XXIV.

Adsit Deus.

IN censuali feudo † ob non solutionem census nunquam intrare caducitatem in hac patria Mantuana vbi plura huius generis adsunt feuda vidi iconcusse obseruatum, adeo vt crediderim, nec istud vnquam hactenus in dubium reuocatum, quæ quidem obseruantia habet quoque Iuris assistentiam, ac receptissimam feudistarum opinionem, quemadmodum colligitur ex traditis per speculator in tit. de emphyt.alias de locat §.nunc aliqua num.108.part. 4.Aluarot.de feud.cap.1.§. sed nec est alia num. 5.quæ fuit prim.caus.Schrader.in tract.de feud. part.9.cap.6.sub nume.75. versic.in hoc tamen Clar.in § feudum quæst. 51.& ibidem Harprec. sub.num. 1.in verbo numquid si cessauerit lauden.de feud. in tit.1.sub.num.19.versic.mihi videtur Paris.de Put.de feud.reintegrat.in cap. sequitur a modo quotidiana quæstio93.sub.num. 17.Curt.Iun.de feud.part.4.caus.39.in fine nu. 78.& 79.Iacobin de sancto. Georg. de feudo in verbo, & cum pacto sub num 2.versic.& tenēdo sententiam Camer.in repet.cap.Imperialem fol. 315.versic.& ideo doctissime determinauit Borcholt.de feud.cap.3.sub. nu.26. & 44. Rosental.de feud. cap.10.cum sequentibus Dec.in auth.qui rem sub num.7.C.de Sacrosanct. Eccles.& in cons.158.sub num.6.Imol.in cap. ex parte sub num.23 in fin. versic.item non mirādum Extr.de feud.Marsil, singular. 446.sub nu. 2. Eneiat.in loco ab emph.ad feud sub n. 2. versic.non intelligas tamen Mantic. de tac. & ambig.lib.22.tit.4 sub num.16.versic.diuersic. diuers.est in feudatar fachin, controuers. Iur. lib. 7.cap.87.Bec.cons 2.num 9.Roman. cons. 70. num.1.Zabarll.cons.91.sub.nu.6. Cuman:cōs. 162.sub.numer.2.versic.his.tamen Alex.cons.9. sub num. 3. versic.& multæ differentiæ lib. 1.& cons.9.sub n.9.lib.5.Corn.cons 16.versic. quia feudum etiam censuale.& cons.239.num.3.lib. 1.Socin cons.167.sub num.1.vers.certe ob non solutionem,& num.2 lib.2.Menoch.consil.65. num 61.

num.61. Andr. Kohl de seruit.feudal. part.vlt.à
num.1.vsque ad 43.vbi omnino videatur Pere-
gr consil.5.sub numer.47.versic. sed contra stat
communis scriptorum traditio. & consil.6.sub
num.13.&14.eod.lib.1.Stephan.à Sancto Geor-
gio de contract. lib.2.cap.57.num.20. Hodiern.
ad Surd. decis.342. numer.5. Stephan.Bertian.
consil.275.num.7.vol.3. part.1. mouetur tamē
ratione, quæ non applicatur nisi censui simpli-
citer in re alias libera, & allodiali constituto,
non autem debito occasione feudi quod reperit
consil.12.vol.3.part.2.Concludentes ab hac o-
pinione vti magis æqua in iudicando non esse
2 recedendum, quamuis non desint, † qui contra-
rium profiteantur, & videri poterunt penes
Sibuan.consil.42.sub num.9. Rosental.de feud.
cap.10.conclus. 34.num.6 & sub num.24.& 36.
Secca consil.173.num.26.

Cui sane opinioni tanto magis adherendum
existimo, eo quia distinctione a excogitatę ad
eneruandum auctoritates pro nostra opinione
adductas nulū videntur facessere negotium il-
3 la † enim, quam præcipuam reputant aduersan-
tes relata post alios per Saccā dicto consil.173.
num.26.vbi separando inquit ipse lepram à le-
pra distinguit alterum esse censum, quem quis
pro re propria in signum cuiusdam subiectio-
nis, seu recognitionis ei soluitur, quia nihil
prorsus iuris in ea habet,& de isto censu loquū-
tur doctores per nos allegati;alterum verum es-
se,qui aliquod Ius in re habenti puta dominium
directum,soluitur,& hic est census feudalis, qui
per omnia fere emphyteusi conuenit ; atque ex
solutionis omissione vassallus priuatur. Verun-
tamen hæc distinctio ridicula prorsus videtur,
atque inapplicabilis; dum enim disputant nostri
an ob cessationem à solutione censuum res cen
sui obnoxia cadat in commissū,& reuertatur ad
dominum, ac vtrunque dominium consolide-
tur,vtique terminos huiusmodi distinctiona ex-
xeunt, cum in vno ex duobus membris contra-
dictionem implicet consolidatio dominiorum,
quorum nulla præcessit diuisio, ac consequen-
4 ter, quod ex nulla causa † incurratur caducitas,
tradunt Capyc.decis.196.per totam Camill.Bo-
rell.consil.40.num.22. iuncto num.24.vbi opti-
me contra distinguit feudalia à censualibus Ro-
land.consil.6.num.41.lib.1.pulchrè Afflict. dec.
129.n.6.ac per totā vbi quod res,pro quibus an-
nuatim soluitur Domino feudi, & sunt intra fi-
nea feudi impossibile sit, quod cadant sub con-
tractu censuali Menoch.de præsumpt.106.num.
11.lib.3.Natt.consil.3.num.2. Mar.Anton.var.
resolut.61.num.1.lib.1.Peregr.consil.19. nu.15.
in fin.lib.3.Randens.de Analog.lib.1.cap.24. n.
52.Cenc.de cens.part.1. cap.1. quæst.1 art.1.nu.
18.Thomat.decis.Macerat.60.num. 36. Hondt.
consil.81.num.17.lib.2. Mantic.de tacit.& am-
big.lib.22.tit 3.num.14.Treutler.consil.74. n.
34.Dum ergo Doctores disputant, an Vassallus
feudo priuetur ob non solutionē census,&iuxta
magis receptam & æquam opinionem conclu-
dunt,quod non supponunt pro indubitato id
quod per prædictam distinctionem in dubium
reuocatur scipsos sermonem habere de censu,
soluitur,& sic dicta distinctio egreditur fines
propositæ quæstionis coarctatæ ad censum om-
nino feudalem, atque occasione feudi debitum.

Altera vero distinctio,† de qua Afflict.in c.1. 5
§ sed non est alia sub num.2.& fin. tit. quæ fuit
prima causa benefic, amitt.Io.Schroner. disput.
feudal.lib.1.disput.8.Thes.37.ibi seruiet autem
Vassallus, si generaliter,vel specialiter requisi-
tus fuerit, non tamen requisitus etiam seruiet
primo quando notoria Domini necessitas hoc
postulat, secundo quando statis diebus, certoq;
anni tempore seruitia debet. quæ quidem di-
stinctio, licet quoad ordinaria feudi seruitia nul-
lam prorsus admittat responsionem, siue cōtro-
uersiam nihilominus quoad annuas pręstatio-
nes intuitu feudi debitas, ita demum applicare-
tur, si annua pensio subrogata intelligeretur lo-
co seruitiorum, hæc quæ amplius à Vassallo non
deberentur deinde vbi responsio huiusmodi pe-
cuniaria in ordine ad feudum esset quantitatis
considerabilis, & tandem cum annua pensio nō
minus, quam fidelitas est causa finalis, siue prin-
cipalis, propterquam concessum fuit feudum,
quorum nullum hic concurrit, ex quo Vassalli
præpositurę tenentur ad seruitia feudi ordina-
ria vltra annuum pensionem, quæ fuit causa cō-
cessionis feudi impulsiua, adeoq; modica extitit,
vt non sit verisimile Dominum pensione tam e-
xigua motum fuisse principaliter ad infeudan-
dum ita post alios optime explicat Andr. Kohl
de seruit.feudal.part.vlt.sub num.31.versic. sed
vers.ponderi potest vsque ad num.32.Io.Angel.
Pisanell.apud caspan.de Iur.releuat.in sua alleg.
fol.280.sub num.3. versic. quando feudum fuit
principaliter concessum per illam præstationē.
Hac autem responsione remanet satisfactum
tertię distinctioni, siue feudum sub annua præ-
statione, seu censu concessum dicatur impropriū
ac degenerans à feudo recto, maxime ad effectū,
vt fœminæ, † etiam non vocatæ succedant, vt 6
post Ripam, & Cyriacum, cæterosque ex aduer-
so adductos, aliosque insuper congestos dixi al-
legat.18.num.34.fol.314.lib.1.in reliquis tamē,
& potissimum quoad caducitatem regulatur ad
formam feudi proprij Aldobraud. consil.1.nu.
28.lib. quem ibidem adduxi fol 317. Præter-
quam quod hæc nostra opinio in hac patria nū-
quam obtinuit, & nostra principalis dubietas
in dicto casu allegat.18.lib.1. Illustrissimum D.
meum Federicum Bossum Senat. Præsidem, ac
PrępositurœCommissarium meritissimum incli-
nare in opinionem ei contrariam transegit cum
Domino. Hoc namque in foro currit illud vul-
gare axioma feudum † in vno vel pluribus alte- 7
ratum in reliquis proprium feudi naturam reti-
net de quo post alios Cyriac.controuers.1. nu.
28.quem retuli allegat.8.num.71.fol.126.lib.1.
Bursat. in terminis consil.85.num.26.quem ad-
duxi allegat.14.num.2.fol.241. lib.1.

Extra omnem dubitandi aleam pręsens con-
trouersia ex prædictis in gratiam Dominæ Fla-
minię

Digitized by Google

miniæ de Gazinis Iure communi inspecto satis, superque repertum existeret, nisi fortius resisteret pactū de quo in Inuestitura, ibi, & sub poena cadēdi ab omni Iure, quod habet in dicta petia terræ si biēnio cōtinuo cessauerit à solutione census prædicti &c. quæ ftāte cōuētione de feudo amittēdo, nisi census quolibet biēnio soluatur, nemi-
8 ni dubium amissioni locum † forè, si vel vnico biennio elluxerit Vassallus censum non soluerit Dec. consil. 598. num. 9. Rota decis. 544. nume. 3. part. 2. recent. Schenck de feud. part 15. num. 66. Rosental. de feud. cap. 10. conclus. 34. num. 46. & sub num. 9. versic. quare Dominus Menoch. de præsumpt. 106. sub num. 12. versic. & propterea dicendum lib. 3. Mart. Antoo. var. resolut. 61. nu. 13. lib. 1. Barbat. consil. 40. sub nu. 13. versic. modo in proposito, & sub num. 15. versic. & etiam facit lib. 1. Couar. var. resolut. lib. 3. cap. 7. sub nu. 1. versic. solet tamen Honded. consil 81. num 15. & seq. lib. 2. Risa post addit ad Cene. de censib. decis. 102. num. 13. Andr. Kohl de seruit feudal. part. vltim. num. 41. Tomas. de Tutor. & Curator tit. 19. sub num. 646. ampliat. 138. fol. 415. Quapropter cum Domina flaminia à censuum solutione per plures annos defecerit; negari non posse videtur, quin non fuerit locus declarationi caducitatis, attento potissimum pacto in Inuestitura inserto quod efficit, ne caducitas dica-
9 tur poena, † sed potius natura contractus, ac consequenter fauorabile reputetur Bald. in l. pla cet. 3. C. de sacro sanct. Eccles. Corbul. de emf. priuat. ob deteriorat. num. 6. Surd. decis. 29. sub num. 11. Gratian discept. 515. num. 24. Altograd. consil. 24. num. 80.

Pro resolutione præsentis obiecti, à quo pendet victoria nostræ principalis præmittendum venit ad hoc, vt quis incurrat ob non solutum canonem, seu censum caducitatem necessarium
10 esse, quod præcedat declaratio Domini † etiam si pactum, seu conuentio soluendi concepta esset precise, ac per verba importantia caducitatē ipso facto statim, atque incontinenti à momento retardatæ solutionis Bald. in l. fin. in fin. C. de reuocan. donat. Tiraquel. in l. si vnquam 8. in verbo reuertatur num. 8. C. eod. tit. Bartol. & communiter Doctores in l. 2. ibi si modo voluerint C. de Iur. emph. idem Bald. in auth. qui rem in fin. C. de sacro sanct. eccles. ibi modo ad proprij priuatio emphyteusis non est in facto esse, sed in potentia fieri domino volente Roland. à Vassal. consil 57. num. 8, & consil 81. num. 6. & 7. libr. 3. Dec. dicto consil. 138. num. 1. & 6. Magon dec. florent. 70. num. 1. Rota decis. 28 à num. 1. ad 7. ac per totam part. 2. diuers. Thesaur. quæst. foren. 15. num. 7. lib. 2 Merlin decis. lucen. 60. Caroc. decis. seu cas. 9. num. 1. iuncto num. 8. & non sōdo per mendicata, vt aiunt suffragia in feudo Præpositurae Bursatt. consil. 153. nume. 13. & 14. Surd. decis. 194. num. 7. Hodiern. ad eundem decis. 29. num. 1. infinites cumulat Cyriac. in tractat. de Iur. legitim. success. Ducis Caroli art. 77. num. 276. & 277. & controuers. 518 numer. 22. Tomas. de Tutor. & curatur. tit. 19. sub num. 646 num. 554. fol. 405. versic. & non sufficit mora Manent. de contract. & nell. quæst. 2. numero 40. Rota post tract. Cene. de cens. decis. 74. num. 7. & 8. & post addit ad eundem decis. 8. num. 1. & seq & decis. 17. num. 8. Quod tamen pactum cadendi in casu nostro non est ita precise conceptum, neque ex illius inobseruantia non inducitur resolutio contractus feudalis, adeout cessante Vassallo per biennium soluere ipso Iure cadat à feudo.

Deinde succedit præmittendum ante declaratam caducitatem non censeri Vassallum in mora constitutum, vel saltem quandocunque esse admouendum ad purgandam moram, † quo per 11
actio, vel per actualem censuum solutionem, vel oblationem, aut depositum non solum euitetur prætensa à Domino caducitas, verum etiam impediatur Dominus, ne vlterius commissum declarare valeat Ias. post Hyeronimum de Tortis eius præceptorum in l. 2. num. 78. C. de Iur. emphyt. Veron. cautell. 135. dicens aut loquimur ante declarationem, & mora semper purgari potest, aut loquimur post, & tunc purgari potest celeri satisfactione Dec. dicto cons. 138. sub n. 6. & consil. 452. nu. 10. cum adductis per Caroc. dicta decis. seu cas. 9. quæsito 6. numer. 13. Barz. decis. 111. num. 11. & seq. caputaq. decis. 231 part. 2. Seraph. decis. 817. num. 7. & 11. Altograd. cons. 14. num. 68. & consil. 84. num. 66. & seq. Rota decis. 577. nume. 2. prope fin. ibi, certum est autem moram ante declarationem purgari posse, imo etiam post si celeriter part. 2. recent. & coram Mantic. decis. 270. num. 4. 5. & 6. & coram Bursatt. decis. 819. num. 4. Beltram. ad Ludouis. decis. 559. sub num. 10. lit. C. ibi, vbi fuit dictum ante declarationem caducitatis notissimum esse ex æquitate, quam seruat Rota moram posse quandocunque purgari Gratian. discept. forens. 378. num. 17. & seq. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 22. tit. 27. num. 35. vbi quod ante declarationem caducitatem moram purgari possit, & post declarationem caducitatis celeri satisfactione Hodie. ad Surd. decis. 29. num 8. Broncill. decisfertar, 85. num. 11. & seq. quod eo magis procedit in feudis, & causis feudalibus, in quibus semper ex æquo & bono iudicatur Rosent. de feud. cap. 4. concl. 5. num. 20. & cap. 6. conclus. 39. in glos E in fin. latissime Capan. de Iur. releuij part. 5. quæst. 13. à num. 9 vsque ad 22. Neque ab hac opinione esset recedendum quicquid in oppositum cæteris congestis tradiderunt Cyriac. controuers. 158. num 9. Altograd. consil. 23. num. 70. Ferentill. ad Bursatt. decis. 596. nu. 5. nam illorum sententia sibi tantum locum vendicat vbi in Inuestitura adest pactum resolutiuum contractus in casum non solutionis census, aut canonis die in eadem concessione præfixo.

Vlterius præmittendum duxi adhuc legitime non constare de declarata caducitate, ad quam speciale mandatum requirebatur factum ab eo, qui declarādi facultatem habebat, si quidem ad petendum iudicialiter, quem inscidisse in commissum de Iure, ac iuxta receptissimas nostrorum

tra-

12 traditionis speciale mandatum † requiritur, vt præter adducta in Causa Collegij Sancti Andreæ aduersus Illustrissimum D. Ioan Baptistam Manentum nunc ex eo dominus Ducalis Magistratus accedat Vinius decis. 534. nu. 27 Hodierna ad Surd decis. 29. num 12. Tomas. de Tut, & curator. tit. 19. sub num. 5. 9. versic. non posse à procuratore fol. 537. & in puncto feudi Præpositura Bursatt. dicto consilio 255. numero 20. Andr. Kohi de seruit. feudalib. part. vlt. num. 93. 94. & 95. Hic autem in Domino Reggiano desideratur istud mandatum, non obstante illa clausula, ac cum facultate declarandi omnes, & quascunque caducitates &c. addita fidei, de qua in currenti processu fol. 3. satis ex eo suadetur, tum quia ad hoc specialiter fuit substitutus à Domino Ponteuico nunc Reuerendissimo Vicario Capitulari similem non habente facultatem, tum quia mandatum istud fieri debuisset immediate ab eodem Excellentissimo Domino cum Authoritate illius Curatoris generalis ad negotia, quatenus illum habuisset, sin minus ad hoc specialiter constituti.

In super præmittendum censui, admisso citra veri præiudicium, quod Domina Flaminia sciuarit feudalitatem possessionis controuersæ atque etiam onus soluendi annuum censum, adhuc in ipsa vti filia, & hærede ad euitandum caducitatem

13 tem præsumeretur ignorantia † pacti caducitatis, in casum non solutionis facti cum defuncto ita fere in puncto censuit Rota in Romana Casalis 19. Martij 1590. Corã Gipsio & apud Martin. Andr. videndum decis. 63. num. 5. 6. & 7. ad de Socin. Iun. consil. 70. num. 4. & 5. lib. 1. Rota decis. 461. num. 8. part. 1. recent. faciunt tradita per Burat. decis. 617. num. 4. Rota in Mantuana feudi 18. Iunij 1641. coram Rola vbi pro regula habetur, quod ignorantia excuset à pœna caducitatis neque scientia præsumpta sufficiat. cuius quidem ignorantiæ probabilitas plurimum ex eo augetur, ac coadiuuatur, quia regulariter, vt superius demonstrauimus, circumscripta peculiari conuentione nunquam incurritur caducitas feudalium ob non solutos census omnique in casu Domina Flaminia partim ex capite mi-

14 noris ætatis, partim ex causa ignorantiæ † dicti pacti, atque ex clausula generali in integrum venit restituenda Socin. Iun. dicto consil. 70 nu. 25. & sub num. 26. versic. sed certe lib. 1. quem sequitur Clar. in § emphyteusis qu. 8. n. 9. Vinius decis. 503. n. 4. 5. & 6.

His ergo sic præmissis cum non constet de legitima caducitatis præcedenti declaratione, ipsa que Domina Flaminia probabilem habuerit ignorantiam pacti caducitatis in euentum non solutionis census, vel censui satisfactione pecc tã oblata à præclarata caducitate redditur tuta vel præueniendo legitimam declarationem caducitatis per oblationem censuum effectualiter

15 † à se in iudicio factam remansit ab omni commisso preseruata nam oblatio censuum, & implementi adimplẽda in iudicio legitime facta, & ab agentibus Præpositurae recusata vim solutionis habuit, & feudum in commissum venire impediuit gloss. & Doctores in l. 2. vbi Ias. nu. 181. C. de Iur. emphyt. & in punctoribus terminis Bursatt. dicto consil. 253. nu. 21 & sub num. 30. Magon decis. florent. 61. nu. 22. & 23. vbi quod mora per depositum sealo post declarationem purgatur. Altograd dicto consil. 24. num. 86. Burat. decis. 819. num. 3. Rosentall. de feud. cap. 6. conclus. 66. glos. fin. Grat. consil. 49. num. 23. lib. 1. & pulchre exornat Capan. de Iure releuij part. 3. qu. 13. num. 24. 25. & 26. vbi dant optimam praxim cum suis cautellis omnium, vt ante litem contestatam, & vt antequam attingatur vassallus ipse petendo Inuestituram offerat fidelitatem, & faciat depositum census subdens tanto fortius istud procedere, si adhuc Dominus non declarasset pœnam esse commissam. Quapropter dato etiam quod declarata caducitas facta in actis à D. Reggiano viribus subsisteret aduersus Domin. Flaminiam adhuc eidem prodesset petitio Inuestituræ cum oblatione fidelitatis, ac deposito cum nondum in iudicium fuisset vocata, hæc autem & eo fortius sibi locum vindicant, quia in materia feudali fictè contumax † non potest feu- 16
do priuari, nisi ter monitus, & interpellatus fuerit, & non comparuerit cap. 1. de milit. vassall. qui conto. et Roland. consil. 47. nume. 6. lib. 1. Thesaur. decis. 127. num. 4. in fin. Peregr. consil. 21. num. 25. lib. 1. late Schtader. de feud. part. 10. seu. 9. num. 40. & seq. Andr. Kohi de seruit. feud. part. vlt. num. 98. Quicquid igitur sit in emphyt. circa purgationem Moræ post declaratam caducitatem, in quo variant doctores potissimum cũ etiam absque citatione † emphyteuta priuetur 17
Gratian. discept. forens. 36. num. 1. & 11. & discept. 378. nu. 3 certe respectu vassalli vltra declaratam caducitatem requiritur ipsius Vasalli peculiaris requisitio, aut cum eo litis cõtestatio, qua non præcedente semper admittitur ad moræ purgationem.

Neque interpellatio huiusmodi pro obtinendo in causa commissi suppleri potuit ex proclamatibus publicatis de anno 1638. quo Domina Flaminia ætatis suæ annum tantummodo vigesimum secundum agebat, tum quia proclamata † non comprehendunt minores in puncto feu- 18
di Præpositura Bursat. dicto consil 255. sub nu. 63 versic. nec dicta proclamata ligare potuisse minores vassallos ignorantes ad aliquem pœnæ incursum sol. ad antiq. constit. Sabaud. glos. 1. sub num. 7. versic. secunda si fuisset pupillus pag. 374. vide Iur. emphyt. &c. Tum quia aduersus dictum proclama veniret restituenda † cum re- 19
stitutio in integrum nunquam à proclamate cẽsetur exclusa, nisi hoc expresse dicatur Rosent. de feud. cap. 6. conclus. 40. sub glos. f. versic. & pro regula Odd. de restit. in integr. quæst. 72 nu. 16. & faciunt tradita per Io. Franc. Andreol. controuers. 56. nu. 32. cessatq. Tum demum quia citationes per edicta, & proclamata generalia, † 20
quæ fieri solent in hac patria per Episcopos, & Dominos feudorum de Iudicandis feudis, ac renouandis Inuestituris cum pœna caducitatis nõ

arctant

arctant vassallos, cum particulariter debeant moneri, ex quo de eorum singulari interesse agitur vt in feudo Præpositura Zabarell. consil. 74.num.3.& 4.& consil.118. num.5. Peregr. dicto consil.21.num.23.lib.11.Bursat.dicto cons. 253.num.60.

Quæ tamen dicta sint ex abondanti nam cũ simus in feudo hæreditario mixto antiquo, & paterno, quatenus esset locus commisso, aut de-
21 uolutioni intelligeretur fauore filiorum ipsius Flaminiæ,non autem in gratiam Domini directi Bursat.consil.91 num.15.Peregr.dicto consil.21. nu.13.& 14.lib.1.cum sexcentis alijs quos leiẽa præterea passim namque in hac patria vbi adest frequentia feudorum vidi in iudicando obseruari. Quod si integerrimo Domino Iudici aliquod adhuc superesset dubium tali in casu pro exclu-
22 sione commissi † veniret iudicandum Ciarlin. controuers.2.num.49.& controuers.109.num.7 Quemadmodum iudicatum extitit,& prius resolutum per Rotam in dicta Mantuana feudi 17. Iunij 1641.coram Roias.

Quare, &c. Saluo, &c.

ARGUMENTUM.

Feudum, quod regulariter ob cessationem in solutione censuum nõ committitur, ob contumaciam, & recusationem vassalli amittitur, teneturque ipse Domino indicare, quibus ex bonis, censum soluat.

SUMMARIUM.

1 *Vassallus non potest expelli per Dominum causa non soluti census, quando sibi prouidit de poena dupli in defectum solutionis. Contra num.3. Contumax in non soluendo censum cadit à feudo num.2. indicare bona, pro quibus soluit censum tenetur num.4. Non soluendo censum filijs, ac descendentibus praiudicat.num.6.*

5 *Vassalli ob negligentiam feudum antiquum reuertitur ad Agnatos non ad dominum.*

Allegatio XXV.

Adsit Deus.

DIcebam in præcedenti Iuris allegatione vassallum ob canonem seu censum vel decimam nõ solutam à feudo non cadere, eoq; magis istud procedere videbatur ob poenam dupli † ex pacto in 1
inuestituris iniunctam, ob quam sane hominis prouisionem sublata legis prouisio condemnans ad commissum, quatenus subesset, censeretur sicuti post Cyriac.& Salic.aduertit Ias.in l.2.nu. 143.C.de Iur.emphyt.Peregr.cons.21.nume.30. lib.1.

In facti tamen contingentia ob contumaciam Vassalli in soluendo census, ac decimas post geminatam interpellationem in causam caducitatem admittendum duxi. Quoniam etiam Vassal-
lus † post requisitionem ad soluendum decimam 2
vel censum si in soluendo contumax existat ab omni Iure feudi cadit cap.1. §. sed nec est alia, quæ fuer.pr.caus.benefic.amitten.Cuman.cons. 164.sub num.2.Siluan.consil.42.num.7.Peregr. consil.5.sub nom.47.versic.nam.text.ille loquitur de interpellato recusante soluere censum, cuius absque dubio maior est contumacia,& infidelitas, quam eius qui negligenter soluere omisit, quod repetit consi.6.sub num.15.lib.1.Bursat.consil.127.sub num.20.

Neque poena caducitatis,ac communi euita-
tur † ex eo quia poena cõuentionalis dupli poe- 3
nam caducitatis legalem cessare faciat, per dominum enim à feudo vassallus expelli potest, quantumuis in casum non solutionis census vel decimę de poena peculiari Dominus præcise sibi cauerit.glos.communiter recepta in l.2.versic. item quid si emphyteuta, & ibi Bart. ad fin. nu. 31.C.de Iur.emphyt:Clar.in §. emphyteusis qu. 8.num.12 Alex.consil.132.num.2.lib.4.Menoc. consil 372.num.33.cum adductis per Gratian. discept.forens.376.num.8.& 9.ex quibus infertur non obesse doctrinam Peregrin. in allegato consil.21.num.30.lib.1.doctoresque per eum adductos pro nostra potius quam opinione ipsius stare.

Quantum vero ad prætensam indicationem bonorum pro quibus decima,& census soluebatur,in qua plurimum vassallus contra Dominum agentem ad commissum insistebat, huiusmodi instantiam pro Domino aduersus vassallum retorqueri replicabatur,Quippe quoniam cum inter partes non controuerteretur existentia bonorum decimalium, ac censui inppositorum fũ-
data

Digitized by Google

data exinde dicebatur intentio Domini, adeout
4 dum per vassallum † non indicebatur, pro quibus solueret, omnia interim per eum possessa censui subiecta, ac decimalia præsumerentur. Afflict. in c.1.§. illud quod sub num.22. de prohib. feud. alien. & ibi per Feder. Socin. sen. consf. 167. num.3. in fin. lib.2. Roin. consil. 50. nu. 19. & 17. lib.1. Bim. consil. 90. num.1. & seq. cum pluribus à me recensitis allegat. 20. hoc volum. & in terminis Thesaur. quæst. forens. 9. in fin. lib.1.

Neque caducitas ex eo euitari fauore Domini poterat, ex quo versaremur in feudo antiquo,
5 † ecque propter omni in casu ad agnatos, seu filios ipsius Vassalli non autem ad Dominum reuerterentur ex Peregr. post alios consil. 29. nu 8. lib.1. & pluries dixi. Nam cum cessatio, & contumacia in solutione censuum causa feudi debitorum pariat delictum ob inobseruantiam cō-
6 uentionis, † & pacti expresse in Inuestitura inserti circa ipsum feudi contractum Ideo hac de causa feudum non ad agnatos, & descendentes, sed ad dominum deuoluitur iuxta distinctionem communiter receptam Bart. in l.3. nume. 3. ff. de interd. & relegat. Ruin. consil. 117. num. 8. lib.1. Gabr. consil. 73. num. 3. & seq. lib.2. Peregr. consf. 29. num. 9. ac per totum lib.1. vbi pro deuolutione in gratiam Domini iudicatum attestatur Rota in far. feu. Bonorum. 19. Iunij 1647. coram Rojas. & ita iudicatum.

ARGVMENTVM.

Licentia post mortem vassalli qui feudum obligauerat cum clausula ab habito, & non aliter, nec alio modo obtineri nequit in præiudicium Agnatorum in feudo succedentium.

SVMMARIVM.

1 *Licentia obligationis feudalium potest peti post mortem vassalli ad præiudicium Agnatorum. Contra num.2. Alienandi feudum non extenditur, vt res vendita pro pretio remaneat obligata nu. 17. neque, vt pactum reseruationis dominij subsistat nu. 28. quamuis alij contra num. 29.*

3 *Clausula ab habito assensu, & non aliter, nec alio modo operatur ne post mortem vassalli ad præiudicium agnatorum possit obtineri assensus. Operatur, vt assensus alias non necessarius omnino requiratur num.4. Consensum ab actu adimit num.5.*

6 *Pacta qualibet in feudis sunt seruanda amplia vt num.7.*

8 *Feudum sine assensu Domini obligari nequit.*

9 *Dictio, prius, ordinem importat.*

10 *Mandatum procura mandantis morte expirat. Declara vt num.11. & num.12. Alias duraturum post mortem per obitū extinguitur si inter defunctum, & hæredem status mutatio contingat nu.13. Limita in mandato ad lites, ac re non integra num.14.*

15 *Hæredum appellatione non veniunt hæredes hæredum quando versemur in materia ad hæredes non transmissibili.*

16 *Dictiones, vtriusque eorum, inuunt dispositionem intelligi de immediatis hæredibus*

17 *Conditio consistens in faciendo habetur pro renocata, quando intercessit tempus adimplendi, nec fuit impleta.*

18 *Emens ex aliena pecunia nomine Domini, nō sibi, sed Domino pecunia acquirit.*

19 *Empta res de pecunia alterius non remanet hypothecata nisi expresse cautatur, quod remaneant obligata fauore dantis pecuniam.*

20 *Hypotheca super re aliena non subsistit.*

21 *Minor restituitur aduersus ommissum inuentarium in eadem hæreditate.*

22 *Minoris heres in integrum restituitur.*

23 *Inuentarium non prodest filio in feudo mixto, qui ex fructibus tenetur creditoribus patris.*

24 *Dominij reseruatio super re vendita importat specialem hypothecam cum prælatione Amplia vt num.25. operatur secundum aliquos quod venditori non solum vendicatio competat num.26.*

Allegatio XXVI.

Adsit Deus.

DVobus potissimū ex fundamentis res per Senatum Excellentissimum iudicatæ aduersus pupillos de Caniatis reformandæ veniunt ad effectum primo ne pro debitis, aut in feudalibus, & emphyteuticis grauari possint. Deinde vt creditum aui &c. ad eos spectans consequi valeant præuia tamen restitutione in integrum pro separandis hæreditatibus in confuso aditis.

Facta

Facta feudalium, & emphyteuticorum a vasfallo erga eius creditores obligatione eo etiam mortuo nõ ambigitur, quin Domini assensus etiam in præiuditium succedentia in feudo obligationem contractam adeo conualidet, vt retrotrahatur n on secus, ac si ab initio licentia hypotechandi interuenisset, istud autem in feudis Mantuæ procedit, quia non tam consuetudo ea alienandi, quam etiam statutaria dispositio, iuxta quam feuda, & emphyteutica in obligationẽ cadunt, dummodo assensus Domini accedat; vi-
1 gent. Quibus sane concurrentibus licentia † obligandi feudum etiam post mortem vassalli debitoris obtineri potest, & obtẽta retrotrahitur, atque agnatis in feudo succedentibus præiudicant Bero. consi., 3. per totum lib. 1. Rolãd. consi. 97. per totum lib. 1. & latius examin. Manent. de contract. liuellar. quæst. 18. à nume. 80. neque regulariter loquendo ab hac opinione esset recedendum quicquid in oppositum scripserint Bardell. consi. 100. per totum & Surd. decis. 189. nu. 19. vsque ad 23. si quidem Bardellon. reprobatur, & Surd. declaratur nouissime per Senatum in prima decisione edita in causa Gonzaga à Valle.

Adhuc tamen nõ obstante prædicta decisione senatus valde dubitauit de subsistẽtia huiusmodi opinionis, sicque circa prælationem creditorum in feudalibus, atque emphyteuticis obseruatum extitit, vt nimirum is ex creditoribus præferatur, qui prius assensũ obtinuit tum & si posterior in contrahendo hypotecam reperiatur ac consequenter neque ad præiud ciũ Iu-
2 ris quesiti † per succedentem in feudo post obitum debitoris valide impetrari assensum Burs. consi. 44. n. 9. & in fin. vbi ita bis iudicatũ refert. & consi 45. n. 19 Manent. sibi contrarios par. 14 n. 4. Cyriac. controu. 119. n. 10. vbi testatur se ita obtenuisse & controuers. 328. num. 2. & 3. & in fin. vbi id in consuetudinem indoctũ asserit iuxtaque per eum scripta in iuditio reuisionis declaratum Gratian. discep. 730. n. 13. cum adductis per Merlin. de pignor. & hypoth. lib. 2. quest. 11. num. 66. vbi binas decisiones indicat inferius impressas.

Cæterũ quicquid sit de prædictis opinionibus cum ad præsentem controuersiam, & speculationem non attineant inspecto obligationis feudalium, atque emphyteuticorum tenore in his verbis concepto, & sub obligatione omnium, & singulorum dictorum de Caniatis bonorum præsentium, & futurorum, etiam feudalium, & emphyteuticorum obligatione ab habitis tam prius, & obtentis licentijs à Dominis directorum præsentem faciendi contractum, & eorum Iuribus semper saluis, & non
3 aliter, nec alio modo †. &c. dubio procul omnino firmandum venit ad inducendum feudalium hypothecam subsistentem non tempus contractæ obligationis sub conditione, sed accepti assensus in purificationem conditionis attendi debere, vt optime ad rẽ declarat Manent. de contract. liuellar. dicta qu. 18. nu. 13. & 23. & 126. Inconcussabili id comprobatur ratione, quia clausula & non aliter † &c. efficit hypothecam 4
conditionalem, adeo vt pro contracta non habeatur, quãuis alias ex natura rei licentia non requireretur, tuncque pro validitate actua assensus Domini prius impetrari, ac obtineri debet etiam si alioquin non reputaretur necessarius dixi, aliosque congessi allegat. 5 num. 10. fol. 79. ibique Rota num. 13. fol. 87. lib. 5. quę decisio nunc est apud Buratt. decis. 374. ibique plures adnotant. ferentill. Barbos. de. claus. 81. num. 16. cuius sane rationis fundamentum in eo consistit quia neutra partium intellexit obligare feudalia aliter, quam sub illa conditione, seu forma reseruationis assensus mentem aperiendo per illam clausulam nec aliter, nec alio modo † ge- 5
minatam, & consensus abdicatiuam vt animaduertunt præciati Doctores apud Buratt. dicta decis. 374. & Barbosa dicta claus. 81. num. 5 vbi quod dicta clausula consensum adimat ab actu. Cenc. de cens. quæst. 22. sub nu. 8. versic. verum si & post tract. decis. 345. num 3. & sequent.

Quoniam vero, vt diligenter intuenti obuiũ fiet, fere semper feudalium obligationes cum prædicta reseruatione conditione resolutiua cõcipiuntur. Inde propterea fit, quod omnia indagatio abscindendo à circumstantijs fact: inan s, ac superuacanea reddatur, eoque magis, quia quicquid consuetudine circa feudales hypothecas appareat introductum, aut in eadem materia dictauerit statutum, vt plurimum in concessionibus feudalium præcise ac peculiariter conuenitur ne vassallus de feudo contractum vel distractum facere valeat, nisi prius Domini, à quo feudum recognoscit, assensum reportauerit. Huiusmodi autem conuentiones, & pacta † inspici 6
pro decisione causarum debent, tam, & si naturę feudorum repugnarent. dixi allegat. 10. num 79. fol. 157. lib. 1. Giurb. de success feud § 1. glo. 10 n. 8. Vrsin. in simil. tract. part. 2. quæst. 2. art. 2. num 8. prope fin. vbi post Bald. inquit, quod pactum trahit feudum extra naturales terminos suos ad terminos pacti. Eoque magis pactum in præsentiarum operari debet † ex quo nos ad ius com- 7
munc feudorũ reducit. vt inqu t Giurb. de success. feud. § 1. glos. 10. n. 8. Iure autem communi feudorum inspecto non ãbigitur, quin sécluso Domini assensu † omnes feudalium hypo- 8
thecæ inanis, atque irrita censeatur, & admittunt Manent. de contract. liuel. dicta quest. 18 num. 91. versic. & quia Bardellon consi. 14. num. 25. & eq. Merlin. de pignor. & hypoth. lib. 2. quest. 11. num 1. cum alijs qui adduci possent. Quibus in comprobationem accedit quod in prædicta assensus reseruatione opposita fuit dictio prius † 9
quæ id vnum importat, vt ita obligatio feudalium contracta censeatur, si assensus Domini precesserit ad tradita per Beumt. decis. 77. num. 11. quod in offenso transit. pede propter reduplicatiuam resultantem ea dicta clausula ab habitis & obtentis, ex qua extra contrahentium, seu obligantium mens detegitur, quod nõ nisi post habitas, ac effectualiter obtentas licentias feudalia

dalia hypothecare noluerint. Vix igitur euenite
voquam poterit occasio disputandi de præmissis
8 iuxta consuetudines in patria obseruatas, aut
dispositionem statuti Mantuæ, stantibus pactis
iu concessionibus feudorum insertis, ac strictis
conuentionibus de non obligandis feudalibus,
nisi prius Dominorum assensus accedat in con-
tractibus per vassallos adiectis.
Prædictis neque constitutio procuratoria cũ
irreuocabilitate, itant mandatum neque manda-
tarij morte extinguatur, sed ad vtriusque hære-
des transeat ad obtinendum à Dominis assensũ
9 quicquam releuat. Quamuis mandatum huius-
10 modi, † quod alias morte expiraret l. inter cau-
sas 26. ff mandat. §. recte & § si adhuc instit. cod.
Mantic. de tacit. & ambig lib. 7. tit. 23. num. 1. &
seq. Gratian. discept forens. 812. num. 10. Leon-
cill. decis. ferrar. 120. num. 1. & 2. vbi quod Man-
datum etiam per mortem ciuilem vt pnia ban-
11 num expiret. etiam post obitum † vtriusque lo-
cum habeat Bart. in l. 2. §. si quia donaturus nu. 1.
ff de donat. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 7. tit.
23. num. 52. Gratian. dicta discep. forens. 812. n.
8. & 9. Attamen predicta conclusio non applica-
tur ea quo versamur in actu suapte natura non
exequibili post obligantium mortem, manda-
tum autem ita demum ad hæredes transmittitur
nec morte vtriusque mandantis scilicet, ac man-
12 datarij non euanescit si materia † sit cõueniẽs,
& apta transire ad hæredes vt innuit Alex. in l. 3
§. si ego num. 8. in fin. ff. de oper. nou. enunciat.
Seraph. decis. 541. num. 4. & 5. & stante nullita-
te, seu non subsistentia obligationis ab initio ex
defectu volũtatis collat. in tempus assensus om-
nino impetrandi, implicabat mandatũ post mor-
tem sustineri; eoque maximè quia in facti specie
de personis mandatarij, ac mandantis ad perso-
13 nas hæredum contingit status mutatio † cum v-
trinque pupilli superextiterint, quo casu man-
datum alias duraturum post mortem per obi-
tum extinguitur Socin. sen. consil. 22. num. 12 &
23. lib. 1. Leoncill. discept. ferrari. 121. numero. 5.
14 Quicquid sit in mandato ad lites, † & re non in-
tegra, nam tunc post obitum mandantis perse-
uerat, tam & si heredes pupillos relinquerit ad
tex. in l. si quia mancipija 17. §. si impubes ff. de
instit. act. Leoncill. dicta decis. 121, num. 5. Burs.
decis. 440. sub num. 12. Præter quam quod ex quo
mandatum regulariter ad hæredes non transmit
titur sequitur propterea, quod hæredum appel-
15 latione † non veniant litigantes tanquam non
immediati, sed mediati hæredes l. antiquitas 14.
C. de vsufruct. Barbos. de appell. it. verbor. 113.
num. 34. Nostra autem hæc interpretatio in fa-
cti specie in concussa redditur, quippe quoniam
cõtrahentes mandatum procuręin hæredes sim-
pliciter non direxerunt, sed cum dictionibus re-
16 strictiuis vtriusque eorum † coarctarunt, dictio-
nes vero huiusmodi, & potissimum illa eorum,
operatur, ne hęredes hæredum in constitutione
procuratorem comprehendantur Menoch. cons.
1005. num. 7. Barbos. de dict. 113. num. 4. Altogr.
consil. 60. num. 40. Buccafer. consil. 14. nume. 18.
Quibus sic ic habentibus negari vtique non po-
test, quin ex pluribus res desijerit esse integra, ac
consequenter non amplius locus sit impetratio-
ni assensus, accedente etiam lapsu tam longi tẽ-
poris, intra quod Domina Paudalea, atque etiam
post litem diu contestatam assensum impetrare
neglexit conditio † autem vbi consistit in faciu- 17
do censetur statim reuocata per dantem faculta-
tem impetrandi, seu per venditorem seu empto-
rem, & obligantem, quando tantum tempus
præterijt in quo venditor, seu emptor potuit fa-
ctum expedire, & non expediuit Cæphal. cons.
218 num. 15. & seq. Surd. consil. 372. nume. 5. &
consil. 437. num. 35. Bursatt. consil. 45. num. 15.
Bardellon. consil. 100. num. 21.
Capio nunc alteram partem excitatæ dubie-
tatis, & suppono pro constanti ratam prædij à
Domina Pendalea empti per Caniatum nomine
iuxta, quantum scilicet capiunt scuta septin-
genta septuaginta quinque, & libræ duæ; vxori,
cuius nomine acquisita extitit, deberi; siquidem
emens † ea aliena pecunia nomine illius ad quẽ 18
pecunia spectat, non sibi, sed Domino pecuniæ
acquirit l. 3 § si ab ignoto ff. de manumis. Caual.
decis. 221. n. 3 Mart. vot. 127. per totum Cenc. de
cens. deci. 166. per totam Tomas. de tutor. & cu-
rator tit. 18. num. 49. & faciunt tradita per Io:
Francis. Andr. controuers. 182. num. 2. Pacific. de
Saluian. in spect. 3. cap. 2. num. 625.
Neque resisteret si opponeretur in eodem In-
strumento conuentum videri de simplici hypo-
theca in portione prædicta reseruata ibi, In qui-
bus scutis bis mille decem adsunt per quæ ac-
quiritur solummodo hypotheca † cum priuile- 19
gio prælationis ad textum in l. licet 7. C. qui
pot. in pign. habeant. Gratian. discept. 670. num.
2. & seq. Buratt. decis. 62. num. 4. & in annot. nu.
9. cum adductis per Merlin. de pignor. & hypo-
thec. lib. 3. quæst. 23. num. 3. iuncto num. 7. ver-
sic. & in terminis. Quando quidem dispositio
istius versic. respicit cautionem eorum, qui sol-
uerunt pecunias, non autem concernit interesse
ipsius Emiliæ vxoris, ad quam pecunię specta-
bant, ideoque eius nomine proportionabiliter
emptio successit, vt habetur in eodem instru-
mento, ibi, nomineque, & vice Dominæ Emi-
liæ eius vxoris, quantum sit tantum pro summa
scutorum 775. & lib. 2. sicque concluditur quod
illam portionem Dominæ Pendaleæ nullum
Ius, nullamque lis poterunt † competere, que 20
in re aliena non subsistit quoad præiuditium
Domini, eiusque successorum Pacific. de Saluia.
in spect. 3. cap. 2. num. 394. Merlin. de pignor.
& hypoth. lib. 2. quæst. 2. num. 2. Inde propterea
fit quod Dominæ Pandaleę ad bona feudalia,
neque ad emphyteutica, neque ad auiam spe-
ctantia detur regressus.
Ne autem per aditionem hæreditatis aui, &
patris in consulto factam indocta censeatur cõ-
fusio, ea propter aduersus ommissionem † in- 21
uentarij tam ea persona propria, quam eorum
patris veniunt restituendi ad effectum conficiẽ-
di Inuentarium, ac separandi hæreditatem auiæ

paternæ à cæteris hæreditatibus, eamque immunem prorsus à debitis consequendi. Bart. in l. sic. Prætor 7. ff. de minor. glos. & Bart. in §. pupillis in auth. de hæred. & falcid. Odd. de rest. in integr. quæst. 89. sub num. 51. versic. sed contra est veritas, Gratian. discept. forens. 636. num. 5. Cyriac. controuers. 294. num. 1. Io. Franc. Andr. controuers. 101. sub num. 2. versic. nam si minor. Cancer. resolut. 178. num. 5. ac per totum lib. 1. Hodiern. ad Surd. decis. 216. num. 1. Ex persona autem eorum patris restitutio ipsis debetur ea ratione, quia cum adhuc minor decesserit, eique restitutionis beneficium competeret, illud quo
22 que in nostros † principales eius filios & hæredes transmisit l. non solum 6. ff. de rest. in integr. cum iuribus cumulatis per Sforz. Odd. de restit. in integr. quæst. 30. sub num. 3. versic. sed contra.

Nec opus esse existimauimus ingredi quæstionem illam, an ex quo versamur in nepoti
23 bus ex filio, & in feudalibus, ac emphyteuticis mixtis solum ad debita paterna, & auita ex fructibus seu commoditate dictorum bonorum erga creditores tenerentur ex traditis per Cyriac. controuers. 6. num. 8. & Mament. de contract. liuellar. quæst. 18. num. 125. nam quicquid sit de huiusmodi opinione de qua latius allegatione 2 a. lib. 1. pro nunc sufficit, quod deducto ne egeant nostri principales nihil ex fructibus, aut commoditate eorum superfit, quin potius neq; onus alendi ipsos æquent, sicque cessat omnis amaritudo.

Minusue resistit reseruatio, Dominij super parte non soluta, donec, & vsquequo de precio integraliter tam pro capitali, quam pro liuellis fuerit satisfactus ab eodem venditore in actu venditionis facta. Quæ quidem Dominij reser
24 uatio † specialem cum prælatione quibuscumque importat hypothecam l. licet 7. C. qui poc. in pignor. habeant. Gratian. discept. forens. 175. num. 12. discept. 525. Io. Franc. Andr. col. contro. 289. num. 4. & 8. Merlin. de pignor. & hypoth. lib. 4. quæst. 41. nu. 61. cum sequentibus. Hodier. ad Surd. decis. 157. num. 14. Rota decis. 135. num 25. part. 6. recent. vbi quod reseruatio dominij concurrentibus clausulis arguentibus illius translationem in emptorem non possit se referre ad impediendam translationem, sed ad cautelam pro hypotheca censeatur apposita; istud autem in punctualium indubitatum redditur, postquam venditor, seu illius hæres non rei vin
25 dicationem † ob non solutionem pretij proposuit, sed ad residuum debiti egit Altograd. cons. 9. num. 64. & 65. quo stante ex facti circumstantijs impugnata non eundis aliorum opinio sustinentium dictam reseruationem dominij il
26 lius translationem adeo impedire † ut non soluto precio venditori rei vendicatio competat ad text. in l. 1. ff. de leg. commiss. Marc. consil. 166. num. 12 & 13. & num. 43 Gratia. decis. March. 13. num. 5. Cyriac. controuers. 164. per totam & latius controuers. 452. num 40. & seq. Altogr. consil. 9. per totum.

Cæterum quicquid pro nunc sit in prædictis opinionibus, illud vtique in dubitatum apud feudistas extitit, quod licentia alienandi † feu 27
dum non extenditur, vt res vendita remaneat obligata pro precio, nisi super hoc quoque specifice præstetur Pinell. in l. 1. sub num. 52. versic. infertur decimo septimo C. de bon. Mater Surd. decis. 182. num. 4. & decis. 220. sub num. 2. versic. tertio videtur, quæ est reperita in decis. 344. Cyriac. controuers. 189. num. 6 Maurit. Apicell. allegat. 14. num. 25. Io. Baptista Biloct. consil. 100 num. 8. Bardellon. consil. 35. num. 12. sicuti neque reseruatio dominij suffragatur † quippe 18
quoniam neque absque assensu super inde peculiariter expresso sustinetur Franc. decis. 540. per totam Maurit. Apicell. dicta allegat. 4. nu. 24. Quicquid in oppositum defendere † contē 29
dant Surd. decis. 220. duplicata deci. 344. & Bardellon. consil. 23. num. 15 Cyriac. dicta controu. 289. num. 57. contrarium siquidem reprobato Surd. ad dictam decis. 344. sub nume. 2. & seqq. amplectitur Hodiern. Quænam vero ex prædictis opinionibus præponderet inuestigare non expedit cum Domina Pandalea hypothecam nō rei vendicationem deduxerit.

Quare Saluo, &c.

ARGVMENTVM.

Quando legitimati, & Naturales succedant in feudis, ac alijs bonis immediate, vel mediate ab ecclesia recognitis latè discutitur, & num liceat tertio opponere defectum assensus Domini circa dispositiones bonorum feudalium & num hæres etiam quoad feudalia, vel quomodolibet obnoxia, sibique debita teneantur seruare factum defuncti, & cessionarius siuè authoris.

SVMMARIVM.

1 *NAturales filij non succedunt in feudis Quod extenditur etiam ad legitimatos nu. 2. Etiam si legitimati expresse fuerint ad feuda secundum aliquos nu. 3. maxime in feudis ecclesiasticis num. 4. Declara quoad successionem, non autem quoad acquisitionem ab initio n. 5. Et de ratione num. 6. fallit consentientibus illis, de quorum præiudicio agitur num. 17.*

7 *Legitimatus simpliciter à Papa non intelligitur vocatus ad feuda ecclesiæ Intellige vt num. 8. & 9.*

10 *Ille-*

10 *Illegitimitatis macula tollitur ab habente facultatem legitimandi.*

11 *Legitimatus ad beneficia non censetur legitimatus ad feuda ecclesiæ.*

12 *Naturales, & legitimati arcentur à successione cuiuscumque rei ab ecclesia quomodolibet concessæ fallit in legitimatis per subsequens matrimonium num. 14. & in bonis transitorijs ad extraneos n. 16. & in locatione perpetua num. 19.*

13 *Legitimati ex illegitimis succedunt ad bona ecclesiæ.*

15 *Naturales ex ordinibus Mantuæ excluduntur à feudalibus.*

18 *Constitutio Pij Quinti contra naturales legitimatos non obseruatur Mantuæ secundum aliquos.*

20 *Bona ecclesiæ concessa laico, & ab eo alijs secularibus penes istos iudicantur sicut cætera laicalia.*

21 *Bimius cons. 100. declaratur.*

22 *Illatio non fit ex diuersis.*

23 *Hæres non impugnat factum defuncti in feudis ad extraneos transitorijs Heredis hæres est hæres testatoris num. 24.*

25 *Dominus solus feudi incapacitatem opponit.*

26 *Emphyteusis, & alia bona ecclesiastica non transeunt ad extraneos, quando ecclesia non vult, quod transeant.*

27 *Approbatio heredis ei nocet respectu personarum incapacium Amplia vt nu. 28. & nu. 29.*

30 *Ecclesiæ bona non transeunt in manum mortuam.*

31 *Iudeus nil Iudæ nil Catilina Cethego.*

32 *Hæres impugnat factum defuncti inualidum cum beneficio Inuentarij non reuocat feudum etiam nulliter alienatum numero 33.*

Allegatio XXVII.

Adsit Deus.

1 OMni scrupulo vacuum est, † quod filij naturales in feudis non succedant c. 1. § naturales vbi feudistæ si de feud. definit. controuers. fuer. int. Dom. & agnat. Rosental de feud. cap. 7. conclus. 19. num. 1. cum infinitis de quibus in glos. Thesaur. quæ forens. 5. numer. 5. lib. 3. faciunt notata in simili de emphyteusi per Ciarlin. controuers. 6. nu. 13. Rot. in Aquin. emphyteusis 27. Martij 1628. coram Vitili num. 3. Giurb. de success. feud. § 1. glos. 9 n. 5. & sequent. Io Bapt. Bil. conclus. feudal. 79. num. 1. Schoner. de feudal. lib. 1. disput. 2. Thes. 68. Gudelin. de Iure feud. cap. 5. num. 3. Giurb. de success. feud § 1. glos. 9. nume. 5. & seq.

Quæ conclusio qualiter procedat in legitimatis inuestigandum se se offert pro resolutione motiui in causa Domini Ioannis Mirandulæ editi. Qui cum titulo emptionis acquisiuerit quædam bona obnoxia curiæ Sermedi in feudum vt supponitur ab Episcopo Mantuæ recognitum spectantia vigore paterni legati Anselmo de Adamis naturali filio, sed legitimato Domini Antonij legantis, nunc molestia afficitur a Domino Bardino suffecto in locum ipsius Domini, & cessionario Iurium omnium eiusdemmet Curiæ in eo, quod tanquam habens causam ab incapaci dictis bonis veniat priuandus circa quem articulum obtinuit sententiam ab Illustrissimo Commissario declaratoriam incapacitatis ipsius Domini Anselmi tanquam legitimati quoad feudalia & emphyteutica mediate vel immediate ab ecclesia recognita, irritamque pronunciantem alienationē per ipsum de dictis terris factam Domino Mirandulæ condemnato pariter eodem contextu ad relaxandam dicto Domino Bardino interuenienti vti curiæ cessionario possessionem dictorum bonorum reseruata demum facultatem per eundem D. Iudicem terminandi super fructibus, & expensis. A qua quidem sententia reclamauit, & nunc pendet causa in secunda instantia coram Reuerendissimo Domino meo Vicario Generali in feudalibus Curiæ Episcopalis appellationum Iudice ordinario, à quo aduersus dictum de Mirandula ex persona illegitima nata eius authore dubitatur per ea, quæ ad exclusionem admissionis naturalium etiam legitimatorum † bonorum feudalium, & emphyteuticorum ecclesiæ in simili tradidit Rot. deci. 100 num. 1. part. 5. recent. Marcus Antonin. var. resolut. 98. num. 2. lib. 1. quæ conclusio procedit non tam Iure communi inspecto, & in laicalibus vt expresse disponitur in dicto cap. 1. § naturales vbi glos. & omnes si de feud. defunct. fuer. controu. inter Dom. & Agnat. Rosental. de feud. dicta conclus. 19. num. 3. & in glos. F. vbi infinitos propè recenset quibus accesserunt cumulati Giurb. de success. feud. § 1 glos. 9. nu. 16. late Gudelin. de Iur. feud. dicto cap. 5. nu. 3. & seq Schoner de feud. lib. 1. disput. 6. Thes. 43. Iacob. Gall. consil. 30. num. 44. Beretta consil. 10. num. 1. Ciouagn. consil. 16. num. 100. lib. 2. Trenther. consil. 115. num. 14. & num. 59. Cancer. var. resolut. ca. 3. num. 33. versic. hocque intellige part. 1. Vrsin. de success. feud. part. 1. quæst. 3. art. 1. num. 3. Qui omnes cum relatis ab eis vno ore fatentur legitimatos per rescriptum principis à feudalium successione arceri in tantum, quod in controuersiam reuocant, si naturales expresse † legitimentur, vt in feudum succedant iure ne id fiat absque consensu Domini, vt iuxta casuum contingentiam cum nunc istud inuestigari non sit

instituti nostri, videri poterit penes Rosental
de feud. dicta conclus. 19. à num. 7. ad 35. cap. 7
Cancer var. resolut. cap. 5. num. 34. part. 1. Fach.
controuers. Iur. lib. 7. cap. 49. Bimius consil. 100.
num 6. Cratlin. dicta controuers. 6. atque innu-
merabiles alios ab eis congestis, & penes Giuib
de success. feud. dicto § 1. glos. 9. num. 16. in fin.
& Io. Bapt. Bilocc. dicta conclus. 79. numer. 2. &
seq. Schonet. de feud. lib. 1. disput. 6. Thes. 44.
Larath. de feud. part. 9. dilucidat. 19. per totam.

Sed etiam & multo magis ecclesiasticis, tum
feudalibus, tum emphyteuticis, in quibus præ-
supponitur nos versari, sic dictantibus consti-
4 tutione Pij Quinti † cōtra illegitimos quæ est
117. in nou. bull. prohibente ne successionis feu-
dorum, & emphyteusis fiant capaces illi qui nō
sunt per habilitationes ex Iure speciali proue-
nientes, de qua sane legitimatorum exclusione
inducta per Pianam constitutionem vltra Ro-
tam in citata decis. 100. num. 4. cum seqq. part. 5
recent., & cumolatos à nobis allegat. 1. numer.
86. fol 29. & allegat. 23. num. 28. fol. 423. lib. 1.
tradiderunt Gratian. discept. 477. nume. 7. Cratt-
lin. dicta controuers. 6. num. 25. & seq. Genuens.
in prax. eccles. tricen. 1. quæst. 22. & quæst. 42.
vbi explicat in dicta Bulla mentem Pontificis
fuisse tantam auferre quæcunque priuilegia li-
centias dispositiones, & indulta faciendi testa-
menta, donationis, legata, & quascunque alias
dispositiones de dictis bonis in quoscunque il-
legitimos siue suos, siue extraneos etiam legiti-
matus, eosque hæredes instituendi, seu quod ab
intestato succedant, & sic dicta Bulla respicit
annullationem priuilegiorum, habilitationum,
& capacitatum succedendi in bonis, & rebus
feudalibus, non tamen reddendi incapaces ille-
5 gitimos acquisitionis † ab initio, quam explica-
tionem amplectuntur Rota dicta decis. 100. nu.
4. & decis. 319. num. 26. part. 5. recent. Gratian.,
dicta discept. 218. num. 49. Genuens. in prax. V-
icenar. quæst. 59. Cratlin. dicta controuers. 6. n.
31. ac verisimilitudine propter dignitatem Præ-
lati, & pudicitiam Ecclesiæ, quæ in concessio-
6 ne bonorum † non censetur vnquam cogitasse
de illis personis, quæ sine peccato generari nō
possunt ex cumulatis per nos dicta allegat. 23.
num. 27 fol. 433. quibus addo Gratian. dicta di-
scept. 228. num. 35. Adeoque legitimati, seu na-
turales amouentur à feudis Ecclesiæ. alijsque
concessionibus ab ecclesia dimanantibus, vt
7 simpliciter à Papa legitimatus † ad feuda non
intelligatur vocatus ad recognita ab ecclesia,
Gratian. dicta discept. 218. numer. 38. & 44. &
discept. 477. nu. 2. Borella de Reg. Catho. præst.
cap. 35. num. 21. Bimius consil. 100. num. 18 & 19
Genuens. in prax. eccles. Tricen. 1. quæst. 22. vers
notandum etiam quod legitimatus simpliciter
à Sum. Pont. non censetur legitimatus ad feuda
ecclesiastica quod repetit, quæst. 53. vtrobique
limitans, quando in simplici legitimatione Pō-
8 tificis ad feuda esset derogatum † constitutioni
Pij Quinti, quod pariter videtur de mente Rotæ
dicta decis. 100. num. 4. part. 5. recent. nisi forsan

verba legitimationis adeo ampla † essent vt ex 9
sui generalitate comprehenderēt etiam huius-
modi feuda ecclesiæ, Quæ conclusio promiscue
sibi locum vindicat tam in pheudo quam in em
phyteusi ecclesiæ, in quibus ita demum succe-
dunt legitimati, si legitimatio processerit ab
habente potestatem etiam quoad ecclesiastica,
& expresse legitimans dispensationem extende-
rit ad bona ecclesiæ. Tunc enim cessat ratio ex-
clusionis per remotionem obstaculi à prædicta
constitutione Pontificia inducti, & quia amplius
non est contra verisimilem mentem Ecclesiæ
matris pudicitiæ cum hæc masculo † tollatur ab
habente facultatem legitimandi Beroio cap in
præsentia num. 337. de probat. Seraph. decis. 45
num. 2. quæ est decis. 151. part. 1. diuers. Gratian.
discept. 218. sub num. 42. versic. neque enim &
discept. 477. num. 4. Aduertendum tamen duxi
quod legitimatus ad beneficia † non censetur 11
legitimatus ad feuda ecclesiæ felin. & alij in c.
postulasti de rescript. & in cap. de fil. præsbit.
6. Viuian. in prax. Iuris par. 2. cap. 5. num. 32. Ge-
nuens. in prax Eccles. Tricen. 1. quæst. 34. per
totum vbi reprobat contrarium sentientes.

Hactenus dicta de illegitimis, atque legiti-
mis, atque legitimatis procedunt vbicunque
militat ratio illa nobilitatis, & pudicitiæ eccle-
siæ Quamobrem sibi quoque locum vindicant
in qualibet concessione † bonorum Ecclesiæ, & 12
propterea quod à locatione Ecclesiastica in per-
petuum illegitimi censeantur exclusi in Rota
resolutum testantur Mantic. de tacit. & ambig.
lib. 21. tit. 10. num. 5. Gratian. dicta discept. 218.
num. 4. Genuens. in prax. eccles. Tricen. 1. quæst.
34 num. 8. Cratlin. dicta controuers. 6 num. 32.
Rot. decis. 359 num. 29. part 3. recent. cum non
maior ratio cur incapaces reddantur feudis &
emphyteusis non autem locationis perpetuæ
crederem tamen quod legitimi † ex illegitimis 13
succederent in feudis & alijs concessionibus ec-
clesiasticis, quemadmodum succedant ad Iura
patronatus ex traditis per Viuian. in prax. Iur.
patr. lib. 4. cap. 2. num. 70. quicquid in contrariu
dixerint Ruin. consil. 158. num. 7. lib. 1. Gabr de
hæred. instituen. conclus. 3. nume. 17. Mantic. de
tacit. & ambig. lib. 22 tit. 10. num. 6. Gratia. di-
cta discept. 213. num. 48. Genuen. in prax. eccles.
Tricen. 1. quæst. 74 num. 9. sed circa huiusmodi
articulum in facti contingentia altius esset per
quirendum quamobrem cum non sit huius in-
spectionis nil certi pro nunc firmo.

Recipiunt tamen superius dicta limitatio-
nem in legitimatis per subsequens matrimoniū
† quibus bona huiusmodi à quocunq; recogno- 14
scentur indifferenter deferuntur non secus ac si
originaliter ex legitimo concubitu descendis-
sent, quæ assertio, licet non careat contradi-
ctionibus, verissime tamen, & communiter rece-
pta hodie ab omnibus fere amplectitur, nisi for-
san ex ordine concessionis, statuto vel consue-
tudine aliter cautum quoad legitimatos precise
reperiretur latissime Rosent. de feud. cap. 7. con-
clus. 18. per totam cum sexcentis in annotatio-
nibus

nibus congestis quibus addi possent infiniti propemodum opinionem hanc sequentes inter quos Genuens. in prax. Eccles. Tractat.1. quæst. 27.declarans, quod legitimatus per subsequens matrimonium post prolem legitime susceptam non succedat in feudo, stante statuto, vel consuetudine primogenito ad feudum admittente quam declarationem pluribus comprobat Rosental.de feud.cap.7.conclus. 28.numer.9.& in glos. M. Fachin.controuers.Iur.lib.7.cap.54.extendens etiam si feudum sit concessum filijs ex legitimo matrimonio natis, quam extensionem pluribus exornat Rosental de feud.cap.7. dicta conclus.28.num.4.& seq. quam tamen restringit num.11.Treutler.dicto consil.115.num.12. & 13. Giurgn.consil.59.num.56.& consil.61. num.16.lib.1.amplians etiam respectu feudorum dignitatis, quantumuis regiæ,& quod matrimonium successerit in articulo mortis Berete consil.20.num.2.& consil.33.num.19.vbi quod non intersit mulierem esse vilem, ac concubinam.Pasceth.consil.98.sub num.1.versic.secundo quia ex consil.110.num.11.Io.Baptista Biloct. conclus.feudal.79. nu.5. Schoner de feud.lib.1 disput.6.Thes.39.& seq.Gudelin.de success. feud. cap.5.num.45.late Vrsin. de success. feud. part.1. quæst.4.art.2.per totum Larath.de feud. diluc. 14.per totam part.6.Quasi ista legitimatio proueniens sua pte natura ex subsequenti matrimonio pinguius prouideat magis operatur, pluries que produceret effectus, quam illa, quæ fit ex rescripto vt late per Tiraquel de primogen qu. 34.num.54.cum sequen.Gratian. discept.forens 219.nume.29. Rosental.de feud.cap.7.conclus. 28.num.5.

Ex quibus prima, vt aiunt facie videbatur dicendum Anselmum de Adamis excludendum esse à successione bonorum, de quibus agitur non obstante legitimatione obtenta à Serenis. Duce nostro præsertim cum hic Mantuæ extet
15 ordo † anni 1542.excludens omnino naturales à feudalium successione qui postea de anno 1550 recepit extensionem etiam respectu feudalium, & emphyteoticorum ecclesiæ vt refert Bec.cons. 3.sub n.16.vers.vlterius.

Cæterum re diligentius perpensa, ac ponderatis facti circumstantijs puto Dominum Anselmum fuisse capacem bonorũ in controuersia deductorum quippe quia non in feudo,vel emphyteusi immediate prouenientibus ab ecclesia, sed colonia,seu locatione versamur facta à Serenissimo Duce de Curia Sermedi ab Episcopatu inuestito, si tamen verum est, quod de huiusmodi curia fiat recognitio per Inuestituram; quandoquidem ex processu nihil de hac apparet sed cuncta processerunt ex suppositis nõ verificatis. Quinimo supposito etiam circa veri præiudicium, quod bona huiusmodi haberentur pro feudalibus, vel emphyteoticis; ex quo sunt transitoria ad quoscunque hæredes etiam
16 extraneos † eo fortius transire possunt ad legitimatos descendentes; & ita iudicatum refert Aluiat.consil.7.quia quando in princ.Bec.cons. 3.num.34.Bursat.consil.255.nume.29.Rosent. de feud.cap.7.conclus.19.num.34. vbi admittit succedere legitimatos ad feuda ad instar allodialium tradita Mantic.de tacit.& ambig. lib. 22.tit.11.num.13.14.15.& 17 Gratian. dicta discept.218.num.41.& num.46.Huic autem conclusioni non obstaret si replicaretur illud, procedere si legitimatio processisset ab habente facultatem quoad ecclesiastica,quam non habere Serenissimum Ducem nemo est qui ambiget quoniam obiectum remouetur attento consensu † eorum de quorũ agitur præiudicio ad tradita latissimè per Raseth. post alios consil.72.n. 17
8.in terminis fortioribus Bursat.consil.255.n. 24. maxime quia secundum vnam opinionem constitutio pianc. † contra naturales legitimatos Mantuæ moribus vtentium non extitit nec 18
acceptata, neque comprobata teste Buratt dicto consil.255.num.36.cum pluribus seq & consil. 385. n.14.

Vltra quod opinio illa,quod cõstitutio piana, & prohibitio succedendi in bonis ab ecclesia concessis inuret etiam quoad locationes per pactuas non videtur admodum tuta per ea, quæ ar- 19
ticulo maturè discusso tradidit Bec. consil.3. n. 24.& consil.191. nu.3.& 4. Præcipue cum simus in concessione originem trahente à laico, tam & si ipse recognoscat ab ecclesia bona,quæ successiue alijs laicis per ipsum inuestitum conceduntur in coloniam ad reddendum singulo anno certam fructuum partem. Vnde quicquid dicendum esset quoad Curiam Sermidi immediate prouenientem ab ecclesia, certè nulla ratio suadet cum bona huiusmodi à laico in laicũ postea peruenta in omnibus, & per omnia non iudicentur prout reliqua ad seculares ab initio spectantis; quinimmo, quicquid senserit in hoc articulo Rota Romana,semper vsus in iudicando hic Mantuæ obtinuit vt bona per ecclesiam † 20
quomodolibet concessa laicis,si in alios seculares transeant, habeantur pro laicalibus siue in exigendis collectis, siue quoad Iurisdictionem ad tradita per nos, quam sæpissime, & præsertim allegatione super controuersia iurisdictionis post Doctores in cap. ex transmissa de foro competenti Sord.decis.197.sub num.1.Hodiern. ad eundem decis.1.nu.6.Gratian.discept.forens. 644.num.30.& ita iudicauit excelsa Consulta super dicta mea allegatione a 7.lib.3.faciunt tradita per Ciarlin. controuers.17.num.17. cum sequentibus, licet contrarium de Iure procedas, quoad emphyteutas immediate bona recognoscentes ab ecclesia.

Nec obstant deducta in simili per Bimium † 21
cons.100.vbi pluribus rationibus confutat tradita per Bec.consil.3.nam Bimius consuluit in casu longe diuerso à nostro; tum quia illic dissentiebant agnati, hic autem expresse consenserunt; tum quia illic agebatur de spurio, & adulterino, natoque ex concubitu damnato, hic autem de simplici naturali, tum quia illic pendebat controuersia super bonis immediate ab ecclesia recognitis, hic autem mediate duntaxat;

Digitized by Google

xat. Tum quia illuc disputatio cadebat super
bonis in emphyteusim concessis, hic autem in
coloniam elargitis quemadmodum hi pariter
responsiones admittunt fundamenta deducta
per Ciarlin. dicta controuers. 6. & post Rot. di-
cta decis. 359. part. 5. recen. cum ibi ageretur de
bonis per inuestituram in emphyteusim conces-
sis, non autem locatis, seu datis pro responsio-
ne tertiæ, vel quartæ partis fructuum, ob quam
casuum diuersitatem licet ab vno ad alterum ar-
22 guere, quia ex diuersis † non fit illatio vulgata
l. papinianus a ff. de minor.

Quæ tamen dicta sint ex abondanti, nam cũ
Dominus Bardinus veniat tanquam cessiona-
rius Serenissimæ Ducalis Cameræ Heredis olim
Domini Poli qui mediante persona patris asse-
23 ritur aui hæres, † a quo processit legatum huiu-
smodi factum filio legitimato, non video quo-
modo possit defuncti factum impugnare, siue in-
uentarium confecerit, siue neglexerit præ-
sertim cum simus in bonis, quemadmodum di-
cebam, ad extraneos transitorijs, & hæreditaa;
soluendo, ac semel iam factum testatoris appro-
batum extiterit, quo casu etiam in re propria
hæres non potest venire contra testatoria dispo-
sitionem ad tradita latissime per Io. Anton. Bel-
lon. cosil. 48. per tot. per tex. in l. cum à matre
14. C. de rei vindic. quod axioma procedit, non
tam respectu primi hæredis, sed etiam in quo-
24 cunque nam hæres hæredis † hæres testatoris l.
3. § 1. ff. de acq. hæred. cum Iuribus cumulatis per
Io. Anton. Bellon. consil. 55. num. 50. & seq. seu
decis. 269. num. 14. & decis. 9. part. 5. recent. vl-
25 tra quod incapacitatis exceptionem † nemo op-
ponit præter Dominum, quo volente dumta-
xat, & declarante feudum reuertitur ad Domi-
num Ciarlin. controuers. 8. num. 90. eoque ma-
gis quia legitimati, absque personæ prohibitæ
26 † succedere in bonis ecclesiæ, ita demum arcen-
tur si ecclesia voluerit Menoch. consil. 216. num
43. Surd. consil. 521 num. 10. Beltram. ad Ludo-
uis. decis. 520. num. 14. in fin. Gratian. discept. fo-
rens. 481. num. 67. cum Adductis per Buratt. de-
cis. 394. num. 6. & vbi Seraphin. num 11. Rota de-
cis. 381. num. 32. part. 5. recent. cuius voluntatẽ
declarandi facultatem non habet Dominus Bar
dinus, ex quo per cessionem sibi factam repre-
sentat Serenissimam Ducalem Cameram non
simpliciter, & quatenus Domina Curiæ Serme-
di sed tanquam heredem Domini Poli cui pro-
pterea ad intentandam caducitatem nulla com
petit actio, maxime cum si quæ actio vel Ius
descendentibus legitimis D. Antonij Testatoris
vnquam competere potuerit omnino sublatum
censeatur non solum ex tacita approbatione re
sultante propter paternæ hæreditatis aditionem
sed enim, & multo magis ob expressam rati ha-
bitionem à filio legitimo factam, non incerti
27 cuius Iuris est approbationem † prolis legitimæ
quoad relicta filijs naturalibus executam reali-
ter per solutionem legatorum ipsius, nouere
Crauet. consil. 200. num. 3. & 9. Roman. consil.
43. num. 3. Surd. decis. 53. nu 7. Gratian. discept.
forens. 264. nume. 30. & num. 34. vbi quod per
approbationem † semel factam ab herede non 28
detur amplius reprobatio, & num. 35. vbi quod
semel approbatum † non possit amplius impu- 29
gnari etiam in alia causa, & inter diuersas per-
sonas & sic in præmissis cessat omnis amaritudo
ex defectu iuris, & actionis in Domino Cessio-
nario, qui sicuti representat suorum auctorum
personas, ita non potest improbare gesta per
ipsos circa approbationem incapacis de legato
bonorum ab ecclesia mediate recognitorum; cũ
præsentim ipse tanquam repræsentans Camerã
Ducalem longè magis incapacem vti nunquam
morituram nam bona † huiusmodi in manum 30
mortuam transire nequeunt Rota decis. 603. nu
1. par. 1. recent. quæ est decis. 106. apud Andream
Beltram. ad Ludouis. decis. 520. num 19. Rota in
Neapolitana Laudemij 14 Decembris 1640. Co-
ram Coccino, & in Caietana bonorum 13. De-
cembris 1646. Coram Cerro versic. sed vlterius.
ad opponendum de alterius incapacitate non
admittatur propter vulgatum illud adagium
nil Iudæus † iudeo, nil Catilena cethego de 31
quo glos. in lib. 3 § 1. in verb. palam ff. de testib.
Cyriac. controuer. 197. num. 5. & controuer. 205.
num. 71.

Prædictis autem non resisteret, si opponere-
tur de nullitate, ac inualiditate legati collati in
personam illegitimi legitimati, qua stante hæ-
redes † etiam simplices, & non beneficiati non 32
coguntur seruare factum defuncti Io. Anton.
Bellon. dicto consil. 48. num. 48. & 50. Cyriac.
controuers. 321. num. finali. Quoniam institutio
per legatum facta de persona legitimati atque
illius agnitio non dicitur ipso Iure nulla, sed
habet statum implicitum validitatis vbi Domi-
nus directi non reclamauerit, quod non fecisse
præstitit patientiam, vltra quod non sumus in
bonis feudalibus, de quibus loquitur Bellonus
dicto consil. 48. sed versamur in simplici colo-
nia, seu sub locatione terrarum cum responsio-
ne quartæ partis fructuum in qua non militant
rigorosæ consuetudines illæ feudales, & quod
magis est hæres † etiam quantumuis beneficia- 33
tus nunquam reuocat feudum nulliter aliena-
tum, puta sine licentia Domini arg. l. si ab eo 7.
C. de liberal. caus. Rosental. de feud. cap. 7. con-
clus. 69. & 70. Cyriac. controuers. 275. nume. 17.
Ex quibus optime infertur dispositionem factã
de huiusmodi bonis per defunctum subsecuta
istud Ius reuertendi ad emphyteusim refutatam
post mortem refutari non quæritur ipsi renun-
ciatario defuncto,ergo remanet apud renũcian-
tem. Quanto igitur magis in presentiarum asse-
uerãdum id venit, ex quo refutatio non simpli-
citer pro hæredibus, sed præcisè pro filijs refu-
tatarij dumtaxat emanauit.

Ex quibus cum non simus in renunciatione
facta Domino † directo libere;& simpliciter, seu 8
etiam in refutatione in illius manibus inita ad
hoc, vt alteri fiat Inuestitura, neque renuncia-
tum sit emphyteusi omninò, generaliter, & in-
diffinite ad fauorem cuiuscũque in rem,ac nulla
expressa persona, quæ tunc diceretur realis,vt
Declarat Bald.in c.1.num.2.vers.omninò, de eo,
qui fin.fecit Agnat Surd.consil.517.nu.14.ante
fin.Corbul.de caus priuat.alienat.nu.3.Hõded.
cons.36.à nu.21.ad 27.lib.1.Rot.dict.decis.187.
num.5.part.3.recent.alias part.1.posth.Farinac.
Rosenta de feud.cap.2.conclus.20.num.5 Cy-
riac.controuers.113.nu.13.& 14.15.& 16.hinc
propterea colligitur,regressum ad bona renun-
ciata aliquorum intuitu non impediri,illis præ-
defunctis,ad quod videri vlterius poterunt mat.
Cutel. de donat.inter patr & fil.tract.1.discurs.
part.6.sub num.127.vers.Renunciatio vero Ca-
sen.resolut.69.num.5.& seq.& resolut.245.n.
5.& seq.Altograd.cons.66.nu.45.Merlin con-
trou.fore.3.cum quinque sequ.Staiban.Iun.re-
solut.85.num.16.

In quo autem consistat ius motiui subsequẽ-
tis per Illustrissimum Dominum meum excitati
comprehendere nõ possum, quoniam sicuti ne-
gare non valeo,Monasterio, † postquam Reue- 9
rendus Ioannes de Porris disposuit de eius bonis
ad illius successionem amplius spem aliquã re-
linqui ex mente Bart. in auth si qua mulier, nu.
7.C.de sacrosãc.Eccles & Cald.de nominat.Em-
phyt.lib.2 ord.lib.4.tit.62.quest.6.num.16.fol.
61 Ita formiter teneo, quod per obitũ eius fra-
tris post ingressum Religionis hereditas eidem
delata † imediate Monasterio acquisita fuerit in- 10
xta communem Canonistarum opinionem in c.
in presentia,extra de probat. Gratian. disceptat.
for.363.n.16.&seq.Caual.dec.346.n.1. post. de
manut.obs.55.n.13 &post tract.dec.226 n.1.&
2.Bellet.disquis clerica.par.1.n.14.&seq.Sanchez
in Decalog.lib.7.cap.12.nu.36.Gratian.discep.
forens.568.num.62.& 63.Burat.decis.394. nu.
3.& in annot.num.10.vbi quod hæreditas delata
Monacho acquiratur Monasterio absque facto
ipsius Monachi, & decis.630.n.14.Staiban.Iun.
resolut.23.num.11.

Et tanto minus competere regressum ad Iura
renunciata arguebatur, quia ista bona sunt em-
phyteutica Ecclesiæ: etenim, nil magis ab om-
ni Iuris ratione alienum ex cogitari potest, quã
existimare Emphyteusim † à Domino directi a-
licui concessam ad Monasterium transire ipso
inuito, vt probat.text.in §.1.ibi si verò contige-
rit, in Auth de alienat. Emphyteus.ita per dict.
tex-

Digitized by Google

textum resoluut Bart.in Auth.ingressi,num.13.
C.de Sacrosanct.Eccles.Abb.in c. in præsentia,
num.70.&77.extr.de probat.omnium plenissi-
mè Cald.de renouat.emphyt.lib.1.quæst.19.a n.
14 ad 24.& faciunt tradita per Barat.dicta de-
cis.394. numer.6.cum ibi dotatis per Ferentill.
num.11.

Duplici de causa dicimus prædictas auctorita-
tes loqui extra terminos nostræ quæstion. Qua-
rum prima est, quia quæ sunt intra Emphyteusis
peruenta ad monasteriũ viuente Monacho per
ingressũ Religionis, eo mortuo competat Mo-
nasterio, ita vt excludat agnatum proximiorẽ
petentem renuociationem vt proponit disputã-
dum Cald.dict quæstione 19.in princip.& con-
cludit, quod nõ, sicuti etiam nos admittimus, re
gulariter loquendo, hoc idem expressè colligi-
tur ex eodem Cald.per totam dictam quæstion.
19.præsertim nunc. a 21.libr.& Deinde Cald. non
negat attenta consuetudine, & Iure communi,
quin Emphyteusis transire possit in Monasteriũ
Saltem cum obligatione alienandi infra annũ
personæ capaci, sed declarat istud nequaquam
13 applicari † posse in eius Regno ob peculiare Su-
cedendi modum quoad Emphyteusim inibi in-
stitutionẽ, vt videre est ex ipso Cald.ead.quæst.
19.nume.13.lib.1.de renouat. Emphyt hoc que
deseruit pro secunda causa excludendi applica-
tionem doctrinæ in contrarium allegatæ.

14 Cæterum, quod durante † vita Monachi Em-
phyteusis etiam Ecclesiastica transeat in Mona-
sterium, adeo clarum est, quam quod clarissi-
mum gloss.in auth.ingressi; C. de Sacrosanct.
Eccles.vt se ipsum explicando declarat Cald.de
nominat.Empyt.lib.2.ord.lib4.tit.62.quæst.6.
nu.2.hæc Molin.de primogen. Hisp. lib.1.cap.
19.num.19.Beltram.ad Ludouis.decis.530.num.
24.Trentacinq.variat.resolut.1.lib.3.num.1.tit.
de Iurb.Emphyt.Bursat.cons.60.num. 33. Per.
decis.695.num.17.Gam.deci.6.num.1.adductis
per Barbos de vniuers.Iur.Eccles.lib.3.cap. 31.
num.11.&sub nu.13.versic.quia nullo Iure cau-
tum reperitur Monasterium esse prohibitũ du-
bium durante vita Monachi Emphyteusim reti-
nere, neque per Dominum reuocari posse, nisi
expresse de eo in Emphyteu. inuestitura cauea-
15 tur, quia † Ecclesia dicitur incapax quoad ac-
quisitionẽ, vt optime ponderat Rota in Romana
domus 3.Martij 1625 n.2.in fin.coram Dunze.
Seniore infr impress. Quemadmodum in fortio-
16 ribus terminis Statutum repetitur in feudo † per
sonale seruitium non requireretur, nisi tale foret
quod æquè benè per Monachum, vel substitum
præstari posset, tunc enim dubio procul transit
in Monasterium, & ab eo detinetur durante vi-
ta feudatarij professi, vt post Bald.& alios in c.
qui clericus, si de feud.fuerit controuers. tenent.
Clar.in §.feudum, quæst.78.num.1 Cald.de no-
minat.Emphyt.quest.6.nu. 2.quibus addo Bar:
bos.de vniuers.Iur.Eccles.lib.3 cap.31.num.10
& nouissimè accessimus allegat.9.num.10.& 17.
Gracian.discep.forens.482 num.64.Sanchez in
decalogo.tom.2. cap. 15. cum adductis per Cy-
riac.controuers.475 nu.28.Rota in Bononien.
fidcicom.26. Ian.1632. coram Verospio nu.10.
impressa penes caren. post resolut.153. Altogr.
consil.96.n.24.faciunt notata per Io.Baptistam
Bilocꝫ.conclus.feudal.65.à n.6. Quinimò adeò
Ecclesia capax dicitur Emphyteusis, † vt solum 17
titulo Successionis ab intestato, & legali acqui-
ri possit ad tradita per Gratian.dict.discept.481.
num.65.verum etiam titulo institutionis hære-
ditario, † vel ex qualibet alia hominis disposi- 18
tione, in ipsam Ecclesiam Emphyteusis Eccle-
siastic. transire possit ad effectũ cõsequendi pre-
tium secundum sententiã speculatoris de Em-
phyt.§.nunc aliqua, num.143. Ias. in l.fin.sub
nu.91.vers. dicit tamen speculat.C.de Iur.Em-
phyt.dict.quæst.19.num.7.Gratian.discep.481.
num.67.Rot.decis.368.num.1.& decis.603.nu.
1.part.2.recent. & in Romana domus 3. Martij
1625.Coram Illustrissimo Dunze.Archiepisco-
po Seleucien.nu.2.& 3.Intrier.de re benefic.lib.
1.question 31.num. 41. Rota in Caietana bono-
rum num.19.& sequentibus 3.Decembris 1646.
coram Cerro id limitans quãdo adest pactum ne
transeat in manus mortuas.

Hactenus dicta transeunt cũ supposito mor-
tuorum quod Nempo Emphyteusis Ecclesiasti-
ca † regulariter non transeat ad extraneos, quã- 19
do est concessa pro se, & hæredibus mar.Anton.
variar.reso.21 n.24.lib.Ludouis.decis.529.n.1.
Cyriac.cont.114n.4.& cont.22.n.14. Rot. dec.
265.n.2.& 11.& dec.347.n.1.part.4.recen.alias.
para.Post.Farin.& dec.310.n.19.quæst.dec.21 2.
apud Duran.&dec.381.n.2.pa.5.recent.&plenè
in Mediola bonorũ 30.Maij 1633.n. 3. & 4.Corã
Reuerendissimo Merlino quæ est decis.211.part.
6.recent. Quod vtiq.non impugnarem, nisi ex
structura Inuestit.aliter colligeretur. Etenim tã
illa dictio perpetuam, † quã clausula ad habẽdũ, 20
efficere Emphyt. Ecclesiastic.pro hæredibus cõ-
cessam sui natura ex pacto, & prouidentia hæ-
reditariam, ac ad extraneos transitoriam, pro-
ut de dictione perpetuam tradiderũt Socin. cõ-
sil.266.sub num.37.ver.secundò præmissa.Bec.
cons. 3.nume.29.circa fin.Magon. decis.Lucens.
12.num.4. Seraphin.decis.868.nu.3.Rot.decis.
294.nu.4.par. 2.rec.& in dict.Mediolan.bono-
rum 30 Maij.1633.num.10.dixi allegat.14. nu.
6.lib.1.Rot.in Decis.ibidem impressa numer.7.
& in Mediolanen.emphyteusis, seu bonorum 15
Aprilis 1641.coram Merlino versi.quod verbum
perpetuum, & 17.Iunij eiusdem anni coram eo-
dem & de clausula ad habendum firmarunt in-
finiti, quos cumulant Cyriac.controu.324.n.16.
Barbos.de claus.4.num.4. Altograd.cons.22. n.
7.Rota decis.381.num. 3. & seq.part.5.recent.
Merend.controuers.Iur lib.16.cap.15.Dura de-
cis.295.nu.2.Rota in Ciuitatis Castelli emphy-
teusis 23.Febru.1643.versic. considerata etiam
clausula ad habendum coram Melrio

Quo stante, omnia in contrarium relevata ex
hoc vnico fundamento, eoque Ineuitabili cor-
ruunt, & destruũtur, quia Eccles. irreuocabiliter † 21
fit capax Emphyteusis alterius Ecclesiæ admit-

K 3 tentis

tentis extraneos Rot.decis.361.num.7.& decis.
280.n.3.p.1.rec.Grat.discep.for.481.n.61.Belt.
ad Ludouis.dec.529.n.13. vers.limita non pro-
22 cedere. Et hæc procederent de Iure; † cæterum
inspecta consuetudine in qualibet Emphyteusi,
etiam ad extraneos transitoria manus mortua si
perueniat in ipsam, tenetur recepto pretio il-
lam manumittere, vt pulchrè exornat Rot.in
dict.Rom.domus à num.1.

Nihil officit Iuribus Monasterij obiectum a-
liud consistens in eo, quod res amplius integra
23 † non dicatur, tum propter concessionem Inue-
stituræ factam extraneo, tum propter lapsum
temporis ad petẽdam Inuestituram ex latissimè
traditis per Cald.renouat. Emphyt. lib.1. quæst.
5. num.16.& quæst.7.nume.25. Rota decis.791.
part.4.diuers.Hyeronimus Buccafer. consil.82.
num.38. Quoniam in iure nostro cautum repe-
24 ritur, non teneri emphyteutam † petere reno-
uationem inuestituræ donec, & quousque extãt
aliqui ex descendentibus,& vocatis à primo ac-
quisitore Ias.in l. fin.sub num.41. vers. secundo
iuxta proximam, C.de Iur.emphyt. Bursat.consi.
157.num 48 & consil.253.num.61. Aemil.fer-
ret.consil.91.num.9.& 10.Bero. consil.17.num.
6.lib.1.sol.ad antiquam Constitut. Sabau.num.
4.fol.mihi 16.Mantic.de tacit.& ambig.lib.22.
tit.23.num.2.& 3. faciunt notata per Thesaur.
quæst.forens.23.sub numer.4.vers. verum Rota
decis.152.num.4.part.4.recent. Vkta quod o-
pinio Cald.vt ex ipso videri poterit, ita demum
25 procedit quoties proximior † non comprehen-
sus in inuestitura,ex æquitate quadam, & con-
uenientia Emphyteusi finita prælationem præ-
tendit, quoad extraneos non habentes ali-
quam consanguinitatem cum vltimo emphy-
teuta defuncto Trentacinque var.resolut.5.nu-
mer.1. vol.1.lib.3.fol.9. Thesaur.omninò viden-
dus quæst.forens.13. sub nu.8. ibi loquuntur in
casu,quando proximior vltimi emphyteutæ pe-
tit post lineam finitam se præferri, & in eius
personam contractum renouari; nam hoc debet
facere intra annum, lib.1.Rota in Rauennaten.
emphyteusis 19.Ianuarij 1646. Coram Dunzet.
& decis.201.part.7.recent., & in Ciuitate Ca-
stelli 23.Febr.1643. coram Melzio, & in Muti-
nen.emphyt. 20.Maij 1638. Coram Dunzet.Ca-
ren.resolut.4.num.1 Hieronym Buccafer.cons.
82.num.9.cum seq.Rota decis.60.num.5.par.5
decis.74.num.2. & seq. vbi quod renouatio de
emphyteusi ex pacto fieri debeat agnatis, & de
hæreditaria seu mixta hæredibus Duran. decis.
251.num.1.& seq.vbi limitat finita emphyteusi
per culpam, & decis.334.numer.1.& 2.& sequ.
vbi limitat, quando proximior esset potentior
Raudens.var.resolut.cap.71.num.900.Pen.dec.
675.num.5.& sequenti Quin potius,quod hæ-
res,& descendens etiam non expressè vocatus,
re adhuc non integra,& post concessionem al-
26 teri factam, reintegrandus † veniat ad emphy-
teu.plenè ac luculenter præ cæteris recensitis,ac
reprobata conclusione firmata sub num.25. &
seqq.ex aduerso allegat. tradidit idem Cald.lib.
1.ead qu.7.à num.29.vsque ad fin.vbi ex gratia
videri postulatur. Duran.decis.431.num.3. vbi
quod renouatio emphyteusis peti possit à pro-
ximiore intra triginta annos, dum fuit inuesti-
tus extraneus intra annum à die finitæ emphy-
teusis.

Quę omnia confirmantur ex eo quia Reuer.
Monachus Io.Angelus de Portis nulla amplius
indiget Inuestitura, & ea sibi iam concessa
fratribus emphyteusis Monasterium vti, frui vs-
que ad mortem ipsius de Portis absque contra-
dictione poterit.

A quibus neque nos retrahere debet, quod
concessio facta per collegium D. Brugnolo te-
neat, & successit Monachus, seu Monasterium
ex illius persona prætendẽs renouationem ad-
uersus ipsum Brugnolum de nouo inuestitum
agere nequeat, eo sub prætextu, quod † Ius præ- 27
tensæ renouationis, quicquid dixerit Marc.An-
ton.var.resol.112.cas.6.lib.1.reale non sit, nec
valeat impedire affectum concessionis alteri fa-
ctæ, sed pariat dumtaxat actionem in Dominum
personalem ex Ruin.consil.168.numer.8.lib.3.
quæst.7. num.26. quandoquidem contrarium
de Iure verius reputatur,& communiter recipitur
quod nempè prætendens emphyteusim † agere 28
possit contra eum, cui emphyteusis fuit conces-
sa, vt concludunt Ruin.dict.consil.168.numer.
24. in fin. lib.1. Gam. decis.352. in fin. & seip-
sum corrigendo Cald.dicta quæst.7. numer.33.
libr.1.de renouat. Emphyt. In hoc autem cessat
defficultas, eo quod Collegium litem in se sus-
cepit, ac causam egit. Quare cum Illustrissimus
D.meus, vigore Breuis Clementis septimi sit de-
legatus,& per consequens summariè, † sine stre- 29
pitu ac figura Iudicij procedere habeat; nam a-
ctio rectè fuerit instructa curare non debet, sed
prout veritas appatet iudicare, ad tradita per
Barbos.de claus.176.num.5.& 6.

Quod verò D.Portus Inuestituræ Brugnoli
interuenerit, ac consenserit, quicquid sit de ve-
ritate huius propositionis phisice, & naturali-
ter loquendo, certè moraliter, & ciuiliter nihil
releuat quia Monachus † non habet nec nolle, 30
nec velle cap.2.de testam in 6.c. non dicatis 12.
quæst.1 Abb.in cap.ex rescripto nume.1. de Iur.
Gratian.discept.forens.270.num.22.& dum ipse
non agit, neque negotium ad se spectat, frustra
contra Monasterium ista allegantur.

Et quia renunciatio † facta à multum Reuer.
D.Porto emanauit antequam ipse susciperet ha-
bitum, ideo concurro cum opinione Illustriss.
D.mei, quod nempe non obstet dispositio Con-
cilij Trident. sess.25. de Regul. cap.6. vt tradũt
Quarant.in sum. Bullar. verbo Monasteria, &
Conuentus, pag.450.versic. dubium illud Grat.
decis.37.num.2.Valasc.de portion.cap.16.num.
12.cum seqq Thesaur.quęst.foren.56.sub num.
6.lib.2.cum adductis per Barbos. ad dict. cap.
Concil.Trident.num.4 Rota in Romana dona-
tionis coram Royas 1. Febr. 1640. Caren. resol.
166.num.1.Sanchez in decalog.tom.2.lib.7.cap.
5.nu.4.Diana in tract.2.de dub. regular.55. per
totam

Digitized by Google

totam Ludouic. Bellon. consil. 134. à num. 4. Altograd. consil. 35. num. 9. & consil. 36. num. 1. Capyc. Latr. decis. 31. per tot. Staiban. Iun. resolut. 85. num. 7. Patet ergo optimè fundatam intentionem Monasterij Sancti Christofori, & ita per tres conformes iudicatum.

Quare, &c. Saluo, &c.

ARGVMENTVM.

Concessio feudi facta matri, & filiæ regulariter intelligitur ordine successiuo, nisi aliud ex tenore cõcessionis colligatur. Ad feudum maternum fœminæ non admittuntur, nisi expresse in Inuestitura vocentur. Hæres non tenetur seruare factum defuncti in feudalibus, si euictio sequatur ex natura rei seu ad ipsum hæredem redeat. Caducitas non declarata à prædecessore Domino contra defunctum Vassallum declarari potest à successore cõtra hæredem attẽta ignorantia, qua stante nec censetur remissa per admissionem Vassalli ad inuestituram, præsertim vbi inuestitura suscipiatur à Commissario non habente facultatem remittendi caducitatem.

SVMMARIVM.

1 Feudum proueniens à fœmina saltem masculis non extantibus transit ad alias fœminas contra num. 16. Acceptum à matre pro se, & filia censetur stipulatum ordine successiuo, num. 10. seu contemplatione filiæ non matris attẽta expressione nominis proprij num. 11.

2 Hæres non potest impugnare factum defuncti, nec reuocare feudum alienatum sibi debitum. Amplia etiam in successore per viam electionis num. 3.

4 Caducitas quæ non fuit declarata in vita defuncti non potest post eius mortem declarari.

5 Pupillis tempus petendæ inuestituræ nõ currit intrà annum decimum quartum.

6 Feudo concesso duobus in solidum vno decedente sine prole in totum consolidatur alteri per ius non decrescendi.

7 Dominus inuestiens de nouo vassallum de feudo, de quo erat priuatus videtur remisisse caducitatem. Declara vt num. 24. num. 27. & num. 28.

8 Feudo ex pacto antiquato ob vassalli delictum amissum filijs non auferetur & num. 31.

9 Dictio, talmente che, habet vim taxatiuis, & restrictionis.

12 Matri filius superuiuere presumitur.

13 Fratres, & sorores vterini cum vtrique coniunctis succedunt simul in feudo à matre prouenienti fratribus, neque sorores in feudo succedunt num. 14.

15 Feudi in stipulatione quãdo est admixta persona matris primo videtur in eius persona, & postea deuenit ad filiũ cũ matre in stipulatione ex inuestitura admixtas. Ad propriam naturam quantum fieri potest reuertimus num. 17.

18 Inuestitura verbis in fœminam proprio nomine expresso directis pactum cum persona extinguitur.

19 Feuda Curia Podij originaliter proueniunt à fœmina. Hæreditaria, siue mixta reputari num. 20.

21 Feudum mixtum, siuè hereditarium à patre alienatum filius heres cum beneficio legis, & inuentarij reuocare potest.

22 Euictionem promittens non tenetur de ea, quæ sequitur ex natura rei veluti feudi ob lineam finitã deuoluti. Vel si facto proprio, & culpa petentis euictionem feudum fuerit euictum num. 23.

25 Caducitatis incursa in dubio præsumitur ignorantia. Extende vt num. 26.

29 Minor excedens decimum quartum annum tenetur legibus feudi sub pœna caducitatis. Et quando eis non competat restitutio num. 30.

Allegatio XXXI.

Adsit Deus.

ADuersus Domin. Curiæ Podij agentem ad cõsolidationem vtilis Dominij cũ directo cuiusdã prædij feudalis eiusdem Curiæ pretensi per Dominum Antonium à Valle excitantur dubia tenoris infrascripti ad affectũ cognoscendi verum male fuerit iudicatum per Dominum Commissariũ eiusdem Curiæ & bene appellatum ex latere illius Domini Directi.

Intentatã caducitatem ex parte Curiæ Podij contra hæredes quorum Dominæ Lauiniæ Gonzagæ, siue ob lineam finitam, siue ob non susceptam Inuestituram non habere locum dubitandum videtur.

Non ob lineam finitam cum videantur ob-

stare

ſtare dicta per Roſental.de feud.cap.7.tota cō-
cluſ.35.addo Cyriac.controuerſ.401.num.8.&
num.25.& de Iur.legitim.ſucceſſ. Ducat. Mant.
art.2.nu.60.cum ſeq.peregr.conſ.9.n.3.& con-
ſil.24.nu 34.lib.1.Sacca conſ 16.n.14. Giouagn.
conſ. 8.nume.49.lib.1.& conſ.12.num. 8.lib.2.
Cantiunc.conſil.9.num.6. Borell.de Magiſtr.e-
dict.cap.2.num.113.lib.1.& in Summa.decis.tit
34.num.1[illegible].part.1.Fuſar. de ſubſtit. quæſt 402.
num.35.[illegible].clerical.4.nume.302.&
3[illegible].Grat.[illegible].diſcept.218.nume.79.Rota in Pa-
[illegible] feudi 26 Ianuarij 1604. Coram Lancell.
1 per totam vbi volunt quod feudum † originali-
ter proueniens à fœmina tranſeat ſaltem maſcu
lis deficientibus ad alias fœminas eorumque
deſcendentes. Tanto magis cum non appareat
de aliqua alteratione aut mutatione inueſtitu-
tæ nouæ ab antiquis. Atque Illuſtriſſimus ac Ex
cellentiſſimus Dominus Curiæ poſſeſſor ſit hæ-
2 res † primi concedentis, cuius factum approba-
re tenetur, non poterit feudum alienatum re-
uocare Bald.in l.cum ſe patris 3.num.9.C. vnde
lib.Gloſ.in cap.1. § hoc quoque de ſucceſſ.feud.
Fuſar.de ſubſt.queſt.557.nu.4.Altograd.conſil.
25.num.25.Giurb.de ſucceſſ.feud.§.2.gloſ.3.n.
88.Staib.Iun.reſolut.forenſ.29.nume.60. Rota
decıſ.50.nu.11.part.6.recent. Roſental. de feud.
cap.9.concluſ.69.num.1.Gratian.diſcept.forenſ.
411 num.17.27.& 28.& diſcept.599. num.19. &
20.vbi quod valeat in feudatario, tam in vita ſub
in feudantis, quam ſucceſſorum ſuppoſito quod
non ſonet in gratiam, ſed cum tranſierit in con-
tractum irreuocabilem, contra quem non poſ-
ſunt venire hæredes, nec quicunq; ſucceſſores
3 † etiam per viam electionis vt poſt alios tradi-
dit Gratian.dicta diſceptat.599. numer.20.

Non ob ſuſceptam Inueſtituram ſiue reſpi-
ciamus Dominam Margaritam, ſiue Dominum
Antonium, & fratres eiuſdem Dominæ Marga-
ritæ filios, & deſcendentes reos conuentos, ſi
Dominam Margaritam cum eſſa durante tunc
4 Dominus Curiæ Podij conqueſtus † non fuerit
ipſorum morte caducitas à feudo, ſi quæ erat ſo-
luta rem abſit, nec per ſucceſſorem aduerſus hæ
redes defuncti declarari poteſt Angel.de Aret.
in l.rei iudicatæ 164 hæredi ff.ſolut.matr.Mart.
Andrea decıſ.63.num. 3. Ciarlin. controuerſ.8.
num.92.Peregr.conſil.21.nume.32.& ſeq.lib.1.
Soccin.ſen.conſil.18.ver.ſic quinto confirmatur
volum.3. Menoch.conſil.757. num.9. & conſil.
865.nu.13.Io.Ant.Bellonus conſil.68.nume.21.
Mantic.de tacit.& ambig. lib.22. tit.27.nu.34.
Ferentill.ad Buratt.decıſ.617.ſub num.9.Myn-
ſing.obſeruat.97.cent.5.Borell.in ſum.decis.tit
34.num.267.part.1.Ludouiſ.decıſ.329.num.17.
Amat.decıſ.70.numer.40.& 42.plures cumulat
Cyriac.in tract.de Iur.legitim.ſucceſſ. in Ducat.
Mant.& Montisferrat.art.7.num.274. & ſeqq.
Giurb.de ſucceſſ.feud.§.1.gloſ.14.nu.56.Steph.
à Sancto Georgio de contract.lib.2.cap.58. nu.
2.& 3.Tomaſ.de Tutor.& curat.tit.19.ſub num
579.fol.337 late Ant.Nig.de execut.rei iudicat
cap.7.§.4.num.3.& ſeq.& cap.13. §.2.nume.11.

& ſequentibus Iul Cæſar.Caluin. de æquit. cap.
80.num.13.& 14 Hodiern.ad Surd.decıſ 29.nu.
10.Bim.conſil.388.nu.17.

Si Dominos Antonium, & fratres reos con-
uentos, cum ſupponantur pupilli ipſis † compe- 5
tit omni in caſu reſtitutio in integrum quatenus
eorum pupillari, & minori ætate durante tene-
rentur ſuſcipere inueſtituram, & non ſuſcepiſ-
ſent, cum tamen in Iure expeditum ſit minores
quatuordecim annis etiam tutores habētes cau-
tos eſſe, & ad recognoſcendum, & fidelitatem
præſtandam nec ipſos, neque tutores compelli
poſſe tex.eſt in cap.1.ibi vel infamia vbi feudi-
lis., quo temp.miles & in c.ſi minori ſi de feud
defunct.Roſental.de feud.cap.6.concluſ.41.n.1.
faciunt tradita per Camill.Larath de feud. part.
6.diluc[illegible].num.[illegible]

Ex proceſſu reſultat aliud fundamentum ad-
uerſus intentatā caducitatem ex ſuppoſito, quod
Domina Margarita ob mortem matris inueſti-
turam non ſuſceperit, quod quidem, cum ma-
tri, & filiæ conceſſio feudi † facta fuerit in ſoli- 6
dum, operatur huiuſmodi clauſula, vt quilibet
dicatur habere totam rem iure ſuo, non alieno
beneficio, & propterea altera deficiente ſuper-
ſtes abſque noua inueſtitura totum feudum re-
tinere potuit Ius non decreſcendi, vt ſcribunt
Bald.in l.vnica n.28.ver.ex quibus cauſ.C.quan
do non petent.part.Alex.conſil.30.nu.9.lib.1.
Surd.conſil.458 num.8.Io.Anton.Bellonus cōſ.
30.num.26.& 27 Roſental.de feud.cap.6.con-
cluſ.75.num.1.& in gloſ.B. vbi infinitos cumu-
lat.Barboſ.de clauſ.72.num.4.Cyriac. controu.
324.num.30. Giurb. de ſucceſſ.feud § 2.gloſ.3.
num.92.Vltra quod cum non ſemel, ſed bis vt
apparet ex inueſtituris in proceſſu regiſtratis,
admiſſa † poſt modum fuerit Domina Margari- 7
ta ad feudum per conceſſionem duplicatam in-
ueſtituræ, exinde videtur per Dominum remiſſa
quæcunque caducitas quomodolibet antea in-
curſa Bald.in cap.1.in princ.nume.5.quo temp.
mil.Inueſtit.pet.deb.Gratian.diſcept.foren.429
num.32.Roſental.de feud.cap.6.concluſ.61.nu.1
cum infinitis de quibus in gloſ.A. alios cumu-
lat Larath.de feud.part.12.dilucidat.90. num.7.
Hodiern.ad Surd.dicta decıſ.342.nume.6.Rota
apud poſt.decıſ.275.num.15. vbi de recipiente
canones poſt incurſam caducitatem Rota decıſ.
25.num.7.part.6.recent.& in Portuen. ſtagni
10.Iunij 1641.num.19.Panzirolo, & in Rauenn.
Domus 17.Martij 1651.num.24.Roias Altograd.
conſil.85.n.46.

Cōſiderabatur vlterius feudum iſtud vti pro-
ueniens ab Aua materna ob delictum feudale † 8
non ſuſceptæ intra legitima tempora, inueſtitu-
ræ per Dominam Margaritam neptem aperiri
quidem, ſed non Domino, cum filijs relinqua-
tur ad tradita per Roſent.de feud. cap.11. concl.
5.num.1 inclinat.Clar.in §.emphyt.quæſt.8.ſub
num.14.Burſatt.conſil 91.nume.14. & latius e-
xaminat.Cyriac.in tract.de Iur.legitim. ſucceſſ.
Sereniſſimi Ducis Caroli in Ducat art.7. nume.
292.cum ſeq.Giurb.de ſucceſſ.feud §.7. gloſ.14.
num.57.

num.57.Camil.Larath. de feud. par.6. dilucid.
25,num,7.peregr.consil.9.num.14. & consil.37.
num.9. & consil.14. num.16. & consil 21.num.
53.& seq.& hæc sunt, quæ pro ratione dubitan-
di ex hinc inde deductis emergunt in præsenti
causa DD.a Valle.

Quæ & si non leuiter vrgere videantur ad
inclinandum in sententiam fauorabilem pro
exclusione consolidationis Dominij vtilis cum
directo vtroque ex capite. Attamen re altius
perpensa,ac diligentissime considerata se se of-
ferunt rationes, & fundamenta satis, longeque
vrgentiora, ob quæ dubio procul contrarium
euidentissime cõuincitur. Præmisso prius, quod
in successione huius feudi non attenditur vllo
modo persona neque descendentia Dominæ
Lauiniæ, quantumuis nominatæ in prima con-
cessione, ex quo non euenit casus illius vocatio-
nis, seu comprehensionis in dicta inuest tura
cum ei non prędecesserit filia, ad quem euentũ
successio in feudo ipsius Dominæ Lauiniæ res-
stringitur in decreto admissionis ad feudum fa-
cto per Dominum directũ ibi, talmente che mo-
rendo la Figliuola predetta la Signora Lauinia
succeda à lei, quæ quidem dictio, talmente che
9 † taxationis atque restrictionis vim habens ex
cumulatis in dictione ita quod per Barbos. de
dict.182.& 183.per totam innuit concessionem
in solidum antecedenter factam Dominæ Lãui-
niæ de feudo, vna cum filia ita demum effectum
habituram, si contingeret filiam ante ipsam ma-
trem ex hac vita migrare, alias si non admitte-
retur præsens intellectus præcedens vocatio in
totidem d ceretur superflua, eo que ma; is quo-
niam mater etiam simpliciter, & citra clausulã
10 solidi stipulans feudum sibi, & filijs † videtur
stipulari ordine successiuo, vt primo sibi totali-
ter competat deinde post eius obitum filij, filię
quæ simul ad illud admittantur Doctores in l.
Gallus.29. §. quidem recte ff. de liber, & posth
Isern.in cap.1.nume.1.de success.feud. Rosental
de feud cap.7.quæst.16.num.15. & in Glos.8. &
cap.9 conclus.66.num.13.17.& 57.faciunt no-
tata per Gratian.discept.forens.347. num.1. Ex
quibus concludendum censeo huiusmodi con-
cessionem factam à Domino fuisse omnino in-
11 tuitu filię † non contemplatione aliqua matris,
quantumuis ipsa mater receperit pro se, & filia
nominata feudist. in cap.1.in princ. col.1.de suc-
cession. feud. Clar. in § emphyteusis quæst.16.
versic.his præmissis in fin. Afflict. decil.393.nu-
5. late Gratian.discept.forens.345. num.7. Ma-
nent consil.45.num.52. faciunt notata per Ro-
sental de feud.cap.6.conclus.66.nume.31.adeo
vt mater filia superstite nullum Ius in feudo ha-
buerit, quantumuis Inuestitura concipiatur in
vtriusque persona,& sub vtriusque nominis ex-
pressione, id enim factum fuit, vt se explicat Do-
minus in decreto concessionis, cum hoc quod
mater filiæ succederet, Vnde in necessarium an-
tecedens infertur, quod mater viuente filia nul-
lum Ius saltem quoad dominium vtile residens
penes filiam, quicquid esset quoad vsum fructũ,
in dicto feudo habuerit, filiaq; singulatim no-
minata superstite post obitum matris, mater ip-
sa in alios filios transmittere potuerit, quoniam
mens, & enixa intentio concedentis in eo resi-
debat: quod feudum ita demum superueniret
ad matrem in concessione sub nomine proprio
expressam si filię dumtaxat superuixisset, de quo
cum non constet nec ex aduerso doceatur ex ge-
nerali præsumptione quod filij † parentibus su- 12
peruiuant Osasc.decis.108.nu.16.& 17. & cons.
seq.num.5 contrarium innuitur late Fontanell.
de pact.nupt.claus.4.glos.7.part.2.nu.44.& 45.
Altograd.consil.69.num.16.& 28.Hinc propte-
rea sicuti Domina Lauinia non potuit succede-
re in feudo, ita nec transtulit ad eius filios ex se-
cundo matrimonio progenitos. Et quamuis in
feudo materno fratres, & sorores vterinæ † ad 13
inuicem succederent, nisi aliud de Iure forsan
resisteret, Rosentall.de feud.cap.7. conclus.57.
nu.4.cum pluribus recensitus in glos.C. Cyriac.
in tract.de Iur.legitim.success. Serenissimi Du-
cis Caroli Gonzagæ in Ducatum Mantuæ &
Montisferrati art.1.nu 54.e iurb.de success.feud
§ 1.Glos.2.num.37.vbi limitat. in feudo simpli-
citer hæreditario, Camill.Larath.de feud. part.2.
dilucidat.35.num.9. & sub.Io.Bapt.Bilocc. con-
clus.feudal.25.num.1.& per totam scipio Bilocc
conclus.3.num.4. cum ibi notatis nihilominus
cum non dicatur à matre proueniens istud feu-
dum, sed originem ducat à sorore vterina cessat
propterea omnis dubitandi occasio quippe quia
soror nec frater † in feudo à sorore, vel fratre ac- 14
quisito non succedunt, sed feudum ad dominum
reuertitur cap.1.§ filia in fin.de success.feud.c.1.
de fratribus de nou.benefic.inuestit.Gail.pract.
obseruat.151.num.4 lib.2.Rosental.de feud.cap.
7.conclus.58.num 2.in fin. & in glos.C. Giuib.
de success.feud.prælud.6.num.25.& 16.Camill.
Larath.de feud.part.9.dilucidat.32.num.6. & 7
& dilucidat.34.num.1. & seqq. Peregr. consil.
24 num.9 lib.2.& consil.21 num.1 lib.3 Iacob.
Gallus consil.38.num.14.Vrsin.de success.feud.
part.5.quest.1.art.2.in princ.

Obstare autem prædictis nullatenus existi-
mamus, quod, ex quo in stipulatione & inuesti-
tura feudi admixta reperitur persona matris
† quandoquidem stipulata est sibi,& filiæ videa- 15
tur propterea feudum primo radicatum in eius-
dem matris persona,& postmodũ deuenire ha-
beat in filiam ex traditis per Gratian. dicta di-
scept.345 à num.1 & per Rosental. de feud.di-
cto cap.9.dicta conclus.66.num 57 Etenim ex
iam dictis patet responsio, quod nempe in effe-
ctu Domina Lauinia in feudo huiusmodi succes-
sionem habere poterat, nisi ita demum, si filiæ
superuixisset, ne dicamus ineptè præfatam con-
cessionem conceptam fuisse, ad quid enim vo-
care matrem post obitum filiæ conturbando or-
dinem naturæ, atque successionis. Remanet er-
go vndequaque indubitatum quod huiusmodi
qualitas super existentiæ matris filiæ erat pro-
banda ad hoc, vt mater ipsa comprehenderetur
in feudo originaliter intuitu filiæ concesso. Ex
quo

Digitized by Google

quo sane fundamento tota fere machina oppositorum corruit.

Respondendo tamen singulis facili negotio probata insurgit nostra intentio. Quamuis prima vt aiunt fronte admodum vrgere videatur, quod sumus in feudo foeminis ab origine concesso, in quibus secundum vnam opinionem admittuntur etiam vlterius foeminæ à prima descendentes; nihilominus ad euitandum huiusmodi obiectum, & admissa pro nunc ea sententia, quæ hactenus forsan frequentius obtinuit, quam tamen erroneam existimamus, quod hæc feuda Mantuæ præterquam circa alterata in ipsis non distent a rectis feudis plura proponuntur consideranda, & primo quod eadem opinio
16 admittens indifferenter foeminas † ad feudum maternum, seu quomodolibet ab initio ab alia foemina prouenient plures habeat non contemnendi nominis contradictores, inter quos Afflict. qui dicit filiam non venire in feudo materno in cap. 1. num. 1. de benefic. foemin. Minad. in repert. constit. in aliquibus de success. filior. Comit. & Baron. late Ioan. Andr. Georg. in repetit. feudal. cap. 51. nume. 23. 24. 25. 26. & 27. vbi quod ab illa opinione tot iuribus, & authoritatibus munita recedendum nequaquam sit cum neque natura feudi hoc permittat, neque tenor inuestituræ hoc disponat, vt foemina succedat, optima id comprobant ratione ponendo pro regula generali, vt foemina in feudis vocata non censeatur sine pacto speciali, adeo vt per concessionem de feudo factam foeminæ non sit facienda regula contraria præcedenti repugnans, & propterea inquiunt ipsi rex. de nat. success. feudi, quando refert success. foeminæ in feudo foemineo, cum maxima ratione subiungit, secundum quosdam, quorum opinio reijcitur, quo genere argumenti vtuntur Neapol. in consuetud. Neapol. sed si moueoti §. quod autem num. 292. de success. testam. Io. Andr. Georg. in repetit. feud. cap. 51. sub numer. 24. versic. sed huic argumento, & num. 26. infinitos alios huius sententiæ asseclas congessit Rosent. de feud. cap. 7. conclus. 35. in Glos. E. Quinimo contrarium sustinentes fatetur opinionem hanc de Iure veriorem, & consequenter amplectendam. Quoniam quantum fieri potest ad regulas
17 † communes, & propriam feudi naturam reuertimur Rosental. de feud. de dicta conclus. 35. n. 50. u fin.

Fortius, & secundo id comprobo, nam vel feudum istud originaliter vti dicebamus prouenit à Domina Iulia, & sumus extra omnem dubitandi casum, cum non controuertatur eius lineam remansisse extinctam, nec feudum dicatur reuersum ad matrem, seu vnquam ad illam spectauisse, ex quo nullibi constat de eius superuenientia, vel ab initio radicatum extitit in personam matris, & tunc ex necessitate fatendum venit, quod Dominus directus non sine misterio nominatim expresserit, atque vocauerit filium proprio nomine. Hoc enim ex eo certe accidit, quia secundum illius intentionem appellatione hæredem, & descendentium non veniebant foeminæ, tametsi feudum foeminę concederetur. Quando quidem expressio singularis † 18 alicuius foeminæ in hac materia multum reputatur considerabilis, & parit effectus foeminarum, vt non obscurè colligitur ex traditis per Rosental. de feud. cap. 7. conclus. 42. num. 21. & in Glos. E. & faciunt notata per Camil. Larat. de feud. part. 12. delucidat. 77. num. 14.

Inconuincibiliter demum prædicta omnia confirmo ex eo quia, ita practicatur Mantuæ, & signanter † in feudis, Curiæ Podij, vt scilicet in eis non admittantur, quando de ipsis in inuestitura non habetur mentio, & nisi expressè comprehendantur, ac nominentur, non obstante quod originaliter † omnia feuda proueniant à 19 foemina, vt testantur Bursatt. consil. 49. numer. 66 Menoch. consil. 148. num. 10. 11. & per totum ego ipse pluries in meis allegat. lib. 1. & præsertim ante octauam fol. 106. vbi recensui qualiter feudum Curiæ Podij ex titulo donationis peruenerit in Dominam Marchionissam Mantuæ, ac Bauariæ Ducissam, in qua forsam effectum fuit feudum nouum, vt ex illius inuestitura, & nihilominus nunquam, neque in feudo principali, neque in sub feudis eandem naturam, & qualitatem retinentibus potui obtinere quod filiæ, & aliæ foeminæ admitterentur quandocunque expresse de illis nulla facta fuisset mentio in concessionibus, & ex hoc vnico fundamento remanent omnino exclusi Domini à Valle, & linea Domin. Lauiniæ dicitur finita quatenus pro vocata haberetur, ex quo masculis minime relictis decessit relicta tantummodo Margar. feudo haud capaci, & ex ordine inuestituræ penitus exclusa iuxta opinionem, quæ hic frequentior videtur, tenentium feuda Mantuæ regulari ad instar propriorum, quantumuis in pluribus à rectis feudis degenerent, nortamen sicuti acriter defendimus hæc feuda omnino impropria esse, ita non recedimus à sententia admittente foeminas.

Neque resistit, quod Dominus Marchio tanquam hæres patris concedentis feudum à patre alienatum, & multo minus alteratum renocare non possit, cum teneatur etiam in re propria seruare factum defuncti, nam istud intelligitur pro viribus hæreditatis, atqui cum ex Inuentario appareat deducta dote materna, reliquisque bonis fideicommisso subiectis, vel feudalitate obnoxijs, nihil remanere hinc propterea sequitur potuisse D. Marchionem impugnare factum patris prędefuncti, siue feudum Curiæ podij † mi- 20 xtum sit, siue hæreditarium ad tradita per nos allegat. 23. num. 6. & 7. fol. 416. & mixtum esse dixit Rota Romana in Mantuana Roris 6. Iunij 1630. Coram Coccini impressa post primam allegationem hoc volumine, quoniam vtroque in casu tam feudi mixti, quam hæreditarij hæres, qui confecit Inuentarium non tenetur vltra vires hæreditatis seruare facta, † & alienationem 21 defuncti vt in specie, & limitando regulam l. cum à matre 14. C. de rei vendicat. post alios lato

to

to filio sustinuit *Io.Anton.*Bellou. consi l.48. à
num. 18.ad fin.Sanfelic.decis.100.num.42 Bel-
tram.ad Ludouis.decis.418 num.5. Peregr. cons.
24.num.3.ac per tot.lib.4. Vlterius cum Domi-
nus Marchio feudum reuocauerit ob lineam fi-
nitam vtriusque mulieris à principio inuestitæ,
& maxime ipsius Dominę Iuliæ, non propte-
rea dicitur impugnare factum defuncti, neque
teneetur de euictione. Quandoquidem cum sit
secuta non facto ipsius D. Marchionis, neque
eius authoris sumus in casu alterius limitatio-
nis regulæ l.cum à matre 14. C. de rei vin-
dicat. quippe quia non præstatur neque à con-
22 trahente, neque à successore euictio, † quæ ex
natura rei sequitur, qualis dicitur proueniens
ob lineam finitam ad tradita cumulatissime per
Mangil de euiction. quæstione 21. sub nume-
ro.9.versicul.idemque dicimus, & quæstio.150.
per tot. Altograd.consil.15.num.26. & seq.vbi
prosequitur declarando hanc conclusionem.
Camil.Loreth de feud.part.4.dilucidat.52.num
9. Io Baptist.Biloct conclus.feudal.68.num.1.&
2.Rot.decis.176.num.8.part.6. recent. Cyriac
controuers. 251.num.8. & controuers. 310.nu.
166. Thesaur.quæsti.forens.23.numer.15.libr.2.
Rosental.de feud.cap.9.conclus.54.num.17. cū
seq.Gratian discept.forens.520. numer.27.siue
magis declarauerit vtile directo consolidatum
23 ob non susceptam † debito tempore inuestitu-
ram à Domina Margarita, quatenus admittere-
tur fuisse in inuestitura vocatam, isto enim in
casu non teneatur venditor, neque eius hæredes
de euictione, nec per aliquam cautelam succur-
ritur emptori ad effugiendam caducitatem, etiā
quod euictio fuisset expressè promissa Rosental
de feud.cap.8 conclus.51. Thesaur. dicta quæst.
23.num.10.lib.2.Rota decis.357.num 26. part.
5.recent.Cyriac.controuers.310. numer 211 fa-
ciunt notata per Mangil.de euict.quæst.124.per
totum concludo igitur inteotatę caducitatis,at-
que deuolutioni nil obstare, quod Domin. Mar-
chio fuerit hæres patris, cum agat ob culpam
Vassalli,& ita suadente natura feudi, non autē,
quod impugnare intēdat gesta per patrem, quæ
tamen infringere adhuc posset attento bonorū
inuentario, ex quo illico iunctis testamentis
suorum maiorum datur intelligi nil reperisi in
hereditate detractis sibi debitis ex prouidentia
directorum, vel prçordinatione testatorum, si-
mul cum deuolutis ad eundem contemplatio-
nem hæreditatis maternę,pro quo tenetur,ne-
que etiam in minimo de euictione, sibi tamen
ei locus esse posset.

Superest nunc refellere motiuum aliud con-
sistens in eo, quod regulariter caducitas non
declarata per prædecessorem contra defunctum
declarari quoque non possit contra hæredes à
successore;quod inquam motiuum facili nego-
tio remouetur ponderando istam assertionem
ita demum procedere,quando apparet Dominū
24 notitiam habuisse † caducitatis in cursæ, nam
tunc si ea non obstante inuestiat caducitatem
huiusmodi remittere censetur, quod non con-
tingit, quando dominus ignorans caducitatem
in cursam admittit vassallum ad inuestituram;
tunc enim non inicret coniecturata remissio ca-
ducitatis *Io.* Andr & Abb.in capit.fin. extra de
Donat.Cyrisc.l fin.C.de reuocan.Donat. Bald.
in l.2.quest.39 ff.de rer decis. Sacca consil.210.
num.8.Gionagn.consil.59 num.70.lib.1.Bofel.
in summ.decis tit.54.nume.368.& 369.part.3.
Ludouis.decis.529.num.18.Ferentill.ad Buratt.
decis.517.sub num.9. versic. limitatur secundo
Rosental.de feud.cap.6.conclus.61.num.5.cum
infinitis in Glos.D. Capan. de Iur. releu part 5.
quest 9.num.8 Cyriac.controuers.316.num.20.
Bimius consil.228.num.43.& consil.382 nume.
1.&2.Cum igitur ex aductis ostensum non fue-
rit constitisse tunc de scientia Domini inue-
stientis caducitate incursa,vel deuolutione sub-
secuta non obstantibus,cessat propterea omnis
amaritudo,cum sic versemur in dubio, † & per 25
consequens ignorantia præsumatur Buriat.dict.
consil 91.num 11.& 12 Sacca dicto consi.210.sub
numerò 8. versic & ignorantia Giouagn.dicto
consil.59.num.70.lib.1 Ludouis.decis.529 num.
19. Quæ conclusio eo magis sibi locum vindi-
cat in præsentiarum,quia hoc casu ignorātia est
iusta, dum inuestituræ fiunt non à Domino, sed 26
à Commissarijs non habentibus facultatem re-
mittendi caducitatem, vt in simili ponderauit
Rota coram Ludouis dicta decis.529.num.19 in
fin.Hodiern.ad Surd.dicta decis.342.nume.5. &
seq.Anton.Nigrij de execut.rei iudicat. dicto c.
7.§ 4.num 7.& seq.

Et exinde tollitur scrupulus, qui oriri posset
ex actu geminato resultante ex duplicata inue-
stitura,† per quam videretur dicendum cessare 27
omnem ignorantiam, errorem, & dubium,& i-
deo poenam omnino fuisse remissam Dec. cons.
185.num 14.Rosental.de feud.dicto cap.6. con-
clus.61.in Glos E in fin.Capan.de Iur.releu.par.
5.q.9.n.10.nam huiusmodi actio deducta ex ge-
minatione inuestit.forsan procederet;si feudum
immediatè procederet à Domino, cui competit
ius remittendi caducitates, secus autem dū in-
uestiturę dimanarunt à commissario non valenti
commissum remittere, vltra quod admodū de-
bile reputatur istud fundamentum † emergens 28
ex duplicata cōcessione adeo vt pluribus impu-
gnetur per Rosental. de feud.cap.6.conclus.68.
num.9.& 10.& Glos.K.& quæst.69.num.15.&
16.& in Glos.S.

His de medio sublatis super filium videtur
considerare personas Dominorum à Valle,con-
tra quos militat etiam caducitas dum excedont
decimum quartum annum † eisque currit tem- 29
pus petendę inuestituræ quartodecimo anno
completo ex tex.in c.1.§.si quis maior. de feud.
recogn.vbi feudistæ pa.5.quæst 22.n.1 Rosent.
de feud.cap.6.concl.40.n.1. Et quamuis regu-
lariter restituantur in integrum vt tradunt mox
citati doctores nihilominus benefic. restitutio-
nis priuātur altero ex duobus casibus, & primo
quando præcessit citatio, † vel proclama ad su- 30
scipiendam inuestituram, secundo quando mi-
nor

non habet regressum aduersus Curatorem vt examinat Capa.de Iur releu.part.2 a.num.3.& 4. Odd.de restit. in integr.quest.89.num.50., quæ eo magis intrant, ex quo per concessionē inuestituræ factam tertio, res, desijt esse integra, & tanto minus competit restitutio.

Id autem quod dicebatur de inuestitura in solidum concessa DD. Lauiniæ, & Iuliæ Matris, ac filiæ respectiue remanet quoque sublatum ex structura mandati de inuestiendo, & ordine ibidem præscripto succedendi, & ex supradictis, vnde non est, cur denuo eadem repetamus.

Quemadmodum sublata quoque remanet dubietas reiecta ex motiuo vltimo loco excitato de admissione agnatorum ad feudum caducatū ob non susceptam Inuestituram; nam præterquam quod ipsi non dicuntur vocati ex ordine concessionis restitutæ, ad matrem, & filiā proprijs nominibus vocatas, nec vnquam locus esse potuit successioni Dominæ Margaritæ, ex cuius prætensa comprehensione veniunt fratres à Valle. Accedit vlterius in articulo caducitatis in curiæ ob non susceptam inuestituram Domini potiorem esse causam, & præferri agnatis; & pro huius controuersiæ dilucidatione adhuc inuestigandum est, an velimus feudum istud primordialiter prouenire à sorore vterina, & sumus extra omnem dubitandi aleam, ex quo Domina Margarita vti non vocata, nec veniens appellatione hæredum, & descendentium Dominæ Iuliæ Ius aliquod in feudo huiusmodi prætendere nequit; num vero originem feudi debeat ex D. Lauinia matre ipsius Dominæ Margaritæ, in cuius personam eum consideretur vti feudum nouum Iure merito non suscipiendo Inuestituras debitis temporibus seu illas non renouando cecidit à Iure seu fauore Dominini; nam Doctores in oppositum adducti ad inclusionem filij, & agnatorum transeunt in illam opinionem sup-
31 posito quod † feudum sit antiquum Bursat. dicto consil.91. num.14. versic. quod feudum antiquum Roland consil.64. nume.14. lib.3. & bene explicat Io.Bapt.Biloct.conclus.feudal.71.num 5. & 6. quo casu de hac assertione magistraliter dubitat Merend.controuers.Iur.lib 6.cap.18.& videndum est Peregr.consil 19. per tot. lib.1.

Quare, &c. Saluo, &c.

ARGVMENTVM.

Nullitatem concessionis in emphyteusim allegare non potest emphyteuta, seù illius hæres. Dum Ecclesia continuare contractum prætendit.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesiæ bona non possunt in emphyteusim concedi absque beneplacito Apostolico. Vt dicantur solita concedi in emphyteusim, vel feudum ad minus requiruntur bona Inuestitura cum obseruantia quadraginta annorum num.2. Vel saltem, quod semel res in emphyteusim, vel feudum adhibitis solemnitatibus tradita fuerit nu.3. & 20.*

4 *Beneplacito nondum obtento à concessione in emphyteusim recedere vtroque ex concedentibus licet. Intellige vt nume.22.*

5 *Processus contra minorem indefensum fabricatus est ipso Iure nullus.*

6 *Ecclesia pupilli priuilegio gaudet. æquitatis, & iustitiæ est cultrix nume 17. Debet renouare emphyteusim proximioribus emphyteusis vltimi possessoris nume.18.*

7 *Contractus fauore ecclesiæ claudicat. & numero 23.*

8 *Dictio (in perpetuum) efficit emphyteusim ad extraneos transitoriam.*

9 *Clausula, pro hæredibus, & successoribus, efficit emphyteusim ad extraneis transitoriam. Ad habendum inducit comprehensionem extraneorum in concessione emphyteusis Ecclesiasticæ num.10*

11 *Singula quæ non prosunt, simul vnita magis prosunt.*

12 *Emphyteusis Ecclesiastica volente Ecclesia extraneas admittit.*

13 *Extraneus in materia emphyteusis omnis dicitur, qui non est de descendentia primi inuestiti.*

14 *Solemnitas in concessione emphyteusis Ecclesiæ potest ex post facto interuenire Non requiritur vbi adest euidens vtilitas num.15.*

16 *Mendicantes, qui possunt bona immobilia acquirere ad effectum vendendi, & prouidendi eorum necessitatibus, sine vlla solemnitate possunt ea alienare.*

19 *Emphyteusi finita renouatio Inuestituræ fieri debet proximioribus vltimi possessoris, non autem primi inuestiti.*

21 *Solemnitates non interuenisse, quando apparet ex Inuestitura emphyteusis, ad eas præsumendum immemorabilis requiritur.*

Alle-

Allegatio XXXII.

Adsit Deus.

MArtinus, & Ioannes de Clodijs cum Beneplacito Apostolico authoritate nouæ concessionis, & Inuestituræ obtinuerunt inuestiri à RR. Monialibus Sanctæ Luciæ in emphyteusim, de quibusdam petijs terrarum ad soluendum singulo anno libras quinque pro qualibet bobulca, in emphyteusim inquam perpetuam pro se, eorumque heredibus, & successoribus, & descendentibus. Quibus sine filijs vita functis R. D. Hieronymus de Clodijs eorum hæres vniuersalis instetit sibi easdem terras, seu emphyteusim renouari prout factum fuit pactis, & conditionibus, de quibus in inuestitura, & in vim Breuis, si in euidentem ab initio, & tempore primæ conces-
1 sionis impetrati, qui cum plures annos permansisset in possessione prędij, sibi ad liuellum concessi, conuentus pro tertijs decursis non solū soluere recusauit, verum etiam egit ad rescissionem inuestituræ sub prætextu, quod non interuenerint solemnitates, sententiam fauorabilē reportauit, vnde quæritur, quid iuris de tali sententia.

Et primo, vt aiunt aspectu videbatur iuribus subsistere ex infrascriptis rationibus; quarum prima consistit in eo, quod in concessione facta
2 de huiusmodi bonis † non interuenerunt solemnitates requisitæ in alienatione rerum Ecclesiæ & de quibus in extrauaganti ambitiosæ de reb. Eccl. non alien. Ludouis. decis 52. num 1 & apud Cenc. de cens decis. 253. nume. 6. & decis. 384. num. 2. Buratt. decis. 394. num. 1.

Secunda ratio, quæ allegari posset emergit, ex eo quod tam & si hæc bona in emphyteusim de anno 1620. fuerint concessa præfatis DD. Martino, Ioanni de Clodijs, ex propter non dicuntur solitæ in emphyteus. concedi saltem ad effectum, quod reuersa ad monasterium iterum absque solemnitatibus in emphyteusim dari queant. Nam præterquam quod in actis non apparebat de huiusmodi concessione saltem, quæ effectum sortita fuerit, animaduertendum quo-
3 que est ita demum res Ecclesiæ † dici solitas in emphyteusim, vel feudum concedi quoties præcesserunt adminus binæ inuestituræ cum spatio quadraginta annorum arg. l. 3. C. de Episcop. aud. & auth. quas actiones C. de Sacros. Eccles. Iacob de Belui. in cap. 1. versic. quæritur ergo de ijs qui feud. dar. possunt. Ias. consil. 55. num. 12. & cons. 156. n. 7. lib. 1. Alex consil. 9. nume. 5. lib. 3. Ruin. consil. 34. num. 4. & consil. 41. num. 19. & 42. lib. 1. Dec. consil. 142. sub num. 4. versic. quia requisitas Vel saltem † quoad semel res in emphyt. 3
adhibitis solemnitatibus tradita fuerit, & quod talis concessio per quadraginta annos continuatam habuerit obseruantiam Gabr. consil. 82. nu. 1. lib. 2. Mantic. de tacit. & ambig. libr. 21. tit. 7. sub nu. 17. versic. sed communis est opinio Gam. decis. 342. num. 4. Clar. in §. feudum quæst. 13. n. 4. Barbos. de vniuers. Iur. Eccles. lib. 3. cap. 30. nu. 31. pag. 181. col. 1.

3. Ratio deducitur ex eo, quia concessio facta Martino, & Ioanni de Clodijs fuit conditionalis, dummodo sedis Apostolicæ accederet emphyteuticationi assensus, † qua pendente con- 4
ditione, & donec appareret de Beneplacito Apostolico vtrique parti permittitur pœnitere, & à contractu recedere Caputaq. decis. 614. in fin. part. 1. & decis. 755. num 2. part. 2. recent. Gratian. discep. forens. 514. num. 7.

Quibus tamen non obstantibus contrarium verius existimo, & prætermissis pro nunc, quæ dici possent circa inualiditatē processus, ac nullitatem sententiæ, ex quo omnia gesta sunt in contumaciam monasterij, & nemine pro monialibus interueniente, nec verificatis verificandis, seu constito de personarum legitimatione, quæ omnia tam disiunctim, quam simul iuncta inferunt ad irritanda hactenus acta, nam sicuti
minore, vel pupillo † indefensis processus con- 5
tra ipsos fabricatus penitiore euanescit, & irritatur l. contra pupillum 54. ff. de re iudic. l. 1. cum minores 4. C. si aduersus rem iudic. cum adductis allegat. nostra 14. num. 3. Ita dicendum de actitatis contra moniales, & monasterium Sanctæ Luciæ, quandoquidem Ecclesia est loco pupil-
li, & gaudet eius priuilegijs Glos. in l. libertas 6
§. C. de excusat. tut. Bart. & Angel. in l. republicæ 4. C. qui ex caus. maior Gratian. discept. forens. 601. num. 14. & 15 & discept. 935. nu. 10

Proponō animaduertendum pro resolutione eorum, quæ in contrarium adducta fuerunt alienationem rei Ecclesiasticæ absque solemnitatibus, ita demum dici nullam Ecclesia, vel
Ecclesiasticis personis ita volentibus, † cum so- 7
lemnitates in eorum fauorem sint introductæ, & contractus possunt claudicare, quapropter cum Moniales Sanctæ Luciæ intendant, ac velint persistere in concessione iam facta, Reuerendus de Clodijs ab ea, ne latum quidem vnguem resilire potest Mantic. de tacit. & ambig. lib. 3. tit. 16. num. 12. & lib 4 tit. 7. nu. 53. Surd. decis 108 num. 14. Rot. Rom decis. 153. num. 11. & 12. part. 2. diuers. & penes Ludouis. decis. 467. num. 5. & in annot. numer 16., & apud Cenc. de cens decis. 254. num. 21. & decis 265. numer. 4. & decis. 318. numer. 48. in fin. nouiss. diuers. anno 1636. impress. & apud nos decis. 2. nume. 21 post allegat. 1. lib. Gratian discept. forens. 202. num. 24. & discept. 819. nume. 9. & discept. 838 nu. 24 & discept. 978. num. 17 Sanchez. consil. moral. lib. 4 cap. 1. dub. 13. num. 2 & exinde colligitur etiam ex hoc capite sententiam illius fore-

re latam nullis suffultam, saltem rationabilibus, fundamentis, teneri que Clodium, vel eius hæredes canonem nihilominus soluere, tam. & si solemnitates fuissent necessariæ, & non interuenissent Angel. in §. si vero in perperam in prine. col. 2. Auth. de alienat. Ias. in l. 2 num. n. C. de iur. emphyt. Rodoan. de rebus Ecclesiast. non alien quæst. 36. num. 16. Sord. dicta decis. 108. num. 14. in fin. & ibi Hodiern. num. 11. & ad decis. 79. num. 8. Nam sufficit ad validitatem contractus, quod post celebrationem interueniat eum interim contractus habeat impletum statum validitatis Dur. dec. 387. numer. 9. 10. & 11.

Deinde non prætereundum duxi, quemadmodum ex tenore Inuestituræ posset prætendi, quod emphyteusis, non tam descendentes, & hæredes sanguinis masculos, sed etiam fœminas, & extraneos admitteret, hocquè pluribus probari videretur, primo propter dictionem
8 (perpetuam,) † quæ de per se iunctis alijs circumstantijs id efficere voluerunt Rot. in Cremonen. bonorum num. 7. impress. per nos post allegat. 14. lib. 1. & in Sabinen. Montis Rotundi ven. 25. Iunij 1627. num. 79. coram Reuerendissimo Decano, quæ est decis. 91. nouiss. diuers. hoc anno impress. dixi allegat. 18. num. 23. lib. 2. Gratian. discept. forens. 533. n. 38. secundo quia concessio Inuestituræ emanauit pro se hæredi-
9 bus, & successoribus, † per quam clausulam emphyteusis ecclesiastica sortitur naturam, ac qualitatem transmissibilitatis etiam ad extraneos, ac quoscunque hæredes. Rot. Rom. in Regien. bonorum veneris 15 Martij 1630. num. 18. coram Reuerendissimo Decano quæ est decis. 359. nouiss. diuers. de anno 1636. impress. & duplicatur apud Post. de manutent. decis. 293. Tertio pro-
10 pter clausulam ad habendum † &c. quæ & ipsa operatur, vt emphyteusis Ecclesiastica comprehendat indifferenter etiam extraneos Barbos. de claus. 4. num. 4. in modern. impress. cum alijs per nos passim cumulatis Buratt. decis. 87. n. 3. Duran. decis. 295. num. 2. & in Atimiuen. emphyteusis 14. Martij 1620. coram Dunzetto & in puncto Rot Roma. in Bononien. bonorum 24. Martij 1630. coram Reuerendissimo Coccino Decano num 4. & 5. quæ est decis. 381. part. 5. recent. Quæ clausulæ dum separatim considerata hunc effectum producunt, tanto magis id conuincent simul concurrentibus, & coacer-
11 uatis, & regula singula, † quæ prosunt, simul iuncta magis proficiunt Barbos. Axiomat. 209. n. 1. Accedit, quod emphyteusis ecclesiastica mero iure transit etiam ad extraneos reseruata tamen facultate Ecclesiæ eam ab extraneis vin-
12 dicandi, quod si Ecclesia † velit relinquere ipsam emphyteusim penes extraneos relinquere nullo iure prohibetur id facere Ruin. cons. 161. num. 33. & 34 lib. 1. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 22. tit. 19. num. 32. Matth. Bron. cons. 41. nu. 5. Rot. in Bononien. bonorum 24. Maij 1630. n. 6. Coram Reuerendissimo Decano quæ est decis. 381. nouiss. diuers. anno 1636. impress. Manent. decis. 6. num. 50. faciunt notata per Buratt. dec. 394. num. 6 & 101 Ferentil. num. 11. Gratian. dis. forens. 481. num. 67. & seq. Vnde cum moniales dederint manus quod Reuerendus iste de Clodis persisteret in concessione emphyteusis, declarauerunt etiam tacitè se contentari, vel ab initio sensum habuisse, quod huiusmodi emphyteusis esset ad extraneos transitoria, nam appellatione extraneorum † in hac materia eeniem- 13
tur omnes, qui non sunt de descendentia primi inuestiti Mantic. de tacit. & ambig. lib. 22. tit. 9 num 1. quem sequitur Rot. in Bononien. Bonor. Ven 24. Maij 1630. num. 8 coram Reuerend. ss. Coccino Decano quæ est decis. 381. p. 5. recent.

Vlterius stante vtilitate ipsarum monialium, quibus alias prædium emphyteuticum incultum remanerer ob ipsarum, & Monasterij impotentiam, potuerunt, quatenus ab initio non interuenisset obtinere beneplacitum † etiam post 14
consumatam, ac perfectã concessionem Roboa. de rebus eccles. non alien quæst. 20. nume. 182. Gratian. discept. forens. 202. num. 20. & Paulinam constitutionem non obseruari, † nec vllas 15
solemnitates requiri, quando emphyteusis concessio proficit ecclesiæ Alea. de Neuo cons. 30. num. 4. Rauden. consil. 17. part. 1. nume. 165. in 12. Menoch. consil. 287. num. 39. & consil. 1169 nu. 20. Mantic. decis. 101. numer. 1. Manent. decis. 74. num. 15. Quinimmo cum ex earum institutione sint mendicantes, † & regulam Sancti Francisci 16
profiteantur, possent etiam prætermissis solemnitatibus alienare Gratian. discept. forens. 202. num. 38. & seq. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 25. tit. 6. num. 58.

Cæterum in prædictis cessant omnes amaritudines facta reflexione, quod Moniales emphyteusim hane (vt præmittitur deuolutam) nolabant pro se retinere, quia potius non poterant, nisi in graue ipsius Monasterij grauamen & detrimentum. Vnde cum alijs concedere adhuc paratæ essent nõ poterant non inuestire dictum Reuerendum de Clodia vti prioris, ac vltimi emphyteutæ heres, & proximior, nam emphyteusi ob generationem finitam ad Ecclesiam reuersa Dominus directi ex quadam æquitate, & iustitia, quatum ecclesia † debet esse vigilans 17
nocũa, & summa cultrix cap. 1. de alienat. feud. Matt. medic. ad decis. Senens. examinat. 12. num. 29. & examinat. 40. num. 1. citatian. discept. forens 675. num. 4. & discept. 896. num. 8. Serap. decis. 794. num. 15. proximiores † tenetur rein- 18
uestire Gratian. discept. forens. 88. numer. & seq. & discept. 477. num. 17. & seq. & discept. 934. num 1. & seq Rot. decis. 60. num. 5. & decis. 178. nu. 18. & seq. nouiss. diuers. anno 1636. impress. dixi allegat. 4 num. 19. lib. 1. & dicam plenius allegat. 15. lib. 3. Rota in mutinen. emphyte. 28. Maij 1638. Dunzetto & in Ciuitatis Castelli emphyteusis 23 Februarij 1643. Meltio, & in Rauenat. emphyt. 19. Ian 1646 Dunz. quod cum successerit etiam ipso instante concessio propterea de inualiditate redargui minime potest intellige autem de proximiore † ilius in cuius per- 19
sona finitur emphyteusis, non vero primi inuestiti

uestiti Roman. consf.22.in fin Rom.consf.47.
num16.lib.3.Ioseph.ludouic.decis.lucen.29.35
cum seq. quando emphyteusis est hereditaria,
At quando est ex pacto, & prouidentia tunc at-
tenditur proximitas primi inuestiti vt ibi per
eum, & per Rota in dicta Ciuitatis Castelli 23.
Februarii 1643. Melrio.

His positis ad contraria facillime responde-
tur, & quidem dupliciter ad primum, tum quia
de Beneplacito iam obtento satis apparere di-
citur ex breue, si in euidantem per commissa-
rios solemniter executioni demandato, & per
quod omnibus solemnitatibus censetur satisfa-
ctum tum quia, & hæc secunda responsio ex præ-
cedenti resultat, semel bonia ecclesię adhibitis
solemnitatibus ecclesia nolens, & tanto magis
non potens pro se retinere non impeditur alijs
concedere, & præsertim proximioribus vltimi
emphyteutæ:

Ad secundum replicamus ad effectum, vt res
Ecclesię solitæ dicantur in emphyteusim, vel
feudum concedi, sufficere, quod præcesserit vni-
20 ca concessio solemnis, † & ab initio valida, ne
amplius in huiusmodi rebus concedendis illico
fuerunt solemniter emphyteuticatæ, requiritur
solemnitas, vel Beneplacitum aliquod Seraph.
decis.434. & decis.1174.num.4. & decis.1451. n.
2. Clar. in 6. feudum quæst. 13. versi. nunc pro in-
telligentia Viuian. in prax. Iuris. patr. libr. 2. cap.
5. num. 30. Rot. in Romana domus 19. Aprilis
1630. num. 18. Coram Reuerendissimo Durano
quæ est decis. 367. part. 5. recent. Burait. decis. 24.
num. 14. Igitur Reuerendæ Moniales quibus id
hoc à Sancta sede fuerat indultum, absque alio
recursu ad summum pontificem potuerunt em-
phyteusim, quando eisdem etiam fuisset aperta,
proximioribus, ac quibuscunque alijs candem
concedere & quod ex lapsu quadraginta anno-
rum cum binis inuestituris effectũ sortitis præ-
sumatur solemnitas optime procedit in dubio,
21 sed quoties euideoter constaret solemnitates †
non interuenisse requireretur forsan immemo-
rabilis ex traditis per Caualer. dec. 613. num. 3.
Menoch. præsupt. 132. num. 79. lib. 3. Marc. Ant.
var. resolut. 21. sub nu. 13. versic. replicatum fuit
numer. 3.

Tertium procedit in contractibus initis su-
per beneficialibus, quæ sine auctoritate sedis
22 Apostolicæ omnino prohibeotur c. super eo
de transact. Gratian. discept. forens. 803. num. 47
Duran. decis. 397. & ideo ante beneplacitum se
dis Apostolicę est locus pænitentiæ. Diuersum
est in alijs contractibus, & alienationibus re-
rum ecclesiæ, quæ etiam non adhibita solemni-
tate requisita fauore ecclesię sustinentur, si vellit
ea rata habere, nam tunc contrahens cum Ec-
23 clesia non potest dicere contractum nullum, &
ita in specie distinguit Mantic. decis. 202. nume.
2. & in hæc formalia verba tradidit punctuali-
ter Gratian discept. forens. 803. nume. 48. & 49.
& ratio esse potest quia habent implicitum sta-
tum validitatis nimirum ecclesia volente.

Ad quorum omnium confirmationem addo
vlterius poterat Paulinam constitutionem de
reb. eccles. non alien. Mant. non obseruari Bur-
satt. consil. 55. num 20. Manent decis. 74. num. 2
dixi allegat 1. num 45. lib. 1. Verumtamen quia
potius de contrariò ex consuetudine apparet, &
non nisi dictæ constitutionis adhibitis solemni-
tatibus bona ecclesiæ regulariter etiam Mant.
non alienantur nec quoquomodo conceduntur.
Ideo in hoc solidum fieri nequit fundamen-
tum. Et ita iudicatum.

ARGVMENTVM.

Extorsio reputatur, quandocunque laudimium indebitum, & aliàs non exactum prætenditur; & quando licitè percipiatur.

SVMMARIVM.

1 *Laudemium debetur ab vltimo possessore etiam ante illius possessionem debitum. Non debetur pro obligatione feudi, aut emphyteu. num 2. Supra quinquagesimam à Iure reprobatur, num. 3. In quantitate siue magna, siue modica per consuetudinem approbata legitimè percipitur, num. 4 Soluitur in contractu super re emphyteutica gesto, num. 5. Non deberi consuetudine inducitur, n. 7. Non exigitur in emphyteusi etiam perp. irredimibili, num. 8. De eo tantum, quod ad manus venditoris peruenit, soluitur, num. 9 Exigendi quasi possessio probata quoad vnum, suffragatur quoad omnes, num. 11 Undè dicatur, n. 16. Erogandi in contractu rei feudalis consuetudine inducitur, num. 19.*

6 *Laudimij ex non solutione occasione contractuum arguitur rem non esse emphyteuticam. Exactioni non dicitur derogatum ex concessione facultatis alienandi num. 20. Onus est odiosum, ideò restringendum, num. 12.*

10 *Feudalia, & emphyteutica ex ordinibus Mãtua quinto minus æstimantur.*

13 *Quasi possessio contra vnum, non suffragatur contra alium.*

14 *Res inter alios acta tertio non praiudicat.*

15 *Illatio non fit ex diuersis.*

17 *Qualitates præexistentiam subiecti requirũt.*

18 *Argumentum ab emphyteusi ad feudum respectu laudimij non valet.*

21 *Hypotheca pro laudimio an competat.*

Digitized by Google

Allegat. XXXIII.

Adsit Deus.

AEgre ferrentes, ac repentino impetu concitati interuenientes pro Venerabili Monte Pietatis, eò quod iniustam, seu sine pietate meatorsionem nouiter prætensam laudimij nondum alias in hac emphyteuticatione exacti, nuncupauerimus magistrale, ac in absolacto responsum infinitis propemodum conclusionibus passim obnijs refertum ediderunt. Interim verò punctuales doctrinas, quas fortasse sedato animo inuenissent, in graue eiusdem Montis Præiudicium neglexerunt, ex supposito tamen hactenùs non verificato nos versari in concessione in originaria illius constitutione, ac natura laudimij solutionibus obnoxia. Quo quidèm in casu
1 † allegari potuisset Fontanella relegendus decis. 587. per totam, vbi in terminis, vt aiunt, terminantibus resolutum ab illo Senatu refert, cessationem per aliquot vices in alienationibus rei emphyteuticatiæ à solutione laudimij non inducere præscriptionem, aut liberationem, adeout vltimus acquirens ad solutionem laudimiorum pro anteacta alienationibus condemnatos extiterit.

Verùm cùm stantibus, vt stant rebus, non liqueat concessionem, de qua agitur illius farinæ esse vt pro eius alienatione laudimium debeatur, Inde optimo diximus modernam prætensionem illud exigendi in meram conuerti extorsionem, quo genere præciso locutionis vtuntur
2 nostri quandocunque laudimium † in casu aliquo indebitum prætenditur, exemplum dant in obligatione contracta super emphyteusi, in qua non debetur laudimium, illudque prætendere extorsio reputatur, Seraphin. decis. 1290. num. 6. Burg. de laudim. p. 2. quæst. 17. per tot. Manent. de contract. liuell. quæ. 15. nu. 1. & seq. Exemplum aliud dant in consuetudine
3 soluendi laudimium † supra quinquagesimam, contra textum in l. fin. C. de iur. emphyt. Cæpol. cons. ciuil. 51. num. 28. lib. 2. Manent. de contract. liuell. d. quæst. 15. nu. 10. & priùs quæst. 1. p. 9. nu. 17. & sequ. & faciunt tradita per Rotam in Cesenaten. seu Sarsinaten. emphyteusis 20. Iunij 1640. & in Cesenaten. seu Sarsinaten. emphyteusis, seu laudimiorum 21. Iunij 1643. coram Ghislerio, vbi quòd de iure communi nonnisi in quinquagesima debeatur laudimium, Leoncill. decis. 14. nu. 7. latè Staiban. iun. resolut. 98. num. 155. & seq. Conquæri igitur aduersantes non debent, dùm introductionem exigendi laodimia eisdem terminis, quibus a Doctoribus reprobatur, impugnauerimus.

Exigere autem pro laudimio supra quinquagesimam, licèt simpliciter loquendo, abstinendo scilicet à consuetudine vigentium moribus legitimè præscripta, & a pactis in concessionibus expressis, atque conuentis, extorsio censeatur, supposita tamen consuetudine, seu pacto non prohibetur, quo minùs laudimium † in 4
maiori quantitate, quàm lege taxetur, exigi valeat, l. 1. & seq. C. de iur. emphyt. Nart. cons. 49. sub num. 20. versic. sed quod soluat, Amad. à Pont. quæst. laudem 4. num. 9. Boratt. decis. 435. num. 3. Ripol. var. resolut. cap. 7 num. 454. Gratian. discept. 180. num. 2. vbi quòd attendatur consuetudo, & mos regionis, quod repetit discept. 460. nu. 70. Rota decis. 130. num. 7. p. 1. recent. & in dicta Cesenaten. seu Sarsinaten. emphyteusis 27. Iunij 1640. nu. 4. coram Ghislerio, de qua quidèm consuetudine, seclusa peculiari conuentione soluendi vltra quinquagesimam, non parum dubitat Staiban. iun. resolut. 98. num. 73. cum seqq. Bim. cons. 491. num. 22.

Esto igitur quòd de natura emphyteusis in illius distractu laodimium † in quantitate per 5
legem determinata, vel consuetudine, aut pacto aucta, ac diminuta soluatur, per textum in l. fin. §. & ne auaritia, C. de iur. emphyt. cum ibi notatis per Doctores, Oldrad. cons. 24. nu. 1. in fin. Menoch. cons. 297. sub. num. 7. & 9. Surd. decis. 31. num. 7. Schrader. de feud. p. 9. cap. 3. sub nu. 24. Corbul. de iur. emphyt. de caus. priuat. ob alienat. amohat. 17. num. 4. quibus accedant Capan. de iur. releu. p. 5. quæst. 25. num. 2. & quæst. 32. num. 9. Staiban. iun. resolut. 49. per tot Gratian. d. discept. 180. nu. 2. & seq. & discept. 377. per tot Caualer. decis. 121. num. 1. Cenc de cens. quest. 54. num. 14. Hodiern. ad Surd. decis. 198. nu. 3. Buratt. decis. 601. nu. 5. Rot. decis. 14. num. 46. p. 6. recent.

Istud Iuribus D. Sertoniæ nequaquam officit, non solùm ex eo, quia sicuti ex solutione laudimij in contractu rem emphyteuticam esse agnitur, ità ex eo, quod in contractibus initis super istis bonis nunquam laudimium † solu- 6
tum apparet, è conuerso hunc non fuisse, nec censeri contractum emphyteuticum inhulrint; quemadmodum ratiocinantur præcitati Doctores, & signanter Menoch. cons. 444. nu. 3. & seq. Burg. de laudim. p. 1. inspect. vlt. Mascar. de tacit. & ambig. lib. 22 tit. 3. num. 15. Thomat. decis. Macerat 60. num. 41. Rota decis. 14. num. 2. & decis. 128. num. 1. p. 6. recent. Vndè cùm huiusmodi concessione plotiès, ac in diuersas personas renouata nunquam laudimium extiterit solutum, non possunt modò Agentes ipsius Montis cum supposito, quod iste contractus naturam emphyteusis redoleat, laudimia nusquam exacta prætendere, quinimmò concessionem hanc alienari à contractu emphy-

emphyteusis reputare debent;

Sed etiam ex pluribus alijs, & primo, quia sicuti ex consuetudine inducitur alteratio tam circa augumentum, quàm etiam circa diminutionem quantitatis, ita etiam absoluta consue-
7 tudo nihil prorsùs repēdendi pro laudimio † oriri potest, ea Franc. decis. 201. num. 5. cum adductis per Staiban. jun. resolut. 49 num. 11. Gratian. discept 367. num. 28. Secundo, quia laudimium
8 † nunquam debetur ex concessione facta cum pacto affrancandi eoque; maximè quando affrancatio fieri permittitur, vel per assignationem alterius proprietatis, vel persolutionem capitalis in rationem quinque pro centenario, respectu habito ad canonis summam. Cathalan. in tract. de indult cap 8. nu. 49 & seq Burg. de laudim. p. 2. inspect 5. num. 25. in annot. Argentar. in simili tract. §. si, per tot. Staiban jun. d. resolut. 49. num. 15. 16. & 17. Manent. de contract. liuell. pact. 9. num. 3. Vnde cum in Inuestitura iugerum nonaginta alternatiua prædicta reperiatur, ideò vltra consuetudinem subest etiam causa, ob quam laudimium nullatenùs debeatur, aut exactum fuerit. Tertio, ac demùm, quia ità demùm soluitur laudimium,
9 † si aliquid ad manus venditoris de pretio rei venditæ perueniat, dicta l. fin. vbi Glos. in verbo pretij, C. de iur. emphyt. Mar. Antonin. var. resolut. 90. cas. 36. versic. secundo fuit dictum, lib. 2. Amod. à Pont. quæst. 5. num. 1. ac per tot. Bursat. qui ità obseruari in Patria Mantuana attestatur cons. 127. num. 53 Cost. de port. rat. quæst. 112. num. 3. Burg. de laudim. p. 5 quæst. 6 num. 11. & 24. Gratian. discept. forens. 784. nu. 2. vsq; ad 6. At in facti contingentia totum capitale liuello correspondens ad Dominum spectat, ideò indubitatum redditur nos versari in contractu, ac bonis, seu capitali, ex cuius distractione nullum prorsùs laudimium debetur.

Quæ etiam militat respectu alterius pet. terr. iugerum viginti quatuor, & pro qua annuatim scuta quadraginta soluuntur, quæ distributa in singulas bubulcas pro vnaquaque libra decem pro canone respondentur, quarum sors summā librarum biscentum constituit, quibus detractis, & considerato etiam de ædificijs super residuo prædij existentibus, nullam habendam
10 esse rationem, quodque bona huiusmodi † iuxta ordines huius Patriæ, quinto minus æstimātur, ex tradita per Cyriac. contro. 160. num. 20. vtique nihil ad manus venditorum vnquam peruenisse dicitur, ratione cuius ad laudimij solutionem obstringerentur.

Prædictis verò neque resistit fides solutionis laudimij factæ in simili facultate alienandi Massario Societatis S. Siluestri per Agentes Montis impertita, cùm prætensa laudimij solutione exindè subsecuta, ob quam videretur dicendum, quod possessio, seu quasi, laudimium
11 † exigendi probata, respectu vnius sufficiat ad obtinendum manutentionem quoad omnes, c. in sua, vbi Doctores, & præcipuæ Abb. nu. 5. de decim. Seraph. decis. 440. num. 2. & in terminis Rota in dicta Cesenaten seu Sarsinaten. emphyteusis 27. Iunij. 1640. num. 2. coram Ghislerio.

Si quidem huic obiecto pluribus occurritur, & primo, istud onus laudimij, tanquam odiosū,
† omnino restringendum, nec debet extendi 12
de vno casu ad alium, vbi etiam eadem ratio militaret, Amod. à Pont. de laudim. quæst. 2. num. 10. Schrader. de feud. p. 10. sect. 2. num. 49. Gratian. discept. forens. 784. num. 4. Staiban. jun. d. resolut. 98. nu. 4 & 5 & ab hac opinione recedendum non venit, quicquid in oppositum attentauerit Menoch. in contrarium allegatus cons. 444. num. 41. & 42. Deindè quia dùm ex confessione partis aduersę resultante ex instantia pro solutione aliorum contractuum constat de peculiari quasi possessione libertatis à solutione laudimij, solutiones laudimij in alijs contractibus initæ quatenùs subessent, ex lore, ac titulo vniuersali ad præsentem controuersiam extensionem non admitterent. nam quasi pos-
sessio † contra vnum non suffragatur regulari- 13
ter contra alium, Crauet. cons. 317. in fine, Addent. ad Gregor. decis. 557 num. 12. Rot. decis. 767. num. 2. p. 3 recent Buratt. decis. 222. nu. 5 cum infinitis de quibus apud Posth. de manuten. obseruat. 73 num 172. Duran. decis. 215. num 4. eaden Rota in Sanctæ Seuerinæ decimarum 24. Ianuarij 1650. coram Reias. Tandem quia dicta fides nihil prorsùs ad rem probat, tum quia
dicitur † res inter alios acta, quæ tertio non 14
præiudicat, Barbos. axiom. 199. nu. 11. Tum quia ex eadem fide contractus ille non identificatur cum isto, ac diuersa inter se existunt, & propterea dispositum, seu obseruatum in vno, non inducit necessitatem obseruantiæ in alterò, ex
vulgatissimo axiomate, iuxta quod ea diuersis † 15
non fit illatio, idem Barbos. axiomat. 114.

Ex quibus optimè is fertur superfluum reddi nunc inuestigare qua de causa laudimium de-
beatur, num scilicet ex laudatione, Inuestitura, 16
immissione in possessionem consensu, & dominij ratione, qua de retractant ea aduerso adducti, nimirùm Manent. de contract. liuellar. pact. 9. num. 5. & 14 & quæ. 15 sub nu. 7. versic. laudimium præstatur, Rosental. de feud conclus. 66. sub. nu. 1 cap. 6. Tusc. pract. conclus. 15. num. 1. & 8, quibus addo Botell. in sum. decis. tit. 35. num 2 p. 1. Gratian discept. forens 180. num. 1. Cauaier. d. decis. 121. num. 1. Fontanell. decis. 281 num. 12. Cyriac. contro. 79. nu. 12. , cùm enim iam diximus laudimium non deberi, inanis euadit quæstio circa causam, cur debeatur, eiusque qualitates, præcedere enim habet probatio subiecti, illiusque existentiæ, antequā illius qualitates, seu causa existentiæ discutia-
tur, Tusc. pract. conclus. 6. per tot lit. Q. Barbos. 17
axiom. 196. num. 2 & 3.

Argumentum ab emphyteusi in materia laudimij ad feudum non procedere, & nos admit-
timus, sic scilicet arguendo † in contractu rei 18
emphyteuticæ laudimium præstatur, ergò & in contractu feudali; istud namque arguendi genus impugnant Rosental. de feud. cap. 6. conclus. 66.

Digitized by Google

clus. 66. num. 2. & cumulati in Glos. C. & D. Ascsm. Topat. var. conclus. 690. Tusc. pract. conclus. 15. num. 14. in verbo laudimium, quibus addo Barbos. loc. com. 43. nu. 3. in fine. Ac benè argumentum procederet per huiusmodi ratiocinationem ex consuetudine contra naturam feudi, ac constitutiones feudales, obliga-
19 tio erogandi laudimium † in contractu rei feudalis inducitur, vt, post alios, animaduertebam allegat. 18. nu. 48. fol. 343. lib. 1. & allegat. 1. nu. 80. & 81. l. 2. & tradidit Marc. vot. 33. num. 4. ità è conuerso præscriptione, vel obseruantia in vellarius, & emphyteuta à solutione laudimij ob contractus rei emphyteuticæ eximitur, vt superiùs diximus, quæ tamen ex abundanti dicta sint, cùm aliundè immunitatem, seu præseruationem ab huiusmodi solutione laudimij prætendat.

Cæterum cùm ex latere principalis nostri nulla vis fiat in licentia alienandi, nec exindè ad remissionem laudimij arguat, Ideò ab re super hoc insistitur tanquam nimium vulgare, ac tritum, ex quo omnes in eo conueniunt, quod per concessionem facultatis, quantumuis am-
20 plissimæ alienandi in nihilo exactioni † ipsius laudimij derogatum censeatur, Corbul. de iur. emphyt. de causa priuat. ob alienat. ampliat. 2. & 4. Menoch. cons. 197. sub num. 5. ac per tot. Surd. decis. 200. nu. 5. Gratian. d. discept. forens. 180. nu. 5. & discept. 377. à nu. 10. Cost. de port. rat. d. quæst. 112. nu. 26. & de retrotract. cas. 11. cap. 8. nu. 12. Socio. iun. con. 70. nu. 11. lib. 3. Bim. cons. 358. sub nu. 4. versic. non tamen proindè, Maluas. cons. 115. sub nu. 28. vers. & tamen tenetur, Pacifie. de Saluian. inspect. 3. cap. 4. nu. 598. Cæphal. cons. 505. sub. nu. 17. vers. quod procedit, Bursat. cons. 137. nu. 18. & 19. Clar. in § emphyt. quæst. 23. nu. 3. Redoan. de reb. Eccles. non alienan. quæst. 66. nu. 16. & 17. dixi d. allegat. 1. nu. 82. lib. 2. & nunc addo Mantic. de tacit. & ambig. lib. 24. tit. 2. num. 34. Bertazzol. cons. 46. nu. 3. in ciuilibus. quos, & alios allegat. Antonin. de Amat. resol. 84. nu. 73. ea ratione, quia laudimium non pro consensu, sed pro Inuestitura, ac possessionis ingressu debeatur.

21 Hypotheca demùm pro laudimio, † an competat disputant Doctores, & pro negatiua censuit Senatus Mantuæ apud Surd. decis. 31. cuius opinionem amplectitur, atque exornat Merlin. de pignor. & hypotech. lib. 4. quæst. 10. nu. 42. & 43. pro negatiua autem plures diuersorum Tribunalium concurrunt resolutiones, vt referunt Hodiern. ad Surd. decis. 31. Thesaur. quæst. forens. 52. lib. 4. Ripol. var. resolut. cap. 7. nu. 29. Merlin. de pignor & hypotech d. quæ. 10. nu. 3. lib. 4. Fontanell. d. decis. 587. nu. 15. ac per tot. & decis. 588. nu. 8. Vndè cùm in facti specie laudimium non deberi demonstrauimus, laboriosum potiùs, quam vtile, aut opportunum dispungere quænam ex prædictis opinionibus amplectenda euaderet. Ex quibus sicuti irrefragabile redditur laudimium non deberi, ità illud prætendere extorsionem manifestam præseferre resultat, & ita iudicatum.

Quare, &c. Saluo, &c.

ARGVMENTVM.

Census super emphyteusi ex conuentione, vel statuto prohibita alienari, neque hypotechari sine Domini assensu eo non obtento non subsistit.

SVMMARIVM.

1 *NVllitas euidens census impedit mandatum de manutenendo in quasi possessione exigendi & numero 6.*
2 *Census impositus super emphyteusi prohibita alienari, vel hypotechari nullus exist. 1.*
3 *Licentiæ defectus à solo Domino opponitur, sed declara vt num. 4. & 5.*
7 *Manutentio Iurii improbi, vel inducentis peccatum non conceditur per recursum ad Iudices laicos in re ecclesiastica denegatur nu. 8.*
9 *Iudicare fatue dicitur, qui vltra petita adiudicat.*
10 *Legitimatio personarum etiam in iudicio manutentionis requiritur per actualem procuræ productionem.*
11 *Procurator exigens fines mandati Dominum non obligat Censitur habere mandatum ad ea facienda quæ veniunt ex natura contractus nu. 12. obligationem Cameralem sine speciali mandato non apponit nu. 13. Non obligat principalem sancta fide iubentem, quando principalis obligatio esset nulla sine speciali mandato nu. 14. neque in casum in quem principalis mandans se non obligasset. nu. 15.*
16 *Sententia pendente appellatione in suspenso remanet cuiuslibet intuitu non transit in iudicatum nu. 17.*

Allegatio XXXIV.

Adsit Deus.

TRansseundo per regulas generales, & absolutissimas facillime euitatur obiectum ex aduerso, & in calculo ferrendæ sententiæ suscitatum, consistens in eo, quod admodum RR. Patres præsen-

pretendunt se manuteneri in possessione seu quasi exigendi annuos census, de quibus in actis aduersus Dominum Iulium Ascendum vei assertum fide inssorem. In Iure siquidem expe-
1 ditum habemus quasi possessionem † non suffragari illis vbi apparet de nullitate census vt in terminis Ludouis decis. 425. nu. 3. & 4. Addon. ad Cenc. de cens. part 2. cap. 2. quæst. 5 ar. 2. sub nu. 5. versus finem versic. ita etiam in terminis huius casus quando petitur manutentio ad affectum continuandi exactionem fructuum census, si opponatur exceptio nullitatis illius, quæ sit adeo clara, & euidens, vt non egeat probatione erit deneganda manutentio Post de manuten. obseruat. 42 à num. 137 & obseruat. 62 nu. 23. Liquidum autem, & notorie de census nullitate apparere dicitur per productionem, seù exhibitionem instrumenti census in actis factam, vnde iure merito in meritis causæ pronuntiandum venit, quia petitorium absorbet possessorium, quando exceptio non iuris, seù nullitatis de se clara est, liquida, & notoria, nec eget probatione ab extrinseco, nec quicquam superest discutiendum, nisi quod preuenit ex replicatione dictorum RR. Patrum ad tradita pleno folio per Post de manuten. dicta obseruat. 42 nu. 140. 143. cum pluribus sequentibus Burat decis. 542. no. 9. & 10 vbi quod exceptio nullitatis impedit manutentionem in quasi possessione, quando nullitas deducitur ex eodem Instrumento, esse quo quis exigit, & se manuteneri petit.

Applicando igitur precedentem conclusionem ad articulum nunc in contrarium deductum, duo in facto supponenda veniunt, quæ ex actis resultant. Alterum, quod petra terræ censui supposita recognosceretur a censuarista ad libellum, seu emphyteusim. Alterum, quod ex statuto Mantuæ sub rub. qualiter inuestitus § &c. item non possit &c. expresse prohi-
2 betur † ne libellarius, seu emphyteuta obligare possint rem emphyteuticam aut libellariam sine assensu domini. Quo casu super huiusmodi bonis censum constitui non posset, & constitutum irritum, ac innane euadere defendunt Gratiam discept. forens. 903. nu. 8. & 9. Cenc. de cens. part. 1. art. 2. nu. 6. & 7. Sezentilli ad Burat. decis. 249. nu. 28.

Quemadmodum dicitur de emphyteusi ex pacto non alienabili, neque hypothecabili, quæ sine Domini assensu non incidit in debitoris hypothecam Rota in Romana Vineæ 28. febr. & 26. Iunij 1618. Coram Vitili, & in Romana saluiani 17. Aprilis 1643 Cerro, quas refert Merlin de pignor. & hypothec. lib. 2. quæst. 8. nu. 27. 37. & seq. habenturque ibidem impresse post tractatum.

3 Nec obstat quod defectus licentiæ † Domini, & nullitas obligationis exinde proueniens allegari nequeat, nisi ab ipso Domino, & nemo ad hoc admittatur præter illum Ruin. cons. 2. num. 2. in fin. lib. 1. Cephal. cons. 3. num. 2. Oldrad. cons. 139. in 6. dub. num. 7. Natta cons. 475. num. 14. Roland. cons. 57. num. 10. lib. 3. Surd. cons. 151. num. 42. Gratian. discept. 511. num. 6, & dicta discept. 903 sub num. 9. vers. & quamuis tertius non possit opponere de huiusmodi nullitate. Nam cum allegatum statutum ipso iure irritet quascunque obligationes
† ab emphyteuta susceptas sine licentiæ impetratione ab eo, à quo rem in emphyteusim, vel ad liuellum recognoscit. Hinc nullitas huiusmodi allegari posset à quocunque tertio, & extraneo, & multo magis ab eodem Domino Ascendo habente interesse, cuius ratione in quacunque materia non prohibetur nullitatem deducere Bursat. cons. 82. num. 12. & 25. Thesaur decis. 4. num. 7. & latius prosequitur Gratian. discept. forens. 691. num. 15. & 16. & per totam Accedit insuper quod obiectum procedit ad effectum deuolutionis, † & caducitatis, 5
quæ interesse Domini directi concernit, & quæ re uera non incurritur, nisi eo volente, & declarante, secus autem ad effectum, vt super tali re expresse per concedentem prohibita alienari, & obligari, seu etiam istud statuto, vel conuentione inductum appareat, possit valide imponi hypoteca, & census in præiudicium possidentis rem ipsam, seù illius fideiussoris, qui dictæ hypothecæ, vel constitutioni census non consenserint Rota apud Cenc. de cens. decis. 74. num. 9. & latius decis. 345. num. 1. & sequens. Tantoque magis, quia ad validitatem census ex necessitate, & pro substantia requiritur, quod fundus census supponendus alio onere obnoxius non existat, ac deductis deducendis tot fructus percipi valeant, & quos pro solutione annui census sufficiant. Vnde cum teneatur emphyteuta, qui censum, ac ius illum exigendi vendidit annuatim in singula centum valoris prædij centum illæ soluere quinque præter expensas, atque onera extraordinaria quæ accidunt super terris. Inde sequitur, quod nunc dicti RR. Pa-
tres † & postquam ad eorum notitiam peruenit 6
de onere petiæ terræ censui suppositæ iniuncto absque labe peccati prætendere nequiuerint, nec de facto exigere possint census à die habitæ notitiæ decursos Cenc. de cens. part. 1 cap. 3. quæst. 4. num. 9. & 10. ac per totam vbi iudicat remedia, quibus tali casu emptoribus censuum, ac eorum indemnitati prouideri de Iure valeat Rota decis. 99. per totam part. 6. recent. ex quibus cum appareat prætensam exaductio quasi possessionem Iuris resistentiam habere, ac peccati nutritiuam reputari, inde sequitur minime manutenibilem censeri, quippe quia
manutentio † Iuris improbi, vel inducentis 7
peccatum non datur Giouagn. cons. 40. nu. 17. lib. 2 Post. de manuten. obseruat. 10. à num. 91. ad 98. Intentatæ ergo actioni nullitatis census, dum nullitas ex actis euidens, & indubitata emergit, non resistunt ex aduerso deducta sub clipeo quasi possessionis à Iure seri, & poli penitus improbatæ, quominus Reuerendiss. Dominus Vicarius Ius dicere possit in meritis, atque Dominum Ascendum ab impetitis absoluere co-

Digitized by Google

uere. Eoque maximè, quia dicti R.R. Patres manuteneri non possent vbi aliud non resisteret, atque obaudiendi erant eo, quia vocati in iudicio coram Iudice Ecclesiastico recursum habuerunt ad laicum, vt constat in processu fol.
8 Impedit namq; manutentionem † recursus personæ Ecclesiasticæ ad forum sæculare ex tradita per Post. de Manuten. obseruat. 68. à nu. 19. vsque ad fin.

Veruntamen quia iudex non nisi requisitus
9 officium suum impertire tenetur, & fatuus † reputatur, qui vltra petita iudicat Barbos. Axiomat. 131. nu. 1. Cyriac. controuers. 163. nu. 34. Frustra contenditur excludere dictos Patres ab asserta quasi possessione, seu manutentione, dum non postulant se manuteneri: præsertim cùm petitio Domini Reggiani tanquam prætensi procuratoris attendi minimè debeat; & pro non facta habeatur; cum non legitimauerit eius personam, atque docuerit de mandato, cum tamen etiam in iudicio manutentionis personatum le-
10 gitimatio † præcedere habeat Post. de manut. obseruat. 87. nu. 3. Leoncill. decis. Ferrar. 178. per totam; & quamuis de Iure communi requiratur partis oppositio ad tradita ibidem per Postium, sufficit tamen præsens oppositio in iurium allegationibus ad repellendum dictos fratres à manutentione, vltra quod ordines Ma ? tuæ adeò præcisè requirunt existentiam mandati, ac illius productionem in actis, vt Iudex teneatur hanc exceptionem supplere Cyriac. controu. 533. nu. 5. 6. & 7. cuius ordinis dispositionem quotidie obseruari in foro Episcopali pro notorio allegatur.

Quibus non officit quod ipsius Ascendi fide-
11 iussoris procurator † cum obligauerit etiam in casu nullitatis, ac non subsistentiæ principalis obligationis, quoniam cum istud in mandatis non haberet, vtiq; Dominum tali in casu obligare non potuit, vt latius prosequitur Rota decis. 79. per totam, & decis 93. nu. 10. & 11. p. 6. recent. Durand. decis. 50. nu. 7. Quamuis enim
12 procurator † ad accedendum, & fideiubendum in annuo censu per aliquem constituendo censeatur habere facultatem circa ea omnia, quæ in huiusmodi fideiussionibus apponi solent, adeò vt pro obseruantia contractus non solùm possit obligare omnia bona, & personam sui principalis, sed etiam addere pœnam, & alias clausulas ad executionem mandati pertinentes, & quæcunque alia pacta, quæ ad negotium commissum spectant pro faciliori illius expeditione, vt latè concludunt Felin. cons. 15. num. 6. vsque ad 18. Surd. decis. 213. nu. 4. Gratian. discept. forens. 279. nu. 3. & 5. & discept. 950. n. 13. & 14. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 3. tit. 9. nu. 62. Merlin. de pignor. & hypothec. libr. 2. quæst. 104. nu. 3. Attamen ea, quæ sunt speciali nota digna in præiudiciū sui principalis nō potest procurator apponere, nisi adsit speciale mā-
13 datum † vt de obligatione Cameralis non expressa in mandato, quod procurator in obligatione, seu fideiussione apponere non potuerit, resoluit Rota apud Cenc. de cens. decis. 254. per totam, præsertim num 4 & 5. Ergo tanto minus potuit procurator † accedere, ac fideiubere 14
in casu nullitatis, ac non subsistentiæ principalis contractus, cum id potius videatur repugnare menti, ac intentioni ipsorum constituentium de se obligando in ordine ad census constitutionem validam, non autem vbi principalis obligatio viribus non subsisteret, attento præcipuè, quod ferè nunquam fideiussores solent se pro alijs obligare in casū nullitatis contractus. Vnde contra consuetudinem, ne dum Ciuitatis, sed vniuersi terrarum orbis non potuit procurator nomine ad inualidam census constitutionem obstringere eius principales adnotata post alios per Mantic. de tacit. & ambig. lib. 3. tit. 9. nu. 64. versic. ita etiam is. Neque enim permittitur procuratori † obligare dominum in casum, in 15
quem Dominus verisimiliter non se obligasset. Pulchrè ad rem Socin. Iun. cons 22. nu. 21. lib. 3. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 7. tit. 12. n. 11. propè fin. Rota decis. 79. per totam par. 6. recent. Neque facessit negotium sententia † Do- 16
mini Castelli Proprætoris, tum quia ab ea extitit appellatum, & adhuc pendet appellatio, intantum quod interim nihil operatur Gratianus discept 455. nu. 14. & 15. Rota decis. 210. nu. 5. par. 5. recent. Tum quia tanquam in alio iudicio, inter diuersas personas non merebatur allegari. Tum quia cum ex prædictis colligatur notoriè iniqua, † ac euidenter iniusta transitum facere 17
non potuit in iudicatum nec generare præiudicium irreparabile. Rota decis. 38. nu. 2. par. 7. recent. cum infinitis, quos sciens non adduco in rem apertissimam.

Quare &c. saluo &c.

ARGVMENTVM.

Ex confessione Vassalli in Inuentario maximè concurrentibus alijs adminiculis probatur feudalitas contra ipsum confitentem, eiusque hæredes, & ab eo causam habentes. Venter pregnans non immittitur in possessionem feudorum nisi præuia denunciatione agnatis proximè successuris, quatenus extent, sin minus Domino directi ad hoc, vt præstet assistentiam inspectioni ventris, & apponat custodiam. Quibus omissis immissio irrita censetur. Quemadmodum spe sublata prægnantiæ per lapsum temporis vltra octo menses à die obitus mariti fauore agnatorum, siue Domini etiam solemniter, & valide concessa, ipso iure resoluitur.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Feudalitas probatur ex confessione vassalli.*

2 *Confessio vassalli circa feudum praeiudicat successoribus, minoris de veritate sustinetur num. 9.*

3 *Feudalitatem probat existentia proprietatis intra fines feudi.*

4 *Dominus feudi habet intentionem fundatam quoad bona existentia intra fines illius quoad iurisdictionem, non quoad dominium. Declara vt nu. 5.*

6 *Feudale efficitur quod succedit loco rei feudalis.*

7 *Errorem non sufficit allegare, nisi probetur.*

8 *Aetatem minorem qui allegat probare tenetur.*

10 *Venter pregnans non immittitur in possessionem feudi, nisi prius facta Domino denunciatione. Stat in possessionem donec deficiat spes pregnantia nu. 11.*

12 *Retentio possessionis facilius conceditur, quam immissio.*

Allegatio XXXV.

Adsit Deus.

INTER bona feudalia Curiæ Podij ob mortem, & lineam finitam Domini Co. Vincentij Cassini ad Illustrissimum, atque Excellentissimum D. Marchionem Io. Sigismundũ Gonzagam deuoluta, atque per eund. in iure optimo apprehensa adest Possessio nuncupata la Colombara, ad quam pro reintegratione in possessionem tam proprio nomine, quam eius prætensi ventris prægnantis Domina Co. Laura illius olim non agit, prætendens illam esse allodialem, quantumuis per eius maritum vti feudalis in Inuentario descripta appareat; eiq; non resistere contendit; quod in adipiscenda possessione non adhibuerit solemnitates à Iure requisitas, quandocunque agitur de ventre prægnante, cum in effectu Prædium controuersum allodiale, ac liberum sit, ac consequenter quoad illud nullum ius, nullave actio præfato D. Marchioni competat, neque descriptio tanquã de re feudali in Inuentario non officiat. Tum quia tempore confectionis Inuentarij D. Comes esset minor; Tum quia in eodem Inuẽntario solita adest protestatio, quod non intendebat describendo aliquid in Inuentario sibi præiudicare, tum quia abinde non reperitur descripta in Inuestituria per D. Co. renouatis; tum deniq; quia per nostrum affirmare, vel negare rei veritas non mutatur. Requisitus ergo, quid circa præmissas quæstiones de Iure, ac pro veritate sentiam. Respondeo Dominæ Comitissæ nullum ius competere, atq; ab intentata actione excludendam quocunque Iure, seu nomine ipsa veniat.

Dicebam aliàs in hac eadem causa ad probationem feudalitatis † nil magis conferre, quam 1
ipsius Vassalli confessionem ex Bald. in l.1. n.8. C. quand. lic. ab empt. disced. Iacobo de Homag. col. 5. vers. Item probatur homagium per confessionem num. 51. Afflict. in cap. 1. nu. 298. ex quibus causis feud. amitt. Dyn. cons. 15. Alex. cons. 19. num. 14. lib. 5. Ruin. cons. 26. num. 2. lib. 1. & cons. 108. num. 19. lib. 2. Roland. consil. 82. num. 19. & 38. lib. 2. & cons. 90. nu. 36. lib. 4. Menoch. cons. 127. num. 19. & cons. 191. num. 57. & cons. 595. num. 83. & de præsumpt. 9. num. 43. lib. 3. Optimè ad rem Surd. cons. 151. sub num. 17. vers. Decimo tertio, & cons. 423. num. 4. Socein. Iun. cons. 77. sub num. 74. vers. Et tali assertioni lib. 1. Gozadin. cons. 9. num. 7. & 11. Peregr. cons. 24. nu. 2. lib. 1. Bellon. cons. 44. num. 53. Gratian. discep. forens. 736. n. 54. Rota decis. 331. num. 52. par. 6. recent. Adeo vt huiusmodi confessio † ne dum præiudicetur vas- 2
sallo recognoscenti, seu confitenti, sed etiam heredibus, ac successoribus ab eo causam habentibus Bruu. dicto cons. 26. num. 2. lib. 1. & cons. 108. nu. 19. lib. 2. Crauett. in responso pro genero num. 49. Curt. Iun. consil. 184. col. 3. Roland. cons. 82. nu. 40. lib. 2. Surd. consil. 410. num. 2. & cons. 51. num. 39. Bellon. Iun. dicto cons. 44. num. 54. Gratian. dicta disceptat. 736. sub num. 54. vers. Etiam contra singulares successores, & discept. 912. nu. 14. Rota decis. 290. num. 2. par. 1. vers. & de confessione, par. 1. & decis. 310. num. 31. par. 6. recent. Viu. decis. 60. nu. 8. Mastrill. decis. 105. num. 12. Staiban. Iur. resolut. 6. num. 4. & 5. Duran. decis. 28. nu. 12. Vnde cum ex actis liqueat D. Co. Vincentium in Inuentario descripsisse hanc petiam Terræ tamquam feudalem, aduersus ipsum, eiusque hæredes per huiusmodi confessionem probata dicitur feudalitas.

Eoque magis, quia cum Prædium de quo agitur, iaceat in Regione Piperij † vbi maior pars 9
bonorum feudalis est Curiæ Podij, consequens ideò fit, quod etiam Prædium controuersum feudale dicatur; & per illam præsumptionem adminiculatur altera resultans ex dicta confessione Curt. Iun. cons. 140. num. 14. Schrader. de feud. par. 3. cap. 4. prope finem, vers. Sin autem maior pars illorum bonorum iuxta quæ, bona, de quibus controuertitur sita sunt, feudalis fit, & hæc quoq; bona feudalia præsumuntur Caualer. decis. 93. num. 6. Surd. cons. 152. nu. 12. Staiban. Iun. resolut. 2. num. 13. Iacob. Gall. cons. 32. nu. 19. & 20. & cons. 33. nu. 16.

Neque

A Neque obstat, quòd Dominus feudorũ † ha-
beat quidem fundatam intentionem pro omni-
bus sitis intra fines feudi quoad iurisdictionẽ,
non autem quoad Dominium ex traditis per
R.p. in leg.1. nu.16. ff. de acquir. poss. & per
Oldrad. cons.76. in fine Guid. Pap. sing. 661.
Alex. cons.76. nu.6. lib.2. Natt. cons.311. n.2.
Afflict. decis.267. nu. 4. Roland. à Valle cons.
82. nu.7. & seq. lib.2. Rosent. de feud. cap. 12.
conclus.14. nu.26. Bursat. cons. 46. num.5. &
sequent. Durand decis.28. nu 23. & 24. Plu-
ribus namque huic obiecto occurritur respon-
sionibus quarum prima est, illud procedere
supposita terminorum habilitate, quòd nimirũ
inuestitus, vltra dominium directum in feudis,
5 habeat † etiam iurisdictionem, vt colligitur ex
præcitatis Doctoribus, qui loquuntur in feudis
dignitatum, atque annexam iurisdictionem ha-
bentibus, vt quando quis ratione vtilis domi-
nij duntaxat inuestitus reperitur de aliqua re-
gione, ac de omnibus bonis intra fines descri-
ptos in Inuestitura sitis, si alios de eisdem bo-
nis subinuestit, quemadmodum in facti con-
tingentia successit, procul ab omni dubio se-
quitur, quod intrat præsumptio, ex quo quoad
Dominium Curiæ non militat illa distinctio, vt
nimirum censeatur. Domino, seu magis Vas-
sallo concessa iurisdictio, non autem dominiũ,
cum Episcopus Mantuæ originarius feudorum
Dominus possit quidem concedere Dominium
vtile, minimè verò iurisdictionem nisi rationẽ
simplicis, ac meræ feudalitatis; Secunda quia
obiectum procederet, si vis fieret in sola præ-
sumptione desumpta ex situatione bonorum in
controuersiam deductorum intra fines feudi, at
cum vlterius concurrat deliberata confessio ip-
sius D. Comitis, proinde sequitur hisce duobus
simul iunctis, ac concurrentibus, omnẽ pror-
sus cessare amaritudinem; Tertia, quia ex in-
uestitura eiusdem Domini Marchionis apertis-
simè colligitur, hanc petiam terræ intra finea
in ea descriptos existere. Vnde cum non pos-
sit dici comprehensa quoad iurisdictionem, ne-
cessariò infertur cẽleri feudalem ad tradita per
Natt. cons.313. nu.2. Doran. d. decis.28. n.25.
Vltima quia ex Inuestitura D. Comitis Cassini
apparet de quantitate bubulcarum feudalium
Curię Podij, quibus ipse, eiusque maiores à
Curia Podij inuestiti fuerunt nunc deuolutarũ
ob lineam finitam, factaque combinatione eã
nunc repertis post obitum D. Comitis, com-
putato etiam Prædio della Colombara, tantùm
abest, quod excedant quantitatem in inuesti-
turis enunciatam, quin potius adhuc plures
deficiunt, sicq; negari non potest, quin sit feu-
dalis, vel loco feudalium successerit, quod et si
sufficeret ad fundandam intentionem eiusdem
Excellentiss. Marchionis, quippe quoniam
6 feudale † efficitur, quicquid feudi loco subro-
gatur Martin. frece. de subfeud. lib.2. quæst.21.
per tot. Tiraquel. de retract. consangu. § 32.
glos.1. nu.26. Surd. decis.78. nu.19. cum addu-
ctis per Gratian. dicta discep.736. num.51. vbi
istud habet pro indubitato, quando vltra sub-
rogationem concurrit confessio vassalli circa
feudalitatem quemadmodum in præsenti casu
contingit. Quod autem confessio per errorem
euenerit, gratis dicitur, nec sufficit allegare
errorem, † nisi concludenter probetur maximè 7
vbi, vltra confessionem, vrgentiores coniectu-
ræ idem suadent Rosental. de feud. conclus. 68.
n.9. cap.6. Caten. resol.56. nu.1. vbi idem fir-
mant, quando quis errorem pretendit aduer-
sus multiplicatas recognitiones.

Ex quibus neq; officit quod de tempore con-
fectionis Inuentarij Dominus Co. Cassinus ad-
huc minor esset; Tum quia qui allegat minorẽ
ætatem, † eam probare tenetur, dum de illa nõ 8
constat l. cum seq C. de probat. l. si minorem
C. de restit. in integr. Bald. cons.148. num 14.
lib.1. Cyriac. controu.405. nu.16. Odd. de rest.
in integr. qu. 37. nu.4. & seq. Tum quia ex su-
perius deductis apparet, D. Comitem Vincen-
tium confessionem † emisisse de ipsa veritate,
& ideò ei nullatenus succurri tur l. fin. C. de re-
stit. in integr. Odd in eodem tract. qu 65. nu.
15. & seq. Tum denique quia ex eadem confes-
sione non damnum, sed vtilitatem reportauit,
dum à nexu debitorum patris se liberauit, vel
liberare intellexit; preterquamquòd si fuisset
minor, fecisset quoque Inuentarium cum De-
creto Iudicis, ac reliquis solemnitatibus Ideo-
que tantò magis confessio subsistere. Sicuti ne-
que Aduersariæ suffragatur solita protestatio de
sibi non præiudicando emissa per D. Cassinum
in confectione inuentarij, dum non ostenditur
in quo præiudicium consistat ex descriptione
Prædij nuncupati la Colombara, tanquam feu-
dalis, cum exinde potius non leue commodum
reportauerit. Quod autem abinde non fuerit
in inuestituris descripta Possessio nunc contro-
uersa, non verificatur in facto, sicque in inte
nihil operatur.

Quoad feudalia, prima successio ventre pregnã
te secluso, spectabat ad Dominos directi, ac
consequenter antequam immitteretur in pos-
sessionem, † Dominis fieri debuisset denuncia- 10
tio ad effectum inspiciendi ventrem, aut ei cu-
stodiam apponendi ad effugiendum ne partus
supponeretur ad text. in l. 1. §. penultimo, ff de
ventr. inspic. ibi, denunciari autem oportet ijs,
quos proxima spes successionis contingit Ber-
tazol. cons. ciuil.100. nu.9.10. & per totum, vbi
tradit methodum obseruandum priusquam vẽ-
ter pregnans in possessionem mittatur Bardel-
lon. cons.159. per totum, vbi quod mulier no-
mine ventris immissa non seruatis de iure ser-
uandis, pro non immissa habeatur, perinde ac
si nunquam habuisset possessionem, quemad-
modum vnquam Dominam Comitissam posse-
disse non apparet, Ginrb. de success. feud. § 2.
glos 12. nu.57. vbi, quod nunquam venter in
possessionem mittitur precipuè feudorum, nisi
prius facta diligenti inquisitione, si pręgnans
est mulier, & tunc adhibitis custodijs, alijsque
iuris cautelis latè Altograd. cons. 52. nu. 14. &
seq.

Digitized by Google

sequenti, & consilio 99. numero 15. Quæ cum obseruata non fuerint, quatenus nunquam constaret de aliquo immissionis Decreto, vel intrusione de facto, illa vtique non præiudicaret Domino Curiæ Podij, vt ad remoptimè examinat Altograd. d. cto consil. 99. num. 16.

Cæterum, quatenus etiam ab initio constitisset saltem præsumptiuè de prægnantia, eaque de causa Domina Comitissa solemniter, ac vocatis vocandis
11 fuisset immissi, † istud sanè euenisset ad hoc, vt staret in possessione donec deficeret prægnantiæ spes, vt decidit textus in dicto libro primo § inst. de ventr. in possessionē mitten. Altogradus dicto consilio 52. sub numero 15. versiculo ad hoc vt stet in possessionem, quæ cum nunc certè defecerit ex lapsu tot mensium cessaret propterea, & ipsa prætensa immissio, atque effectualiter vtile directum magis directo consolidaret, quanto igitur magis Domino Marchioni iam in legitima possessione
12 existenti decernenda veniet retentio, † cum facilius concedatur quam immissio leg. 1. versiculo om cui damus ff. de superfic. l. paulus 14. ff. de dol. mal. exception. l. inuitus 192. §. cui damus ff. de reg. Iur. latissimè Giurb. ad consit. Messaneo. capit. 10. Glos. 7. num. 5. Altograd. consil. 74. numero 44. cum adductis per Giurb. de success. feud. §. 2. Glos. 6 numero 70. quibus addo Vrsin. de success. feud. parte prima quæstion 9. artic. 1. numero 25. Pen. decis. 108. numero 6. Ludouis. decis. 425. numero 2. Leoncil. decis. Ferrar. 2. numero 15. & decis. 51. numero 4. & decis. 69. numero 12. & cumulati per nos pro Dominis Comitibus Faecipecora de Parisijs, & dicam infra allegation. 48. numero 24. huc volum. & tunc cumulatis accedunt. Merlio. de pignot. & hypothec. lib. primo tit. 3. quæstion. 25. numero 6 Matt. Ventutin. consil. 28. num. 32. Anto. Nigr. de subhast. capit. 34. nume. 8, & seq. Iul. Cæsar. Caluin. de æquitat. cap. 51. numero 7. & cap. 56. numero 4. Rot. coram Merlin. decis. 555. tomer. 2. & decis. 724. numero 7. vbi quod detur retentio etiam si non competat compensatio. Io. Franc. Andreol. controuers. 21. numero 15. Ciarlin. controuers. 168. numero 39. vsque ad 44. & controuer. 184. numero 58. latissimè Martin. consil. 66. numero 11. & seq. Nig. de laudem. quęstion. 27. num. 79. & seq. & quęst. 28. numero 23. & latissimè prosequntur Guilelm. Anth. de rescript. morat. conclus. 53. numero 2. & seq. & numero 40. & seq. Rot. apud Cenc. de cens. decis. 158. numero 2. Post. de manuteo. obseruat. 8. numero 41. cum tribus sequ. & post tractat. decis. 639. numero 7. Leoncill. de paupert. priuileg. 75. numero 10. & dixi allegat. 8. numero 1. lib. 3. Ioseph Feluc. & Cerez. in Margar. var. conclus. in verb retentio fol. 70. column. 2. vbi quod possit opponi aduersus rem iudicatam part. 2. Vincent. de vita in suo repertor. Iur. In verbo retentio fol. 245. latissimè Nig. de execut. rei iudicat. capit. 24. § 1. num. 1. & per totum. Rot. decis. 551. num. 20. part. 5. recent.

ARGVMENTVM.

Fides priuatæ etiam cum iuramento non citata parte recognitæ fidem nō faciunt ad probandam læsionem, eoq; minus cùm in eis nō exprimatur cōmunis valor pensionum, & quod tanti communiter bona locarentur. Quod procedit etiam corā Iudice de æquitate, ac sola facti veritate inspecta cognoscente. Vbi tractatur quæstio quomodolibet attingēs feudū ex regulis feudalibus diffinienda solus Iudex feudorum dicitur competens.

petens. Frater pro Fratribus feudum stipulatur, sed si acquirit illud nomine proprio ac Fratrum de proprijs pecuniis, facit fructus suos, & transacto decennio Fratres amplius ratificare pro portionibus ipsis contingentibus nequeunt.

SVMMARIVM.

1 *Concordia inter Fratres sub mutuam dilectionem fraternam conseruanda est.*

2 *Fratrum gratia rara.*

3 *Scriptura priuata aduersus non opponentem fidem facit.*

4 *Fides priuata etiam cum iuramẽto recognita non probat. Et de non recognitione opponitur etiam post sententiam, numer. 6.*

5 *Citationis defectus reddit probationem nullam.*

7 *Instrumenti per productionem oppositum censetur scripturam priuatam in contrarium fidẽ non facere.*

8 *Iudicis assertioni non creditur.*

9 *Æstimatio probatur per testes deponentes rem tantum valere, quia ipsi tantum darent, etiã si non addant secundum communem æstimationem, Contra num. 10.*

11 *Pretia rerum ex temporum varietate alterationem recipiunt.*

12 *Læsio debet probari de tempore cõtractus.*

13 *Probatio ambigua ex temporum diuersitate non releuat.*

14 *Clausula, sola facti veritate inspecta, omnem Iuris solemnitatẽ relaxat.*

15 *Cyriac. controuers. 512. num. 21. declaratur.*

16 *L. 2. C. de rescind. vendit. locum habet in contractu locationis. Amplia, vt num. 18.*

17 *Ant. Faber. de error. pragm. 8. reprobatur.*

19 *Decian. in consil. 583. num. 8. & 9. confutatur.*

20 *Contractus non dicitur iniquus vel illicitus, si quis plus sublocauerit, quàm ipse conduxerit.*

21 *Læsionis præsumptio tollitur ex taciturnitate.*

22 *Feudalis quæstio coram Iudice feudorum discutitur.*

23 *Feudo finito per extinctionem lineæ proximiores re inuestiuntur. Contra num. 24. Declara, num. 25.*

26 *Vassallus quoad feudalia iurisdictionem non prorogat.*

27 *Dominus feudi sub pœna amissionis præcipere potest Vassallo, ne litem prosequatur coram alio Iudice.*

28 *Frater si emat prædium pro se, & Fratre, & soluat pretium, medietatem repetere potest. Pro Fratribus feudum stipulari potest, num. 29.*

30 *Periculum, & commodum rei spectat ad Dominum.*

31 *Emptio aliorum nomine facta ante ratificationem potest reuocari.*

32 *Fructus percepti ex re empta à Fratre de proprijs pecunijs, etiam nomine Fratrũ, non sunt restituendi Fratribus in casum, & vsque ad diem ratificationis.*

Alleg.

Allegatio XXXVI.

Adsit Deus.

INnanditæ prorsus, ac non disceptandæ quæstiones in causa vtrinque Andreasia, exercitabantur super his, quæ vti intra domestico s lares tractata, & conclusa, ac per diutinam, decennalem, & vltra obseruantiam comprobata vix Iudicialem admittere poterant
1 controuersiam; ea enim diuisio, † & actus, qui inter Fratres successerunt ob mutuam dilectionem conseruandam, non ita facile in dubium renocari debebant, ex traditis per Rot. decis. 74. num. 13. & 23. p. 5. recent. Quoniam si Illustrissimus D. Marchio Alexander in diuisione plus sua portione obtinuisset in feudalium acquisitione, Fratres innito etiam ipso consentire intellexissent, terrarum Marzettæ locationem proficuam non opposuissent, nec vltra ad concursum in expensis litis, D. Ludouicus se obtulisset, tandiu certè, nunc propositas prætensiones, seu discordias, proposuissent. Fratrū
2 nanque gratia rara † est, & citius, ac facilius inter eos oriuntur discordię, quàm inter extraneos, ad tex. cum ibi notatis per Alber. in l. cū oportet, 6. in princ. ibi, vel ad fratres suos, quod etiam grauius multis esse videtur, C. de bon. quæ liber. Rim. Iun. consi. 243. num. 92. Nihilominus orta, atque admissa lite inter ipsos per sententiam, in maxima temporis angustia, & absque probationibus, non sine maximis eiusdem D. Marchionis Alexandri grauaminibus latam, plures adhuc controuersię insurrexerunt.

Fundamentis nanque, & rationibus in decisione deductis circa prætensam læsionem, affectus possessionis Marzettæ, non æquo esse animo ipsius D. Marchionis Alexandri existimantia,
3 † contra ipsum non militare doctrinā Surd. in decis. 199. nu. 8. & Marescot. var. resolut. cap. 81. num. 9. lib. 1. dum volunt scripturas informes, ac fides priuatas, concludentem facere probationem aduersus eum, qui eas non impugnauit; ad quod allegari etiam poterant Rot. apud post. decis. 328. num. 12. & apud Buratt. dec. 347. num. 5. & seq. Leonell. decis. Ferrar. 30. n. 5. Duran. decis. 18 num. 24. quæ est decis. 4. p. 5. recent. cum additis in causa D. Nonij aduersus DD Zauatellos.

Quoniam ex pluribus prædicta ratiocinatio ad præsentem controuersiam non applicatur, & primo, quia quoad fides priuatas, ac citata parte, non recognitas, fundamentum huiusmodi non militat, ex regula, fidea in Iudicio, fidem
4 † non facit, nisi sit cum iuramento, ac citata parte, recognita, Rot. Genuens. decis. 76. num. 11. Gratian. discept. forens. 677. num. 8. & 9 Ludouis. decis. 214. num. 2. & in annot. glos. B., vbi quod non faciat fidem, quamuis cum iuramento, & testibus firmata sit, Cyriac. controu. 201. num. 193. & 194., vbi quod istæ fides se habeant tanquam actus extraiudiciales, & contra 22. num. 21 & controuers. 384. nume. 66. Thomat. decis. Macerat. 10. num. 12. Buratt. decis. 676. n. 5 vbi quod fides quantumuis iurata, fidem non faciat, & decis. 113. nom. 28. vbi notat Ferrentill. num. 36. & seq. Mantic. decis. 51. nu. 6. Martin. Andr. decis. 61. num. 10. Rot. decis. 221. num. 4. p. 6. & decis. 82. num. 14. & 15. part. 7. recent. & apud Post h. de manuten. decis. 139. nu. 13. & dec. 159. num. 13. & decis. 118. num. 11 Cyarlin. contr. 82. num. 17. rationem assignant desumptam ex textu in l. 3. §. idem diuus, ff. de testib., quia testibus, non autem testimonijs fides in Iudicio adhibetur, & exinde colligitur auctoritates in decisione congestas, non facere ad præsentem controuersiam, cùm in Iure diffinitum habeamus testibus non nisi citata parte † inducta fi- 5 dem, coram quocunque Iudice, & in qualibet causa non adhiberi, vt latissimè prosequitur Farinac. quæst. 72. num. 13. & seq. Buratt. decis. 156. num. 12. Vnde non applicantur, & ex diuersis non fit illatio, cùm aliud certè sit scripturā priuatam, parte non opponente, probationem facere, aliud verò, quod credatur testibus, non citata parte, examinatis, vt de se patet.

Secundo, quia nullibi apparet, quod D. Marchio Alexander ante sententiam præ manibus habuerit fides prædictas; atque in illius facultate resideret opponendi, sicque intrat conclusio, quod nunc etiam in ista sola allegatione opponi valeat † fides ipsas fidem nequaquam fa- 6 cere, vt post Rot. animaduertit Gratian. discept. forens. 677. num. 11. & 12. Post. de manuten. obseruat. 98. num 4.

Tertio, quia dum dictus D. Marchio Alexander per productionem instrumentorum locationum † formiter probare intellexerit de tem- 7 pore conductionis per eam cum Matre initæ ad fuisse alios, qui conduxerunt eodem, vel paulò maiori pretio, seu pensione, prædia in illis regionibus, in quibus iacet prædium; cuius conuenta pensio prætenditur minor, ea quantitate, in dimidia, seu vltra id, quod communiter locari potuissent, inde sequitur, quod sufficienter dicatur opposuisse ad inducendam necessitatem melius, ac formiter probandi contenta in ipsius finibus, cum qualibet generalis oppositio, istud operetur, ex traditis post alios per Post. de manuten. obseruat. 98. num. 1. & seq.

Quarto, ac demum, quia nullibi constat D. March. Alexandrum habuisse iudicialem scientiam fidium, de quibus agitur, neque Illustriss. D. Iudici † de gestis coram ipso quicquam cre- 8 ditur, e. cum à nobis. vbi Innoc. sub nom. 5. vers. in causa extra de testib. Buratt. decis. 5. num. 2. cum ibi notatis per Ferrentill. in glos. A. dixi Allegat. 1. num. 99. lib. 1. Rot. decis. 197. nu. 52. p. 5.

par. 5. & decis. 68. nu. 11. par. 7. recent. Præterquam quod omnii in casu esset quoque credendum D. Marchioni Alexandro, quatenus asseruit, se opposuisse extraiudicialiter dictis fidibus, quod nullam omninò fidem faciebant.

Vlterius in decisione supponitur in iure, transire sine difficultate æstimationem probari
9 per eos, † qui dicunt, quod ipsi tantum darent, licèt non addant illa verba, iuxta communem æstimationem, quando certum est, vt in casu nostro, Zampolum id non dixisse, seu voluisse subconducere ex affectione singulari, vel sanguinis coniunctione, particulari emolumento, vel commoditate. Mascard. de probat. conclus. 646. num. 40. 41. & 42. vbi quod in dubio testis videantur se retulisse ad communem æstimationem. Quod tamen suppositum, non solùm in iure admittitur, verùm etiam magis commu-
10 niter reprobatur, † opinionemque contrariam in consulendo, ac iudicando amplectendam, post Glos. & Bart. in l. pretia, 63. ff. ad leg. falcid. tradunt Cagnol. in lib. 2. num. 290. C. de rescindenda vendit. Mascard. d. conclus. 646. num. 42. in fin. ibi, & esse clatum, prout in prædicta ampliatione notaui, videlicet, quod nisi se referant expressè ad communem æstimationem, quod non probant, & hæc est communis in consulendo, & indicando, vt attestatur Cagnol. d. num. 240. hactenus Mascard. qui cùm directè impugnet assertionem firmatam in decisione, non videò, cur in illius fundamento adducatur, quibus addo Burat. decis. 334. n. 8. bis, & num. 12. vbi Rota requirit, quod vltra communem æstimationem addatur, quod tanti prædia communiter locata, & conducta fuisset. Rota apud Mangil. de subhast. decis. 38. num. 9. & decis. 40. num. 3. latissimè Post. de subhast. inspect. 60. nu. 33 & seq. & post tract. dec. 44. num. 2. & 13. & decis. 53. num. 2. cum infinitis alijs, qui adduci possent & per nos cumulantur in causa Zanetta Pomponaccia.

Insuper fides in actis præsentatæ, nihil proficere videntur, cùm non attingant tempus, ac momentum ipsius locationis, sed biennium post initam locationem, nam D. Marchio Alexander à matre conduxit de anno 1643. tractatus verò inter ipsum, & Zampolum sublocandi de anno 1645. successit. Vnde quatenus etiam fides probationis gradum aliquem facerent, non
11 ideò concluderent à valore † anni 1645. ad valorem anni 1643. vt animaduertunt Ferentil. ad Burattum d. decis. 538. numer. 21. Rota post Mangil. de subhast. decis. 38. num. 14. & 15. Cyriac. controuers. 453. num. 50. Post. de subhast. inspect. 60. nu. 40. & 21. Neque obstat id, quod subiungebatur in decisione, depositiones scilicet testium, seu magis eorum fides cadere supra tempus locationis sequutæ inter ipsum Dominum Marchionem Alexandrum, & eius Matrem, cùm ex lectura ipsorum non colligatur quoad tempus discursæ sublocationis certitudo aliqua, sed maximo ambiguitas, & tamen læ-
12 sio debet probari † in ordine ad valorem rei subconductæ, inspecto nedum tempore præciso ipsius contractus, & statu rerum eiusdem temporis; sed etiam inspecto momento ipsius temporis initi contractus, ad text. in l. si voluntate, 8. in fin. ibi, nisi minus dimidia iusti pretij, quod fuerat tempore venditionis datum esset, Cod. de rescinden. vendit. Cyriac. controu. 453. nu. 62. & 63. Rota apud Mangil. de subhastat. decis. 37. num. 10. Matt. cons. 85. nu. 18. & 19. Posth. de subhast. inspect. 60. nu 9. & seq. & post tractat. decis. 53. num. 4. penes quos concluditur, quod quando testes non percutiunt tempus contractus, læsio non dicatur probata, in nihilo refragante, quod inquiunt Doctores attendi tempus anterius, & posterius contractui tamen, vt alias distinxi in dicta causa Zanetta, Pomponaccia, aliud est an adsit læsio, & attenditur tempus contractus, aliud verò, an sit probata, & inspicitur tempus ante, & post contractum. Dum ergo in fidibus, duo ex testibus deponunt per hæc verba, *Si come furono de quest'anni in circa*, & tertius testis per ista verba, *qualmente dell'anno 1645. salvo il vero*, & stante quod huiusmodi verba possunt verificari in proximè precedenti anno 1645. seu in subsequenti anno 1643. inde
propterea sequitur; quod probatio ambigua † 13
redditur, & ideo non reuelat Rota decis. 39. num. apud Mangil. de subhast. & Post. de subhast. inspect. 60. num. 24.

Demum, neque sententia, & probationes, vires desumere possunt ex facultate per S. C. sibi concessa procedendi sine lite, processu, ac figura iudicij sola facti veritate inspecta, reiectis quibuscunq. cauillationibus, tam de iure, quam de æquitate. Quoniam Princeps per huiusmodi clausulas idem importantes facultates, censetur tantummodo remouere voluisse solemnitates, de iure introductas pro validitate actitatorum ipsius iudicij, & reducere eadem, ac substantiam iudicij ad terminos iuris gentium, & naturalis, ita vt per dictas clausulas † non intelli- 14
ligatur vnquam sublata defensio. Menoch. cons. 180. num. 7. in fin. Barbos. de claus. 175. nu. 9. et claus. 176. num. 19. & 20. Burat. in terminis decis. 119. per totam, in qua tamen Rota steti pro validitate examinis, absque partis citatione, eò quia in casu tunc discusso apparebat, nō solùm de certioratione partis, verùm etiam de productione interrogatoriorum, quorum vtrumque hic deficit, & desiderabatur vtraque ex partibus consenserat in rescriptum, & delegationem à qua totis viribus reclamauerat D. Marchio Alexander. Et exinde non applicari doctrinā Cyriac. in controu. 519. num. 11. † & seq. suadetur, 15
quia etiam tunc in causa nullitas examinis per dationem interrogatoriorum fuerat sanata, illa agitabatur coram Iudice supremo, vitra amplissimam facultatem procedendi in compilatione processus, & determinatione litis, delegato peculiariter, cum clausula, summariè, & sola facti veritate inspecta, & fides non concernebant factum aliquod particulare, sed notoriam consuetudinem attingebant, ac verisimilitudinem

præ

Digitized by Google

præ se ferrebant, vltra quod numerus testium tanc fidem facientiam, supplebat examinis, seu attestationis defectum, & DD. Indices ad credendum sic se habere veritatem inducebant.

Quare omnia cùm in facti specie essent, ideò in nihilo retragatur doctrina ipsius Cyriaci, eoque magis, quia D. Marchio extraiudicialiter visis fidibus; eas fidem non facere opposuit, & per productionem instrumentorum, quamlibet præsumptionem ex eis resultantem penitùs destruxit.

Esto igitur, quod etiam in contractu locatio-
16 nis remedium leg. 2. C. de rescind. vend. †
locum habeat in locatione, vt tradunt Batt. in l. 1. ff. locat. Gam. decis. 19. & decis. 204. Merenda controu. iur. cap. 37. in fin. lib. 1. Anton. Amat. var. resolut. 68. nu. 1. libr. 2. Staiban. Iun.
17 resolut. 48. num. 1. Quidquid in oppositum † latius disputet Anton. Fab. de error. pragmat. 8. per tot. decad. 8. Quodque remedium illud cõpetat non modo, durante conductione, seu locatione, verùm etiam ipsius conductionis, trans-
18 acto tempore, † ac integraliter soluta pensione, Pinell. in d. l. 1. p. 1. cap. 3. post nu. 18. Fachin. controu. iur. lib. 2. cap. 22. Gratian. discept. forens. 185. num. 1. & 2. & cap. 777. nu. 50. & 51. Ancll. Amat. cons. 23. per tot. Antonin. Amat. var. resolut. 68. nu. 2. cum adductis per Staiban. Iun. d. resolut. 48. num. 5. & seq.
19 qui impugnant opinionem Dec. † in cons. 583. num. 8. & 9. col. fin. distinguentis, an adhuc duret locatio, cùm velit finita locatione, per lapsum temporis, illud remedium ampliùs non prodesse in facti contingentia, excluditur, cò quia de aliqua læsione non constat, attento præcipuè, quod in probanda læsione principali cõ-
20 tractus, non attenditur, † quanti per Conductorem potuisset sublocari; sed quanti per Locatricem in affictum concedi potuisset, ad tradita per Bartol. in l. 1. § si hæres, circa finem, vbi cæteri Scribentes ff. ad Trebell. Cyriac. controu. 421. num. 8. & controu. 453. nu. 23. & 24. vbi quod iniquitas contractus non resultet ex eo, quod quis plus locauerit, quàm ipse conduxerit.

Prædictam tamen querelam læsionis, dilatam post finitam locationem, non carere suspitione, non dicam fraudis, cùm res agatur cum Matrona ex primarijs dominijs istius, sed subornatio-
21 nis, † cùm nullo pacto credendum sit ipsam, cæterosque eius filios, cum tam maxima læsione à tribus scutis cum dimidio ad vnum voluisse locationem facere, & postea per quinquennium nunquam conqueri, Rouit. cons. 38. nu. 6. ver. testium, lib. 2. Fontanell. de pact. nupt. clausul. 9. glos. vnic. p. 1. num. 29. & 30. Staiban. Iun. resolut. 28. nu. 14. & 15. & resolut. 40. num. 22. adeò vt si quis læsionis in huiusmodi locatione acciderit, id potius compensandum cum alimẽtis per Conductorem Locatrici præstitis, quam quod præstet occasionem redarguendi contractum de læsione, quam arctissima inter Matrẽ, & Filium affinitas penitùs excludit.

Deuolutis quibusdam bonis feudalibus ad Episcopatum, ob mortem, & lineam finitam Domini Caroli, & Francisci Mariæ de Andreasijs de anno 1636. idem Illustriss. D. Marchio Alexander de Andreasijs ex gratia speciali, solutis de pecunijs eius proprijs duplis centum quinquaginta, ab Episcopo pro se, & Fratribus inuestiri obtinuit, atque in dictorum feudorum quieta, & pacifica possessione, & Fratribus nunquam contradicentibus, vel quicquam prætendentibus, solus vsque in præsentem diem remansit, qua dicti eius Fratres insurrexerunt, & coram eodem Illustriss. D. Senatore Porta, à Sua Celsitudine delegato institerunt pro relaxatione duarum ex tribus partibus feudi prædicti, vnà cum fructibus, facta oblatione soluendi eorum portiones prætij, præcipuè ex supposito subreptionis Inuestituræ, & ex dispositione legis communis, ac nullius exceptionis, quod deuoluto feudo ad Ecclesiam, teneatur proximiores reinuestire, atque existentes in pari gradu, æqualiter admittere; & in hoc quoque iuxta petita per ipsos, aduersus D. Marchionẽ iudicatũ extitit.

Quod tale caput sententiæ, duplici ex capite irritum prætendit. primò, ex defectu iurisdictionis; quippe quoniam, cum proposita quæstio per Illustrissimum D. Marchionem Siluium de directo attingeret feudum, per regulas feudales † 22
esset diffinienda, & ageretur de priuando vassallo parte aliqua feudi, non nisi D. Commissarius feudorum Episcopatus competens dici poterat, latissimè Cyriac. controu. 381. nu. 18. & seq. Gosfett. consil. 30. per tot. cum ibi notatis per eius filium, vbi optimè ad rem animaduertit, quòd vbicunque fieret commemoratio feudi ad intentionem coadiuuandam, fundandam, vel repellendam; secundùm tamen leges feudorum, adeòvt si actor, vel reus ille ad introducẽdam suam actionem, hic ad explodendam, siue fundandam suam exceptionem opus haberet ad leges feudi recurrere, tunc semper causa diceretur feudalis, semper namque feudalis causa reputatur, quoties ex lege, & conditione feudi ageretur, Gratian. discept. 190. num. 22. latissimè Gurb. de success. feudal. §. 2. glos. 12. nu. 92.

Quapropter, cùm D. Marchio Siluius ea lege, ac conditione feudali prætenderet se capacem, & quod Dominus feudi obstrictus esset, eum tanquam proximiorem vltimis vassallis defunctis, reinuestire † de duabus ex tribus partibus, 23
simul cum D. Marchione Alexandro, pro alia tertia parte, non alia ratione, nisi quia in Iure feudali, seu feudorum consuetudinis ita practicatum in aliquibus Regionibus, iuxta æquitatẽ & doctrinam Batt. in l. 1. §. permittitur, nu. 1. ff. de aqu. pluu. & æst. quam etiam in feudis potissimum ab Ecclesia procedẽtibus sibi locum vindicare pro absoluto continuant, Angel. in d. l. 1. §. permittitur, ff. de aq. quotid. & æst. Anchar. Cardinal. & Abbat. in cap. honor. il primo, de postulat. prælat. Imol. in c. 2. de feudis, Anton. de Butr. in c. extr. locat. Alex. in l. si mihi, & Titio, 110. num. 19. ff. de verb. oblig. & cons. 80. num. 11. lib. 1. cum infinitis pænes Tiraquel. de

Digitized by Google

tertact, in præfat. num, 41, & latiùs examioaui
alleg. 14. per tot, lib.1. & nouissimè plures alios
cumulaui in causa Castrobarchensi. At vice ver-
sa D. Marchio Alexander equitatem, & doctrinā
prædictam Bart. in feudis, non militare conten-
24 deret, † atque ex eadem lege, & conditione feo-
dali, Fratres excludere iosisteret, eò quia con-
cessiones feudorum ita per Dominos facere in-
telliguntur, vt finito feudo, ad Dominum liberè
redeat, nec vlla subsistit in Domino directi de
feudo ad se reuerso agnatos præferendi necessi-
tas, per text. in c.2. extr. de feud. vbi ad literam
dicitur, quod Episcopus feudum reuersum obli-
neam finitam possit liberè alijs concedere, c.1.
si de feud. defunct. & cap.1. de success. frat. Bar-
bat. in cap.1. extr. locat. Rom. cons.70. num.3.
vers. non obstant, Gail. pract. obseru. 148. sub
nu.3. vers. sed verior, lib.2. Clar. in §. feud qu.
87. Menoch. cons.400. nu.31. Pistor. lib.2. qu.
44. nu.50. Rosental. de feud. cap.7. conclus.24.
nu.21. Amad. à Pont. qu. laudem. 12. nu.15. Io.
Anton. Bellon cons.45 nu.505. & seq. Rot. de-
cis.664. nu.8. p.2. recent. vbi cum Rosenthal.
& Pistor. præcitatis inquit contrariam opinionē
aduersari ex diametro omnibus Iuris feudalis
consuetudinibus, inda propterea sequitur, quod
Illustriss. D. Senat. & Commissarius Cinalerius
in hac causa Iudex competens existeret, eoque
maximè, quia in hac patria, nec quoad feudalia,
nec quoad emphiteotica æquitas Bart. obseruā-
tur, sed rigor Iuris. sicque Dominus etiam agna-
tis proximioribus dissentientibus, quibus magis
vult de feudis ad se reuersis disponit.

Præterquam quod nulla amplius subest, aut dictis
Fratribus suffragatur æquitas, postquam pro tā-
25 to tempore, ac conniuentibus oculis † ipsum
D. Marchionem solum possidere feodum permi-
serint, absque eo, quod reclamauerint, aut rati-
ficato prius contractu ipsorum etiam nominibus
gesto se inuestiri postulauerint, cùm tamen id
facere tenerentur intra annum, Alexander in
add. ad Bart. in l.1. §. permittitur, ff. de aq. quo-
tid. Roman. cons.70. num.3. vers. vel alias dici
poterit. Curt. ien. cons.47. nu.10. in fin. & latiùs
examinat Rot. decis.755 per tot. p.4. diuersor.
Gratian. discept.758. num.7.

Sicuti igitur ex prædictis ad fundandam iuri-
sdictionem feudorum, non attenditur, an actio
sit realis, vel personalis, iudiciumve num pos-
sessorium, vel in meritis tractetur, sed cùm aga-
tur ex lege feudali, ita hoc supposito, non intrat
26 prorogatio alterius Iudicis † per consensum in
eum, ex quo vassallus iurisdictionem prorogare
nequit. ex traditis per DD. in l.1. ff. de Iudic. &
in l.1. §. & post operis, ff. de nou. oper. nunciat.
& in c. ex transmissa, & c. ex tenore, de for. cō-
pet. Clar. in §. feud. qu.90. nu.10. Schrader. de
feud p.10. nu.109. & seq. Capic. decis.9. nu.15.
Io Schoner. d. ip. fend. 2 Thesi. 16. libr 2. Ber-
nhard. Vvrmser. in tract. for. lib.1 tit.1. obser.
12. nu.5. Rota coram Comitol. decis.14. nu.14.
& seq. Cachet. decis.78. nu.3 Gail. pract. obser.
40. numer. 6. libro primo. Laratha de feudis
par.10. dilucidat. 36. num.4. & 5. vbi quòd Do-
minus sub pœna ammissionis feodi præcipere
vassallo † possit, ne litem prosequatur coram 27
alio Iudice, & inobediens feudo molestator. Frāc.
decis.417. nu.2. & decis.541. no.3. S. Felic. de-
cis.29. nu.4. Quantumuis in dicta decisione age-
batur de Iudice Baronis subordinato Iudicibus
Regis, quibus addo Giurb. de success. feud. §.2.
glos.12. nu.91. ampliat.4.

Eadem quæstio in meritis duas quoque inspe
ctiones habet, quarum altera, an ex lapsu dece-
nij, & vltra, intra quod dicti Doctores frā-
tres neglexerunt consequi earum prætēsas por-
tiones feudi, cum refusione pretij, nec tamen ha-
buere acquisitionem eorum nominibus factam
censeantur renontiasse eorum Iuribus. Altera,
an supposito quod illis adhuc competat Ius in-
telligatur, vt ex nunc, an verò, vt ex tunc, ad ef-
fectum præcipuè, quod D. Marchio Alexander
fecerit fructus irreuocabiliter suos, Iuris autem
indubitatissimi esse existimamus, quod vbi Frater
emit feodum, † vel alter acquirit pro Fratribus, 28
& de proprio soluit pretium contingentes co-
rum portiones, repetere possit. Dec. consil. 25.
sub num.10. Alexander consil.134. lib.5. Natt.
consil.358. num.1. & sequ. Maneut. consil.78.
num 2.

Respectu igitur primæ inspectionis in Iure
deffinitum pro communiori supponunt feudi-
stæ, quod Fratres pro Fratribus, † etiam absen- 29
tibus, feudum stipulari possint, dummodò sub-
sequatur re adhuc integra ratificatio, Maneut.
consil.45. nu.2. & 3. cum seq. & cons.107. nu.
36. Fachin. controu. iur. lib.3. cap.76. Magon.
decis. Florent.117. nu.10. & 11. Rosenth. de feud.
cap.3. conclus.12. num.2. 3. & 4. & sub glos. B.
Schrader. de feud. par.7. cap.1. num.3. Menoch.
cons.162. num.6. optimè explicat Merend cont.
iur. lib.7. cap.76. neque dissentit Bardell. cons.
50. nu.24. Larath. in Theatr. feudal. p.6. dilu-
cid.29. per tot. & ab hac opinione non esse re-
cedendum existimarem. Et si non desint plures,
qui contrarium profiteantur, & videri possunt
apud Manric. de tacit. & ambig. libr.14. tit.12.
num.2. Veruntamen hæc conclusio non officit
iuribus D. Marchionis Alexandri, ex quo stipu-
latio ab eo facta de feudo, etiam pro Fratribus
intelligitur ordine successiuo, ac post illius mor-
tem, & lineam feud. capacem, finitam, C. c.1. de
benefic. fratris.

Hìc autem nulla intercessit tēpore habili ra-
tificatio, tū quia mutata cōditione rei per augo-
mentum † eius valoris, non potest acceptari sti- 30
pulatio in præiudiciū D. March. Alexandri, nisi
tantum refundatur, quantum res de tempore ra-
tificationis valet, vt argumento text. in l. bonor.
24. ff. rem rat. haber tradit Bart. in l. si vxor, 15.
§. si quia vxorem, nu.3. in fin. & ibi Alex. in ad-
dit. ff ad l. Iulian. de adulterijs Io. de Montis-
per. cons.43. sub num.10. Cyriac.452. num. 32.
33. cum pluribus sequentibus, & præcipuè 49.
& 50. ea ratione, quia cùm ante ratificationem,
dominium ex integro esset penès D. Marchio-
nem

Digitized by Google

nem Alexandrum, & ad eum, vti Dominum,
spectasset omne periculum, & incommodum,
exinde etiam sequebatur, quod eiusdem esset
emolumentum, ac commodum quodlibet ex
eadem re emergens, pendente ipsa ratificatio-
ne, quatenus subsequi potuisset, cum quia ante
31 ratificationem † à Fratribus factam, & re adhuc
integra, D. Marchio Alexander acquisitionem
eorum nominibus factam retractauerat, Natt.
cons. 645. num. 10. cum adductis per Durandum
decis. 285. nu 53. & 54.

Omnique in casu D. Marchio Alexander vs-
32 que ad diem ratificationis fructus † suos fecis-
set, atque indebitè ad illorum restitutionem
condemnatus extitit, l. 1. & 2. C. de petit. com.
rei vendit. Riminald. jun. cons. 163. nu. 22. Ga-
briel. cons. 80. lib. 1. Bec. cons. 113. num. 30. &
seq. Thomas de Tutor. & Curator. tit. 19. num.
1416. vers. nec quoad fructus, num. 59. fol. 547.
latè Menoch. de contract. liuell. qu. 14. nu. 33.
Io. de Montesper. cons. 43. per totum, quod du-
plicatur cons. 140. Rota decis. 160. à princ. vsq;
ad num. 8. apud Cenc. de cens. Hinc sequitur,
quod neque in hoc capite sententia subsistere
potest, minusve decisio, quæ ad summum pos-
set procedere; si D. Marchio Alexander, tam-
quam procurator eius Fratrum, emisset, quo ca-
su dominium ipsis ab initio acqui siuisset.

Quare &c. Saluo &c.

ARGVMENTVM.

Episcopus in feudalibus per immemorabilem iuuari potest, vt etiam priuatiuè quoad Sanctam Sedem præscripsisse censeatur facultatem cognoscendi Causas inter ipsum, & Vassallos occurrentes in omnibus Instantijs, saluo vassallis recursu ad Sanctam Sedem in casibus negligentiæ, vel denegatæ iustitiæ.

SVMMARIVM.

1 *Vicarius Episcopi non cognoscit de Causis feudalibus.*
2 *Appellatio in causis feudalibus datur à Iudice constituto ad Dominum constituentem quoad feuda Episcopatus Ad quē de iure censetur interposita ad Iudicem ordinarium appellationis, si vtiest n. 6.*
3 *Immemorabilis non appellandi ad Sanctam Sedem in feudis Episcopatus Mantuæ obseruanda.*
4 *Iurisdictio per immemorabilem præscribitur. Intellige accumulatiuè, non autem priuatiuè nu. 5. omnimoda vassallo censetur concessa num. 8.*
7 *Præuentioni locus est inter plures Iudices.*
9 *Papa instante appellato causam remittit ad iudices ordinarios, vbi rationabilis non subest causa eam retinendi.*
10 *Prælati inferiores quoad iurisdictionem contra Superiorem habent remedium manutentionis, si constet de immemorabili.*
11 *Præscriptio currit in iurisdictionalibus stante immemorabili, quæ seruit loco tituli.*
12 *Iurisdictioni per actus contrarios præiudicatur tantum in præteritum, & non in futurum, neque quoad successores.*
13 *Iurisdictionis possessio non probata scientia, & patientia Episcopi non amittitur.*
14 *Quasi possessio vniuersalis non impeditur per actus particulares.*
15 *Appellatus potest præuenire in introducenda appellatione, quando Iudex appellationum est certus.*
16 *Inuestitura pactum, quod in causis feudalibus inter Dominum, & vassallum notis, solus Dominus eligat Iudices, valet.*

Allegat. XXXVII.

Adsit Deus.

ILlustriss. Pater. Causæ feodales Episcopatus
tanquam temporalitatem concernentes, † 1
atq; speciali nota dignæ non censentur cō-
prehensæ, nec veniunt in generali concessione
facta à Vicario ex traditis per Cardin. in clem. 10.
nu. 19. de offic. Vicar. Sbroz. de off. Vicar. lib.
2. qu. 105. nu. 3. quos allegat, & sequitur Bar-
bos. de offic. & potest. Episcopi allegat. 54. nu.
112. Vnde in Ciuitate Mantuæ ab Episcopis
pro tempore cōsueuit deputari Iudex, seu Com-
missarius cum facultate iudicandi causas dunta-
xat feudales eiusdem Episcopatus, à quo per tā-
tum tempus, cuius initij memoria non extat in
contrarium, ad Vicarium eiusdem Episcopi tan-
quam illius personam in hoc repræsentantem
appellatur. Quod optima ratione fuit inductum,
quoniam in causis † seu specie causarum, in qui-
bus specialiter constituitur Iudex, ab ipso con-
stituto ad constituentem immediatè appellatur
glos. in cap. 1. in verb. officialem, vbi Doctores
de offic. vic. t. in 6. cum adductis per Barbos.
de offic. & potest. Episcopi d. alleg. 54. nu. 22.
Rota decis. 413. par. 2. diuers. lib. 3. Laurent. Vr-
sell. conclus. 128. nu. 19. in verb. Appellatio.
Quibus accedunt magis ad rem Bartol. in l. pri-
ma ad fin. ff quis, & à quo appelletur; vbi quod
a constituto ad constituentem appelletur Curt.
Iun. de feud. par. 4. sub nu. 32. vers. mihi autem
videtur adden. ad Rosental. de feud. cap. 5. con-
clus. 5. in glos. H, vbi testatur in aliquibus Curijs
extare consuetudinem, quod ab officialibus,
seu Iudicibus Episcopi appelletur ad eundem E-

piscopum, et Coloniæ, & cap. 12. con. 1. 20. n. 13. vbi quod respectu feudalium in materia appellationis obtineat id, quod consuetudine, ac diutina obseruantia inductum fuit, cum adductis in glos. L. Hartman. in praxi lib. 2. tit. 19. obseruat. 25. in fin. fol. 376. Roland. cons. 89. nu. 19. libr. 2. Schoner. de feud libr. 2. disputat. 2. Thes. 42. Schrader. de feud. part. 10. inspect. 8. num. 141.

Quapropter in hac Curia Episcopatus Mantuani attendenda venit consuetudo, iuxta quam in feudalibus causis in prima instantia cognoscit Commissarius feudorum, in secunda Vicarius Generalis, in tertia verò aliaque vlteriori ia, quæ Episcopus pro tempore elegerit, donec & vsquequò per tres conformes negotium iudicialiter expeditum exiterit absque eo, quòd vnquàm in huiusmodi cognitionibus Curia Romana manum apponat, quem sanè iudicandi methodum, atque consuetudinem diu, atq; ab
3 immemorabili † obseruantia etiam in præiudicium, atque ad exclusionem Sedis Apostolicæ attendendam profitetur Summus Pontifex in c. Romana §. 1. ibi, nisi aliud Remensi Ecclesiæ de consuetudine competat in hac parte, de appellat. in 6. Menoch. consil. 466. nu. 33. 34. & 35. Gratian. discept. forens. 383. num. 59. Laurent. Vrsell. d. conclus. 128. nu. 209. in verbo, Appellatio rationem optimam assignant, quia cum ordo appellandi pendeat à iure positiuo, ab eoque introductum admittatur, consequens fit, quod contraria consuetudine præuerti valeat.

Eoque fortius ista procedunt propter immemorabilem, vigore cuius semper Episcopi, nunquam verò Sedes Apostolica causas feudales in omnibus instantijs determinandas iuxta superius dicta delegarunt, & in effectu Iudices sic deputati diffinierunt; nemini autem dubium esse censemus, quin Episcopus potuerit hoc
4 auctoritati Pontificis † præscribere, atq; in causis feudalibus mensæ Episcopalis independenter à Sancta Sede de iustitia prouidere per textum cap. super quibusdam, §. præterea extra de verbor. significat. Ias. cons. 208 nu. 10. lib. 2. Rolando a Vall. cons. 5. nu. 82. lib. 1. Loffred. cons. 40. nu. 48 Rosental. de feud. cap. 5. conclus. 16. per tot. cum infinitis ibi per Addentes adductis in glos C. Rota dec s. 51. numero 2. parc 2. recent., vbi quod præscriptio temporis, cuius initij memoria non extat, habeat vim priuilegij, ac iusti tituli, itaut per eam acquirantur etiam ea, quæ Principi sunt reseruata, tametsi obstet præsumptio Iuris communis contra præscribentem.

Neque obstat, quod Iurisdictio præscripta ab inferiore contra superiorem censeatur accumulatiuè, non verò priuatiuè, ac consequenter non impediat, quominus ad Papam appellari valeat Abb. post glos. in cap. pastoralis nu. 7. vbi etiam latissimè Felin. nu. 2. & seq. de off. ordin. Bald. de præscript. 2. par. 5. par. princip. qu. 5. nu. 21. fol. mihi 454. Rot. decis. 196. num. 6. par. 2. diuers. quæ est decis. 615. apud Seraph. & in Mantuana Iuris pascendi 26. Iunij 1628. coram Virili, & in eadem apud Durand. decis. 191. nu. 4. Gonzal. ad regul. 8. Cancell. §. 2. proem. nu. 23. 24. & 25. Gratian. discept. forens. 154. num. 35. Laur. Vrsell. d. conclus. 128. num. 221. in fine, & num. 227. & num. 231.

Cui obiecto pluribus occurritur, & primo, præsentem controuersiam non esse Iuris articulum, sed facti, ex quo Garusius non appellauit ad Sanctam Sedem, sed ad quos de iure. Vnde cum ex dicta præscriptione immemorabili à Commissario feudorum † appelletur ad Vicariū 7
ad eundem dicitur appellasse Garosium ad tradita per Scacc. de appellat. qu. 7. à ou 4. vsque ad 10. Deinde quia quando plures in eadem causa esse possunt Iudices, tunc fit locus præuentioni, † adeo vt Iudex ille, qui prius cognoscendo præuenit, remaneat cum causæ iurisdictione, vt ille solus procedere habeat l. si quis postea 7. leg. vbi coeptum 30. ff. de Iudic. Gratian. dicta discept. 154. sub nu. 36. vers. dummodo iurisdictio non fuerit præuenta per inferiorem Gonzal. ad reg. 8. Cancell. §. 3. proem. nu. 12. Vlterius quia versamur in Iurisdictione feudali, ratione cuius Episcopus se habet tanquam Summi Pontificis vassallus, cui perpetua † in ordine ad successo- 8
res in Episcopatu, omnimodaque iurisdictio censetur concessa Gratian. dicta disceptat. 154. num. 37. Mart. voto 164. nu. 1. 2. 3.

Demùm quia omni in casu Papa non solet apponere manus ad cognitionem causarū in præiudicium ordinarij quantumuis præcisè ad Sanctam Sedem Apostolicam appellatio appareat
interposita, nisi ex rationabili causa, † qua non 9
concurrente, & instante Prælato, signatura cōsueuit causam remittere, vt post alios optimè animaduertit Scacc. de appellat. quæst. 7. nu. 54. & nu. 83.

Interim verò vbi in præmissis aliqua subesset difficultas attenta immemorabili † prædicta Episcopus in sua possessione, seu quasi cognoscendi causas feudales per eius officiales in omnibus instantijs manuteneri deberet Mantica decision. 322. nu. 9. Post. de manuten obseruat. 48. num. 34. per remissionem causæ ad partes quemadmodum successit de appellatione tunc ad Sanctam Sedem expressè interposita, & ob quam emanauit Diploma Clementis Octaui ex præsupposito immemorabilis, † etiam tunc & sic quinquaginta ab hinc annis decursæ, ac vigentia, atque vtrinque à partibus admissæ, in vim cuius quilibet titulus allegari posset Rota d. decis. 11. nu. 8. par. 2. recent. & coram Buratt. decis. 435. num. 5. cum ibi notatis per Fescutill. Gratian. disceptat. forens. 441. num. 11. latissimè Lara h. in Theatr. feudal. part. 8. dilucidat. 21. per totam. Surd. decis. 1. num. 2. & ibi notat Hodierna, quòd contra Romanam Ecclesiam spatio centum annorum præscribatur Ioann. Solorz. de Iur. Indiarum lib. 3. capit. 3. num. 74. Bertran. d. Argentie ad Consuetud. Magn. Ducat. Britann. tom. 1. titul. 14. des appropriances artic. 266.

166. cap. 8. de præscript. aduers. pact. redempt. ex consuetud. nu. 30. & sequ cum alijs per Carcu. resolut. 8. num. 8 De qua sanè immemorabili non est dubitandum, cum vltra narratiuam, atque partium admissionem, facti series eandem inducit, & confouet, dum appellatio acciderit respectu tertiæ instantiæ præuia cognitione eiusdem causæ in prima instantia per Commissarium, & in secunda per Vicarium. Vnde cum eadem ratio vigeret etiam quoad tertiam instantiam, ideò Summus Pontifex precibus Episcopi ipsa immemorabili innixi causam decidendam remisit, aliàs vbi decretum Pontificis non censeretur obtentum, & concessum in vim approbationis eiusdem immemorabilis, vtique superfluum redderetur, cum partibus consentientibus eisdem liberum fuisset in foro Episcopali causam prosequi.

Immemorabilis insuper dicitur probata eo, quia ex causis feudalibus infinitis inter Episcopum Mantuę, & Vassallos tractu temporis promotis, nulla alia in Curiam fuit deuoluta per appellationem, quam, cuius occasione Summ. Pontifex concessit remissionem, & altera, de qua adest etiam decisio in Mantuana feudi 17. Iunij 1641. coram Rotas, per quam non cense-
1 tur, quod alias causas, † & successoribus generarum preuidendum respectu exemptionis acquisitæ in hoc quoad causarum feudalium cognitiones Cyriac. controu. 369. num. 13. & 14. Mi synger. cons. 19. num. 28. Costa de reintegr. distinct. 40 nu. 7.

Quemadmodum neque resisteret, si opponeretur per dictam causam in Mantuana Iuris pascendi interruptam censeri immemorabilem. Tum dum in dicta causa Episcopus non interuc-
13 uit, neque agebatur de eius interesse, & tamē †
iurisdictionis possessio non amittitur non probata scientia, & patientia Episcopi, nec alteri acquiritur Innocent. & Abb. in cap. bonæ de postulat. Prælat. Rota coram Comitolo decis. 138. num. 12. quæ est decis. 73. apud Post. de manut. & decis. 268. nu. 3. par. 4. recent.

Tum quia actus particulares inter vassallos subsecuti non præiudicant in cæteris Iurisdi-
14 ctioni eiusdem Episcopi præscriptæ † de cognoscendis causis in omnibus instantijs pendentibus inter ipsum, & eius vassallos ad tradita post alios per Post. de manut. obseru. 73. num. 172. Quæ verò opponebantur vltra nullitatem præuentionis in introducendo causam coram vica-
15 rio Iudice appellationum per appellatum † non videbantur facere ad rem, tamquam attingentia appellationes certum Iudicem non habentes, vt non obscurè colligitur ex traditis per eundem Scacc. de appellat. quæst. 14. num. 52. & sequ.

Plurimum verò consuetudini fauet pactum, de quo in inuestituris vassallorum reputatus, per quod se obligaur litigare in Curia Domini, reseruato ipsis iure appellandi à Iudice per Episcopum in feudalibus constituto, quod sanè pactum hæc recepit, ac semper habuit interpretationem, vt intelligeretur de omnibus instantijs quæ in Curia Domini ex præscriptione, ac consuetudine immemorabili solēt terminari, quando autem pacto inuestituræ ita cauetur de litigando coram elligendis per Episcopum, ac successiuè in causarum feudalium decisione obseruatum extitit, tunc omnis dubitandi ansa remouetur ex traditis per Schrader. de feud. p. 2 sect. 8. nu. 146. & seq. Schroner. de feud. lib. 2. disp. 2 Thes. 43. optima autem ratione id fuisse inductum tam pacto, quàm consuetudine suadetur ex eo, quia iniquum videtur, quod vassalli immemores beneficij ab Ecclesia per inuestituras accepti in casum deuolutionis, aut commissi cogant ipsius prælatos ad immortales suscipiendas lites non sine maximo ipsorum dispendio, &c.

ARGVMENTVM.

In Causis feudalibus Cameræ Imperiali subiectis, in quibus principaliter de interesse Domini agitur ipse, eiusq; Pares Curiæ suspecti redduntur, adeò vt Imperator ad preces collitigantis causas similes per non suspectos Iudices decidendas committat, aut in Camera Imperiali retineat.

SVMMARIVM.

1 *PAres Curiæ iudicant inter Dominum, & Vassallum in Causa feudali, Fallit si non extant, & tunc iudicat ordinarius non suspectus. Etiam inter Vassallos, quando lis quoquomodo attingit Dominum num. 5. Declara vt num 6. Suspecti in totum remouentur maximè in feudis Ecc esie num. 9. In Principatu Tridentino non extant, neque dari consueuerunt num. 12.*

2 *Parium Curiæ ad fundandam iurisdictionem requiritur, quod ex litigatoribus alter Dominus, alter verè vassallus sit, & de re feudali agatur. Ideò si Dominus ab aliquo conuentus neget eum Vassallum, ordinarius, qui alias non sit suspectus iudicat.*

3 *Dominus inter Vassallos de feudo litigantes Iudex est, nisi alter prætendat antiquum, alter nouum num. 8. Si etiam sit ordinarius, & suspectus superior iudicat nu. 11. Si negligat iustitiam administrare superior iudicat num. 10.*

4 *Dispositio loquens in casu simplici non militat in mixto.*

7 *Cap. prim. An apud Iud. vel Dom. qu. feud. term. deb. declaratur quando prae das.*

in casu mixto vidit quando lis feudi ver tur in
ter eum, qui non tam Dominus est, quàm vlte-
rius se prætendat vassallum Doctores in l.2. ff.
de verb.oblig.Barbos.Axiomat.39.numer.11.&
Axiomat.152.Fontanell.decis.26.num.10. Grat.
discept.forens.982.num.18.

Supposito igitur quod Dominus feudi aliàs
Iudex competens inter Conuassallos non possit
iudicare, atque vti suspectus remoueri debeat
quoties ex illius Iudicio inter vassallos ferendo
damnum, vel vtilitas Domino resultaret, ac pro-
inde etiam hoc in casu locus fieret electioni
Parium secundum dispositionem textus in ca.
primo. An apud Iud. vel Dom. quæst feud. term.
deb. & traditionem Mynsig in consil. 23. num 9
& 15.decad.3. istud tamen ita intelligendum est
6 quod non possit alter ex vassallis † alterum tra-
here ad Curiam Parium, sed solummodo ipsam
Curia vocante non licere eorùm alicui eius Cu-
riæ iudicium declinare, vt disertis verbis con-
cluditur in dicto cap. primo. An apud Iud. vel
Dom. quæst. feud. term. deb. & ibi Bald. optimè
notat, quod quando causa est præiudicialis Do-
mino ex eo, quod ea sua sententia imminet ei
fauor, vel præiudicium, non cognoscit ipse D.
nec eius Curia solum complexiuè Rosental. de
feud. cap. 12. conclus. 2. num. 30. in fine & num.
31. Quapropter cum in facti specie adeo conne-
xum sit interesse vassalli, cum interesse Domini,
vt vna eademque persona censeatur, ac in effe-
ctu existat, inde propterea sequitur, quod Illu-
strissimi Domini Barones Causam præsentem
introducere coram Paribus Curiæ nequeant
compelli.

Deinde optima quoque subest ratio ad eui-
tandam iurisdictionem, seu etiam electionem
7 Parium consistens in eo, quod præallegatus te-
xtus in cap. primo. An apud Ind. vel Dom. quæ.
feud. term. deb. procedit tantummodo vbi inter
vassallos contenditur circa qualitatem feudi cũ
vnus prætendat, esse nouum, alter verò antiquũ,
prout & in cap. primo de inuestit. in maritum
facta, qua ratione respectu prætendentis feu-
dum nouum versatur interesse Domini in eo tã-
tum, quod vellet tueri factum suum, qua ratio-
ne suspectus redditur, & ita explicant Bald. &
Aluarot. in dicto cap. primo. An apud Iud. vel
Dom. quæstio feud. term. deb. Soccin. in capit. ex
transmissa sub nu. 30. vers. item infertur de for.
competen. Mynsing. dicto consil. 23. numer. 15.
decad. 3 quæ quidem quæstio huic casui non ap-
plicatur, ex quo alias habet inspectiones con-
trouersia nunc inter collitigantes, ac eorũ ma-
iores alias pendens, nam vtroque ex partibus
prætendit feudum antiquum, & Illustrissimus
Episcopus contendit non solùm de iurisdictio-
ne ad suam Ecclesiam, seu se ipsum in prima in-
stantia, vt asserit, spectante, seque dominum ra-
tione vtilis, atque directi, nostros vero principa-
les à feudi capacitate omnino extraneos, quo
casu, vti dicebamus, non ambigitur, quin Iudex
superior causam cognoscere debeat, cum non
deceat quemquam, neque eius Curiam, aut eli-
gẽdos ex ipsa iudicare in causa propria eiusdem
Domini, & qui & vassallum se prætendit. hinc
ergo optimè deducitur in hac causa nec Domi-
num, neque Pares Iudices competentes, seu nõ
remouendos dici posse, cum propter prædictas
causas interesse ipsius Domini immediatè con-
cernentis etiam Pares iure optimo habeantur
suspecti, ac recusari possint, ac penitus remoue-
ri, † cum versemur in feudo originaliter ab Ec- 9
clesia recognito Bald. in cap. primo §. præterea
de prohib. alien. per Federic. quem allegat. Soc.
in dicto cap. ex transmissa numero 20. & num.
30 de for. compet Doctores in ca. cæterum ex-
tra de Iudic. Menoch. de retin. remed. 3, nu. 440.
Ripol. var. resol. cap. 2. nu. 76. & seq. Cariuncul.
consil. 27. num 96. & sequenti, latè Laurent. de
Iudic. suspect. cap. 12. numer. 2 & 5. Hartman. in
prax. for. lib. 2. tit. 54. obseruat. 21. num. 7. ibi, &
quando Pares Curiæ sunt suspecti, quia subest
rationabilis causa suspicionis (tunc eorum iuris-
dictio potest recusari) & sufficit illam causam
allegare dummodo sit verisimilis, & tunc ordi-
narius erit Iudex, quia in feudis in defectum Pa-
rium ordinarius est Iudex subsidiarius Schrader.
de feud. par. 10 sect 6. num. 200 & sequen, vbi
tamen ad prædictum effectum requirit, quod tã
Dominus, quam Pares quicunque suspecti alle-
gentur, & quia tales recusentur.

Vlterius ad effectum obtinendæ remissionis
ex adicto petitæ ad Pares, fuerat necesse prius
deducere, ac concludenter probare eorundem
Parium existentiam, quoniam enim in effectu in
Ecclesia Tridentina Pares Curiæ non extent, † de 10
lite inter vassallum, & Dominum, seu conuassal-
los mota Iudex ordinarius cognoscit Glos. in D.
cap primo in dicto §. si inter a verb. Pares, vbi
Doctores, & Martin. Laudcn. num. 5. de prohib.
feud. alien. per Federic. Canonistæ in dicto cap.
cæterum ex tum de Iudic. Soccin. in dicto cap.
ex transmissa num. 15. in fine & num. 21. de form.
competen. Hartman. in pract. for. tit. 54. lib. 2.
obseruat. 21. num. 4. Menoch. de retinen. dicto
rem. 3. num. 444. cum alijs per Schrade. de feud.
parte 10. sect. 6 num. 189 quibus accedunt Myn-
sing. obseruat 19. sub numer. 2. versic. vel nulli
Pares extarent Cent. 6. & respons. 22. nu. 3. vers.
vel si Pares non habeat decad. 3. Rosen. de feud.
cap. 12. conclus. 2. sub num. 29. vers. Vel vbi Pa-
res Curiæ Dominus ille non habet, & conclus.
4. num. 5. & in glos B. & sub num. 66. versic. illa
verò nulla existente Iudicem ordinarium loci,
& conclus. 6. num. 58 versic. Sed lite nondum
cœpta si Pares non sint, viderentur Iudices ordi-
nationis impetrandi Sard cons. 56. n. 27. & cons.
193. num. 9. Schoner. disputat. feudal. 2. thes. 76
versic. quando Pares sunt nulli.

Iudex inquam ordinarius cognoscit, nisi is,
& Domin. feudi sit, quemadmodum in præsen-
tiarum succedit, & adsit superior, aut feudi Do-
minus mediatus, tunc enim Domino existente
suspecto † cum agatur de eius interesse proprio, 11
neque extantibus Curiæ Paribus, omnique in
casu eadem suspicionis exceptione effectis, tunc
causæ

causæ cognitio spectat ad Cam: Imperij, seù à Maiestate Cæsarea delegari debet cognoscēda per Iudices neutri ex partibus suspectos Dec. in capit. nouit. num. 8. extra de Iudic. & latius prosequitur Schrader. de feud. par. 10. sect. 6. sub n. 189. versic hæc tamen opinio ita declaratur, vt tantum procedat eo casu, quando respectu feudi controuer si non extat Dominus mediator, & sic iudex feudalis superior Rosental. de feod. c. 12. conclu. 6. nn. 58. & faciunt tradita per Mynsing. d. cons. 23. n. 16.

Nequè obstaret si opponeretur in ordinatione Cameræ Imperialis part. 2. 3. 4. & 5. cautum reperiri, quod Principes seculares, vel ecclesiastici Sacri Romani Imperij tantùm coram certis iudicibus ibidem nominatis conueniri debeant, si quidem illa ordinatio Cameræ Impe-
12 rialis † non habet locum in causis feudalibus, sed in illis Principes non obstante ordinatione prædicta coram iudice feudali, Domino nempe feudi, vel Paribus Curiæ conueniri & possunt, & debent Gail. pract. obseru. prima num. 54. lib. 1. Mynsing. obseruat. 90. num. 3. cent. 5. Schrad. de feud. parte 10. sect. 1. num. 209. Rosental. de feud. cap. 12. conclu. 2. num. 27. in fine, vbi quod rectè in prima instantia iudex feudalis supremus, & sic Camera Imperialis adiri potest.

Veruntamen admisso etiam citra veri præiudicium, quod quemadmodum exponitur in supplici libello Sacræ Maiestati Cæsareæ per partē aduersam porrecto, quod prima instantia etiam in feudalibus spectaret ad ipsum Dominum, seu Pares Curiæ seclusa qualitatiuè suspicione, sicu-
13 ti, ab eorum sententijs ad Cameram Imperialē immediatè appellaretur per textum in cap. final. tempore miles &c. vbi Afflict. nn. 2. Gail pract. obseruat. 1. num. 56. lib. primo, & obseruat. 156. sub nume. 2. versic. Pares non obstantibus lib. 2. Mynsing. obseru. 90. num. 3. cent. 5. vbi quod liceat appellare ad Imperium iudicem, seu Imperatorem immediatè etiam si adesset iudex feud. mediatus, Schroner. disput. feudal. 3. thes. 121. & 123. lib. 5. Rosental. de feud. cap. 12. conclus. 20. num. 3. cum infinitis, de quibus in Glos. B. Scac. de appellat. questione 8. sub nu. 120. vers. A paribus Curiæ, siue Domino Laurent. Vrsell. in verb. appellatio conclus. 28. nu. 197. ita per exceptionem recusationis Domini, ac Parium causæ feudalis cognitio ad Imperatorem pro delegatione deuoluit, quia appellatio, & recu-
14 satio † à pari procedunt Franch. in capit. nouit. numer. 4. in fine de appellat. Felin. in cap. 1. sub num. 6. versic. Tamen dicas de iudic. Scac. de appellat. q. 16. limit. 1. n. 8.

Id comprobatur, nam quando subditi Baronum, & feudatariorum ecclesiæ habent suos Dominos pro suspectis, possunt immediatè recursum habere ad Aud. Cameræ vti Aud. Papæ,
15 ab eoque † benignè recipiuntur, ac per ipsum causæ eorum terminantur Adden. ad Farinac. ad Criminal. decis. 27. litteram B. Lauren. Vrsell. in verb. Auditor Cameræ num. 48. Idem quoque
16 dicimus de vassallis, Baronibus, ac subditis † in Regno Neapolitano, qui ommisso medio, possunt appellare, & in casu suspicionis recursum habere ad Regiam, vel ad magnam Curiam Vicariæ Scac. de appellat. q. 7. nu. 99. & melius qu. 8. sub num. 311. vers. oppono secundo dum dixi quod Rex, vbi, quod Rex Hispaniarum porrigit clementissimas aures etiam vassallis earum Ciuitatum, quarum nobiles aliqui inuestituram habent, ac concessionem. Quod sanè & fortius militat in presenti casu cum inter Principem Tridentinum, atque imperatorem non adsit mediatus superior, eamdemque prerogatiuam habere debeat Camera Imperialis, quam habet Camera Pontificia.

Eoque magis superius dicta sibi locum vindicant, quippe quoniam suspicionis exceptio, atque iudicis recusatio in facti specie euidentem facit, atque in manifestam vertitur oppressionem considerando, quòd de anno 1475. Antonius Tritauus Dominorum Baronum nunc agentium ab Episcopo Tridentino inter cętera feuda de quatuor Vicariatibus fuerit, inuestitus ob incapacitatem Caroli Vltimo loco inuestiti, quoniam erat mutus, † ac consequen- 17
ter feudalium inhabilis ad tot. tit. An mutus, vel alius imperfectus feud. retin., vbi feudistæ omnes Thes. quæst. forens. 62. num. 3. lib. 2. Rosent. de feud. cap. 7. conclus. 27. Michalt. de Cæc. Surd. & mut. cap. 66. num. 1. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 23. tit. 10. num. 30. Giurb. de success. feud. §. 2. Glos. 11. numer. 42. Gizzarell. decis. 44. Vrsin. de feud. part. prima q. 8. art. 1. num. 1. vsquè ad 15. Et abinde per aliquot annos Dominium Venetum cum nonnullis alijs Castris, ac iurisdictionibus Imperij etiam quatuor Vicariatus inuaserit, diuque occupauerit vsque quo Maximilianus Inuictissimus Imperator ea recuperauerit, ac successiuè quatuor Vicariatus Tridentino Episcopo restituerit, qui Baronem de Leichenstain modo ob non susceptas inuestituras seu non renouatas, modo propter assertum finem lineæ de Castrobarco de annis 1525 & 1529 ex gratia speciali inuestituit, reclamantibus semper atque enixè impugnantibus concessiones huiusmodi Nicolao abauo, & deinceps Antonio, & Federico fratribus auo, ac proauo respectiuè nostrorum Principalium etiam per plures recursus ad eandem Maiestatē, atquè obtentas Imperiales Commissiones Trid. Episcop. pro tempore directas, à quibus loco reintegrandi ipsos Barones de Castrobarco redemptis à prædicto de Leichenstain quatuor Vicariatibus eusdem per inuestituram contulerūt maioribus ipsius moderni Episcop. adeout ipsi de Castrobarco duriores nacti fuerint aduersarios, nec vnquam in re tam clara obtinere potuerint, vt ipsis de Iustit. prouideretur, quam certe eo minus assecuturos credunt, vbi causa ad prætensos Curiæ Pares, vel aliter cognoscenda per Illustrissimum ac Reuerendissimum Episcopum, seu eius officiales remitteretur. Ex quibus cum exceptio denegatæ aliàs iustit., ac nunc nequaquam administrandæ iungatur cum exceptione suspicionis, ac Pariū

Do-

Digitized by Google

cum Domino, vniuersisque Curia rationabili
recusatione, omnis ideo æquitas, ac recta iuris
ra inuadit, quod S. M. dignetur, vt tandem sua
iustitia hebere possit complementum, iuxta hu-
millimas nostrorum Principalium supplica-
tiones, causam huiusmodi non suspecto Iudici
decidendam delegare. Quando enim Dominus
18 feudi † vassallo iustitiam, vel expresse denega-
uerit, vel fuerit in mora, siue negligentia iusti-
tiam administrandi tunc superior pro admini-
stratione iustitiæ adiri potest ca. 1. in fine de mi-
lit. qui contumax est, vbi affl. num. 25. notat,
quod ex sola potentia litigatoris, ad superiorem
liceat recursum habere, ac causam coram eo
disputare Gail. pract. obseru. 28. sub num. 1. ver.
quod procedit etiam in materia feudali libr. 1.
Rom. Iun. consil 68. num. 44. in fine cum addu-
ctis per Schrader. de feud. part. 10. sect. 4. num.
121. & non eundo per mendicata, vt aiunt suf-
fragia, quod in causa feudali Episcopo Triden-
tino negligente iustitiam administrare, illico
fundata censeatur suprema iurisdictio Impera-
toriæ Maiestatis in casu longe minus dubitabili,
& vbi non concurrebat exceptio legitima recu-
sationis tradidit Mynsing. dicto cons. 23. nu. 16.
& sequenti decad. 3. vbi de alio feudo Episco-
patus Tridentini per Venetos occupato, ac per
Maximilianum recuperato, quod postea de an.
1535. ex conuentione inita cum Ferdinando
Imperatore ad Ecclesiam Tridenti rediit, quibus
addo Schroner. disputat. feudal. 2. Thes. 65. & in
Glos. C. lib. 2. Rosental. de feud. cap. 10. conclus.
26. num. 43. & in glos. LL. & cap. 2. conclus. 8.
num. 23.

Quapropter cum ex iam dictis, & potissimè
& Mynsing. in dicto consil. 23. decad. 3. appareat
19 Episcopum Tridentinum † peculiariter quoad
feudalia in superiorem habere Imperatorem, ip-
so negligente iustitiam administrare cognitio
20 causæ non ad ordinarium, † sed ad ipsam Maie-
statem Cæsaream immediatè deuoluitur Abb. in
dicto cap. coeterum num. 12. & ibi Barbat. num.
46. extra de iudic. Gail. pract. obseru. 28. num. 3.
lib. 1. Schrader de feud. part. 10 sect. 4. num. 122.
in fine, vbi refert ita etiam cautum reperiri ex
ordinat. Cameræ Imperia. par. 2. cap. 2 & cap. 26
in princip.

Cui ratiocinationi non resisteret si replicare-
tur ad hunc effectum conquerendi de iustitia
21 denegata † requiri quod præcedat vnica saltem
interpellatio Gail. dicta obseruat 28. num. 4. lib.
1. Mynsing. obseru. 82. num. 2. & seq. Cent. 5. cũ
adductis plena manu per Schrader. de feud. part.
10. sect. 4. num. 126. quæ etiam hic superflua ex-
titisset, cum iam Illustrissimus Episcopus se ob-
tulerit paratum subire iudicium Parium Curiæ,
omisso namque quod in eius Principatu non
22 extent, vt iam diximus, minus ue consuetum esse
eos dari nõ probetur, adeo, vt istud eadem facul-
tate euitetur, qua asseritur, quemadmodum an-
te nos animaduertit Mynsing. dicto consil. 23.
sub nume. sc. vers. quando duo vassalli decad. 3.
omni in casu obiectum non applicatur, quan-
doquidem hic principaliter agitur de persona sustinente vtranque vicem nominum vassalli, ac Domini, in tantum quod implicat in eius Curia causam hanc cognosci posse, proindeque sit, ac si omnis conatus pro recuperandis feudis à Domino ratione directi, & à Vassallo respectu vtilis indebite occupatis frustra adhiberetur, Præterquam quod satis constare dicitur, debitas præcessisse interpellationes ex iam actitatis per maiores nostrorum Principalium tametsi prædecessores moderni Antistitis cunctando in administratione iustitiæ, ac reintegratione in possessione feudorum inculcandi recursus ad Imperatoriam Maiestatem vtque modo præbuerint.

Nil penitus dicendum duxi circa §. Vlterius Brentonicum transactionis de anno 1532 inter Ferdinandum Imperatorem, & Bernandum Cardinale tunc Episcopum Tridenti secutæ, quippe quoniam in ea tantùm cauetur circa præstationem iuramenti subeundi erga Maiestatem Regiam per Capitaneos quatuor Vicariatuum, & ne in casu deuolutionis feuda huiusmodi concedantur Italis, quod nihil prorsus Commune habet cum iurisdictione, quinimo quatenus vniuersaliter in eadem transactione circa pertinentiam iurisdictionis quicquam disponeretur, non ideo ad causas feudales tanquam speciali ratione nitentes extenderetur Menoch. de retin. rem. 3. num. 416. Rosental. de feud. ca. 12. concl. 2. num. 28. Vnde cum decisio præsentis controuersiæ desumi debeat ex fontibus Iuris Communis potissimum Canonici, consequens ideo fit, quod remotis à iudicando tãquam suspectis, seu potius in hac præcipue causa inhabilibus Illustrissimo Antistite, eius officialibus cum vniuersa Curia, ac Paribus, si qui adessent, fundata insurgat suæ Maiestatis non declinanda iurisdictio.

Quare, &c. Saluo, &c.

ARGVMENTVM.

Feudo ad Dominum deuoluto ob mortem, & lineam finitam vassalli omnes hypothecæ etiam cum assensu Domini contractæ, maxime stante clausula saluis Iuribus extinguuntur.

SVMMARIVM.

1 *INterpretatio in dubio capienda contra Iudæos.*

2 *Iudeis æquitas seruatur. Feudalium, & emphyteuticorum ecclesia capaces sunt. nu. 3. declara vt nu. 4.*

3 *Assensus Domini in alienatione feudi necessarius, & pro consecutione crediti in*

feuda-

Digitized by Google

fendalibus num.7. Non est necessarius, quando contrahitur cum Domino n.8. Reputatur gratia num.11.

6 *Hypotheca contrahitur super feudo assensu nondum obtento.*

9 *Contractus obligationis, vel alienationis feudi ab initio dicitur validus etiam si tunc non accedat assensus Domini ex Statuto, & consuetudine Mantuana.*

10 *Assensus Alienandi tenetur Dominus concedere, eoque renuente habetur pro praestito & num.12.*

13 *Feuda Mantua nunquam gratuite conceduntur.*

14 *Laudemium non debetur pro hypotheca.*

15 *Feudo ad Dominum reuerso omnes resoluuntur hypothecae quando accessit assensus cum clausula, salue però sempre le ragioni del Vescouato.*

16 *Dictio, semper, comprehendit omne tempus, & omnem casum.*

17 *Verbum aliquod, ne in quacunque dispositione sit superfluum capienda est interpretatio.*

18 *Licentia data sub conditione ea non adimpleta euanescit. Personalissima extenditur ad haeredes num.20. concessa creditori consequendi satisfactionem in bonis feudalibus intelligitur in subsidium num.24.*

19 *Voluntatis casus non trahitur ad casum impotentiae.*

23 *Procurator vbi excedit fines mandati non obligat Dominum.*

22 *Excussio in Saluiano non requiritur fallit si id qualitas bonorum postulat nu.23.*

Allegatio XXXIX.

Adsit Deus.

Non me praeterit Iuris interpretes ex-
clamare omnem prorsus in odium
Haebreorum amplectendam inter-
1 pretationem † argumento Auth. item
priuilegium C. de Heretic. ibi claudantur ijs, qui
Catholicam non participant Communionem
Mantic. de tacit. & ambig. lib.11. tit. 19. nu.33.
Merlin. de pignor. & hypoth. lib. 3. tit. 2. quaest.
82. num. 3. & magis generaliter Mart. Medic. ad
decis. Senen. exam. 11. num. 18. & 19. Attamen
vbi aliunde principalium meorum fundata op-
time non existeret intentio, vtique vim aliquã
2 non facerem super eo, quod iudeis aequitas †
seruari non debeat, communiter recipitur. Ri-
pa in l. si iolulam 84. num. 90. ff. de verb. oblig.
Natt. consil. 620. & consil. 621 Granan. discept.
forens. 658. num. 24. & discept. 842. num. 27. la-
tius examin. Ricciull. de Ius. person. extr. grem.
eccles. existent. lib 2. cap. 20. per totum vbi ta-
men plures annexis declarationes.

Indagandae ergo veritatis, seu magis aperien-
dae dumtaxat quemadmodum Illustrissimus Do-
minus iudex in Haebreos dubia excitauit, ita
quoque in Villanos Christi fideles haesitasse vi-
detur, non quod vere de eorum iuribus dubita-
uerit. Esto enim quod etiam Haebrei † bono- 3
rum feudalium, atque emphyteuticorum eccle-
siae capaces existant, vt animaduertunt Io. Cal-
derin. consil. 3. de locat. & conduct. Paseth. cons.
198. num. 1. Lambert. de iur. patr lib. 1. part. 1. q.
7. art. 5. post. princ. Mantic. de tacit. & ambig. l.
22. tit. 10. num. 14. Manent. de contract. liuellar.
quaest. 15. num 19. & seq. Anton. Ricciull. de
Iur. person. extra grem. eccles. existen. lib. 2 cap.
50. num. 2. Quodque pro eorum creditis † satis- 4
factionem in bonis feudalibus, & emphyteuti-
cis etiam Ecclesiae consequi valeant saltem ad
tempus, & ad effectum intra aliquam dilationẽ
vendendi personis huiusmodi bonis capacibus
ex eodem Manent. de contract. liuell. quaest. 18.
num. 36. in fin., & numer. 37. Attamen ab omni
distat verisimilitudine quod Illustrissimus An-
tistes in odium eius mensae Episcopalis licentiã
consequendi in feudalibus Ecclesiae sortem mu-
tui cum iniquo foenore & vsura concedere in-
tellexerit, quodque ad exonus sui Vassalli debi-
toris, erga iudaeum in casum reuersionis feudi
obligationem soluendi assumere voluerit, vt
dicebam in praecedenti iuris allegatione in hac
eadem edita nu.8.

His sic praemissis accedo nunc ad resolutionẽ
motiuorum, & suppono pro constanti in facto
nullum omnino inter Haebreorum, & fratres de
Caballis tunc vassallos intercessisse contractũ,
satione cuius pro illius validitate Domini assen-
sus † requireretur, & ita demum necessarius pro 5
validitate actus censetur, si de iure feudali de
persona in personam transferendo agatur Alex.
in cap. 1. § si vero col. 2. de controuers. inuestit.
Surd. decis. 220. num. 10. Borell. in sum. decis tit.
36. num. 1. part. 1. Laurent. Vrsell. conclus. 154. n.
3. cum infinitis qui adduci possent. At non sic
se habet in constitutione pignoris atque hypo-
thecae, † quam vassallus impune absque Domi- 6
ni assensu facere potest ex traditis per Manent.
de contract. liuell. quaest. 13. nu. 9. & seq. tam &
si postea in vim modi ex dispositione statuti assẽ
sus Dom. pro assecurat ione crediti † requiratur 7
nec sine illo ad feudũ pro satisfactione regres-
sus competat. Cyriac. controuers. 119. nu. 9. quae
tamen ex abondanti dicta sint, neque enim, vt
supponitur in motiuis versamur in eo genere
contractus, in quo pro validitate requiritur as-
sensus, si quidem ex simplici interuentu eiusdẽ
Domini, † quaelibet licentia ad contrahendum 8
necessaria censetur concessa, per eaquae in ter-
minis tradiderunt Lanar. consil. 8. nume. 3 & 6.

Surd.

Surd.conſ.70.ſub num.2.Manent.conſil.88.nu.
1 quos allegat, & ſequitur Cyriac. controuerſ.
14. num.5.

Quibus addo pacific. de Saloian. inſpect 3.
cap.2.num.6 t.Merlin.de pignor.& hypoth.lib
2.qu.t t.nume.22.Laurent. Viſell.concluſ.154.
num.32.

Præterquam quod motiuum circa inualiditatem contractus non adhibito Domini aſſenſu ſibi forſan locum iure communi feudorum inſpecto vindicare poſſet At non ſic ſe habet attenta conſuetudine Mantuana alienandi feuda iuncta diſpoſitione ſtatuti ſub rubr. quod feuda cadant in obligat.quæ efficiunt contractum ſuper feudalibus ab initio validum etiam ſi non intercedat Domini aſſenſus, maxime ſi clauſula ab hab.to adhibeatur, vt pluribus exornauit Senatus Mantuæ in cauſa vtriuſque Gonzaga coram Domino Senatore Mottono, & præcipue à num. a.ad 23. quæ decisio pro reſolutione præſentis controuerſiæ relegenda venit.

Ad contrahendam obligationem ſuper feudalibus impune, atque pro validitate obligationis nullam dixi requiri licentiam, aut gratiam, ſi quidem præſuppoſito conſenſu vaſſalli in hypothecam Dominum omnino obligationi conſenſum præbere cogitur, & in caſum recuſationis pro præſtito habetur Roland. conſil.
56.num.16.lib 4.Surd.conſil.382.numer.74.&
ſeq.& deciſ.182.numer.12.Manent.de contract.
liuell.quæſt.18. nu.143.cum ſequentibus franc.
deciſ.180.num.2.Laurent. Viſell. concluſ.154.
num.103.Ex quo fit quod quamuis regulariter
aſſenſus Domini pro obligatione, vel aliena-
11 tione reputetur ſpecialis gratia † ex Borell in
ſum.deciſ.tit.36 num.3. part.1 Laurent. Viſell.
concluſ.154.num.1. Bilocta concluſ. feudal.55.
per totam Apicell.allegat.14.num.14.nihilomi-
nus non ſic ſe habet in hac patria ſtante quod
propter conſuetudinem Dominus etiam inui-
12 ctus † obligationib. vinculis, atque contracti-
bus per vaſſallum ſuper feudo initis aſſenſum
præſtare cogitur, vt in terminis optime ratioci-
natur Surd.deciſ.220. alias 344.num.55.& ſeq.
præterquam quod verba ex gratia ſpeciali ca-
dunt ſuper conceſſione, ſeu remiſſione caduci-
tatis facta Caballis, non autem ſuper aſſenſu
hæbreis impertito.

Vnde non video, quid officiat noſtris princi-
palibus, aut aduerſantibus proſit quod vt plu-
13 rimum feuda non gratis, † ſed iuſto prætio con-
cedantur, vt diximus allegat. 8.num.6. & alleg.
58.numer.44.fol.326.lib.1. cum nobis ſufficiat,
quod aſſenſus pro hypotheca gratias omnino
atque etiam abſque ſolutione laudemij, ad eci-
14 tandam extorſionem † quamcunque concedi
debeat, ac conſequenter in prælato maxime nõ
ignotę liberalitatis, ac munificentiæ, qualis certè erat Illuſtriſſimus Dominus Agnellus conceſſus præſumatur. Burſat. conſil.171. num. 50. Seraph.deciſ.1190 num.6.Manent. de contract. liuell.part.9.num.11.& ſeq.& quæſt.15. nu.17. & 12. vbi quod etiam laudemij præſtatio pro aſſenſu ſuper hypotheca iniqua atque iniuſta reputetur, præſumendum ergo venit, quod Prælatus abſque vlla prorſus ſolutione licentiam conceſſerit, quemadmodum de iure tenebatur.

Hæc autem ad euitandam perplexitatem ex motiuis ſubtiliſſime excitatis reſultantem dixiſſe ſufficiat Cœterum intentio noſtrorum principalium ex tribus potiſſimum fundamentis inconcuſſa redditur, primum reſidet in eo quia iuxta magis receptam feudiſtarum opinionem clauſula, de qua in aſſenſu Epiſcopi, ſalue pe-
tòle ragioni del detto ſuo Veſcouato operatur,
vt feudum ad dominum redeat † immune, ac li- 15
berum ab omni onere hypothecæ, ac ſeruitute,
vt præter adductos in præcedenti Iuris allegatio
ne 1.num.2 latius examinat Merlin. de pignor
& hypothec.lib.2.tit.1 quæſt 8.num.46.iuncto
51. & quæſt.12.num.8.& nume.12. & 13. vbi id
ampliat eo fortius procedere, quando clauſulę
huiuſmodi dictio aliqua æffrenata annectitur,
cuius ſane generis reputari dictionem illam ſé-
pre, † non ambigitur ad tradita per Barboſ. de 16
diction.361 num.1.& 2. vbi quod ſit generalis,
ac pro omni tempore, ac caſu exponatur. pręterquam quod vbi in caſu deuolutionis hypo-
thecæ reſolutionem non efficeret, inæfficax om
nino, atque ſuperflua † redderetur aduerſus tra- 17
ditionem noſtrorum, de qua Cyriac.controuer.
15 nu.13.quatenus eam capi debere interpræ-
tationem, nec verbum aliquod in diſpoſitione
euadat ſuperfluum animaduertunt.

Secondum vero fundamentum in eo vti di-
cebamus in præcedenti Iuris allegatione 11.nu.
2.conſiſtit, quia condictionalis licentia † nun- 18
quam effectum ſortitur, aut executioni deman-
datur niſi prius de eiuſdem conditionis implemento, ſeu purificatione conſtiterit l.pecuniam quam 36.ff.ſi cert.petat.l.qui hæredi 44 § fin.ff. de condit, & demonſtrat Cyriac. controuerſ. 247.num. 3.Hic autem nullibi doctum apparet Caballos in ſolutionibus, dum vixerint, ſecluſis inundationibus, cæteriſque caſibus fortuitis in accordio reſeruatis defeciſſe; ceſſatio autem in ſolutionibus, cum non proceſſerit ex defectu voluntatis, ſed propter impotentiam ratione obitus ſuperuenientis iſtiuſmodi non officit, quando-
quidem in Iure tritum, ac vulgare habemus
caſum voluntatis † non trahi ad caſum impo- 19
tentiæ l 3.ff. de regul.Iur.l.pater ſeuerinam 100.
ff.de condit.& demonſtrat.

Tertium denique fundamentum ex eo reſul-
tat, quia onus ſoluendi ipſis filijs præciſe iniunctum apparet, atque in totum onerum duntaxat feudalium hypotheca per Epiſcopum impertita
ibi, che li detti figl j habbino da pagare. quę-
quidem cõditio cum perſonaliſſima † appareat, 20
ideo morte ipſorum obligatio ſoluendi quoad
feudalia vna cum ipſorum linea, ac feudo reſoluta remanſit ad tradita fere in terminis per Rotam apud Puſt.de manuten.deciſ.293.nume.28. cum pluribus ſequentibus in tantum quod per extinctionem lineæ ipſorum de Caballis, ſeu propter illorum obitum obligatio ſuſcepta ex-

tingue-

Digitized by Google

tinguebatur quod feudalia respectu Domini, verum etiam agnatorum si qui ad feudum vocati super extitissent.

Neque obstat quod in actu celebrationis instrumenti procurator ab eisdem de Caballis cõstitutus stipulationem etiam pro hæredibus cõtraxerit, quoniam istud debet intelligi quoad alia bona præter feudalia; nam quoad ipsa cum
21 excesserit fines mandati † ad contenta in accordia restrictio nihil penitus egit; minusue eius principales obligauit.l.si procurator.10. C. de procurator.& latissime prosequiturCyriac.controuers.278.num:3. & optime quidem subetat ratio restringendi obligationem ad nominatos, nam cum essent plures non erat credibile, quod omnes essent decessuri ante terminos solutionibus præfixos.

Aliud etiam prædictis meo quidem iudicio pro victor a inenitabile addo fundamentum ab ineptitudine actionis ex aduerso propositæ cõtra tertium possessorem feudalium, seu emphyteuticorum desumptum ob non præmissã prius tum hæredum, tum bonorum debitoris excus-
22 sionem † ex natura quidem intentati in saluiano iudicij non requisitam vt latissime prosequitur pacifi de Saluian.inspect.2.cap.2.numer.40. Adden.ad Baratt.decis 793.num.6. Merlio.de pignor., & hypoth. lib.2. quæst.30 numer.34. Thomat decis Maceratt.113.num.9.Caten.resol.
23 159.num.3.lib.1.ex qualitate † tamen bonorum omnino requisitam ex Rot.dec.17.num.50 pars 5.recent. quæ est decis.206.apud.post.de manuten & apud Duran.decis.40.secte Surd. decis.44. num.14.seq pacific.de Saluian.inspect.3.cap.3. num.72.& seq.alios cumulat.Merlin.de pignor & hypoth.lib.4.quæst.21. nu.4. optima id probant ratione, quia actio aliqua non datur aduersus bona in subsidium obligata, nisi præcedat probatio casus subsidij, videlicet in facti specie quod heredes non sint soluendo, & allodialia non sufficiant. in quorum defectum dumtaxat
24 feudalia † seu emphyteutica in hypothecam incidunt, assensus etiam simpliciter obtentus ita interpretari semper debet, vt in deficientiam liberorum concessus censeatur, vt alias censuit Senatus Coram Manent. decis.28. per totam Borell.in lum.decis.cap.36. num.51. part.1.Laurent.Vtsell conclu 154.num 38.Cyriac.controuers. 328.num.29. vbi quod quando obnoxia non veniunt efficaciter in obligatione nisi cum licentia, tunc etiam sine alia expressione intelligatur data in subsidium tantum; quam traditionem postmodum canonizauit Rota Romana in Mantuana Dotis 6 Iunij 1636. Coram Coccino, & 10.Iunij 1637.Coram eodem quantumuis vltra particularem licentiam ad esset etiam amplissima in concessione feudi quo agebatur, resque ageretur cum successore in feudo non autem cum extraneo feudi acquisitore, quemadmodum in presentiarum succedit, nosque sustineremus ex peculiaribus fundamentis huic casui non applicabilib. tunc nõ requiri excussionem, vt videre est allegat.4.num.40.& seq. fol.72.& alleg.10.num.111.fol.162. lib. 1. fauore hæbreorum iudicatum ipsi tamen trãsactionem cum Caballis inyerunt, parum curantes de huiusmodi re per tres conformes iudicata.

Quare, &c. Saluo, &c.

ARGVMENTVM.

Emphyteota quando valeat, & possit dimittere rem emphyteuticam, vel petere reductionem canonis excessiui ad quantitatem congruam.

SVMMARIVM.

1 *Moneta species pro lineã conuenta, attenditur. Adiecta demonstratiue nõ attenditur num.11.*

2 *Obseruantia in materia monetarum inspicitur. Non habet locum quando verba sunt clara num.12.*

3 *Beneplacitum ex lapsu 30.annorum cum obseruantia præsumitur pro validitate alienatis rei Ecclesiæ. contra ex constitutione Vrbani Octaui. num. 8.*

4 *Tractatus ex lapsu 30 annorum in alienatione rei Regularium præsumitur.*

5 *Contractus fauore Ecclesiæ claudicat, & Ecclesia tantum volente de nullitate impugnatur.*

6 *Regulares alienant sine assensu sedis Apostolicæ, Sed contra ex decreto Sacræ Congregationis num.7.*

7 *Moniales non comprehenduntur in decreto Sacræ Congregationis requirente Beneplacitum Sedis Apostolicæ pro validitate alienationis earum stabilium. contra num.19.*

8 *Alienatio vtilis Ecclesiæ non comprahenditur in prohibitione.*

9 *Ecclesiastici alienantes non seruata forma Paulina in censuras incidunt.*

10 *Excommunicatus ab agendo repellitur.*

13 *Emphyteuta propter excessum canonis emphyteusi renunciat. & num.16.*

17 *Canon excessiuus ad æqualitatem reduci debet.*

20 *Momentanea acquisitio per Ecclesiam facta vbi actus non est ordinatus ad acquisitionem non operatur necessitatem impetrandi Beneplacitum pro validitate alienationis.*

22 *Clerici Regulares, seu Theatini eximuntur à Decreto Sacræ Congregationis prohibente alienationem rerum Ecclesiæ absque assensu Apostolico.*

Alleg.

Allegat. XXXX.

Adsit Deus.

QVæstionem hanc duo potissimum perdifficilem reddunt, alterum expressa inter moniales inuestitura in emphiteusim concedentes, ac DD. de Donatis inuestitos conuentio soluendi canonem in scutis viginti viginti quinque auri in auro. Quoniam in hac
1 monetarum materia nil magis attendi debet, † quàm ipsorum contrahentium conuentionea, Rot. decis. 530.nu.1. apud Cene. de cens. Surd. cons. 242. per totum cum adductis per Carens. resolut. 68. nu.1. lib.1. Pen. decis. 5. num. 3. Cyriac. controu. 388. num. 13. Alterum obseruan-
2 tia † abinde subsecuta iam senescens, & inueterata vti attingens annum ferè octuagesimum soluendi pro vnoquoque ducato mediam duplã seu illius valorem de tempore in tempus currẽtem, quæ quidem obseruantia omnem protius dubitandi ansam remouet ex traditis per Lotier. de re benefic. lib.1. quæst. 39. nu. 138. & sequ. Vnde cùm hic expressa conuentio, & continuatæ solutiones in tot ducatis auri in auro concurrant, consequens ideò fit, quòd prætensio monialium legitima existat.

Neque enim concessio in emphyteusim per moniales facta ex defectu beneplaciti Apostolici infecta censeri debet ex lapsu namque trigin-
3 ta † annorum, quibus huiusmodi concessio plenarium sortita fuit effectum obtenti prius beneplaciti præsumptio intrat, dixi allegat. 5. nu. 12. fol. 80. lib.1. & nunc addo Rotam decis. 94. & decis. 202. nu. 7 par. 7. recent Marescot. var. resolut. cap. 13. nu. 11. & seq. lib. 1. Rot. apud Post. de manuten. decis. 538. num. 14. & apud Cene. de cens. decis. 27. nu. 1. & decis. 28. nu. 7. Ciarlin. controuers. 39. nu. 4. & seq. & controuers. 183. nu. 70. Ducan. decis. 459. nu. 5. Lotier. de re benefic. qu. 24. nu. 192 & 193. Apicel. allegat. 24. nu. 195. & seq. Buratt. decis. 45. & decis. 120. Laurent. Vrsell. conclus. 85. num. 148. cum plurib. sequent. Penn. decis. 555. num. 10. Rota in Mutinen. bonorum 23. Iunij 1642. nu. 17. coram Ghisilerio, vbi quod triginta anni cõpleti vsque ad extremam horam, & momentum ad inducendam Beneplaciti Apostolici præsumptionem requirantur, & in Rauennaten. domus 14. Iunij 1649. num. 7. coram Roias. Quodque dicitur de præsumptione Beneplaciti, idem quo
4 que statuendum venit de tractatibus † ad vtilitatem alienationis bonorum regularium præto quisitis, vt nimirum ex lapsu cum obseruantia triginta annorum præsumantur, vt post Seraphinum in binis decisionib. animaduertit Laurent. Vrsell. d. conclus. 85. nu. 36.

Quæ tamen prætermitti poterant, ex quo dũ moniales pro executione contractus insistunt; contrahentes cum ipsis nullitatis contractus controuersiam refricare nequeunt. Si quidem fauore Ecclesiæ, ac Ecclesiasticorum contractus claudicat, ab eaque dumtaxat de nullitate impugnatur Rota decis. 285. num. 3. par. 2. recent. & inter meas allegat. num. 20. & seq. fol. 45. & num. 6. fol. 235. lib. 1. Laurent. Vrsell. conclus. 85. n. 16. & 17. Insuper etiam ex eo prætermitti poterant, quia regulares † ex Pontificia dis- 5
pensatione, seu priuilegijs religionibus impertitis istud peculiare habent, vt etiam non obtento Sedis Apostolicæ assensu de eorum bonis disponere valeant Barbos. de offic. & potestate Episcop. allegat. 95. nu. 60. Quibus sanè priuilegijs, nec derogatum videtur, ex decreto Sacræ Congregationis † emanato iussu Vrbani Octaui 6
sub die 7. Septembris 1624. per quod prohibetur regularibus omnium rerum, & bonorum immobilium, & pretiosiorum mobilium alienatio, cuius mentionem faciunt Barbos. de vniuers. Iur. Eccles. lib. 3. capit. 30. num. 10, in fin. Franc. Bordon. resolut. 27. nu. 15. vbi etiam idẽ decretum registratur. Quandoquidem cum de monialibus † in eo peculiaris non adsit expressio, 7
ideò comprehensæ non intelliguntur ad notata per eumdem Bordon. resolut. 62. n. 32. In quorum omnium comprobationem plurimum cõducit, quod alienatio vtilis † Ecclesiæ non com- 8
prehenditur in prohibitione Cassad. decis. 12. nu. 14. de præben. Rota in Mutinens. Bonorum 23. Iunij 1642. nu. 25. Ghisilerio.

Hisce tamen quantumuis primo, vt aiunt multas plurimum vrgentibus omninò neglectis Reuerendas Moniales in prætensione exigendi linellos in tot scutis auri in auro obaudiendas existimo, ab eisque alterum de duobus permittendũ, vel quod canonũ solutio in ducatis à solidis nonaginta tribus pro ducato regolando canones in rationem quinque pro centum retenta specie monetarum, in qua proprietatis æstimatio fuccessit, vel quod pupillo de Donatis eamdẽ proprietatem emphyteuticam dimittere liceat.

Obstat enim monialibus, ne experiri, aut in iudicio agere, seu audiri quoquomodo possint, omissa namque contentione circa nullitatem concessionis in emphyteusim Iuris indubitatissimi est, quod Ecclesiastici † ob similes rerum 9
Ecclesiæ in solemnes alienationes ipso Iure in censuras à Sacris Pontificum sanctionibus inflictas incidunt C. Apostolicos in fin. & ca. fin. 10. qu. 2. cap. 2. de reb. Eccles. non alien. in 6. & in extrauagant. ambitiosæ, eod. tit. Barbos. de vniuers. iur. Eccles. lib. 3. cap. 31. sub nu. 46. vers. & insuper talia præsumens Bordon. resolut. 27. nu. 65. Pelliazar. de Monialib. cap. 8. nu. 27. Bonacin. de contract. dispot. 3. qu. 8. punct. 4. nu. 14. Diana resol. moral. part. 1. tract. 8. resol. 77. in fin. Genuen. in prax. Eccles. quæst. 383. vbi quod etiam tentans alienare res Ecclesiæ non sequuto effectu in censuras incidat, stretitus autẽ censura excommunicationis † ab agendo, & li- 10
mine

N

mine iudicij repellitur Riccinll.de Iur. person. extra grem. Eccles. existen. lib.4.cap.31. Butat. decis.83. nu.6. Leoncill. decis. ferrar.75.nu.6. Dian. resol.moral.par.5.tract.9. resol.no.Post. de manuten.obscin 68. nu.19. & seq: Dum ergo moniales agendo ad canones hic, & nunc in alienationem factam contra formam iuris Pontificij consensum præstare dicantur. Ideò tanquam excommunicatæ in iudicio admitti nequeunt.

Vbi verò ex præsumptione Beneplaciti ex lapsu tanti temporis annorum octuaginta insurgentis moniales etiam ab incursu censurarum eximerentur animaduertendum accurreret easdem moniales pro canone prætendere non posse nisi quantum singulo anno in rationem quinque pro centenario ducatis sexcentum triginta quattuor à solidis nonaginta tribus, scuta aurē auri in auro ex illis constituta demonstrationis
11 gratia † apposita censentur, ideoque illi nō autem ista in obligationem soluendi cadunt. Rota apud Cenc. de cens. decis.219. nu.5. Lottier.de re benefic. lib.1.qu.39.nu164. vbi quod quando exprimitur ab initio aliqua, & deinde additur altera ex præcedenti consistens, quod illa prior dumtaxat censeatur posita in obligatione & solutione, posterior verò non aliter adiecta intelligatur, quam demonstratiuè ad designandam quantitatem scutorum aureorum de tempore factæ æstimationis, & secundum valorem monetarum tunc currentem ex ducatis à solidis nonaginta tribus constutam Caren.resol.68.nu.5.lib.1. In effectu igitur, atque in substantia, proprietas in emphyteusim concessa, æstimata, ac reperta fuit valoris ducatorum à solidis nonaginta tribus sexcentum trigiota quatuor, atq. in totidem emphyteutæ ad soluendum correspectiuè liuellum in rationem quinque pro centenario se obstringere debebat, nulla prorsus ratione habita, quod peritus in referenda æstimatione accidentaliter, & absque vlla prorsus necessitate quot scuta auri in auro ex valore proprietatis constituerentur, adijcere voluerit, atque in concessione eiusdem proprietatis ad liuellum contrahentes de scutis pariter auri in auro expresserint.

Quapropter cùm æstimationis verba sint cla-
12 rissima † ac coarctata ad ducatos à solidis nonaginta tribus, in nihilo refragatur obseruantia subsecuta vt ad rem ponderant Gratian. discep. forens.560. nu.15. & seq. Caren. d.resol.68.nu.8. lib.1.

Omni in casu, quatenus prædicta dubietatem reciperent, dimissioni proprietatis emphyteuticæ, quam noster principalis obtulit, moniales acquiescere obstringerentur, stante quod propter augumentum vltra duplum aurei, ac diminutionem valoris rei emphyteuticæ contra-
13 ctu enormiter redditur iniustus, † ac per consequens liuellario subueniendum venit, vt emphyteusim renunciare, eamque à se omnino abdicare valeat Gratian. decis. March.77. num.9. d. Fontanell. de pact. nupt. claus.4. glos.18. par.1. nu.130. & in terminis Caren. d. resolut. 68. in fin. lib.1. vbi id admittunt legitima subsistente causa, inter quas recensent quando contractus ad maximam inæqualitatem apparet redactus, ex quo ab initio canon tanquam regulatus in rationem quinque pro centenario fructibus correspondebat, nunc autem illos diminuto valore proprietatis cum auctione valoris aurei in quadruplum excedat, seclusa autem causa, † & nos 14
concedimus emphyteutam inuito domino emphyteusim non posse renunciare, vt tradunt interpretes in l.2. C. de Iur. emphyt. Corbul. de caus. priuat. ob renunciat. nu.4. Gratian. d. decis. March.87. per totam. Fontanell. de pact. nupt. d. claus.4. glos.18. par.1.nu.129. vbi alios cumulat, quibus accedat Leoncill. decis. Ferra. 117.nu.1. & 2. vbi ampliat. idem in vassallo nō valente renunciare feudum sine causa inuito domino.

Quibus neque resisteret, si opponeretur quod oblatio emphyteusim dimittendi emphyteutæ non prosit, nisi etiam simul facta oblatione reali
canonum decursorum † ad tradita per præcita- 15
tos Doctores, & signanter Leoncill. decis. ferrar. 117.num.3. Fontanell. de pact.nupt. d. claus.4. glos.18. par.1. num.125. Quoniam cum iam diu contractus huiusmodi ad iniquitatem reductus fuerit, debebat quoque ab initio retractari, ni-
mirum vsque ab annis † belli, & pestis iuxta pū- 16
ctualem, & auream decisionem, Thesaur. decis. 120. per totam, quod cùm factum non appareat, seu iura de Donatis non appareant discussa minori nunc saltem per viam restitutionis in integrum esset succurrendum ob non petitum con-
tractus emphyteotici † retractionem, vel ad æ- 17
quitatem reductionem ad tradita per eumdem Thesaur. decis.226. per totam, & Fontanell. de pact. nupt. d. claus.4. glos.18. par.1. num.126. Quare cum in facto vtrunque eorum existat, diminutio scilicet pretij stabilium, & augumentum aurei, inde propterea sequitur, quatenus aureos in effectu deberetur, quod emphyteutæ à contractu recedere liceret, vel contractus ad æqualitatem reducendus veniret,

Hinc ad opposita in contrarium resolutio emergit, quippe quoniam tametsi in proposito pro decisione quæstionis ipsarum partium conuentio principem locum obtineat. Attamen in facti contingentia cum susceptio Inuestituræ, ac oblatio soluendi canonem relationem, ac fundamentum in æstimatione habeat, eaque quoad substantiam, ac valorem in ducatis à solidis nonaginta tribus, ac moneta imaginaria consistat, vtique attendi non deberet scuta auri in auro demonstratiuè enunciata, ac importata per coaceruationem ducatorum, quibus proprietas æstimata extitit.

Sicuti neque lapsus temporis obseruantia, ac
præsumptio Beneplaciti, † quibus officiunt, aut 18
allegari merebantur postquam à Summo Pontifice Vrbano VIII. per eius constitutionem de anno 1641. editam incipientem Romanus Pontifex in Sacra Beati Petri Sede sub §. item quas-

cumque

cunque prorogationes sublata fuerunt, vt refert Rota in Rauennaten. Domus 14. Iunij 1649 & 17. martij 1651. Coram Roias. Quicquid vero sit an contrahenti cum ecclesia competat exceptio nullitatis contractus, illud certe indubitatum reputatur, quod regulares qui absque solemnitatibus contraxerunt ob incursum censurarum in iudicio audiri nequeunt, vt diximus supra num. 20.

Cæterum quod etiam moniales sub Decreto
19 Sacræ Congregationis † comprehendantur, satis colligitur ex auctoritatibus cumulatis supra num: 7. neque exemptionem ab eodem decreto prætendere valent, cum nuperrime moniales ipsæ per recursum ad Sacram Congregationem ex simili causa iudicauerint se huiusmodi decreto subiectas tam & si decretum illud aduersus Illustrissimus D. Marchionem per preces ob & sub reptitias extorserint, non exprimendo Summo Pontifici, quod tum agebatur de proprietate non ad effectum eam retinendi sed alijs immediate concedendi, quo casu ad inducen-
20 dam necessitatem adhibendi solemnitatest momentanea illa acquisitio non attenditur Socin. sen. cons. 53. num. 27. lib. 4. a. Franc. decis. 14. nu. 26. cum adductis per Laurent. Vesell. dicta conclus. 851 sub num. 24. versic. secunda vero procedit. Cuius sane conclusionis ratio assignari
21 potest, quia deinceps Sacra Congregatio † ab ipso decreto, quos voluit esse exclusos successiue declarauit, vt de Clericis Regularibus, Iesuitis, & alijs &c. Quę omnia ex abondanti dicta sint nam supposita etiam concessionis in emphyteusim validitate ac modo ad maximam inæqualitatem redacta potest Dominus Donatus, atque admitti debet ad renunciandam emphyteusim, vel eidem canon reformandus venit à tempore belli, ac pestis, quousque negotium ad priores terminos redierit Indecisa pendet.

Quare &c. Saluo &c.

ARGVMENTVM.

Emphyteuta qui sine assensu Domini emphyteusim alienauit, liberatus remanet, si Dominus ab emptore tamquam ab emphyteuta Canones acceperit.

SVMMARIVM.

1 *CAnonum per receptionem factam à Domino censetur approbatus emptor in emphyteusim Amplia, & per solam petitionem num. 2. & etiam factam à minore nu. 3.*

4 *Canones inuito Domino solui non possunt, nisi ab emphyteuta.*

5 *Dominus emphyteuta alienanti consensum præstare tenetur alias lex supplet Habet duos menses ad deliberandum an in emphyteusi velit præferri. nume. 34.*

6 *Emphyteuta alienatione emphyteusis facta ipso Iure à canonum solutione liberatur. & num. 32. & nu. 37. Desinit esse emphyteuta num. 35.*

7 *Mulier censetur omnia eius bona in dotem constituisse.*

8 *Mariti in emphyteusi Dotali loco domini habentur.*

9 *Assensum domini in alienatione emphyteusis interuenisse ex temporis diuturnitate præsumitur. Ad præsumendum antiquitas temporis est triginta annorum num. 10. fallit vbi adest assensus enunciatio num. 11. & recognitio cum possessione rei emphyteutica num. 12.*

13 *Assensus Domini potest interuenire ante, in & post contractum vbi de solo domini præiudicio agitur à venditore impetrandus num. 27.*

14 *Licentia Domini defectus sola inspectio instrumenti non probat.*

15 *Instrumenta rogari possunt diebus feriatis.*

16 *Dominij reseruatio in venditione transfunditur in specialem hypothecam cum prælatione.*

17 *Venditor ex ordinibus Mantinæ iure vendita omnibus pro pretio præfertur.*

18 *Substitutio in contractibus valide fieri potest.*

19 *Tempus præteritum non comprehendit præsens neque futurum.*

20 *Temporis vnius exclusio est exclusio alterius*

21 *Dictio, & copulat, & vtriusque copulati concursum requirit.*

22 *Dictio ò vertitur in dictionem, aut; quæ est disiunctiua.*

23 *Sequestrum pro illiquido fieri non potest. Reuocatur vbi nō constat de credito n. 26*

24 *Solutio annua decennio præscribitur.*

25 *Curatoris datio minorem ætatem non probat.*

28 *Emphyteusis alienata sine assensu incidit in commissum, & remanet empl. quoad acquirentem, & dominum num. 36.*

29 *Statutum, qualiter inuestitus ad affictum recitatur & explanatur & num. 33. interpretari debet ne contineat absurdum, & à sapientibus reprehendi valeat num. 30. Et vt lædat Ius commune minus, quam sit possibile num. 31. Plus non operatur, quam pactum nume. 38. sub rubr. quod principalis debitor &c. mandat prius excuti principalem ante fideiussorem num. 39. Vnum ab altero interpretationem recipit num. 40. Disponens circa personas ad heredes extenditur num. 43.*

41 *Fideiussor non conuenitur, nisi prius principali excusso nec si ob negligentiam creditoris debitor euasit non soluendo nu. 42. fallit vt nu. 45.*

44 *Inuentarium probat quantitatem bonorū hereditatis.*

Digitized by Google

44 *Excussione in facienda, qua cautela adhibeatur.*

47 *Excussio fieri debet citato fideiussore.*

Allegatio XXXXI.

Adsit Deus.

IN causa Domini Hortensij de Riechinis adversus D. Annam de Torellis, ac litis consortes excitat preclarissimus D. meus Prætor dubia huiusmodi. An per receptionem canonis per plures semestrales præstationes ab eo, qui emit emphyteusim sine licentia, Dominus sibi præiudicauerit; ita vt emphyteuta, qui vendidit irrequisito domino censeatur liberatus. Et quid si Dominus, ac recipiens canonem sint minores.

Vtraque ex prædictis dubitationibus nullam prorsus penès nos, qui similes alienationes tutati fuimus, inuoluit controuersiam, explurattissimi si quidem Iuris apud nostrates reperimus
1 per exactionem canonum † ab emptore per dominum, vel alium eius nomine factam approbari contractum, & agnosci emptorem in emphyteutam Alex. cons. 13. nu. 5. lib. 4. quemadmodum dicitur de domino inuestiente emptorem, qui propterea censetur consentire alienationi, approbare contractum, & emphyteutam, vt dicit Rota in Mediolanen. emphyteusis seu bonorum 4. Aprilis 1642. nu. 11. Peusingero Gratian. discept. forens. 301. nu. 45. vbi extendit ad dominum, qui solummodo canonem
2 petit, † nam per illam petitionem inducitur approbatio contractus, & recognitio emptoris in emphyteutam Surd. cons. 104. nu. 1. & 2. Gratcons. 121. nu. 10. lib. 2. Cyriac controuers. 266. nu. 11. & controuers. 309. nu. 19. & 20. Mastril. in cons. vnius impress. post primam par. t. decis. nu. 72. Gen. decis. 269. nu. 2. Rota decis. 261. nu. 4. par. 1. recent. Scot. respons. 6. nu. 55 to. 1. lib. 6. & respons. 25. nu. 16. to. 2. lib. 2. Io Bapt. Ferret. cons. 154. nu. 3. Marc'Anton. var. resol. 25. nu. 1. lib. 1. Add. ad cenc. de cens. par. 2. c. 2. qu. 1. art. 4. nu. 49. latè Hodiern. ad Surd. decis. 6. sub n. 9. vers. quod ampliatur Corbul. de emphyt. tit. de caus. priuat. ob alien. limit. 40. vers. & dominus ita recipiēdo canonem ab emptore dicitur declarasse nolle esse locum caducitati ob alienationem absque eius licentia factam. Nec vllam constitui differentiam, siue dominus directi adhuc reperiatur in minori æta-
3 te, † siue illam excesserit, vt ex pluribus comprobat, atque exornat Cyriac. d. controu. 309. nu 10. ac ferè per totam.

Ad quorum confirmationem se se offert pōderandum, quod domino contra eius voluntatē non potest solui canon † ab alio, quam emphyteuta cum debeat recognosci dominus ab eo pro tali Bald. in l. acceptam 19. num. 37. ff. de vsur. Gratian. discept. forens. 8. nu. 8. cum adductis per Beltram. ad Ludouis. decis. 111. sub nu. 8. versic. quod tamen, quibus addo Cyriac. controu. 59. nu. 2. Amat. resolut. 37. num. 3. Sorores ergo de Nuuolonibus sibi imputare debent, si per se ipsas, vel mediantibus earum viris exigere voluerint canones à nouo emphyteuta, & sic in necessarium consequens approbare contractum, quem etiam si voluissent impugnare nequiuissēt quantum ad effectum, quod Dominus Ricchinius post factam alienationem remaneret obligatus ad liuellos, quicquid esset quoad intentandam caducitatem. Quia dominus directi quo ad emphyteusim tenetur præstare assensum, † 5
alienationi ab emphyteuta factæ, alias lex supplet eius consensum Clarus in §. emphyteusis, qu. 25. sub nu. 2. vers. 4. Corbul. de caus. priuat. ob alienationem limit. 17. in fin. Mastrill. decis. 54. nu. 9. & post ipsos, & alios latissimè prosequitur Manent. de contractu liuell. qu. 16. nu. 24. & 24. & 27. & qu. 17. à nu 20. Quapropter cum dictæ sorores tenerentur consentire, & inducere secundum emphyteutam, non valent hodie prætēdere liuellos † à primo sub prætextu, quod 6
adhuc remaneat obligatus; quia lex ipso iure illum liberat Mastrill. d. decis. 54 sub nu. 9. versic. sequitur quod si teneatur Valasc. de Iur. emphyt. qu. 32. nu. 13. in fin. Manent. de contract. liuell. par. 4. nu. 34. vbi quod emptor fundi, super quo annuus redditus est constitutus illos soluere tenetur, & primus venditor liberatus existat, quia non possidet rem pensioni, seu liuello suppositam.

Ceterum cum ex facto resultet istas tres sorores, & singulas matrimonio copulatas † fuisse, 7
virisque suis præsumantur eorum bona omnia tradidisse in dotem, præsertim cum de nulla dotis constitutione appareat, illique tanta dote digni reputentur Mantic. de tacit. & ambig. libi. 12. tit. 10. nu. 27. & tit. 14 nu. 4. & 5. & per totum Burat decis 254 nu. 9. Iul. Cæsar. Caluin. de æquit. lib. 1. cap. 86. à nu. 2; earum propterea minor ætas non est consideranda, cum mariti in emphyteusi dotali locu domini haberentur Rosental. de feod. cap. 10. conclus. 9. nu. 14. Corbul. de Iur. emphyt. de priuat. ob non solut. canon. ampliat. 22. per totam, & dubio procul per exactionem canonum censentur sibi præiudicasse, caducitatem remisisse, ac emptorem in emphyteutam approbasse. Cui quidem considerationi non videretur obstare, quod receptiones cantent in personas vxorum, cūm soleant mariti res sibi à mulieribus in dotes traditas nuncupare nō proprias sed vxoris.

Et hæc dicta sint retenta Themate dubiorum in quo præsupponitur alienationem processisse domini nō adhibito assensu. Quantumuis ex structura processus, ac serie facti militent vrgentissimæ præsumptiones, ex quibus necessariò infertur

fertur rem aliter se habuisse. Quippe quia ex
9 temporis diuturnitate † nempe viginti annorum
præsumitur in alienatione rei emphyteoticæ in-
terceßisse Domini assensum Gozzadin. consf.11.
nu.11. Bursat. consf. 50. nu.29. Borell. in summ.
decis. tit.36.nu.40 par.1. & quamuis circa præ-
sentem articulum Doctores pro antiquitate té-
10 poris † ad istud necessaria intelligunt de spatio
triginta annorum ex Beltram. ad Ludouis. de-
cis.354. nu.18. & Borell. in sum. d. tit.36.n. 40.
par.1. Hæc nihilominus intelligentia procederet
quandocumque Dominus Ricchinus fundatam
haberet intētionem in solo lapsu temporis, nec
pro eo militarent aliæ coniecturæ ac facti circū-
stantiæ, quæ concurrunt videlicet enunciatio
specifica de assensu dictarum sororum de Nuuo-
lonibus facta in Instrumento venditionis initæ
per Dominum Ricchinum sororibus de Grigoa-
nis registrato in præsenti processu fol.131 & se-
qu. per illam clausulam in eodem Instrumento
insertam, ibi, saluis tamen Iuribus Illustrium
DD. Victoriæ, Helenæ, & Elisabeth sororum
de Nuuolonibus, & ab eis ab habita & obtenta
11 licētia, † tunc enim præsumitur pro assensus im-
petratione, etiamsi deficeret antiquitas tempo-
ris Crauett.de antiquit. tempor. par.3.num.27.
fol. mihi 166 Mantic.de Apicell.alleg.8.nu.56.
Possessio sororum de Grigoanis rei emphyteuti-
12 cæ † longi temporis, scientibus, patientibus, ac
pensiones, & liuellos exigentibus dictis sorori-
bus de Nuuolonibus, quo casu spatio decem an-
norum, seu etiam minori præsumitur assensus, ac
quælibet solemnitas extrinseca Crauett. de an-
tiquit.tempor.par.3. sub num.1.vers. primus ca-
sus est, fol.159. faciunt notata per Gratian. disce.
forensf.375. à nu.7. ad 12 vbi quod semper præ-
sumatur præceßisse, quod est necessarium pro va-
liditate actus, & denique exactio pensionum,
seu canonum facta per sorores Nuuolonas a so-
roribus de Griguanis, per quam exactionem si-
cuti dicebamus induci approbationem contra-
ctus, tantò magis id conuincitur propter alias
præsumptiones, quæ consistunt in lapsu tempo-
ris in enunciatione reseruationis assensus domi-
narum, & possessione rei emphyteuticæ.

Quibus sanè simul iunctis inducitur ex neces-
sitate assensum præceßisse, seu post contractum
13 adhibitum fuisse; assensus † enim cum in præsē-
tiarum non agatur de præiudicio alterius, sed
inter dominas & emphyteutas dumtaxat potuit
præcedere contractum, interuenire in cōtractu,
& subsequi post contractum. vt post alios quos
refert sequitur Borell. in summ. decis. titul. 36.
nu.55 par.1. quibus addo Manent. de contractu
liuell. qu.18. nu.101. Bursat. consf. 30. nu. 43. &
consf.32. nu.12. & consf.49. nu. 25. & alibi sæpe.
14 Ex sola igitur inspectione instrumenti, & acto-
rum non probatur defectus licentiæ, cum illa
potuerit adhiberi ante vel post actum Gratian.
discept.forensf.867. nu. 53. stantibus præsertim
tot coniecturis pro impetratione assensus vigē-
tibus, ac more receptis, quæ si non concludant
assensus existentiam, transferunt tamen onus
probandi negatiuam in aduersarios defectum
assensus allegantes, ac in eo fundamentum fa-
cientes.

Resolutis dubitationibus ab eruditissimo Iu-
dice excitatis, diluam nunc cætera, quæ ex ad-
uerso opponuntur, vt nihil intactum pro obti-
nenda victoria remaneat. In primis non possum
non ægrè ferre, quod anima D.Richini nunc in
pace æterna requiescens vt piè credendum, iux-
ta nostrum credendi modum inquietetur ob in-
obseruantiam Decalogi, eo quod die dominico
† Instrumentum celebrauerit cæterum id impu- 15
nè, citra vitium nullitatis, & absque labe pec-
cati fieri potuisse secundùm veriorem, ac magis
communem sententiam admittunt Doctores cu-
mulati per Scac.de Iudic.lib. 2.cap. 5.nu.108. ac
nos indubitatum existimamus, maximè quia hic
in patria, ac ditione Mantuana celebrantur In-
strumenta sine Iuramento, & sic cessat illa quæ-
stio an simul cum Instrumento iustificatur, & va-
leat iuramentum. Quare circa præsentem arti-
culum cauendum est ab æquiuoco, vel enim to-
gitus cadunt super acta Iurisdictionis conten-
tiosæ, & procedunt in oppositum adducta, vel
super actu Iurisdictionis voluntariæ, & militant
quæ mox diximus. In tātum quod indebitè cul-
pa imputatur D.Richino, qui sine culpa ad con-
fectionem instrumenti acceßit.

Miror postea, quod Excellentiss. Aduocatus
partis aduersæ impugnare contēdat contractum
venditionis factæ per olim D. Iulium Cæsarem
tantum vltra biennium cessauerit in canonum
solutione Dominus Casalis, qui cum fuerit in-
uestitus de mense Ianuar. sub die 13. anni 1613.
25 † & de tempore, quo cadebat solutio canonis, &
pro vt eum effectu tunc solutum fuisse præsumi-
tur, à die quoque susceptæ Inuestituræ bienniũ
duxit initium Alex. in l. diuortio 8. § ob dona-
tiones nu. 10. ff. soluto matrim. Rot. decis. 896.
nu. 3. vers. secundo loco par. 4. diuers. & in di-
cta Romana prætensæ deuolutionis 18 Februa.
1636. Dunozetto. Monac. decis. Florentin. 59.
num. 2. & 16. Vbi ita explicat quando prout hic
appositus fuit terminus solutionis, nempe infra
Octauam Natiuitatis, adeout dicatur stetisse per
tres annos cum dimidio in possessione rei em-
phyteoticæ absque vlla canonum solutione, ne-
que fauore ipsius potest amplius intrare arbi-
trium, † vt per relaxationem in acta pecuniæ 26
debitæ dicatur celeri satisfactione moram pur-
gasse Ioseph. Ludouis. decis. Perus. 90. num. 32.
par. 2 Bertrand. cons. 43. sub nu. 4. vers. hoc ta-
men lib. 3. par. 1. & cons. 11. nu. 2. vol. 2. par. 1.
& in puncto cons. 257. sub nu. 4. vers. tum etiam
quia vol. 7. Vt autem quis dicatur celeriter satis-
fecisse † non attenditur tempus declaratæ cadu- 27
citatis, sed terminus solutionis faciendæ Bero.
cons. 126. nu. 3. & 4. lib. 1.

Confirmantur prædicta alio fundamẽto de-
ducto ex eo, quod Dominus Casalis non solùm
distulit solutionem vltra tempus à lege, ac Sa-
cris Pontificum decretis statutum, sed quod pe-
ius est iuuari non debet, nec potest asserto de-
posito per ipsum facto cum non sufficiat ad in-
tegralem decursorum satisfactionem; soluere
namque tenetur in totum singulo die Natiuita-
tis festo solidos triginta, & cessauit tribus ter-
minis in solutione Vnde vt sibi suffragaretur
depositum deponere debuisset libras quatuor
cum dimidia, ne deficiendo in tertia parte cano-
nis iam decursi perinde efficiatur, ac si nihil de-
posuisset. Emphyteuta enim cessans in vno cũ-
imo † tantum cadit in commissum, seu caduci- 18
tatem non effugit iam declaratam Doctores cõ-
muniter in l. 2 C. de Iur. emph. Aemilian. cons.
66. nu. 7. Bursat. cons 305. nu 9. & dicto cons.
429. nu. 29. Roland. cons. 17. nu. 14. lib. 2. Bero.
cons. 120 num. 7. lib. 1. Albert. Brun consil. 42.
nu. 16. Decian. cons. 92. nu. 8. lib. 3. Scot. recip. 6.
nu. 18. tom. 1. lib. 6. Alex. cons. 131. nu. 11. lib.
4. Menoch. cons. 372 nu. 26. & 27. & de arbitr.
cas. 232. nu. 22. Surd. decis. 221. nu. 21. & decis.
342. nu. 25. & cons. 101 nu. 91. Marc. Anton.
dicta resolut. 61. nu. 19. Gam. decis. 41. nu. 2. &
decis. 119. nu. 1. Merlin. decis 23. Altograd. d.
cons. 24. nu. 76. Ciarlin. controu. 17. nu. 50. in
fin. & controu. 8. nu. 95. Ergo à primo ad vlti-
mum Iure merito Illustriss. ac Reuerendiss. D.
Marchio Franciscus Maria Primicerius sancti
Andreę prętendit vtile dominium directo con-
solidatum, nec amplius Dominum Casalem ce-
leri satisfactione moram tam diutinam purgare
potuisse, eoque magis, quia depositum † tanquã 29
minus solemniter emanatum, atque imperfectũ
moram non purgat ad tradita copiosissimè per
Cyriac. controuers. 158. nu. 24. & 25. alios cu-
mulat Altograd. cons. 24. nu. 73.

His iactis fundamentis facillimè ad deducta
in contrarium poterit responderi. Ad primum
quatenus opponebatur etiam post declaratam
caducitatem celeri satisfactione moram purga-
ri. Dicimus distinguendum, vel enim declara-
tio subsequitur immediate post completũ bien-
nium, seu etiam intra modicum tempus Iudicis
arbitrio præfiniendum, & tunc procedit argu-
mentatio,

Digitized by Google

mentatio, vel declaratio quema modum in præsentiarum fit iam elapso non solum biennio, sed etiam tempore, intra quod licebat emphyteotæ ad udicis arbitrium eeleti satisfactione morsm
30 purgare, & tunc non relenat depositum † ab emphyteuta moroso factum post declarationem etiam lite nondum contestata inter Dominum, & emphyteotam, cum reperiatur facta caducitas tam à lege, quàm ab homine, nec amplius res integra dicatur Dec. conf. 46. nu. 3. in fi. & n. 4. Ripa respons. 9. nu. 1. par. 2. de Iur. emphyt. optimè Gabriel d cto consil. 75. nuci. 7. ibi, quia id verum est, quando declaratio fit post longum tempus lib 2. & ita planè intelligendi sunt Doctores, qui eius doctrina nituntur, vt caplieat Cost. de re integr. distinct. 69. nu. 7. & 8. & distinct. 105. nu. 9. Cyriac. controuers. forens. 158. nu. 9. Ra io esse potest, quia ad hoc vt mora pur-
31 gari possit tria concurrere debent † quod contestatio litis, vel co nmissi declaratio non præcesserit, quod fiat intra modicum tempus, & ius aduersarij non sit factum deterius Bald. consil. 250. lib. 3. Surd conf. 157 nu. 33. Quibus non
32 resistit authoritas † Anchar. in cons. 420. n. 3. & 4. Solum enim inten lit ostendere solutionem factam post biennium, vel triennium celerem non dici ad euitandam caducitatem Menoch. cons. 543. sub n 1. vers. nec repugnat auctoritas, vel doctrina Anchar. sib. locum vindicat in emphyteuta vocato in iudicium ad soluendum canones, & quomodocunque intelligatur, nõ propterea recedendum erit a iam firmatis propter tex. in d. cap. potuit 4 extra de locat. cuius dispositionis vigore tollitur etiam aliud obiectum consistens in eo, quod m ra semper purgari possit quoties ius partis agentis in commissum non eualit deterius. Qu m am in hoc non consideratur damnum domini, sed contemptus retultans ex retardata liuellorum solutione, satisque in proposito damnum sentire dicitur, qui contemnitur, neq; in dominum recognoscitur Butsat. cons. 42 /. nu. 39. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 22. tit. 2 /. nu. 14 Adeò vt caducitas ob non solutionem facilius incurratur quando pensio soluitur modica, quam quã lo magna Dec. cons. 35. nu 6. quia tunc cessatio in solutione prouenire præsumitur ex sola negligentia, & contumacia, non autem ex impossibilitate, vel paupertate; præsertim considerata qualitate canonis satis modica, quæ poterat solui ex pensione domus ere phyteuticæ ascendenti ad longè maiorem summam Rot. decis. 809. in prine. par. 4. diuers. Quod autem in pæn s legalibus mora vsque ad condemnationem purgari possi per satisfactionem illicò oblatam vtique officeret nisi aliud à
36 canone † statueretur per temporis præfixionem Surd. cons. 8. nu 9. & cons. 97. nu. 29. & consil. 354 nu. cos Gail. pract. obser. 19. nu. 11. libr. 2. Tiraquel. de retract. lignag. §. 3 glos. 4. num. 2 Fenzon. ad statut. Vrb. cap. 197 nu. 134 Capart. de Iur releu. par. 5. qu. 13. n. 2.

Tandem præexistentia filiorum Domini Casalis non impedit, quo minus emphyteusis ob canones non solutos, ac declaratam caducitatem ad dominum directi deuoluatur, præsertim, cum extet in hac patria Mantuana consuetudo, & simus in primo acquirente, † respectu cuius 37
facilius culpa patris ob cessationem in liuellorũ solutione obest filijs, ac cæteris vocatis latissimè Grat. cons. 132. nu. 1. & per totum lib. 1. Matth. Brun. cons. 160 nu. 7. & cons. 172. num. 5. Alex. sibi contrarius cons. 120. nu. 3. lib. 5. Valasc. de Iur. emphyt. quæst. 49. nu. 1. Cocein. decis. 343. nu. 1. Mynsing. decad. 1. respons. 4 nu. 24. Corbul. de iur. emphyt. de caul. priuat. ob non solut can. ampliat. 7. nu. 1. & 2. Quinimmò istud procedere † etiam respectu secundi, & vlterio- 38
ris in Inuestitura compræhensi declarauit Rota Rom. coram Caualerio decis. 198. nu. 3. vbi asserit hanc opinionem communiter approbari licet contraria sit æquior Rod an. de rebus Eccles. non alienan. cap. 2. qu. 79 nu. 11. f. l 542. & sequitur Sol. ad antiq. const. t. Sabaud. Decreti licet. sute 1. & 2. par. glos. vnic. nu. 7. fol. 66. & pluribus exornat Maynet in leg. non debet à nu. 36. ad 44. vbi conclusionem firmat procedere in emphyteusi hæreditaria, ff. de reg. iur. fol. 140. col. 2. Rota in Fatnen. Bonorum 19. Iunij 1647. nu. 5 coram Roias. Ex quibus puto non tam sublata in contrarium opposita quam etiam Illustrissimum D. Primicerium esse in casu victo ita apertissimo; eique adiudicandam emphyteusin, de qua agitur vna cum meliorementia. Quia emphyteuta ob nõ solutum canonem emphyteusim amittit simul cum meliorementis in emphyteusi factis Corbul. de Iur. emphy. tit. de caul. priuat. ob non solut. canon. ampliat. 36. nu. 4. Seraphyn dec. f. 546 n. 4. Vicent. de Franc. decis. 91. Crot. cons. 205 nu 10. & cons. 398. nu. 33. Ioseph Lu louic. decis. Perusin. 117. nu. 33. Menoch. cons. 460 nu. 8. Tusc. pract. concl. 192. nu. 40. & 14. lit. E Hugo cons. 57. n. 1. Cost. de re integr. distinct 67. nu. 1. vers. ad iacturam quoque Surd. decis. 317. nu. 16. cum infinitis, quos congessit, & sequitur Amat. var. resolut. 14. n 30. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 2. tit. 2. nu 53. Anton. var. resolut. 3 nu. 8. lib. 1. latissimè Niger de except. cap. 8 §. 1. per tot quiequid sit in emphyteusi, cuius pensio fructibus † 40
correspondet, & quæ potius locationis contractus iudicatur Doctores communiter in l. 1. ff. de Iur. emphyt. Cla. §. emphyteus. qu. 1. Chartar. decis. 15. ou 15 Fontanell. de pact. nupt. claus. 4. glos. 18. par. 1 n. 20. Gratian. discept. forens. 351 nu. 13. & discept. 460. nu. 50. & seq. Amat. resol 14. nu. 13. in qua melioramenta non perdit emphyteuta, quoquomodo finiatur etiam per culpam Bursat cons. 53. nu. 30. Ioseph. conclus. 25, vers. Si autem pensio, Amat. dicta resolu. 14. nu 14. Manent de contract. liuell. par. 6. num. 8. Aduerte tamen, quod appellatione melioramẽtorum in hac facti specie non veniunt ædificia magna in re emphyteutica per emphyteutam facta; † ista enim emphy eusi culpa, vel deli- 41
cto emphyteutæ ad Dominum deuoluta non transeunt, nec acquiruntur Domino, sed pro

P ipso

ipso emphyteuta remanent iuxta opinionem secundum aliquos tum vetam, tum æquitati magis consonam Aluar. Valasc. de Iur. emphy. quæst.25.nu.3. Amic. de Iut. emphy. quæst.71. à nu.5. & seq. Surd. decis.300. nu.23. Menoch. de recuperand. possess. remed.15. num.503. Amat. dicta resolut. 14. nu. 33. & 34. Manent. dicto pact.6.num.9. de contract. liuell. Raudens. vat. resolut. cap.18. nu. 39.

Cœterum licèt præcedens opinio multum
41 habeat æquitatis, quia tamen rigor † in specie semper præfertur æquitati in genere Ias.in leg. placuit 8. C.de Iud c. Mart. Medic. ad decis. Senen. examinat. 36. n.12. & Iudex non debet recedere à iure scripto propter æquitatem nō scriptam Mantic. de tacit. & ambig. lib 1. titul.17. nu.16.& decis.148.n.3. Schrader. de feud.2. p.9. part. princ. sect.2. num. 18. Garzias de expens. cap.1. ou.28. Caluin. de æquit. cap.4.nu.21. & seq. Niger de except. cap.8. §.1.num.30. & 31. faciunt tradita per Comitol. decis. 54. num.37. Hinc propterea siue meliotamenta sint parui
43 momenti, siue ingentis expensæ, ac valoris† emphyteusi amissa propter quodlibet delictum in omittendo perpetratum, ex quoque Domino ind fferenter acquiruntur, ad tradita per Schrader. de feud. 2. par.9. part. princ. sect.2. nu.16. & sub nu.18.vers.verum hæc declaratio. Papon. cons.65. nu.22. plenissimè Roleutal. de feudis, cap.10. conclus 43.nu.9 & 10. alias nulla adesset differentia inter caducitatem ob delictum,
44 & deuolutionem ob lineam finitam† cum etiam in casu lineæ finitæ nulla habeatur tatio modicæ meliorationis Duran decis.338.num.20. 21.
45 & 22.vbi quod emphyteosis † græcè latinę importet, melio rationem Stephan. à Sancto Gregor. de contract. lib. 1. cap.48. nu. 1. Quæ omnia procedunt, & sibi locum vindicant, etiam contra minores, licet postea in integrum resti-
46 tuantur † aduersus canonem non solutum, & & temporis lapsum Seot. cons. 6.nu.57. tom.1. lib.6. Borsat. cons.25 3. sub n 49. vers.3. in minore Stephan. à Sancto Gregotio lib.2. de contract. cap.48.nu.10. Quod tamen nunc non fir-
47 mo, † quia per declarationem caducitatis dicitur ab emphyteuta abesse, quod primordialiter aberat, & propterea deberet aliunde probare se læsum, quam ex sola succumbentia Polyd. Rip. obseru. 318.nu.10.& etiam contra habentes expressam hypothecas, siue super emphyteusi, siue super meliotamentis, nam vtrumque resolutis
48 illis † cadit in commissum, tametsi obligatio contracta exstaret fauore dotis, vt pulchrè exornat Iō. Bapt. Plot. cons.48. per totum alios cumulauit pro Domino Polyssenna de Rubeis, & nūc addo Hyeronim. Buccafer. cons.83. nu.1. & 2. ac per totum. Ripol. var. resolut. cap.7. n.235. & 236. Niger. de except. cap. 8. §. 1. nu 44. & 45. Sanfelic. decis.114. nu.3. & seq. Castill. decis.104. nu.12. Rot.decis.328. nu.18. par. 5. recent. vide tamen eandem Rotam decis.127.nu. 16. par.6. recent. In tantum autem Ecclesia agit ad caducitatem transacto biennio, vt idem statuatur, quando Ecclesia succedit priuato in emphyteusi, † nam pro tempore, quo fuit priuati 49
cessans in solutione per triennium expellitur, secus pro tempore, quo fuit Ecclesiæ, quia sufficit biennium Ias. in auth. quas actiones nu. 36. Cod.de Sacros. Eccles. Salic. in l. 3. qu. penult. Cod. de iur. emphy. Gratian. discept. forens.16. nu.5. Cauagnol. decisiua consultat. 81. n.12. & 13. Flotian. de Sancto Pett. inter. cons Anchar. 166. & mordicus opinionē istam tuetur Caten. resolut.102. num.15. cum pluribus sequentibus lib 1. Hoc tamen pro nunc absolutè non amplector, tum quia quęstio nostri non est instituti, tū quia contrarium magis communiter receptum videtur, vt nimirum per transmigrationem dominij directi † à priuatis in Ecclesiam adhuc em- 50
phyteusis iaoquam priuatorum sit omnibus regulettur Anchar. cons.165. nu. 2. Marescot. var. resolut.77. lib. 1. Riccius var. resolut.443. lib. 2. Rota decis.454. nu.4. par. 1. recent & in Mediolanen. emphyteusis, seu bonorum 17. Iunij 1641.nu.2.ac per totam cotam Merlino,& ita iudicatum.

ARGVMENTVM.

Possidentes cum titulo alterius testamenti, seu testamentorum ab eodem, vel diuersis Testatoribus, Inuestiturarum, rei iudicatæ, ac creditorum legitimi dicuntur contradictores ad impediendam immissionem hæredi scripto ex posteriori testamento ob vnius ex filijs præteritione inualido, præsumptiuè etiam ob cessationem indignationis maternę erga filios, ac realiter coram pluribus testibus reuocato, adeòvt capitula ad id probandum admitti debeant, eoque magis coram supremis Tribunalibus, & vbi agitur de interesse animarum Purgatorij, in quorum causis decidendis veritas dumtaxat, ac forum conscientiæ attenditur.

SVMMARIVM.

1 *Immissio ex l. fin. C. de edict. Diu. Adri tollen. cessat, testamento hinc inde producto, itaut contra possidentes sit ordinariè cognoscendum de Iuribus contradictoris. Impeditur x incapacitate Testatoris, num.12.*

2 *Testamentum nullum præteritione filij potest allegari tam à filio præterito, quàm à quocunque, qui potest habere interesse fauore filiorum. Nuda voluntate reuocatur etiam si esset ad pias causas, num 8, Ex iracundia factum à matre, in quo parum filijs*

filijs reliquerat, secuta reconciliatione cessat, nu. 9. Impugnans ex defectu solemnium peccat mortaliter, nu. 19.

3 Indignatio matris in filios non inducit nullitatem testamenti, etiam si in paruare instituantur.

4 Filij instituti in legitima odiosi non dicuntur matri.

5 Mater etiam vidua de dote in praeiudicium filiorum disponere nequit, stante statuto Mantuae sub rubr. de dot. per marit.lucr.

6 Institutus à matre in creditis, qua non habebat, dicitur praeteritus.

7 Legitima filijs qualitercumq; legetur in testamento ad pias causas sufficit.

10 Voluntas nuda reuocandi testamentum in foro conscientia pro formali reuocatione sufficit.

11 Capitula attingentia petitorium non censentur impertinentia in iudicio immissionis.

13 Feudalia, & emphyteutica in generali institutione non veniunt. Nec transeunt in Regulares, neque animas Purgatorij, nu. 15. Neque etiam quoad illorum aestimationem, nu. 17.

14 Filij exsistentes in possessione feudalium, & emphyteuticorum dicuntur legitimi contradictores ad impediendam immissionem haeredi extraneo.

16 Haeredis institutio in, feudalibus & emphyteuticis non sustinetur, maximè stante Statuto Mantuae sub rubr. qualiter inuestitus ad affictum.

18 Statutum Mantuae sub rubr. qualiter inuest. ad affict. &c. procedit etiam in bonis Ecclesiae.

20 Diana resolut. moral. 5 par. 1. tract. 8. post Ferrum, & Pasqualigum ab Auctore refellitur.

21 Confessio matris emissa in testamento non praeiudicat filijs in legitima.

22 Remedium leg. fin Cod. de edict. Diu. Adr. tollend. competit ex Inuestitura pro feudalibus, & emphyteuticis. Testamenti, & Inuestitura cumulatur pro obtinenda facilius immissio e, nu. 23.

24 Retentio facilius conceditur, quàm immissio.

25 Leo decis. Valent. 10. in Regno tantùm Valentiae militat.

26 Matris voluntas erga filios satis declarata dicitur ad illorum institutionem, & reuocationem praecedentis testamenti etiam ad pias causas si dixerit, voglio, che quanto hò doppo la morte mia sia de' miei figliuoli.

Allegatio XLVIII.

Adsit Deus.

Oppositiones, ne capitula admittãtur, ex aduerso inuectę eorundem admissionem impedire non valent, sublato propterea per Senatum Excellentissimmum partis aduersae ingenti aequiuoco in eo, quod petitae immissioni locum esse insistat, ac consequenter probatio extranea non militet, illo quidem ex fundamento iam à nobis in praecedenti Iuris allegatione exornato, quod nimirũ principales nostri iam ex pari titulo praecedentis maternę dispositionis possideant, ideoque ad impediendam ex posteriori testamento institam immissionem † legitimi reputentur cõtradictores, vt praeter adductos in dicta allegatione, versic dupliciter enim, animaduertunt Ruin. consil. 151. num. 5. lib. 2. & cons. 28. nu. 2. versic. & subdit, lib. 5. Menoch. de adipiscend. remed. 4. num. 581. vbi idem inquit esse siue titulus ab eodem, siue à diuerso Testatore proueniat, Seraph. decis. 25 e. nu. 1. & decis 800 nu. 21 & decis. 1219. nu. 3. Caputaquen. decis. 329. nu. 2. & per tot. pa . 1. Gratian. disc. pt. forens. 65. vbi quod habens parem titulum faciat cessare immissionem, itaut sit ordinariè cognoscendum de iuribus contradictoris, quamuis talis titulus ab alio praecesserit, & exemplum dat in testamento hinc inde producto, quod repetit discept. forens. 261. num. 7. cum tribus sequentibus, Socin. iun. consil. 7. num. 165. lib. 1. Comitol. decis. 49. num. 22. & latiùs decis. 61. nu. 2. & seq. & decis. 98. num. 5. & sequ. vbi quod ad impediendam immissionem ex leg. fin. C. de edict. Diu. Adr. tollen. sufficiat possessorem apparenter docere de titulo, nisi ex aduerso euidens nullitas ostendatur, quodque contradictor legitimus dicatur non solùm qui est verè dominus, & possidet, sed quicunque legitimo modo detinet vt ordinariò in iudicio agendum sit, latissimè Io. Franc. Andreol. controu. 102. num. 25. & sequent. Rota apud Pacific. de Saluian. decis. 156. num. 1. ac per tot. & decis. 2. 0. num. 1. part. 1. & decis. 315. num. 4. par. 4. recent. Post. de manuten. obseruat. 12. num. 123. & 124. Mart. Medic. decis. 23. numer. 4. & per totam, vbi quod etiam Fideicommissarius existens in possessione sit legitimus contradictor ad impediendam immissionem haeredi scripto, quando in promptu habet suas probationes, maxime vbi agitur coram supremo Tribunali, sola facti veritate inspecta cognoscente, latè Fusarius de substitut. quaest 613. num. 10. ac per tot. Gratian. discept. forens. 542. num. 50. Post. de manuten.

nuten. obseruat. 47. num. 9. Schtader. de feud.
par. 7. cap. 7. sub num. 33. cum adductis per Ro-
sental. de feud. cap. a. conclus. 29. num. 5. & in
Glos. D. cum adductis per Post. de manutent.
obseru. 47. nunier. 6. 7. & 8. vbi quod filij, seu
agnati in possessione feudalium, seu emphyteu-
ticorum existentes remedium vti possidetis, &
manutentionem aduersus quoscunq; extraneos,
incapacos habeant.

Quaptopter cùm Illustrissimi DD. Marchio-
nes in quieta, & pacifica bonorum possessione
repèriantur non tam ex præcedenti testamento
matris, quàm vigore dispositionis statutariæ
quoad dotem, Inuestituratum, quoad feudalia,
& emphyteutica, testamentorum, ac rerum iu-
dicatarum, quoad fideicommissa, primogenitu-
ram, & donationes suorum maiorum Iurium,
quoad credita partim propria, partim acquisitas
Iurè meritò legitimi censendi veniunt contra-
dictores eum decreto manutentionis, exclusis
RR Patribus ab instita immissione, cum decre-
to insuper, quod si, non obstante præteritione
notoria vnius ex filijs sub clypeo assertæ renun-
ciationis, validitatem prætensi testamenti ad-
huc sustinere inutiliter contendant, quodque in
bonis huiusmodi quicquam adsit, de quo Do-
mina Marchionissa in ipsos, seu animas Purga-
torij tribuba, atq; à patria exul iniquissimo ira-
cundiæ contra filios, quos indebitè exilij cre-
diderat auctores, feruore æstuabat. Ob quem
obcæcata filium, quem in priori testamento ex-
presse instituerat, suæ mentis minimè compos
præterijt, sicque etiam fauore vocatorum testa-
2 mentum † pro irrito, & infecto habetur, vt præ-
ter adductos in alia Iuris scriptura examinat Io:
Franc. Andreol. controu. 84. nu. 13.

Hinc propterea per Senatum Illustrissimum
pronunciandum erit denegata prius ex prædi-
ctis inculcata immissione capitula esse admit-
tenda. Esto enim, quod infringi nequeat vltima
3 voluntas, tametsi ex iracundia † processerit, vt
tradunt per illum textum Bald. in l. io ipsius, 5.
num. 1. vbi Salicet. num. 5. Cod. famil. hercis-
cund. Surd. decis. 41. num. 11. cum adductis per
Cyriac. controu. 407. nu. 118. & filis in legitima
4 instituti odiosi † non dicantur Testatrici, Alex.
cons. 131. nu. 1. in fin. lib. 1. & latius prosequutur
Manent. cons. 115. nu. 11. 12. & 13.

Nihilominùs prædicta matris dispositio pro
validitate testamenti quoad cæteros filios non
suffragatur, quippe quoniam eos dumtaxat in
medietate dotis instituit, cùm tamen vigore Sta-
5 tuti Mantuæ † sub rubr. de dot. per marit. lucr.
vniuersis dos legitimam constituat, eamque filij
non à matre, sed à Statuto consequi dicantur,
Surd. decis. 129. nu. 27. & per totam, & ibi no-
tat Hodiern. num. 8. & seq. Senatus Mantuæ in
eius decisione impressa apud Caren. resol. 243.
num. 4. & seqq. vbi quod mater in præiudicium
filiorum non possit testari, nec filius in dote in-
stitutus à matre dicatur honoratus, cùm eam re-
cipit à Statuto, non à matre, ex quo per illud
respectu dotis legitima ad totam dotem fuit au-

cta. Quemadmodum nec quicquam habere di-
cuntur ob legatum filijs relictum de creditis ad-
uersus eos per matrem prætensis, cùm in aliquo
eius filij tanquam patris asserti debitoris hære-
des beneficiati debitores non existerent. Vnde
etiam quoad istud perinde est, ac si hæredes, † 6
seu legatarij non fuissent instituti, ex Rota dicta
decis. 370. n. 1. ac per totam, tom. 2. par. 4. Præ-
terquam quod si aliquod habuisset creditum il-
lud per conuentionem secutam cum filijs, & de
qua in processu fol. 115. extinctum remansisset.
Sicq; super huiusmodi legatis solidum fieri ne-
quit fundamentum, etiam si appareret D. Mar-
chionissam de tempore conditi testamēti fuisse
viduam, nam dicta decisio Senatus Mãtuæ apud
Carens. emanauit contra viduam, me cõtrarium
viriliter sustinente ex alia resolutione eiusdem
Tribunalis, de qua apud Bursat. consil. 164. nu.
28. vsque ad fin. quem refert, & sequitur Bar-
dellon. cons. 161. nu. 7.

Veruntamen quia Testatrix subiunxerat vbi
filij legatis non acquiescerent, quod eisdem pri-
uati censerentur, eisq; legitimam relinquebat,
quantumuis non iure institutionis † non requi- 7
sito in dispositione ad pias causas, vt dicebam
in altera Iuris allegatione, & pluribus exornat
Merlin. de legitim. lib. 5. tit. 2. quæst. 8. num. 5.
& seq. inde propterea insurgebat, quod eò ma-
gis capitula admitti debebant, cùm ex eis qua-
tenus capitulata probentur iunctis fidibus solē-
niter citata parte, ac cum iuramento recogni-
tis, & in processu registratis folio 186. fac. 2. v-
trunque requisitum ad reuocationem posterio-
ris testamenti concurrat, nimirùm quod ex cau-
sa odij in filios prouenerit, & secuta conuentio-
ne inter matrem, & filium habitum semper fue-
rit pro reuocato, quòd cùm cedat fauore libe-
rorum † etiam si agatur de testamento ad pias 8
causas sufficit, Ias. in l. hac consultissima, 11. §.
si quis, num. 2. Cod. de testam. Alb. consil. 51.
col. 2. lib. 1. Tiraquel de priuileg. piæ caus. 5 a.
Leoncill. de priuileg pauper. 389. num. 2. Fa-
chin. controu iur. lib. 4. cap. 6 per tot. Iul. Cæs.
Caluto. de æquit. cap. 26. nu. 5 & seq

Sed non eundo per mendicata, vt aiunt, suf-
fragia, quod vbi mater † propter iram, & indi- 9
gnationem contra naturale, & commune vo-
tum matris præcipuè parum, aut nihil in testa-
mento filijs reliquerit, secuta postmodum inter
ipsos reconciliatione, iuncta etiam declaratio-
ne sæpiùs, ac palàm inculcata, quod non nisi
filios hæredes habere intendebat, præcedens
testamentum sufficienter censeatur reuocatum,
Bartol. in leg. 3. § fin. num. 6. ff. de adimen. le-
gat. Ias. in l. in arenam, 11. nu. 8. Cod. de inof-
fic. testam. dùm volunt, quod exhæreditatio fi-
lij facta ex iusta causa censeatur reuocata si in-
ter patrem, & filium secuta sit reconciliatio,
quibus in terminis, vt aiunt, terminantibus ac-
cedit Socin. iun. relegendus cons. 145. sub nu.
3. ac per totum, vbi num. 10. in fin. concludit,
quod fauore filiorum sufficiat quodlibet volun-
tatis indicium, & quomodocunque de volun-

tate

tate cõstet reiectis omnibus iuris ciuilis solemnitatibus, lib. 2. & faciunt tradita per Peregrin. decis. Patauin. 43. num. 5. vbi quod fauore filiorum infirmis reuocatio subsistat, accedente potissimùm causa, & per Gratian. disceptat. forens. 558. num. 8. versic. ex quibus, & num. 9. & 12. & disc. 763. num. 5. vbi pariter istud causa concurrente admittit, hic autem duplex interuenit, nimirum reconciliatio, & dispositiua voluntas, quod filij iam in priori testamento hæredes in vniuersum instituti ipsius Testatricis bona omninò tanquam eis pluribus de causis debita haberent.

Hinc ergo cùm expressam ea testibus examinaudis, ac ex fidibus iam productis concludenter probandam voluntatem matris erga filios habeamus, nec præsumptiua insurgens ex remissione odij, & reconciliationis mediante cõuentione subsecuta desideretur, & causa Dei, seu animarum Purgatorij agatur, non videmus cur per apices Iuris veritas ipsa ex aduerso obumbrari contendatur; cùm præcipuè nuda vo-

10 luntas † reuocandi primum testamentum operetur, vt in foro conscientiæ institutus in primo non possit capere, Gratian. dicta disceptat. 763. num. 20. & 22. vbi istud habet pro indubitato, quando certitudinariè de recessu à priori voluntate constat, quæ hic tam ex transitu ab indignatione ad amorem maternum, quàm ex pluries inculcata declaratione habendi filios in hæredes conuincitur. Neque ista difficultatem aliquam præseferre videntur, retenta semper communi illa opinione, quod tot nominibus principales nostri legitimi existimentur contradictores, ingredique in meritis iudicium debeat, præterquam quod etiam in iudicijs possessorijs, tametsi executiuis, ac summarissimis ca-

11 pitula † petitorium concernentia non reputantur omninò impertinentia, Bald. in leg. vnica, col. vltim. post principium, num. 10. in fin. versic. sic autem vtrque probat, C. vnd. vi, Gratian. disceptat. forens. 40. num. 1. & seqq. Beltram. ad Ludouis. 323. numer. 6. & decis. 412. num. 3. Posth. de manuten. obseruatione 119. num. 19.

Tria insuper meorum principalium fauore addebam plurimum conferentia ad excludendos agentes animarum Purgatorij ab impetita immissione, primo, ipsius Testatricis inca-

12 pacitas † ad testandum de dote, in continenti probata ex inspectione Statuti rubr. de dot. per marit. lucran. & lectura decisionis ab ipso amplissimo ordine causa acerrimè discussa editæ. Quibus concurrentibus immissionem hæredi scripto, ex l. fin. C. de edict. Diu. Adr. tollend. impediri animaduertit Gratian. discept. forens. 895. nu. 2. Deinde, quod maior pars bonorum ipsius Testatricis, vt indicant Inuestituræ ab Ecclesijs, vel à Principe in feudum, & emphyteu-

13 sim † recognoscentur, de quibus maximè per vltimam voluntatem, cùm iu non comprehensos disponere non potuerit, minusve non intellexerit dùm non expressit; ideò in generali hæredia institutione non veniunt, Dotand. decis. 254. numer. 17. & propterea filij in possessione existentes, & incontinenti de feudalitate, & emphyteuticatione docentes legitimi † non so- 14
lùm dicuntur contradictores ad impediendam immissionem, verùm etiam ad obtinendam manutentionem, Osasch. decision. 26. num. 13. & 14. cum adductis per Argellum de legitimis cõtradictoribus quæst. 19. artic. 14. num. 92. Istud autem indubitanter in præsentiarum procedit, ex quo aduersarij inutiliter contendentibus iam à Serenissimo Duce Mutinæ feudum, atque Inuestituram obtinuerunt, quemadmodum & hic Mantuæ renouationes Inuestituratũ ob mortem matris reportarunt. Demum quia immissioni per Reuerendos Patres inculcatæ, eorum incapacitas illicò resistit. Bona enim feudalia, & emphyteutica † in Regulares, animas Purga- 15
torij, tanquam manus mortuas, transire nequeunt, ad notata in cap. 1. de alienatione feudi, & ibi Afflictus in principio, num. quarto, & quinto. Bursat. consil. 199. num. 42. Ludouis. decis. 510. num. 11. & ibi Addentes num. 14. & dec. 529. num. 4. & sequenti. Rota in Neapolitana laudem. 14. Decembris 1640. coram Coccino, & in Caietana bonorum 3. Decembris 1646. coram Cerro. Quod sanè eo fortius procedit, ex quo in aliquibus ex Inuestituris adest pactum cuiuscunque dispositionis prohibitiuum, & vbi non adesset ex Statuto Mantuæ sub rubrica qualiter inuestit. ad affictum † suppleretur, quoniam 16
hoc supposito pro indubitabili, inde sit, quod Domina Marchionissa si de feudis, & emphyteuticis d sponere voluisset, vtique nequaquam potuisset, ex Rota decis. 211. num. 20. par. 6. recent. & in dicta Caietana bonorum 3. Decemb. 1646. coram Cerro, sub no. 19 versic. nec minus per viam institutionis; in tantum quod ea dispositione huiusmodi statutariæ dispositionis, seu pacti conclusio interr, quod neque etiam Ecclesia hæres instituta, seu animæ Purgatorij, æstimationem bonorum, quorum incapaces existũt, 17
prætendere valeant, Aldobrand. consil. 40. nu. 9. libr. 1. Bursat. dicto consil. 199. sub num. 48. versic. tertio Doctores, Ludouis. dicta decision. 529. num. 10. Rota dicta decis. 211. num. 31. par. 6. recent. & in dicta Caietana bonorum 3. Decembris 1646. coram Cerro, num. 21. Nec ambigitur, quin sub huiusmodi Statuto etiam bonæ Ecclesiæ, tam feudalia, quàm emphyteutica comprehendantur, † nam cùm sauctem ex- 18
presse contineat, nil prohibet, quominus Ecclesia eo vti possit, ac consequenter causam ab eadem habentibus suffragetur, ex Mellino decisione 146. numer. 6. & Beltram. ad Ludouis. decis. 299. numer. 24. & mox dixi allegat. 9. numer. 71. lib. 2. Quæ tamen ex abbundanti dicta sint, cùm in hac specie vltra defectum potestatis, adstipuletur quoque defectus voluntatis, cùm in effectu D. Marchionissa de feudalibus disponere non intellexerit.

Incongruum ergo, ac indecens omninò reputatur, quod RR. PP. seu agentes pro animabus

Digitized by Google

Purgatorij immissionem affectent, eu sub præ-
textu, quod exceptionea propositæ per Illustris-
simos DD. Marchiones altiorem requirant in-
daginem, reuocatio testamenti tam præsumpti-
na, quàm verbalis, & dispositioa ob solemnita-
tes prætermissas ad præcedentea testamenti re-
scissionem viribus non subsistat, minimèque
attendi debeat. Cùm enim illicò de iuribus ip-
sorum Marchionum liqueat, in possessione re-
periantur, habeant etiam testamentum solem-
ne pro se, cum geminata declaratione, post re-
conciliationem, quod bona ipsius Testatricis in
filios peruenire deberent. Siquidem impugnan-
19 tes† vltimam voluntatem sub prætextu aliqua-
rum solemnitatum ommissarum peccat morta-
liter. Manent. cons. 35. nu. 15. Cyriac. controu.
407. nu. 131. & controu. 426. nu. 75.

Neque obstat, quod post aliquos ab eo teta-
20 tos cõtrarium de directo sustineat Diana † Cler.
Regul. resolut. moral. 75. par. 1. tract. 8. quan-
doquidem illius opinio ex professo confutatur
per Michaelem de Fert. quæst. moral. 105. per
tot. par. 2. Zacbar. Pasqualig. Cler. Regul. de-
cis. 476. nu. 4. Exquirendo igitur prius rationẽ
Diuinæ legis, quàm Iuris scripti, & veritatem,
vt decet viros regulares, amplectendo ab incę-
pto immissionis iudicio desistere debent. Con-
siderando etiam, quòd dispositio facta de bonis
secundi coniugis cum præsupposito, quod ab
eo sic habuerit in mandatis, magis augeat suspi-
cionem indignationis, ob quam ad sic confiten-
21 dum † in odium, ac fraudem filiorum mora prę-
sumitur, Mangil. de imputat. quæst. 49. nu. 59.
60 & 61. Merlin. de legitim. lib. 2. tit. 1. quæst.
20. nu. 13. & seq. Ciarlin. contro. 169. num. 53.
& 54.

Tot ergo titulis simul cumulatis inuestiturę,
testamentorum, rerum iudicatarum, dotis, &
creditorum, quemadmodum vbi possessio hæ-
reditatis esset vacans, seu ex aduerso occuparе-
tur, retardari non posset immissio bonorum em-
22 phyteuticorum, feudalium fideicommissis sup-
positorum, dotis, ac dationis in solutum, nec e-
nim ambigitur, quin dicta remedia, pro quibus
datur immissio ad instar dictæ l. fin. C. de edict.
23 Diu. Adr. tollen. Bald. in cap. 2. nu. 11. exor. de
iudic. Roland. cons. 1. nu. 52. & seq. lib. 1. Rot.
decis. 585. nu. 21. par. 5. tom. 2. & in Fanen. seu
Senogalien. bonorum 14. Martij 1646. Meltio,
vers. quam etiam vigore dictæ Inuestituræ, pro
qua datur immissio ad instar dictæ l. fin. cumu-
lati possint, ac pinguius operentur, vt in pro-
posito ratiocinatur eadem Rota decis. 679. n. 2.
post med. part. 5. recent. & in dicta Fanen. seu
Senogal. bonorum. super immissione 14. Martij
1646. Meltio, vers. dicta remedia. Ita quoque,
ac multo magis possessione hæreditatis ex hu-
iusmodi titulis iam adepta per nostros principa-
les legitimi euaserunt contradictores, ne alter
ex pari, quinimmò & debiliori iure immitta-
tur, sed ipsis retentio, donec petitorium excu-
tiatur, Iure optimo competit, cùm faciliùs re-
24 tentio, quàm immissio concedatur, le. 1. versic.
nam cui damus, ff. de superfic. l. Paulus 14. ff. de
dol. mal. except. l. inuitus, 198. §. cui damus,
ff. de reg. iur. Menoch. cons. 60. nu. fin. Monac.
decis. Bonon. 6. nu. 7. cum adductis per nos pro
DD. Comitibus Pauesijs nu. 1. Hinc prętet dedu-
cta in priori allegatione, insuper ex pręmissis re-
sultat non applicari decis. 10. Senatus Valentiæ
apud Leon. cùm nostri principales aliunde etiã,
quàm ex sola præteritione eorum possessionem 25
ac legitimam successionem defendunt, vltra
quod, vt benè in eadem decisione rubricatur,
procedit iuxta foros Regni Valentiæ, & quan-
do Testator motu proprio animam suam non
omnea in genere ex supposita præordinatione
alterius instituit.

Concludo per argumentum ad hominem, & peto à RR. Patribus numquid ipsi præcedens testamentum protenocato haberent, & validam institutionem de ipsis factam sic: *Voglio, che quãto hò doppo la morte mia sia de' Padri Theatini*, vtique istud iure optimo prætenderent fræti auctoritate Mascell. de Maur. allegat. 36. num. 6. in fin. 7. & seq. Sinant ergo, quod etiam DD. Marchiones filij hęreditate materna omni Iure ipsis debita fruantur, tanquam in priori testamento expressè vocati, cuius dispositio per plures declarationes matris, neglecto intermedio testamento coram diuersis testibus apparet ratificata, dum dixit, *Voglio, che quanto hò doppo la mia morte sia de' miei figliuoli*. In hoc enim filij, & pia causa parificantur.

Quare &c. Saluo &c.

ARGVMENTVM.

Emphyteusis transitoria ad extraneos seu concessa cum facultate alienandi trã sit, seu reuertitur ad dominium cum obligationibus per emphyteutam contractis.

SVMMARIVM.

1 *EMphyteotica Ecclesiæ non prohibita ex pacto alienari veniunt in generali bonorum obligatione. Ampliatur magis fauore dotis nu. 2.*

3 *Emphyteusi reuersa ad Ecclesiam resoluuntur obligationes per emphyteutam contracta, fallit vt nu. 4. & 5.*

6 *Clausula pro hæredibus quibuscunque, & ad habendum importans facultatem alienãdi durante emphyteusi. Declara vt n. 7.*

8 *Licentia alienandi apposita in concessione emphyteusis plus operatur, quàm concessa ex post.*

Alle-

Digitized by Google

Allegatio XLIX.

Adsit Deus.

IN generali bonorum hypotheca etiam bo-
1 na Ecclesiæ emphyteotica † vbi in con-
cessione non adest expressa alienandi pro-
hibitio, tametsi non exprimantur iuxta
receptissimam nostrorum opinionem compre-
henduntur Salicet. in l.fin.num.6.C.de iur.em-
phyt gratian.discept.forens.43.num.9.Cyriac.
controuers.205.num.221.Pen.decis.632.num.1
cum adductis per Merlin de Pignor. & hypoth.
lib.2.tit.1.quæst.8.num.18.istud autem eo for-
2 tius † procedit fauore dotis Pacific. de Saluian.
inspect. 3.cap.2.num.6.Duran.decis.145.num.
35. Merlin.de Pignor. & hypothec. lib.2.tit.1.
quæst.8. num.26. Concludentem ad id ratio-
nem adducunt, quia in hoc nullum versatur i-
3 psius Ecclesiæ † præiudicium quippe quoniam
huiusmodi obligatio in casum reuersionis ad
Ecclesiam rei emphyteuticæ, ipso Iure resolui-
tur Pacifi. de Saluian. inspect. 3.cap 2. num.38
Merlin.de Pignor & hypothec. lib.2. tit.1 qu.
8. num.13. quæ quidem obligationis resolutio
non tam fauore Ecclesiæ quam habentis cau-
sam ab ea militat, vt ratiocinatur Rota coram
Pen. decis.506. num.9.

Ex quibus cum in facti contingentia verse-
mur in emphyteusi iure directi dominij, atque
ex necessaria consolidatione ad dominum de-
uoluta, ideo videbatur dicendum, quod Domi-
4 næ Isabellæ non competeret regressus, quic-
quid esset, si ex Iure priuato emptionis, vel al-
terius tituli dominus rem emphyteoticam ac-
quisiuisset, quo casu dubio procul emphyteusis
adhuc oneribus,& obligationibus obnoxia re-
maneret iuxta distinctionem, de qua post alios
Hodiern.ad Surd.decis.160 num.3. Merlin.de
pignor. & hypoth.lib.2.tit.1.qu.8.n.51.Cenc.
de cens. qu.22. nu.9.

Prædictis tamen nequaquam obstantibus
optimum Ius fouere D. Isabellam existimo,ei-
que satisfaciendum quantumuis Iure directi
dominij res, seu proprietas emphyteutica ad
dominum directi redierit,adhuc enim ipse,seu
D. Scana.olus ab eo causam habeos teneotur sa-
tisfacere eidem Dominæ Isabellæ pro eredito
5 eius dotali Iure namque datoris resoluto † in
emphyteusi ad extraneos transitoria, seu con-
cessa pro hæredibus ac quibuscunque successo-
ribus qualis est ista, Ius acceptoris non resol-
uitur; sed in ipsa non secus, ac in quibuslibet a-
lijs bonis allodialibus creditori per dominum,
vel ab eo causam habentem satisfieri debet.
Corbul. de caus priuat. ob alienat. limit.19.sub
num.2.versic quia vbi est hæreditaria datio in
solutum non resoluitur ex morte emphyteutæ,
qui eam obligauit Rota decis. 382.nume.17.&
seq; part.5. recent.Cenc.de cens. quæst.21, nu.
15. & quæst.22.num.12.& 13. vbi quod super
emphyteusi transitoria ad extraneos constitui
possit census perpetuo duraturus, & post tract.
Rota decis.502 per totam quę est decis.86. par.
5.recent.Merlin.de pignor. & hypothec. lib.2.
tit.1. qu.8 nu.62.

Nec obstat, si opponeretur adhuc facultatē
disponendi de emphyteusi Ecclesiastica impor-
tata per clausulam pro hæredibus quibuscunq;
& clausulam ad habendum † &c.censeri restri- 6
ctam quoadusque concessio emphyteusis dura-
uerit Rota d cta decis.86. num.39. & 40.par.5.
recent Ferent II. ad Buratt. decis.87. nume.21.
eadem Rota in Romana domus 3.Martij 1625.
num.6.& 7. Dunzeito Quoniam fundamentū
istud Rotę non subsistit vel procedit,quando in
effectu ex inuestitura non infertur ad facultatē
alienandi,qua certè supposita † non ambigitur, 7
quin emphyteusis reuertatur ad dominum cum
onere, & hypotheca Corbul. de causis priuat.
ob non solutum canon.ampliat.34.num.3.cum
adductis per Rotam dicta decis.86.n.39.part.5.
recent. quæ est decis.502. apud Cenc. de cens.
vbi quod bona emphyteutica non reuertantur
libera,quando impositioni oneris domini acces-
sit assensus, & faciunt tradita per Rotam in far-
fen. bonorum 19. Iunij 1647. Rotas vbi quod
dominum directi extra deuolutionem emphyt.
pro credito dotis conueniri nequeat ergo tan-
to magis istud locum sibi vindicabit,quando ab
initio,† seu in ipsa concessione emphyteusis ex- 8
presse conceditur alienandi licentia cum illa sit
magis præiudicialis,& quæ ex post facto,atque
extra Inuestituram conceditur, & Manent.post
alios consil.41. num 27. Laderch. consil.1. sub
num.15. optime Rota apud Fenzon. ad Statut.
Vrb. decis.14. Surd. consil.551. sub nu.22.vers.
sustinetur ex prædictis & dixi allegat.1. nu.10.
hoc volum. & ita iudicatum.

Quare &c. Saluo &c.

ARGVMENTVM.

Emphyteuta ex quibus à caducitate
excusetur latissimè examinatur.

SVMMARIVM.

1 *Caducitas quod non incurratur ob non solutionem canonis, sed dupliciter af-fictus,pactum valet. ob non solutionem census non incurritur, num. 3. Neque ob*

ob non solutum laudimium nu.17. Non declarata à pradceessore non procedit contra heredes n.19 sine dolo vel magna culpa non incurritur n.21. non est poena sed natura contractus quando adest super ea conuentio expressa nu.22.

2 Caducitati ob non solutum canonem non est locus in emphyteusi laicali ex Statuto Mantua.

4 Emphyteusis Ecclesiastica laico concessa, ab istoque sub emphyteutis distributa apud sub emphyteutas efficitur laicalis. Ex quibus transitoria ad extraneos transit num 6. Concessa à Principe ad descendentes restringitur num. 8.

7 Emphyteuta Ecclesiæ, si alium fecit, emphyteutam, vel liuellarium de consensu Ecclesiæ, ista secunda concessio non dicitur de iure Ecclesiæ, sed priuati quoad hoc, vt transeat in extraneos, ob non cadit, nisi adsit pactum, vel Statutum num.14. ex capite ignorantia restituitur ad eccitandam caducitatem n.23. Non cadit propter distractionem nullam, & quando non fuit translatum dominium, neque possessio num.27. Ecclesiæ actione hypothecaria conuenitur coram laico num.28. laicus conuenitur coram laico num 29.

9 Inuestitura renouatio in emphyteusi non requiritur. fallit in singulari successore num.12.

10 Inuestitura in emphyteusi regulariter non requiritur contra num.11. Nil aliud est quam quidam quasi census deuotionis, & reuerentia, seu pars seruity erga dominum num.25.

13 Assensus non requiritur in alienatione, vel obligatione emphyteusis concessa cum facultate alienandi. In alienatione emphyteusis necessaria non requiritur nu.15.

16 Laudimium etiam in alienatione necessaria soluitur.

18 Capan. de Iur. relen. part.1. quæst.11. n.8. impugnatur.

20 Caducitatis incursæ ignorãtia præsumitur in domino causa respicit petitorium, & merita causa num.31.

24 Inuestituram emphyteusis suscipere non tenetur, qui litem patitur super possessione rei emphyteutica.

26 Caducitatem ab emphyteusi ad incurrendã specialis requiritur citatio. ad euitandam omnis capi debet interpratatio num.36.

30 Possessorij in causa emphyteusis, quis sit Iudex competens.

32 Priuatio præsupponit habitum.

33 Euicta res non dicitur per Saluianum.

34 Immissus ex Saluiano possessionem non acquirit, sed solam detentationem.

35 Actione carens in iudicio non auditur.

Allegatio L.

Adsit Deus.

SVb dublo vtrique parti ab Illustrissimo Ducali Magistratu proponitur. An caducitas intentata, tum ob non susceptam, seu renouatam Inuestituram a Domino vtilis, tum ob non solutos canones, tum etiam ob translationem proprietatis, seù possessionis in alienam personam inconsulto, & irrequisito Domino directi procedat, vel ne contra tertiũ possidentem ex Saluiano nullitet tamen actitato ex defectu tam iurisdictionis Iudicia incompetentia, quam licentiæ non extantis de se hypothecando, quod sane dubium in omnibus eius partibus fauore domini Equitia del Bene, contra quem à Ducali Camara intentatur caducitas ex inferius dicendis resoluendum existimo.

Quoad census non solutoa non censeri incursam caducitatem vbi non suaderet pactum
in innestitura † expressum, quod per cessationẽ 1
in illorum solutione nunquam Emphyteusis teneretur, sed solummodo in duplum emphyteuta condemnetur quod sanè pactum a fisco posse apponi admittunt Bartol. in l.fundi 4. C. de fund. patrim. Genuen. in prax. Eccles. tricen. 4. quæst. 107. num.5. in fin. & nume.6. Corbul. de caos. priuat Ob non solut. canon. limit.1. per totam Mar. Anton. var. resolut lib.1. resolut 30. n.10. quod pactum ea forsan de causa fuit adiectum, vt euitaretur dubitatio, quæ oriri posset
an statutum † Mantuæ idem disponens sibi locũ 2
vindicaret in emphyteusi concessa a Principe, cuius statuti meminit Cyriac controuers 68.
nom.22. non incurrit † qui in solutione census 3
ob emphyteusim debiti deficit Thomat. decis. Macerat.60. num.33. & seq Menoch. consil.65. num 61., & seq. cum infinitis alijs, quos sciens prætermitto, nam cum ex facto. terminaretur hæc controuersia superfluum redditur vlterius inuestigare, nam res concessa in feudum, aut emphyteusim pro censu annuo deuoluat ob illius non solutionem, & nõ incidere in commissum latissime pro Domina Gazina comprobaui coram Illustrissimo Bosio Præpositura Commissario, sed non eundo per mendicata, vt aiunt suffragia in terminis istorum bonorum pro decisione adduco Bursatt. consil.375. num 23.

Respectu vero declaratæ caducitatis ob non susceptam seu renouatam huiusmodi concessionem emphyteusis pro resolutione præmittendũ venit nos versari in emphyteusi concessa cum clausula, & quibus dederint, iuncta etiam alia

elausula ad habendum &c.& qnicquid &c.quæ
efficiunt emphyteusim alias transitoriam ad so-
los descendentea extraneorum qunqne eapacē
etiam si admitteremna emphyteusim, de qua a-
4 gimus esse Ecclesiasticam † vti originaliter pio-
uenientem ab Abbatia Sancti Zenonia in Sere-
nissimos Principea, cum tamen pro laicali om-
ninn repntetur ab eadem Bursatt. consil.375. n.
5 6. quod cu'm emphyteusis concessa † pro se, su-
isque hæredibus,&successoribus,ac quibus de-
dermt extraneos admittat hæredes tradūt Curt.
Iun. consil.4. sub num.1. versic.sed quoniam,&
consil.130.num.2. Couar. var.resolut.lib.2.cap.
17. sub num.4. sub quarta conclusione versicu.
qnin.Clat. io § emphyteusis quæst.28 r.num.4.
& 9. Surd. consil.55 1.num.2.& 3.lib.4..Busat.
decis.87.num.2.ac per totam Barbos.de elaus.4.
num.4. & elausul.57.nu.3.& 4.Altograd. cons.
22. n.7. Rota decis.381.n.5.par.5. & decis.art.
numer.7. ac per totam part.6.recent.vbi de tri-
bus elausulis ad habeudum &c. quibua dederit,
& in Perpetuum hic concurrentibus Duran.de-
cis.295. num.2. & ita in terminis emphyteusia,
de qua agitur ratiocinantnr Bursatt. consil.70.
per tot.lib.3. dixi allegat.14.lib.1. & ibi in de-
cis.num 6.fol.249.Alex Galuan consil.8. num.
56.Bimius consil.100. per totum Rota in Me-
diolanen. emphyteusis seu bonorum 15. Aprilis
1641. Merlino, & in Ciuitatis Castelli emphy-
teusis 23. Februarij 1643.Meltio. & in Rauen-
nat. Domus 14. Iunij 1649. Præterquam quod
nos non versamur in emphyteusi Ecclesiastica,
6 sed vti dicebamus laicali, † quæ propterea ex
sui natura siue recognoscatur à priuato, siue à
Principe etiam absqne alia expressioue, ad trā-
sueisales, quam penitus extraneos transit Clar.
in §. emphyteusis quæst.28. sub num.1.versic.ad
extraneos autem transibit si sit concessa à laico,
vbi tam de priuato quam de Principe loquitur
Bimius consil.59.num.3.& 4. consil 117.num.4.
in fin.& consil.240. num.8. Mantic. de tacit.&
ambig lib.22.tit.9. num.1. 3.& 4.& tit.39 nu.
2. & 3. Manent. contract.linell.part.7.num 23.
& 24. quæst 11. numer 2. Socin. Iun.consil.73.
num 9.lib.1.Peregr.de Iur.fisc.lib.3.tit.2.sub n.
302. versic. verum tamen est,& in puncto quod
7 vbi emphyteuta Ecclesiæ † alium facit emphy-
teutam, vel liuellarium de consensu Ecclesiæ i-
sta secunda concessio non dicatur esse de iuri-
but Ecclesiæ, sed priuati seu laici,& transeat ad
hæredes extraneoa scribunt, Ruin. consil.168.
num.10.lib.1.Magnn.decis. Lucan 10. num.7 &
8. Natta consil 600.num.24. Manent. decis.29.
num.4 & 5.& decis.64.numer.12.& 13. Verum
quia non desunt, qui contrarium profiteantur
8 respectu emphyteu concessæ a Principe, † quā
volunt concessam simpliciter non ægredi de-
scendentes ex mente Bert. in l.si patroni 55.in
princip.ff.ad Trebell.vt videre est penes Buss.de
Principe num 209. Peregr de iur. fisc lib.1 tit.
2. num.102. & Altograd. consil.25.num.1.ideo
receu.a hac conclusione, quod nimium versa-
mur in emphyt. transitoria ad extraneos prop-
ter elausulas concessioni insertas, indecisam
pro nunc relliquo alteram, iuxta quam contro-
nettitur transitus ad extraneos, tametsi laicalis
existat eo, quia à supremo Principe procedit.

Hoc iacto fundamento, illud quoque indu-
bitatum suppono successores in emphyteusi in-
uestituraa renouare † non teneri, adeo vt Illu- 9
strissimo Dom. Marchioni Iolio imputari ne-
queat, quod ob mortem Patris, ac Principis do-
mini directi inuestituram, minime renouauerit,
quippe quia de iure ad istud non tenebatur Sa-
lycett.in l. fin. col.5. C. de iur. emphyt. Purpe-
rat. consil.484. sub num.17. & sequent. Rimin.
Iur. consil.2 2. num.9. & seq Bursat consil.155.
num 61. & terminis dicto consil.137.num.48.&
Socin.Iun.dicto consil.70.sub nu.27. lib.3 Ma-
nent. de contract linell. pact.12. num 9 Mant.
de tacit.& amb g lib.22.tit.32.nume.2 3. & 4.
Peregr.consil.94.nu 21.lib.2. vbi quod emphy-
teota ob non petitam,neque obtentam renoua-
tionem inuestituræ non cadat à Iure suo, nisi ex
pacto sic conuentum sit, quod repetit. consil 8.
num.25.lib.3 Rota decis.152.num.4. part22. re-
cent.& dixi supra allegat.43.nu.1.

Quinimo stante natura, ac qualitate istius
emphyteusis, per quam transmittitur etiam ad
penitus extraneos † vti in concessione amplissi- 10
ma vocestori inde fit, quod neque etiam Illustris-
simus Dominus Marchio Alexander eiusdem
emphyteusia emptor inuestitutam suscipere te-
neretur, vt in terminis longe magis dubitabili-
bus tradidit Thesaut.quæst.forens.23.per totam
lib.1 Cæterum quia super hac eadem † emphy- 11
teusi extant duo responsa in contrarium. Alte-
rum Socin.Iun.dicto consil.137. ideo, pro nunc
in hac assertione nun figo pedes, quicquid enim
sit quoad successores vniuersales, certa singula-
ris successor, & Inuestituram renouare † & lau- 12
dimium soluere tenetur, quantumuis in origi-
ne ipsius emphyteusis amplissima alienandi cō-
cedatur licentia, vt in terminis animaduertunt
Soccin Iun. dicto consil.70 lib 3. & Bursatt. di-
cto consil.137. & generaliter tradunt Surd. de-
cis 200 num.4. & 5.Gratian.discept.forens.180.
num.5.Cost.de rat. port quæst 102. num.26., &
de retrotract.cas.in cap 8. num.12. Bim. consil.
398.sub num 4.versic.non tamen Maluas.cons.
115. sub num.28. versic. & tamen tenetur Pa-
cific. de Satu an. inspect.3.cap.4.num 598.Cæ-
phat.consi 503.sub num.37.versic.quod proce-
dit Clar.in § emphyteusis quæst.23 num.3 Re-
doan. de rebus Eccl.non alienan. quæst.66. nu.
16.& 17. Borell. de magistr.edict.lib.4.cap.2.nu.
91. quos adduxi allegat 1.num.82.lib.2. Cyriac.
controuers.539.num.4.ac per totam. Ex quo-
rum traditionib⁹ habetur in super, quod in em-
phyteusi à laico † potissim.ū concessa in perpe- 13
tuum,& cū claululis ad habendum &c.& quib⁹
dederint, non requiratnr Domini assensus, si em-
phyteuta intendit rem emphyteoticam distra-
here, aut hypothecare, quam conclusionem cō-
probarunt etiā Corb.de caus.pri.ub alien.ampl.
2.nu.9.Genuens.in prax. tricen.4. qu.107. no.1.

Cyriac.

Digitized by Google

Cyriac controu. 189. nu.15. & seq. & controu.
190. nu.5. Rota apud Fenzon. ad statutum Vrb.
decis.14. & decis.167. par.5. recent. dixi, & la-
tius examinaui dicta allegat.1. nu.6. lib. 2. opti-
ma ducuntur ratione, quia dominus concedendo
feudum, vel emphyteusim cum dictis clausulis
videtur vsque à principio præstitisse consensum
cuicunque alienationi, & obligationi, quam de
re ipsa faceret emphyteota, vel vassallus. In tan-
tum quod de rigore Iuris emphyteota ob non
susceptam inuestituram non cadit nisi adsit pa-
ctum, aut statutum, in quibus terminis loquun-
tur Doctores volentes emphyteusim incidere in
commissum ob non susceptam Inuestiturã; nam
de Iure aliter se habet vt per Thesaur. d. qu.23.
lib.1. & ita in quam plurimis regionibus obser-
uatur, vt neque etiam inuestitura aliqua emphy-
teusis suscipiatur.

Hinc resoluta remanent duo alia motiua eius-
dem articuli, in quorum altero dubitabatur cir-
ca translationem possessionis in extraneum abs-
que assensu, in altero autem circa intentatam
actionem hypothecariam absque eo, quod præ-
cederet domini licentia, vtrumque enim impu-
ne, & absque incursu caducitatis successit, eoq;
magis, quia quoad translationem possessionis ex
primo decreto in personam Dom. Æquitis cõ-
15 siderabam eandem fuisse necessariam † vti factã
à Iudice ad partis postulationem, in eaque idcir-
co non requirebatur consensus Domini directi,
late Corbul. de caus. priuat. ob alienat. limit.19.
Rimin. cons.388. num.20. Rota apud Posth. de
manuten. decis.39. nu.1. & in Mediolanen. em-
phyteusis, seu bonorum 4. Aprilis 1642. coram
Puttingero. Seraph. decis. 672. num. 3. optimè
Caualer. decis 290. nu 6. & decis. 360. nu.4. &
5. Mangil. de subhastat. quæst.140. nu.7. ac per
totam. Quæ quidem alienatio tam ex primo de-
creto immissionis in possessionem, quam etiam
ex secundo decreto adiudicationis in solutum
irrequisito domino fieri permittitur, ex quo ver-
samur in emphyteusi hæreditaria, atque ad ex-
traneos transitoria, non tamen fieri potest ad
præiudicium Domini directi ratione laudimij, &
canonum Franc.277. & decis. 488. nu 6. Man-
gil. de subhastat. quæst. 110. num. 10. & ita ex-
plicat Rota coram Caualer. dicta decis.360. sub
nu.4. versic. nec visæ fuerunt.

Ratione verò laudimij non soluti non potuit
declarari caducitas, tum quia non debetur nisi
17 ex secundo; tum quia emphyteuta † ob non so-
lutum laudimium non incidit in commissũ, Sur-
dus decis.200. n.8. cum ibi adductis per Hodier.
& ab hac opinione non videtur recedendũ quic-
18 quid in oppositum senserit † Capan. de Iur. rele-
uij par.1. quæst.11. nu.8.

Admisso igitur, quod D. Marchio Alexander
non susceperit inuestituram, hocque citra veri
præiudicium non ideò diceretur per eum incur-
sa caducitas, quæ præiudicium afferret B. Mar-
chioni Iulio eius filio, & successori, ac multo
minus D. Equiti dal Bene ab isto causam haben-
te; quæque in odium ipsius nunc validè, & ad
priuationem emphyteusis declarari posset ex re-
gula generali, atque ab omnibus communiter
admissa, quod caducitas † non declarata à præ- 19
decessore cõtra emphyteotam defunctum mini-
mè intentari valeat à successore contra hæredes
Bero. in cap. potuit nu.70. & seq. extr. locat. Ri-
pa in leg. fin. nu.236. C. de reuocan. donat. An-
gel. de Aret. in l. rei iudicatæ 16. §. hæredum,
ff. solut. matrim. Riminald. cons.326. nu.32. &
cons.388. nu.17. vbi assignat rationem, quia do-
minus tacendo cẽsetur remittere, Giurb. de feu-
dis §.1. glos 14. nu.56. Mantic. de tacit. & ambig.
lib.22. tit.27. nu.34. Ludouis. decis.529. nu.17.
Ferentill. ad Buratt. decis.617. sub nu.9. Martin.
Andrea decis.63. nu.3. Rota in Romana prætẽ-
sæ deuolutionis 18. Februarij 1636 coram Du-
nozetto, & in Mantuana feudi 17. Iunij 1641. co-
ram Roias. Et vbi præcedens conclusio non tãto-
liter penès Illustriss. Dominos sine controuersia,
eò quia ita demum procedat, si dominus caduci-
tatis incursæ scientiam habuerit, quæ vtique in
Serenissimo Principe defecisse videtur, vel saltẽ
præsumitur ignorantia, † cùm præcipuè non ip- 20
se immediatè, sed Ducalis Magistratus concedat
Inuestituras, Ludouis. dicta decis 529. num.18.
19. & 20. Surd. decis.181 nu.8. Ferentill. ad Bu-
ratt. dicta decis.617. sub nu.9. versic. limitatur
2. Bursat. cons.191 nu.11. & 12. Sacca cons.110.
sub nu.8. vers. & ignorantia, Giouagnon. cons.
59. nu.70. lib.1. Rosental. de feud. cap.6. con-
clus.61 nu.5. & in glos. D. Capran. de Iur. releu.
par.5. qu.9. nu.8. Ciarlin. controu.8. num.96.
Rim. cons.382. nu.1. & 2. Marc. Anton. var. re-
solut.98. nu.8. & seq. lib.1.

Vtique nobiscum existimarent attenta qua-
litate personarum, maximaque erga Serenissim.
Principes reuerentia in ipsis considerari nõ pos-
se ob dolum, culpam, siue contemptum negle-
ctam fuisse inuestituræ susceptionem, quibus
quidem cessantibus, cessat quoque caducitas in-
tentata, † quæ sine dolo, vel magna culpa non 21
incurritur, Mantic. de tacit. & ambig. lib.22.
tit.29. nu.23. Ciarlin. controuers.2. nu.17. Pe-
regr. cons.21. nu.19. lib.1. vbi alios cumulat, di-
centes Principem Munificum ex circumuentio-
ne temporis non facile vassallos feudis suis pri-
uare, quod repetit cons.8. num.31. lib.3. vbi in-
super addit, quod nullo Iure reperitur cautum
emphyteusim ob neglectam inuestituram amit-
ti. Manent. de contract. liuellar. quæst.17. nu.
38. Maximè quia hic caducitas ob non susceptã
Inuestituram proueniret ex dispositione legis,
ac veluti in pœnam, & odiosa reputatur, quod
non accideret, si contingeret ob pacta non ser-
uata, † quia tunc non censeretur pœna, sed na- 22
tura contractus Bald. in leg. placet 5. C. de Sa-
crosanct. Eccles. Rim. cons.363. nu.2. & cons.
391. nu.16. Surd. decis. 29. sub nu.11. Gratian.
discept. forens.515. nu.24. cum adductis per Al-
tograd. cons.24. nu.79. & 80.

Verumtamen vbi ex capite ignorantiæ excu-
saretur Serenis. Princeps, seu successor ob igno-
rantiam in prædecessore incursæ caducitatis ad-
mitte-

Digitized by Google

mitteretur ad eam declarandam non solùm cõtra hæredem, verùm etiam contra tertium possessorem, ne emphyteota ad imparia indicaretur, quippe qui non ex capite doli, aut fraudis, sed ignorantię qualitatis bonorum negligens in suse pienda inuestitu a prætermeteretur, saltem
23 per viã in integrum † restitutionis veniret succurrendum, vt ad rem & in puncto ratiocinantur Cagnol. in l.qui in alterius 43.num.46 ff. de regul. Iur. Clar. in §. emphyteusis, qu.8 versic. prosequendo materiam. Corb. de priuat. ob alienat. limit. 25.& ob non solut. can. ampl. 45. nu. 25 Rim. cons. 382. n. 1. & cons. 392. nu 14. latissimè Giurb. de succesf. feud. §. . glos. 14. sub num. 42 & a num. 54 vbi quod ignorantia in emphyteota præsumatur eo ipso, quod non probatur scientia nec quicquidam ex actis appareat, ob quod in dominis Marchionibus arguatur sciétia qualitatis horum bonorum, quod nimirum recognoscantur in emphyteusim à Ducali Camara, & cum onere suscipiendi inuestituram, non etiam valet consequentia, hæc bona recognoscuntur in emphyteusim ergo ad Inuestiturę susceptionem ar&tant, de contrario namque testatur Bursat. cons. 375. quatenus huius qualitatis, ac præcisę obligationis penitus Inscitatoram DD. Marchiones pater, & filius notitiam habuerint, ex quo diu in pacifica possessione permanserunt credendum quoque est, quod ad implenda per eos ad vnguem obseruauerint, seu indulgentia Principis illis remissa censeantur.

Prædicta ad litem in hac patria & maximè in foro vel sàtibus notorium esse qualitet à die ac qu sitionis istorum bonorum Illustriss. D Marchio Alexander litem suscipere, ac prosequi coactus fuerit, adeò vt ratione istius impedimenti excusatus reputatur, si Inuestituram non curauerit, nam qui patitur litem, & controuersia.n
24 per emphyteusim, † nõ tenetur interim erga dominum directi quicquam præstare Doctores in leg. solemnibus 25 C. de rei vind. eat. Roland. consil. 18. num. 18 lib. 1. Surd. decil. 6. num. 4. Gratian. discept. foreos. 456. nu. 19. & discept. 707. nu 20. & 21. & discept. 429. nume 4. Peregr. cons. 21. nu. 1. lib. . Giurb. de successf. feudal. §4. glos. 4 nu. 52 & 53. cum addictis per nos pro DD Baroonbus de Castrobarco. Maximè quia Dominus Marchio Iulius tunc Serenissimo D. N. ladulo, ac personaliter obsequia præstabat, quæ succedebant loco petitionis In-
25 uestituræ, quæ † nil aliud est, quam quædam quasi census deuotionis, ac reuerentiæ, seu pars seruitij Bald. in leg. 1. nu. 4. ff. de rer. diuisione. Rosenthall. de feud. capit. 6. conclus 29. num. 9. Clar. in § feudum, qu. 49. nu 1. Roland. consil. 40. nu. 3. lib. 3. Giurb. de feud. § 1. glos. 14. nu. 57. Emissio igitur petitionis Inuestituræ quatenus subesset, suppleretur ca præstatione continuatæ deuotionis in Principes, aut ab eis censeretur remissa, seu saltem absque dolo, & considerari neglecta, ita vt ex hoc capite sicuti non potuisset intentari contra eosdem DD. Marchiones caducitas, multò minus aduersus D. Equitem dal Bene proponi potuerit.

Hinc fit quod proclamata in actis producta inuitantia emphyteutas sub pęna caducitatis ad renouandum Inuestituras non officiant. Quoniam D. Marchio tanquam certus, † ac speciali 26
nota dignus particulariter erat promonendus, non autem per edictum Zabarell. consil. 74. & cons. 128 Bursat. consil. 253. num. 60. Roland. consil. 64. nu. 14. Peregr. cons. 21. num. 22. lib. 1. & quamuis non desint, qui contrarium profiteantur, ac simpliciter loquendo assertio huiusmodi tuta non videatur, concurrentibus tamen circumstantijs superius recensitis inoffenso transit pede, & cessat omnis protsus amaritudo.

Defectus Iurisdictionis in Senatu Excellentissimo, & caducitas exinde intentata pluribus, & facillimè euitatur. Vel enim iudicium Saluiani coram illo amplissimo ordine agitatum validum reputatur, & frustra ex hoc capite caducitas proponitur, & validum esse censendum venit cum nullibi ostensum fuerit in præmissis Iurisdictionem spectare ad Illustrissimum Ducalem Magistratum priuatiuè quoad alios Iudices, & potissimum Supremos, & quod Dominus Aeques cognitionem habuerit illius qualitatis bonorum, vel nullum pronunciandum venit, & pariter caducitas non intrat, quia sicuti ex actu
nullo † non transfertur, neque dominium, ne- 27
que possessio ita neq; ex tali actu incurritur caducitas arg. leg. 4. §. condemnat ff. de re iudic. Bald. in leg 2. co a. versic. ex prædictis Cod de Episcop. audiend. Iul. in leg. fin. nu. 139. & seq. Cod de iur. emphyt Corbul. de caus. priuat. ob alienat. limita. 2. Tiraquel. de retract. lignag. §. 1. glos. 2. num 6. Surd. decis 220. nu. 40 cum infinitis alijs, quos lectura prætermitto. Et quod
vbi agitur hypothecaria, † cu Saluiano respectu 28
Iudicis non attenuatur qualitas bonorum, sed solummodo ipsius rei, num scilicet coram tali Iudice conueniri possit e litigitur ex traditis per Caroc. decis. sen casu 117. nu. 5. vbi quod vigore hypothecæ agi possit coram iudice laico, quãtumuis petitur res in emphyteusim recognita, & cuius cognitio regulariter ad Ecclesiasticum, spectat, & nihilominus respectu incompetentiæ magis dittat laicus à iudice Ecclesiast co, quã faciant inter se duo sæculares, qui cum fiot sub dominio † eiusdem Principis inter se potiùs conuenire videntur, faciunt latissimè tradita per Ciarlin. controuers. 17. nu 17. & per totam, vbi præsentem effectum iudicia competentiæ, quod Dominus extare non videatur, si de eius præiudicio non agatur. Quam conclusionem ego etiam pluribus comprobaueram in causa feudorum Curiæ Pod j. Accedit insuper, quod in causis, in quibus agitur, & contenditur de sola
possessione † iudex competés dicitur ordinarius 29
ipsarum personarum, concedentium ad tradita plena manu per Cyr ac. controuerf. 381. nu. 18. & seq. ac per totam, & vterque ipsorum defendunt hanc partem a contrarium sentientibus.

dum

dum volunt iudicem possessoris dici competen-
tem, ad quem spectat cognitio principalis ne-
gotij. Huius tamen articuli cognitionem indi-
gestam relinquo tanquam alias à me diligenter
discussam in causa feudi Curiæ Podij.

Tandem non video, quorsum interuenientes
pro Ducali Camara tandiu continuerint, inter-
tique ora continuerint, non proponendo iudi-
cium aduersus Dominos Marchiones, quibus
incumbit onus assumendi defensionem præsen-
tis causæ. Quippe quia Dominus Eques dal Be-
ne non dicitur legitimus contradictor. Tum
primò, quia iuxta magis receptam opinionem
31 iudicium † caducitatis dicitur respicere merita
causæ, concernere petitorium, & attingere do-
minij vtilis cum directo consolidationem, Scac.
de appellatione quæst. 17. limitat. 6. numer. 3.
54. & sequent. Ias. consilio 187. in principio,
libro secundo. Contard. de moment. possess.
quæst. 15. verbo Caducitas num. 1. Altogradus,
consil. 23. in principio. Ratio assignari poterit,
quia Dominus Patrimonialis non egit tantum-
modo ad recuperandam possessionem, sed etiam
ad priuationem ipsius rei in emphyteusim Do-
minis Marchionibus concessæ. Quam quidem
actionem maxime ad priuationem dominij in-
tentare minimè debuit aduersus Dominum E-
quitem illud non habentem, & tamen priuatio
32 † præsupponit habitum, quia nemo priuatur ni-
si prius habuerit id, ad cuius priuationem agi-
tur Iuribus cumulatis per Barbosam axiomate
179. numero prim. Cyriacum controuers. 207.
numer. 31. & sequent. Burattum decision. 245.
numer. 14. Quod autem per Saluianum obtinens
33 non dicatur dominium † acquisiuisse, nec per
illud rem cunctam tradunt Statil. Pacific. de Sal-
uiano inspect. quarta, capite primo, numer. 146.
Beltram. ad Ludouisium decision. 85. numer. 11.
Buratt. decision 240. numero vndecimo, & ibi
Ferentill. littera B. Nec minus ad priuationem
possessionis, quandoquidem Dominus Eques,
34 non sibi, sed Domino Marchioni † possidere di-
citur, Surd. consilio 481. numero 14. Beltram.
ad Ludouisium decision. 89. numer. 11. in fine.
Duand. decision. 70. numer. 5. quæ est decis. 49.
par. 5. & decis. 172. numer. 8. eadem part. 5. &
decision. 257. numer. 10. & sequent. part. 6. re-
cent. Ergo sine Iure, & actione accessit Domi-
nus Patrimonialis ad iudicium, eoque magis
pulsando Dominum Equitem, ad quem sicuti
non spectat defensio, ita dici nequit legitimus
35 contradictor † adeout repellendus veniat à limi-
ne iudicij, etiam si ex latere ipsius Domini Ae-
quitis super hoc non insisteretur. Cyriac. contr.
321. nu. 3. 4. & 5.

Cæterum prædicta omnia dicta sint ex abun-
danti cum ex superius discussis liquido constet
non esse locum caducitati, & quatenus in præ-
missis subesset aliqua dubietas, cum tamen opti-
mis rationibus comprobata appareant vtique in
36 dubia caducitati † non esse locum veniret pro-
nunciandum, cum pro illius exclusione omnis
capi debeat possibilis interpretatio, Rota deci-
sion. 293. numer. final. par. 6. recent. & in Man-
tuana feudi 17. Iunij 1641. coram Roias. Ani-
maduertendo demum, quod maior pars terra-
rum à Ducali Camara in controuersiam dedu-
ctarum sunt liberæ, & allodiales.

Quare &c. Saluo &c.

ARGVMENTVM.

Creditum pro Deganeis, Contributionibus, ac gabellis habet priuilegiũ hypothecæ cum prælatione alijs. Dotis anterior præfertur, & debitum per hæredes promittentis absq; interpellatione parit vsuras, maximè si dos succedat loco legitimæ. Fructus ab hærede beneficiato, eoque creditori anteriori percepti non computantur in sortem, & potissimùm post adiudicationem bonorum summarum diuersitas, obligationum, & contractuum pluralitatem arguit.

SVMMARIVM.

1 *IVdex non tollit, neque minuit tempus præscriptionis.*

2 *Fiscus pro tributo, seu contributionibus præfertur omnibus creditoribus. Fallit in tributo extraordinario, num. 3. Sed contra, nu. 4. Pro gabella habet hypothecam, nu. 9. Contra, nu. 10.*

3 *Creditor pro rei conseruatione habet hypothecam cum prælatione. Pro nomine debitoris obligato agit hypothecaria contra eius bona, ac sui debitoris, nu. 17. Facta sibi bonorum debitoris assignatione facit fructus suos, num. 10.*

6 *Collecta soluenti pro alio assignatur possessio.*

7 *Deganea habet hypothecam cum prælatione.*

8 *Deganeam soluere tenetur possessor de tempore impositionis, non succedens, & possidens tempore exactionis.*

11 *Emphyteusis etiam absq; assensu cadit in hypothecam fauore dotis.*

12 *Emphyteusi deuoluta ad dominum, vel agnatos resoluuntur hypothecæ, vbi non adest assensus.*

13 *Prior in tempore, potior in Iure. Amplia, vt num. 17.*

14 *Prioritas hypothecæ consistit etiã in momẽto.*

15 *Nomen debitoris venit in generali obligatione. Vnà cum accessorijs & obligationibus, num. 16.*

19 *Retentio datur soluenti anterioribus, siue reportauerit Iurium cessionem, siue non.*

20 *Accolatio vim habet solutionis.*

21 *Solutione eius, quod debetur, omnis tollitur obligatio.*

Senten-

22 *SententiaSenatus habet præsumptionē pro se.*
23 *Rei iudicatæ exceptionem proponens, non dicitur renunciasse rei iudicatæ, aut pati de eius viribus disputari.*
24 *Dotis fructus habet filia. In pactum deduci possunt, num.26.*
25 *Mora fauore minoris, & pupilli ipso iure incurritur.*
27 *Interesse damni emergenti laicè percipitur.*
28 *Hæres cum beneficio legis, & inuentarij non facit fructus suos, quando scit adesse æs alienum. Fallit, vt num.29.*
31 *Copia copiæ fidem non facit. Eoque magis testamenti, num.32.*
33 *Summarum diuersitas pluralitatem debiti arguit.*

Allegatio LI.

Adsit Deus.

SEries facti in Causa Castrobarchensi aduersùs Creditores hæreditatis Galuanæ, seu bonorum eisdem de Castrobarco assignatorum, ad inferiùs dicenda restringitur.

Domina olim Commitissa Francisca ab Arcu matrimonio desponsata extitit D.Carolo de Galuania cum dotis constitutione ducatorum sex millium à solidis nonaginta tribus in singulo ducato; istud autem successit vsque sub die 9.Iunij 1583. Susceperunt dicti Iugales inter alios filios legitimos, & naturales D.Lauram, quam die 31.Maij 1616. nuptui tradiderunt D.Scipioni Baroni de Castrobarco, cum dotis promissione florenorum quatuordecim mille. Mortuo D. Carolo de Galuania, superstite eius vxore, & post se relictis duobus filijs Masculis Maximiliano, ac Ioanne Baptista, subinde ex hac luce migrarunt præfati Iugales de Castrobarco. Successiuè autem, & quoad vixit D. Maximilianus quamplurima contraxit debita, annuos census constituit, quibus D Francisca eius mater, tanquam fideiussor principaliter, & insolidum se obligans cum amplissimis renunciationibus accessit; ac demùm vxorem duxit, & occasione dotis restituendæ ingens æs alienum iam antea contractum auxit.

Vitam pariter cum morte commutarunt tam D.Maximilianus, quàm etiam D. Io.Baptista fratres de Galuanis, quorum D. Francisca mater hæres extitit, quaquè vita functa, hæredes beneficiati se fecerunt DD Carolus, & Franciscus fratres de Castrobarco ipsius D. Franciscæ, ex Laura eius filia nepotes, cuius aditionis causa à pluribus hæreditatis Creditoribus molestijs, ac litium sumptibus vexabantur, & coacti fuerunt soluere.

RR. Monialibus Cantelmę, ex persona Rev. Sororis Galuaneæ earundem materteræ, scuta.

RR. Monialibus S.Vrsulæ, ex persona Rev. Sororis Iulianæ Canutæ pro capitale census cū decursis, scuta.

Serenissimæ Ducali Cameræ pro dotijs contractuum debitis per defunctos de Galuaneis, scuta.

Pro Contributionib' impositis de annis 1650 & 1651. scuta.

Pro Deganea maiori Aggerum Padus, scuta.

Et continuò ab alijs Creditoribus eiusdem hæreditatis molestia afficiebantur. Vnde cùm pro residuo dotis maternæ Creditores adhuc reperirentur magis priuilegiati, atq; anteriores in summa scutorum quatuordecim millium, computatis interusurijs dotalibus vsque tunc decursis, sibi tot bona hæreditatis prædictæ auctoritate Senatus Illustrissimi insolutum assignari, seù separari obtinuerunt. Verùm quia ipsorū quieti, atque indemnitati sufficienter non erat consultum, ex quo in bonis sic vt supra assignatis indebitè in iudicium traherentur, periculumque immineret, ne ex abrupto sequestris grauarētur.

Hinc propterea ad S.C. Serenissimam recursum habuerūt, & ad effectum impositionis perpetui silentij rescriptum Ducale Excellentiss. Senatui directum cum clausula, Aliquo non obstante, reportarunt; eo enim sublato, Iudex † nō 1
potest tollere, aut minuere tempus præscriptionis, neque etiam per proclamata, & editas, Bart. in l. 2.ff.de re iudic. Rip. in l rem quę nobis, 55. n.41. & 42 ff.de acq.poss. Plot.in l. si quando, C. vnde vi in verb. Decretum ad Indas, Rolan. post alios cons.72.n.2.lib.3.Menoch.cons.224.nu. 27.Io:Franc.Audr.contro.59.n.3.4.88. In executione cuius per citationes personales certis, ac per ædicta publica incertis vocatis Creditoribus, plures, & propemodum innumeri comparuerunt prætendentes, multiplices, ac varias in medium afferentes exceptiones, quibus credita ipsorum Fratrum si non in totum elidere, saltèm in parte maxima diminuere satagebant.

Prima exceptio fundamentum habebat in anterioritate quoad Creditores, cum fideiussione D.Franciscæ.

Secunda consistebat in eo, quod non deberētur dotis interusuria.

Tertia, quòd in ipsorum creditis fructus ex Curia Galuaguinæ perceptos tenerentur excomputare.

Quarta, ex eo, quod in quoddam asserto Testamento præfati D.Baronis se creditorem fecerit de scutis duntaxat mille, ibi, *Dall'Illustriss. Sig. Massimigliano Galuagni suo Cognato qui in S. Michele scudi mille, de' quali è obligato pagar per rata scudi ducento.*

Ad euertendas huiusmodi exceptiones præter ea, quę in facto replicabantur, considerandum proponimus, nullam prorsùs subesse dubietatē, quin nostri principales pro contributionib' per eos occasione bonorum, & hæreditatis Galuaneæ in satis egregia quantitate solutis † omnibus 2
prætensis Creditoribus, quantumuis priuilegia-

Digitized by Google

tissimis, præfecti debeant, vt probat textus in l. C. si propter pub pensitat. vbi dicitur, quod Fiscus pro tributo præfertur cuicunque anteriori creditori quoad prædium tributarium, & ibi hoc notat Bald. n. 1. in a. notab. Parpal. in l. placet, 5. num. 98. C. de sacros. Eccles. Castrens. in l. Imperatores, 7. in fine, ff. de public. & vectigal. Glos. & DD. in l. 1. C. in quib. caus. pæn. tac. contrah. Rol. à Valle cons. 79. nu. 2. lib. 4. Mantic. de tacit. & amb. lib. 11. tit. 18. n. 13. & 14. Natt. cons. 71. n. 3 Rimi. iun. cons. 25. n. 3. & seq. Surd. cons. 145. n. 1. ac per totum, & cons. 26 a. nu. 1. & decis. 31 1. n. 5. cum ibi notatis per Hodiern. Ossasc. decis 91. n. 4. & decis. 95. nu. 12. Gratian. discepta. 784. nu. 25. in fine, Statil. Pacific. de Saluian. inspect. 3. c. 4. n. 523 & latè examinat Merl. de pignor. & hypoth. lib. 3. qu. 6. nu. 18. & seq.

Neque obstaret si opponeretur, prædictam conclusionem in se veram, atque indubitatam esse in oneribus ordinarijs, seu rebus annexis in perpetuum, non tamen applicari ad præsentem controuersiam, ex quo versamur in oneribus
3 extraordinarijs, † seu potiùs repentinis successiuam causam non habentibus, & pro quibus tacita legalis hypotheca cum prælatione non competit, Bald. in c. 1. n. 16. de pac. Constantin. Ruin cons. 111. n. 1. & infra lib. 5. Crauet. cons. 872. n. 4. 5. Bero. consil 151. nu. 29. & 33 & consil. 151. nu. 3 & 4. lib. 1. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 11. tit. 18. num 25. Surd. cons. 146 n. 17. & seq. & cons. 168. n. 51. Statil. Pacif. de Saluian. insp 3. cap 4. n 24. Cæterum, quicquid olim esset de hac opinione, de qua valdè dubitauit Surd. d. co consil. 146. sub nu. 21. vers. et verum, quod magis placet prior resolutio, quia hęc non caret difficultate, quatenus scilicet distinctionem facit inter onera ordinaria, & collectas, seu contributiones causa belli exactas, & impositas, connumerando istas inter extraordinaria, cum tamen hodie onera omnia etiam extraordinaria, ex continua, atque in cæterata præstatione quandocunque accidit occasio, seu necessitas, pro ordinarijs haberi debeant, & pro ipsis Principi, seu Fi-
4 sco † cum prelatione respectu creditorum priuatorũ etiam anteriorum detur hypoth. per text. in dicta l. ibi, potior enim est causa tributorum quibus priore loco omnia bona cessantis obligata sunt, C. si propter pub. pensitat., quem in proposito ponderarunt Merl. contro. 2. per tot. vbi in fine refert factum Consilium decidisse pragm. 5. Regni, § 14. de administr. rer. Vniuersit. mandante præferri credita ex causa onerum etiam extraordinariorum cuicunque credito priuato anteriori assistere ius commune, Florez. de Mena lib. 1. var. q 6. cart. 3. num. 19. vbi infert, quod Fiscus habeat hypothecam priuilegiatam, & præferatur omnibus pro debitis, ex seruitio nouo Delos millones, ex eo quia est impositus ob præcipuas, & vrgentes bellorum, & Regis necessitates. paul Christineus decis. Curiæ Belgicæ tom. 3. tit. 46. lib. 4. decis. 72. nu 2., vbi quod passim ità indicat suprema Curia Belgica, quia Principes ad instar est primæui, directique Domini, quem constat præferri omnibus Creditoribus anterioribus, latè Caren resol. 93. per totam, & faciunt tradita per Merlin. de pignor. & hypothec. lib. 3. d. qu. 6. nu. 10. Siuè ergò contributiones, de quibus agitur, inter onera ordinaria, siuè inter extraordinaria reponantur, semper, verum erit dicere, quod DD. Barones proportionabiliter aduersus quoscunque Creditores rationem habeant.

Istud autem peculiari alia ratione suadetur, quoniam ne funditus per milites deuastarentur ædificia, prælibatum onus indictum, atque solutum extitit, tendeas potissimum ad manutentionem † bonorum eorundem et Ciuiũ; quic- 5
quid autem impensum apparet in rei conseruationem, hypothecam cum prælatione tribuit, l. interdum, 5. cum l. seq. ff qui pot. in pign. hab. Rip. in l. 1. nu. 3 ff. in quib. caus. pign. vel hypoth. contrah. Stat. l. pacif. de Salu. inspect. 3. cap. 4. à nu. 655. vsq. ad 664. Amat. resol 3. per tot. Marta Medic. ad decis. Senen. examinat. n. per tot. & decis. 19 nu. 14. & per tot. Grat. disc. 670. nu. 8. & 9. Buratt decis. 62. vbi Ferretill. nu. 10. A Ponte decis. 34. n. 30. 49 & seq. Staiban. jun. resolu. 81. nu. 16. latè Merl. de pign. & hypothec. lib. 3. q. 5. per tot. In tantum quòd soluenti collecta † pro 6
alio, assignatur possessio, pro qua soluit Barto. in l a. C. de apoc. public. lib. 10. Castan. in consuetud Burgund. 9. rub. § vers. sed eis assignabitur possessio, pro qua solutum, cũ adductis per Lancellott. Gall. cons. 6. nu. 21. & faciunt tradita per Surd. consil. 444 nu. 10. & per tot & dicta decis. 31. num. 1. Gratian. discept. forens. 154. num. 22. & seq.

Nil dicam de solutionibus per eosdem DD. Fratres factis pro debito Deganeæ † causa impo- 7
sitionum tactarum antequam ipsi possessionem Curiæ Caluagninæ adipiscerentur, quod enim solutum pro Deganea prælationem pro repetitione, seu retentione bonorum eidem obnoxiorum habeat, seu nascatur in ordinibus huius Patriæ speciatim cauetur, ad notata per Surd dicta decis. 31 t. nume. 1. ac per tot., quod autem in solutione collectarum pro Deganea impositarum attendatur tempus indictionis, † & te- 8
neatur persona, quæ rem solutioni obligatam possidebat, non verò tempus exactionis, & persona tunc succedens, eò quia distributio quæ fit inter particulares per æs, & libram retrotrahatur ad diem impositionis, tradũt post alios Surd. dicto consil. 146. numer. 11. & 12. Io. Anton. Belson. cons. 69. nu. 52 & 53. & faciunt tradita per Merlin. de pignor. & hypothec. lib. 3. quæstion. 7. in fine: Minusque de erogatis in extinctionem debiti contracti ex causa gabellarum, quamuis enim pro eis non competere † 9
hypothecam in bonis in contractum deductis voluerit Statil. Pacif. de Saluian. inspect. 3. cap. 4. sub numer. 502. vers. nec etiam aduersatur, ibi, cum pro gabella bona non dicantur obligata, Surd. decisio 31. sub numero 10. Gutierez de gabell.

10 gabell.quæst 169.num.4. Attamen † in contra-
rium facere videntur notata per Bart. in l. pla-
cet, 5. num.14.& 15. C. de Sacrosanct. Eccles.
Tusc.pract conclus.22.num 9.lit.G. & conclus.
303.num.56 lit.F.Marg.Burg.de laudim.part.4.
inspect.3.num.25.Girond.de gabel. part 4. §.1.
num.3. & 10. & latiùs examinat Merlin. de pi-
gnor. & hypothec.lib.5.d.qu.6.nu 7.

Insuper eorum fauore in odium, atque ad
omnimodam creditorum exclusionem, dictis
heods erit petia terræ emphyteutica, ob non so-
lutos canones ad Ecclesiam S. Aegidij, seu Re-
ctores reuersa, & de qua ipsi fratres de Castro-
barco,ex gratia speciali Inuestituram suscepe-
runt, non obstante quod etiam absque assensu
11 † emphyteutica fauore dotis in hypothecam in-
cidant, Manent, decis.49 per tot. & decis.48.
num.16.& 17. Merlin.decis.Lucens.37.num 4.
& 5. Surd.decis.160.& Hodiern.ad eund Surd.
decis.93.nu.9.& 10.vbi cum Manent amplia.
procedere etiam si maritus in Testamento fate-
retur se dotem recepisse, dummodò dotis pro-
missio præcesserit, Pacific.de Saluian. inspect.3.
cap.2 num.69.Datan.decis.145.num.35.Merl.
de pignor. & hypothec.lib.2.quæst.8 num.25.,
vbi enim emphyteusis Ecclesiastica ob canoné
non solutum, seù ex quacunque alia legitima
12 causa in commissum cadit,† Tunc ipsa apertitur
Domino libera ab omni onere, seù hypotheca,
Bald. in l.lex vectigalis. 31.ff.de pignor. Amat.
consil.10.Fab. de Ann. consil.81. lib.1. Seraph.
decis.1290.n.13.alios cumulat Hodiern.ad Surd.
decis.269.num 3.Cyriac.controu.55.numer.41.
& controuers.324.num.23.& controu.446.nu.
4.10. Bapt.Bilach conclos.feud.13. per tot., ac
consequenter immunis quoque censeri debet
ab omni onere penes Illustrissimos DD.Baro-
nes de Castrobarco ab Ecclesia immediatè cau-
sam habentes, Caraceiol. decis.29. nu.19. cum
seq. Anton.de Amat.var.resolut,88.nume.8. &
seq.

His sic præmissis, accedo nunc ad resolutio-
nes,seù cófutationes exceptionum, quæ aduer-
sus prædictos de Castrobarco excitabantur, &
quemadmodum in facto negari nó potest,prius
contractam obligationem, & inductam bono-
rum hypothecam fauore D Franciscæ ab Arcu
matris, quam insurgere potuerit quoad perso-
nam D. Baronissæ eius filiæ, ita quoque con-
cludendum est in eius iuribus potiorem, magis
priuilegiatam, anterioremque reputari ex vul-
13 garissimo Iuris axiomate, prior in tempore,† po-
tior in iure, c.qui prior, de reg.Iur.in 6.l.quo-
ties vtriusque, 9. ff. de reg. Iur.L. qui balneum,
in princ.& l. potior, 11. pariter in princ. ff. qui
pot.pign.hab.Dec.consil.689.num.1.Barbos.a-
xiom.188.num.1.Cyriac. controu.338. num.16.
Thomat.decis.Maceraten.95.num.20.Leoncil.
decis. Ferrar.54. numer.8 Buratt.decision.905.
numer.1. Surd. decis.13.num.9.& decis.255.n.
1. cum seq. Gratian.disceptat.forens.663.num.1
Rot.decis.139.num,6.part.4.recent. & decis.29
num.2. apud Nigr. de subhastat dixi Allega.21.
num.62.fol.169 lib.1., vbi quod procedit re-
gula, tametsi res hypothecata fuerit translata,
& alienata in possessoré, Altograd.consilio 19.
nomer.1. Amat.resolut.5.num 1.Mart.medic.ad
decis.Senen.dicta examinat.11.num.1. & decis.
80.numer 1. & decis.75.num 9. Merlin.de pign.
& hypothec.lib.4.quæst.2.num.1.& 9. vbi ex-
tédit regulam in concursu duarum dotium, Fon
tanell.decis.559.num.2.quæ quidem prioritas
† temporis,& hypothecæ,considerat ur etiam in 14
momento, argumento text in l. placet, 88. ff.
de acqu hæred.& in l. Arethusa, 15. ff. de stat.
hom. Dec. in cap. pastoralis, nu.15.de rescript.
& dict.consil.689.num 2. & 3. Gaill.pract. ob-
seruat.25. num.3.lib.2.Mart.vot.75.sub num.12
Decian. consil.409. num.27.lib.2.Tusch. pract.
conclus.465.num.4 lit P.Cyriac. controu.425.
num.8.Barbos.dicto axiom.188.nume.2. Statil.
Pacif de Saluian.inspect.3.cap.2 n.439.Merlin.
de pignor. & hypothec. lib 4. quæst.4. numer.
2 Quapropter cùm in obligationibus,per eam
pluries fideiubendo,pro censibus à filio constitu
tis, susceptis, seu contractis censeatur in gene-
rali bonorum hypotheca † comprehendisse no- 15
men debitorum suarum dotium, l.3. vbi Bartol.
Bald, & alijs, C. de hæred. act.l.vxori meæ, 37.
vbi Bart. nu.2 C. de vsufruct.legat·Cyriac.con-
trouers.338.num.2 Fontan.de pact.nupt claus.
6. glos.1. part.1.num.19 ,& latiùs comprobaui-
mus pro eisdem nostris principalibus aduersus
Monasterium S. Vrsulæ, ex persona Reu. Soro-
ris Iulianæ, & nunc addo Buratt. decis. 687.nu.
3 cum infinitis nouissimè cumulatis per Merl.
de pignor. & hypothec.lib.2.quæst.29.nume.2.
vna etiam cum obligationibus accessorijs, † hy- 16
pothecis competentib⁹ ipsi D. Committissæ o-
bliganti,ac fideiubenti contra bona sui debito-
ris, Bart in l. grege, §. 5. cum pignori, sub nu.
1. vers, iudicas quando nomen, & ibi Salyc sub
num.4.versicul.aut non est expressum aliquod
prædictorum, ff. de pign. latissimè prosequitur
post alios Cyriac.controuers.339.num.9.& seq.
& dixi in eadem Causa Monialium S. Vrsulæ,v-
bi in necessarium cósequens deducebam, quod
Creditores in fideiussorem habentes D. Franci-
scam, poterant hypothecarium intentare † ad- 17
uersus bona matris,nunc possessa per DD Baro-
nes,ad computum dotis maternæ, & aliorum
creditorum, atque in iudicium deducta, ac pro-
clamata causa reportandi perpetuum silentium,
omnimodam securitatem, per text. in l. postquã
6. C. de hæred. vel act. vend. Peregr. consil.75.
num.4. lib.3.Cyriac.dicto controuers.339. nu.
11. Quandoquidem in hypotheca nominum de-
bitorum sicut, & in qualibet alia potior est, qui
prior † est in tempore etiam ex iure nominis de- 18
bitoris, Angell. in l. pupillus, 24. sub nome.1.
vers. similiter si creditores, ff. quæ in fraud.cre-
ditor. Cyriac.dicto controuers.328. num 16. in
fine, Merlin.de pignor. & hypothec. lib.4 quæ.
2. num.10. & 11.

Cœterum quo magis fundamentum illud in
præsenti casu tam in facto, quàm in Iure subsi-
stens, ac infragabile videtur, eo facilius ex fe-
rie facti prosternitur, quippè quoniam dos D.
Franciscæ consistebat in docatis sex mille à so-
lidis nonaginta tribus pro ducato constituenti-
bus scuta à libris sex quatuor mille sexcentum
quinquaginta, ad computum cuius DD. Baro-
nes computata sorte cum liuellis partim solue-
runt, partim in se accollarunt creditum directi
Monasterij S. Vrsulæ erga illud constituendo
se debitores cum cessione Iurium per eos repor-
tata pro summa scotorum mille octocentum cir
citer ingrediendo locum ipsius Monasterij, seù
D. Franciscæ vti fideiussoris principalis constitu-
tæ, à quo ipsum Monasterium ex persona Reo.
Sororis Iulianæ causam habebat. Vndè cum sua
pecunia nostri principales dimiserint D. Fran-
19 ciscam potiorem creditricem, † cui obligatum
erat prædium Galuagninę ipsis pro credito do-
tali matris assignato, in tantum quòd pecuniæ
exbursatæ peruenerunt, ac peruenire debent ad
eandem potiorem creditricem, seù eam repre-
sentantes, qui in Iura ipsius successerunt, adeout
etiam ex Iuribus D. Franciscæ iusta defensione
se tueri possint, l. si potiores, 3. C. de his, qui in
prior. credit. loc. succed. Gratian. decis. March.
66. num. 8. & discept. forens. 269. num 8. ac per
totam, & disceptat 734. num. 18. Fetenill. ad
Baratt. decis. 420. num. 10. cum adductis per Ca-
ren. resolut. 11. num. 6. 7. ac per tot. vbi inquit
istud transire absque scrupulo, secluſa etiam Iu-
rium cessione, Cyriac. contron. 224. num. 12. &
13. & controuers. 308. num. 76. dixi Allegat.
3. nume. 7. & 8. fol. 58. lib. 1. vbi quod cessio-
narius dotis consequatur priuilegia crediti mu-
lieri competentia, Guilelh. Anth. de rescript.
& morat. conclus. 47. per tot. Duran. decis. 401.
num. 4. vbi quod cessionarius dotis succedat e-
tiam in hypothecą, Altograd. dicto consilio 16.
num 2. & 3. vbi quòd cessionarius ingreditur
in l. cum cedentis, & succedat in eius priuile-
gia, & prerogatiuas, possitque se tueri ex prio-
ritate, & anterioritate pignoris, hypothecæ sui
authoris etiam ex causa dotis, Staiban. Iun. di-
cta resolut. 81. num. 4 & 6. & resolution. 84. nu.
2. Menoch. de pignor. & hypoth. lib. 4. qu. 132.
numer. 44. ac per tot. & post. tractat. decisio. 53.
num. 18 & seq. Quoniam cùm DD. Barones e-
tiam absq; cessione, ex quo reperiuntur in pos-
sessione, de iure haberent retentionem pro
summa sic vt supra soluta, vt animaduertit Fon-
tanell. decis. 48 numer. 27. Merlin. de pignor. &
hypothec. lib. 4. quæst. 44. num. 8. & seq., & vi-
gore Instrumenti amplissimam reportauerint
cessionem, inde propterea fit, quod in diminu-
tione dotis D. Franciscæ cesserint solutio, atque
20 accolatio, † ideoque à posterioribus pro dicta
summa etiam habentibus D. Franciscam in fi-
deiussorem molestari nequeant, neque enim in
controuersiam reuocari potest, quin respectu
D. Franciscæ per accollationem capitalis cen-
sus extinctio non fuerit inducta, ipsaque libe-
rata à iure obligationis per fideiussorem eius
iuribus dotalibus iniuncto, Gratian. discept. fo-
rens. 321. nume. 6. Mangil. de subhast. quæst. 14.
num. 3. & quæst. 168. num. 4. dixi Allegat. 27.
num. 43. fol. 498. lib. 1. & pro D. Præside Mar-
chione Merlin, & nunc addo etiam Post. de sub-
hast. insp. 37. num. 56. & 57. & post tract. decis.
64. num. 12. & in terminis Buratt. decis. 749. n.
10. Merlin. de pignor & hypothec. lib. 5. qu. 13
Residuum autem dictę dotis extinctum dici-
tur per solutionem factam, † seù dationem in- 21
solutum de tot bonis DD. de Galuanis Vene-
rabili Societati Beatissimæ Conceptionis Vir-
ginis Mariæ erectæ in Ecclesia S. Francisci, quæ
& ipsa ad exclusionem aliorum creditorum etiā
in tempore anteriorum obtinuit, non quidem
ex Iuribus proprijs vti posterioribus, sed vigo-
re obligationis secum initæ per D. Franciscam
ab Arcu medio fideiussionis, qua solutione eius
integraliter, atque in excessu, quod debebatur,
omnis sublata est obligatio, & extinctum Ius
quodlibet prætensum ab alijs Creditoribus
etiam cum fideiussione ipsius Dom Franciscę,
Instit. quib. mod. toll. oblig in prin. l. ammissi,
52. alias 53. §. fin. ff de fideiuss. l. si indebita, 25.
in fine C. eod. tit l. fideiussores, 20 de dol. mal.
Cyriac. contron. 124. num. 6. & controuer. 169.
num. 11. Surd dicta decis. 113. numer 2. Thomæ.
decis. Macerat. 67 num. 5. vbi de solutione facta
à tertio, vt in casu nostro, de bonis tamen debi-
toris principalis, & fideiussori obligatis, Bucaff.
decis 283. num 1. Rot. decis. 262. num 13. par. 6
recent. Mart. Medic. examin. 47. nume. 20. vbi in
datione in solutum loco solutionis, Post. de sub-
hast. inspect. 17. nu. 93. vbi quod solutione par-
tis debiti extinguitur ipsius debiti pars, Alto gr.
consil. 89 nu 14. Hieronym. Buccafer. cons. 86
num. 2. & 3. Io. Franc. Andr. controuers. 30. nu.
1. Guilelh. Ant. de rescript. & morat. conclu. 5.
num. 132. Ciarlin. contou. 52. num. 40. Merlin.
de pignor. & hypothec. lib. 5. quæst. 1 Et quæ di-
ximus de solutionibus prædictis in causa dotis
D. Franciscæ emanatis, idemquoque dicendum
venit quoad solutionem factam RR. Monialib.
Cantelmæ ex persona Monialis Galuagnæ, &
quæ inter antiquiores, ac magis priuilegiatos
creditores connumeratur, vt indicant acta, &
processus cum eadem compilatus, ac in præsen-
ti causa ad probandum de Iuribus exhibit., qui-
bus omnibus simul coacertatis tantùm abest
quod vltra eorum credita possideant, quod im-
mò ingentis adhuc summæ creditores preexi-
stunt.

Neque enim, & sic aggreditur secundum ar-
ticulum, ex ipsorum credito detrahi debet in-
teresse, pro quo etiam bona sibi insolutum assi-
gnari obtinuerunt, eis namque pluribus nomi-
nibus debitoni, ac consequenter firmum stare
omninò debere deducta in processu compro-
bant; quę quidem à recto Iuris tramite non di-
stare conuincitur.

Primò,

Primò, quia obstat huic exceptioni replica-
tio rei per supremum Tribunal aduersus legiti-
mos contradictores iudicatæ, pro quibus sanè
22 sententijs semper præsumitur latis, † prout fer-
ri debebant, & Iudicē etiam ita declarasse, ma-
ximè in supremis Tribunalibus, Fontanell. dec.
271. num. 3. & 4. & dec. 272. num. 7., vbi quod
in Senatu non retractentur ex eisdem actis sen-
tentiæ, Cyriac. controu. 81. num. 29. & seq., de
cuius sanè rei iudicatæ viribus cognosci nequeūt
23 dici passi, † ac consequenter renunciasse, cùm
de re iudicata opposuerint, Felin. in cap. inter
Monasterium, num. 23. ibi, nisi de viribus pri-
mæ sententiæ fuerit cognitum parte non oppo-
nente exceptionem rei iudicatæ, extr. de sent.
& re iudic. Cyriac. controu. 187. num. 24. Mart.
consil. 10 num. 4. Gallerat. de renuoc. 172. cent.
2. num. 8. Caren. resolut 77. num. 20., vbi quòd
nunquam censeatur renunciatum rei iudicatæ,
nisi expressè id fiat, aut necessario ex actis resul-
tet; vtrumque autem hic cessat, ex quo super re
in hoc iudicata institutum fuit.

Secundò, quia hic non agitur de dote ab he-
redibus mariti repetenda, quo casu intrant con-
siderationes per aduersarios in medium allatæ,
24 sed versamur in dote constituta, † seu promissa
à patre, ac in bonis eius debita nepotibus ex fi-
lio loco alimentorum, seù legitimæ, quæ suap-
te natura parit fructus, Vegg. consil. 72. no. 19.
& 30. ac per tot. Manent. consil. 33 num. 2. 5. 8.
ac per tot. Rot. apud Fenzon. ad Statut. Vrb. de-
cis. 84. versic. 8. ad illud, & decis. 86. versic. vl-
timus quia interpellatio non requiritur, quando
non agitur contra hæredes mariti ad interuiu-
ria dotis, sed contra hered. promittentis, & de
cis. 87. vers. nos autem sumus in eo, & decis. 88.
vers. alter casus est quando petitur dos ab obli-
gato restituere ex propria obligatione, qui an-
tea non erat obligatus, & qui interim soluit a-
limenta, quæ etiam soluere promisit, & cùm pe-
titur ab eo sors principalis, vult alimenta tan-
quam indebitè soluta compensare in sortem, &
isto casu, licèt non interuenerit iudicialis inter-
pellatio, non computatur sors, quia ex pro-
pria obligatione, & nomine proprio non tan-
quam hæres, sed tamquam tertius promissor te-
neri voluit ad vtrumque, quod facere potuit, &
faciunt tradita per Merlin. de legitim. lib. 2. tit. 3.
quæst. 3. num 7. Anton. Nig. de subhast. cap. 14
§ 9. nume. 2. Et super hoc non est cur amplius
immoremur, postquam Senat. Excellentissimus
pluriès huic sententiæ in hac Causa adhæsit tã-
quam iuri, atque rationi consone, attentis po-
tissimùm renunciationibus per D. Baronissam
facti de bonis paternis, dote materna, legitima,
eius supplemento, ac hæreditate Roniæ, nec vi-
geat Statutum in eius Ditione excludens eam
etiam à legitima, quemadmodum huius Patriæ
Statutum disponit, adeout dos illic loco legiti-
mæ succedere dicatur, hic autem minimè.

Tertiò, quia DD. Barones post mortem pa-
rentum, pupilli, & infantes remanserunt, quo-
25 rum idcircò sola ætas † in dote matris consequē-
da dicitur debitores sufficienter interpellasse ad
effectum cursus vsurarum, l. nimirum, 3. C. quib.
in caus. in integr. restitu. non est necess. Grat 3.
discept. 67. num. 5. & discept. 240. nume. 12, &c
dixi pro D. Marchione Octauio Gonzaga, & nūc
addo Tomat. de Tutor. & Curator. tit. 19. nume.
4529. vers minores autem, Leoncill. decis. Fer-
rar. 93. num. 5. & decis 125. nume. 6. vbi quòd
fauore minoris, & pupilli mora ipso iure com-
mitatur, & debeat interesse, & in simili plu-
ribus exornat Censal. ad Peregr. versic. verum
non ideò, fol. 459. Mart. consil. 104. num 1 Neq;
enim pecuniæ pupillares otiosè stare debent,
sed inuestiri disponitur ad honestum lucrum;
Ludouis. decis. 561. num. 1. & 3. Calganet. de Tu-
tor. & Curat. lib. 4. de visus. pupill. tit. 27. Mon-
tan. de Tutor & curat cap. 33 num. 192. & seq.
fol. 126. Gratian. discept. foren. 67. num. 1. & di-
scep. 240. num. 18. Quæ tamen dicta sint ex abū-
danti, nam cum hæredes patris bonam fidem
agnoscendo se obligauerint † erga nepotes ex 26
errore ad soluendum octo pro centonario, cessat
propterea omnis amaritudo, ac licitè fructus,
ac loco ipsorum interesse legitimè percipi po-
tuit, quemadmodum & super eo hoc in casu pa-
cisci, Gratian. discept. forens. 824. num. 54. Cy-
riac. contro. 262. sub num. 58. vers. iuis inquam
ex multis, & controu. 168 num. 14. & sub num.
22 versic. cursus promissionis, & controu. 542.
num. 18. Beltram. 13. Ludouis. decis 269. sub nu.
8. vers. præterea, Rot. apud Fenzon. ad Statut.
Vrb. dicta decis. 84. versic. tum & quia, & latè
decis. 88. versic. primò quod in hoc casu, & decis.
91. versic. quia soluendo fructus declarauit se
haberi pro legitimè interpellato. Ratione ergò
lucri cessantis, vltra concursum pupillaris æta-
tis, expeditum redditur, legitimam fuisse circa
vsuras conuentionem, & vndequaque iustam ex-
actionem, solum quoad sortem principalem,
verùm etiam respectu fructuum, ob quorum re-
tardatam satisfactionem inire debita cum cam-
bijs coacti apparet, pro quorum releuatione e-
tiam vsuram ipsius interesse, si vires hæredita-
riæ suppeterent, prætendere possent.

Demum quia cùm ipsi infantes, ac pupilli æ-
re alieno, vsuras parturiente, grauati essent, † à 27
quo ad ratam eorum crediti dotalis, & fructuum
se illicò exemissent, nemini dubium est, quin
ratione damni emergentis concludenter in
processu probari ab initio conuenire potuerint
de interesse in rationem octo pro centum, ac suc-
cessiuè illud impunè exigere, pro eoque sibi bo-
na assignari facere, Bald. in l rogasti, 11 § si tibi,
sub nume. 7. versic. in contrarium quod non va-
leat, ff. si cert. petat. Scacc de commerc. & camb.
§. 1. quæstione 1. parte secunda ampliation. 8.
numero 57. Gratian. disceptation. 3. 7. numero
12. cum adductis per Cyriac. controuers. 526
numero 16. ac per tot. Martin. Medic. ad deci-
sion. Senensis examinat. septima numero 86. vbi
in proposito nostro firmat, quod debito dā-
mno emergenti ex mora debitoris, debeatur
quoque damnum damni, faciunt tradita per

Anton.Nig. de subhast. cap. 13. §.10. nume.14.
& per Castill.decis.61.num.22.& seq.per Anto-
niu. de Amat. var.resolut 27.num.6.ac per tot.
& per Ciarlia.controuers.29.num.52.& sequ.
latissimè Staiban.Iun. resolut.93. per tot.Mart.
consil.120.numer.22., quæ etiam procedere in
foro animæ, post D.Thom.Molin.Less.& alios,
animaduertunt Stephan. à Sancto Georgio de
contract. lib. 2. cap.31.per tot. Sperell.decisio.
84.per tot. Matt.vot.165.num.2.Rot.decis.301
num.16.part.5. & decis.132.num.3.ac per tot.
part.6. & decis.55.num.8.par.7.rece.t. faciunt
notata per Io.Anton. Bellon.consil.21.per tot.
Tot ergò rationibus, ac fundamentis, vltra rem
iudicatam, concurrentibus in præmissis, ac
circa præmissa, omnia contentio inanis protsùs,
ac superflua euadit.

Aggredior nunc tertiam in ordine exceptio-
nem, quæ contendendi gratia tantummodò
censetur excitata. Cui sanè dupliciter, & expe-
ditè replicatur. Et primò quia vel ista fructuum
compensatio opponitur à die per ipsos DD Fra
tres hæreditaria aditæ cum beneficio legis, &
inuentarij non impedientis dictam fructuum
excomputationem postquam illicò ipsius hæ-
reditatis, seù defunctorum detecti extiterant
creditores. Hæres enim cum beneficio legis, &
28 inuentarij † non facit fructus suos, quando scit
adesse æs alienum, Peregr.de fideicomm.art.49
num.77.Surd.decis.92.num.5. Cyriac.controu.
294. num.17. Laderch.consil.8. Manent.decis.
34.num.6.Rot. decis.304. nume.5. ac per tot.
part.5. recent. Merend.controu.iur.lib.18.cap.
43.num.12.per tot. Quoniam obiectum istud
procederet vbi principales nostri aducti ius ean-
dem hæreditatem non habuissent creditum an-
terius dotis maternæ, cuius per aditionem cum
beneficio legis, & inuentarij imaginaria solu-
tione præsumuntur satisfactio & adeptio de
29 corporibus hæreditarijs † in extinctionem eo-
rum crediti dotalis, ac consequenter ab eo die
aditionis censentur fructus suos fecisse ratione
dominij, Bartol. in l.si ei cui, 41. §. primo, ff.
de euict.vbi ad literã inquit, quod ficta hæc so-
lutio per legem inducta habeat vim iudicialis
solutionis cum auctoritate Iudicis, Castr. in l.
peculium autem, 10. ff.de pecul. Menoch.cons.
195.num.35., vbi quòd ad ratam crediti hære-
dis hæreditas censeatur diminuta per detractio-
nem credito coequalem, Peregr.de fideicomm.
art.35. num.15. Surd. decis.92. num.2.Magn.
decis Florent.53 num.6.cum adductis per Rot.
decis 2.nu.11.12.ac per tot.p.6.recent.Merlin.
de pignor.& hypoth.lib.2. q.66. nu.22. & seq.
Quicquid esset si alijs creditoribus soluisset, de
qua qu. Caren.res.93. per tot.lib.1., vbi quòd
si hæres soluat creditoribus, si postea intendat
consequi satisfactionem in tot bonis, tunc æsti-
mantur iusta valorem de tempore dationis in
solutum, Anton.de Amat. resol.56.nume.16. &
seq. Quæ tamen ex abundanti dicta intelligan-
tur, quippè quoniam à die aditæ per ipsos, seù
eorum nominibus hæreditatis, non solùm per-
ceperunt aliquot fructus, verùm etiam in ma-
ximo damno quoad res proprias fuerunt,
cùm per Iudicum ordinationes, ac creditorum
sequestra, seù pignorationes, non tam fructus
omnes, quam etiam cuncta animalia ipsius fue-
runt ablata, & prout non solùm ad probationẽ,
verùm etiam ad stomacationem vsque tot pro-
cessus in curenti ab initio exhibiti indicant.
Vel à die, quo assignationem ad computum cre-
ditorum, seù separationem tot bonorum hære-
ditatis obtinuerunt, & quousque in pacifica pos-
sessione, nimirùm ad præsentem diem perman-
serunt, & tantò minus iuridica isthæc prætensio
deregitur. Tùm quia resistit consideratio supe-
riùs facta, & ob quam fructus, si quos percepis-
sent ante actualẽ, ac iudicialem separationem,
effectiuam deuentum extitit, vt se tantummo-
dò à molestijs facti quantumuis indebitis, ac mi-
nùs legitimis liberarent, quòd vt securiùs impe-
trarent, abundando in cautela, silentium quoq;
perpetuum cunctis creditoribus super eadem fi-
cta solutione, atq; iudiciali assignatione adhære-
re decreuerunt. Indubitatissimi autem Iuris est,
† quod facta creditori bonorum adiudicatione, 30
facit fructus suos, Mangil.de subhast.q.7.n.20.
& post tract. decis.69.nu.5.Burat.decis.240.nu.
7. & ibi Ferentili.in annot. Post. de manutent.
obser. 12.nu.171.& post tract.decis.20. num.9.
& de subhast.inspect.13.num.34.faciunt tradi-
ta per Manent decis.76. per tot. Nigr. in tract.
de subhast.cap.14.§.10.nu 2.Nulla igitur subest
ratio, cur fructus perceptos in sortem excom-
putare teneantur, siuè attendamus tempus ante
separationem factam, siuè, & multò magis, si
tempus ad ipsam adiudicationem subsequens
inspiciamus.

Duplici quoq; ex fundamento quarta euita-
tur exceptio, quorum altera consistit in eo, quia
schedulæ prætensi Testamenti copia † in actis 31
dimissa nullum omninò probationis gradum fa-
cit, quia copiæ, non constito de originali, non
creditur, Auth.si quis in aliquo, C.de eden.Rot.
apud Post.de manuten.dec.80.n 3.& dec.217.n.
29. & dec.338.n.8.Marescot.var.resol c.81.lib.
1.Burat.dec.290.n.1.& in annot.Ferentil Glos.
D.iatè Rota dec.187.n.1.& seq.& dec.358. nu.
89.& dec.396.n.9.p.5.& dec.224.nu.17 p 6.&
decis.200.num.14.p.7.recen.Duran.decis.74. n.
29.Thom.dec.Macer.16.n.11.Ciarl.contro.114
n.32.latissimè Grat.disc.for.859.n.1. & per tot.
præsertim n.34.vbi quòd nec probet concurrẽ-
tibus adminiculis, quos adduxi pro Nouio con-
tra Zauarellos, quibus addo Pen.dec 513.nu.2.
part.Andr.dec.65.n.9.Comitul.dec.81.n.3. &
dec.142.num.5.& 6. Eoq; magis prædicta pro-
cedunt, ex quo versamur in schedula Testamẽ-
ti, † quæ maiores requirit solemnitates, Gratian. 32
disceptat.forens.971. per tot. Cyriac. contiou.
444 per totam.

Verũtamẽ quia ex suppositione etiã quod Te-
stamentũ in forma probanti vnquã reperiretur,
adhuc ratiocinatio deducta nihil cõcluderet ob
diuersitatem summarum, † ac circumstantiarum 33
facti,

Digitized by Google

facti, ex qua diuersitas quoque obligationum, & contractuum resoluat, l. quingenta, 12 ff. de prob. Doctores in l. tricium. 94. ff. de verb. obligat. Bartol. in l. eum centum, 9. numer. 1. in fine, vers. aut secundum, ff. de adimen. legat. Surd. consil. 80. num. 13. & 14. & consil. 19. num. 2 & seque. & consil. 327. num. 45 Coccin. decis. 331. num. 2. Buratt. decis. 198. nume. 4. Gratian. discept. 196. num. 16 Rot. decis. 334. part. 5. recent. Caren. resolut. 76. per tot. Duran. decis. 319 per totam, vbi recurrit ad coniecturas, quarũ aliquæ hic concurrunt, tametsi in casu nostro res clarissima appareat.

Ideò ex prædictis conclusum sufficienter existimamus vlteriori molestiæ quoad bona Illustrissimis DD. Baronibus assignata amplius locum non esse, eisque reseruanda iura quoad residuum ipsorum crediti in bonis penes tertios detentores existentibus.

Quare, &c. Saluo, &c.

ARGVMENTVM.

Interusuria dotis maternæ filijs superstitibus Senatus Consulto decreta, eadẽ fundamentis ineuitabilibus minimè retractanda ostenditur.

SVMMARIVM.

1 *Senatus sententia vti Principis seruanda. Contrarium malè defendunt adducti, n. 2. Declara, vt num. 3. Reuocare nequit sententias ex eisdem actis Iudicis, à quo eo prius non audito, num. 5. In hac causa lata recitatur, num. 48.*

4 *Ordo circa sententias Senatus adducitur. Circa taxationem fructuum dotis allegatur, num. 31.*

6 *Fructus dotis à patre non soluta debentur viduæ, eiusque filijs superstitibus in bonis aut materni. Maximè quando dos succedit loco legitimæ, num. 7. & num. 18. Contra, num. 10. Licitè percipiuntur absque interpellatione vbi taxantur à Statuto, num. 32. Ius consequendi transit ad heredes, nu. 33. Amplia vt num. 34.*

8 *Hæreditas venit cum fructibus.*

9 *Dos reseruata fœminis, à Statuto Mantuæ exclusis, non succedit loco legitimæ.*

11 *Conuentio non soluendi fructus dotales, tanquam à Iure non reprobata, à contrahentibus obseruari debet.*

12 *Fœmina per Statutum exclusa ob existentiam masculorum volente patre succedunt, vel si masculi nolunt, vel non possunt succedere, & numer. 15.*

13 *Statutum Mantuæ exclusiuum fœminarum non tollit, quin pater tam per actum inter viuos, quàm per vltimam voluntatem possit eas instituere, aut admittere ad legitimã. Non operatur quoad bona extra Territorium, num. 17. De compromissis decisorium, num. 24 Sub rubr. qualit inuest. ab affict. procedit etiam in emphyteusi Ecclesiæ, num. 38. Non comprehendit obligationem fauore dotis, num. 29.*

14 *Renunciatio est priuatio Iuris, vel spei iam quæsitæ.*

16 *Contrahens cum aliquo tanquam tali eum talem approbat.*

19 *Res eadem diuerso iure censeri non debet.*

20 *Trebellianica si ijs primi gradus prohibetur. Contra num. 21.*

22 *Alimenta an patruus nepoti, & è contra præstare teneatur.*

23 *Hebræorum in causis coram Iudice Christiano decidendis, quæ leges obseruandæ.*

25 *Renunciatio incontinenti stipulata in eodem dotis Instrumento correspectiua censetur ad dotem promissam, & consequẽter resoluta ob dotem non solutam, numer. 26.*

72 *Maritus constante matrimonio tantùm potest in fructibus, ac dilatione dotem deteriorem facere.*

28 *Remissio fructuum dotis facta à minore est inualida.*

29 *Creditor sui debitoris hæres irreuocabiliter hypothecam extinguit. Fallit vt n. 30. Alienando res hypothecatas hypothecam resoluit, num. 40.*

35 *Interpellatio ex præcedenti solutione fructuũ dotis præsumitur, in constituendo in mora non est necessaria vbi creditor est minor, num 36.*

37 *Emphyteusis Mantuæ non venit in hypotheca, stante Statuto sub rubr. qualiter inuestitus ad affict.*

41 *Hypotheca contra nomina debitorum durat solùm quantũ ipsummet nomen debitoris obligati. Non apposita vbi regulariter apponi solet, sub intelligitur, nu. 42. Tacita in dote non attenditur iuxta tempus promissionis, quando tunc non esset contractum matrimonium, n. 54. Contra num 45.*

43 *Merlin. de pignor. & hypothec. lib. 1. quæst. final. impugnatur.*

45 *Marito concessum speciali priuilegio dotis inducto ad fauorem mulieris, multò magis debet censeri concessum mulieri.*

46 *Senatus debet venerationem præstare Senatus consultis Antecessorum, si vult, vt per eum decreta à successoribus seruentur. Nusquam leuiter à suis opinionibus recedit, ne partes sub eius fiducia decipiantur, num. 47.*

49 Actio

49 *Actio ferovi non datur pro iniustè fratribus adiudicatis.*
50 *Opinio una Iudicum filiorie tantium legem praestat.*

Allegatio LII.

Adsit Deus.

HAbita fuit in istius amplissimi ordinis
circa id, quod non semel, nec bis,
sed ter, praeter alias vices nobis ha-
ctenùs ignotas iudicauit, nimirùm
ob dotem à patre promissam, nec genero, nec
filiae viro praedefuncto, nec nepotibus vtroque
parente illicò, ac successiuè orbatis, infantibus,
angenti aere alieno vsuras parturiente oppressis
fructus in rationem octo pro centenario, perso-
narum qualitate inspecta, ac bonorum pro ma-
iori parte stabilium, attenta quantitate compre-
hensa in renunciatione sobolis nubendae adhuc
subsistente, siue ob non implementum promis-
sorum à renunciatario resoluta deberi; Egressa
quoque publica vox, & fama inter caeteros à D.
C. Leali, & D. Doctore Palperis, quorum prin-
cipaliter intererat, originem trahens, supremum
scilicet Tribunal istud à iam, & pluriès resolu-
tis, atque executioni demandatis circa interu-
suriorum adiudicationem recessurum admira-
tione confusos interuenientes pro Illustrissimis
DD. Baronibus de Castelbarco, ac curiosos in-
uestigand. motiua cum fundamentis istius per-
plexitatis, ac mutandae opinionis reddiderunt;
Quocirca porrecto superinde Senatui Excellen-
tissimo supplici libello, Senatus Consultum da-
buntur, si expedierint, reportarunt.

Abinde verò non excitatis dubitationibus,
et iterùm, atque altiùs trutinata expediens, non
futurum determinasse existimauimus, non so-
lùm quia ex censura Iuris communis sententia
1 Senatus, † tanquam vim legis habens, irretra-
ctabilis reputatur, & praestat exemplum, quod
sequantur, qui postea iudicaturi sunt, l. filius e-
mancipatus, 14. in fine princip. ibi, sic enim in-
ueni Senatum censuisse, ff. ad l. Cornel. de fals.
Osasc. decis. 1. nu. 44. quatenus vult sententias
Senatus Principis auctoritate latas vim legis ha-
bere, Menoch. cons. 264. nu. 46. & 47. Bursatt.
in terminis Senatus Mantuae cons. 32. num. 28.
Fontanell. decis. 55. nu. 17. cum adductis per Va-
lenzuel. cons. 40. nu. 55. Sanfelic. decis. 6. nu. 7.
& seq. Bim. cons. 57. nu. 9. & alibi quàm saepis-
simè in eius consilijs. Staiban. jun. resolut. 50.
2 ferè per totam. Quicquid in oppositum † sentire
videantur Menoch. cons. 59. per tot. qui tamen
loquitur respectu diuersorum Tribunalium, Gra
tian. discept. forens. c. 27. nu. 49. & discep. 544.
sub num. 53. vers. & haec interpretatio, latè Valen-
zuel. sibi contrarius consil. 69. nu. 215. cum ad-
ductis per Larream decis. 47. num. 51. Fontanelli
decis. 401. num. 28. vbi post Larream concludit
non semper mirandum si diuersa succedunt in
vno, eodemque facto, in vno, eodemque Sena-
tu resolutiones, tum quia praesupponunt semper
aliqualem facti mutationem, tum quia † istorum 3
doctrina sibi locum vindicat, inspecta Iuris cõ-
munis dispositione, secùs verò vbi extant ordi-
nes contrarium statuentes, quemadmodum re-
peritur Mantuae ex constitutione † edita de an- 4
no 1518. sub die 16. Martij vetante, ne absque de-
creto Ducali Senatoriae determinationes non
quidem reuocari, sed nec etiam in dubium re-
uocari valeant; non secùs, ac si immediatè ab
eodem Principe supremo emanasset, ibi, eorum
enim sentẽtias nostras existimamus, quae in meo
Codice ordinum reperitur sub rubr. 168. Tanta
autem in veneratione penes Serenissimos Prin-
cipes res iudicatae extiterunt, diuersasq; senten-
tias in eadem facti contingentia, ac ex eisdem
actis promulgari detestarunt, vt expressa lege
cauerint, ne Senatus † in gradu appellationis ex 5
eisdem actis sententias Iudicis, à quo reuocare,
aut quoquomodo reformare posset, nisi prius au-
dito eodem Iudice, ab eoque intellecto, quibus
ex fundamentis adsic, vel sic iudicandum indu-
ctus fuerit, vt ex ordine edito sub die 19. Iulij
1578. qui est sub rubr. 558. in meo Codice.

Verùm etiam, ac multò magis, quia in alia si-
mili causa tunc vertente inter D. Anguisciolam
generum, & D. Bardellonum socerum, pro ab-
soluto habuit superexistentiam filiorum, † suffi- 6
cere ad continuandum in exactione, ac legitima
praetensione consequendi fructus ab auo mater-
no ratione dotis non traditae, per doctrinam Pe-
regr. in cons. 119. au. lib. 1. Manent. de contract.
liuell. pact. 15. nu. 71. & 81. Altograd. cons. 32.
sub num. 18. Senatus Mantuae in decisione tunc
compilata vers. possit quidem intrare dubium,
si ex isto matrimonio superfuissent filij, vbi alle-
gat, & sequitur praecitatos Doctores, quibus ac-
cedunt congesti per Antonin. de Amat. resol. 83.
nu. 9. & Rota relegenda decis. 38. per tot. par. 5.
recent. ex cuius auctoritate contrarias decisio-
nes refellente, & supposito indubitabili, quod
Senatus sola facti veritate inspecta iudicet, re-
petitio fructuum, seu interesse dotis iam adiudi-
catorum impossibilis, & irretractabilis reddi-
tur. Neque enim Senatus aequitatem reductio-
nis interusuriorum ab octo ad quatuor in casu
Rotae ab Arbitris contemplatam propter limi-
tationem ab ordinibus indictam amplecti de-
buit, aut potuit.

Caeterùm eò magis extra omnem prorsus du-
bitandi aleam praetensio, resque iudicata fauore
nostrorum principalium reperiebantur, vt opti-
mè, dum proponeretur praesens causa vsque de
anno 1636. consideratum, & discussum extitit,
quia dos à patre in pecunia constituta loco hae-
reditatis Rosinae eidem prius acquisitae, nec non
legiti-

7 legitimæ, † ac consequenter alterius Iuris ad eandem filiam in stabilibus spectantis succedebat.
Adeò vt quamuis fuerit taxata in pecunia numerata, adhuc tamen consequi eam debet cum fructibus decursis, l. item veniunt, 22. §. fructus, ff. de petit. hæred. Cyn. & Bald. in l. non est, 9. C. fam. ercisc. Rip. in l. in fideicommissaria, 18. nu. 44. & 45. ff. ad Trebell. Alex. cons. 69. n. 3. & 4. lib. 1. Peregr. cons. 92. nu. 8. lib. 3. & de fideicom. art. 36. nu. 60. Franc. decis. 16. num. 3. Barz. decis. Bonon. 102. nu. 3. Rota in Auenign. legatorum 4. Iulij 1629. Verospio apud Merlin. de pignor. & hypothec. decis. 138. nu. 3. & decis. 145. nu. 6. cum adductis infra num. 18. Quæ quidem conclusio quoad portionem hereditaria Ronsiæ indubitanter procedebat, si quidem he-
8 reditas † semper venit cum fructibus, ex illisq; augetur, Peregr. de fideicomm. art. 36. nu. 69. & post alios latissimè examinat Valenzuel. consil. 55. nu. 91. cum seq. & cons. 65. nu. 28.

Prædicta tria per intendentes pro D. Beccaguto opponebatur, & primò, fœminas extantibus masculis ex Statuto Mantuæ in bonis, ac hæreditate patris nullum Ius, respectu legitimæ habere, ratione cuius fructus prætendere possent. Stante enim huiusmodi Statuto Mantuæ
9 sub rubr. † de successionib. ab intestato, exclusiuo fœminarum dos non succedit loco legitimæ, quia eas non ratione dotis, sed simpliciter excludit, vt post alios ratiocinatur Cyriac. controu. 71. nu. 13. & controu. 72. nu. 16. Io. Franc. Andreol. controu. 81. num. 5. Michalot. de duobus frat. par. 3. cap. 4. nu. 15. & sequ. Rota decis. 9. nu. 4. par. 6. recent.

Deinde quia onus alendi filiam etiam matrimonio copulatam dote non soluta subsistit tan-
10 tummodo ipsa † viuente in matrimonio, aut viduitate, nam ea mortua, etiam filijs superstitib. onus alendi cessat, & quoad filios in eorum patrem, aut auum paternum transit, ad quem, non autem auum maternum onus præstandi alimenta nepotibus spectat, Rota apud Ferentinad Statut. Vrb. decis. 91. §. non obstat, quod si filij, & Merlin. de pignor. & hypothec. lib. 3. tit. 2. qu. 95. sub nu. 42. vers. præterea etiam viduæ, & post tract. decis. 94. à num. 1. ad 6. eadem Rot. in Romana fructuum dotis 23. Iunij 1631. coram Verospio, vbi agebatur in casu fortiori, nimirū promissione dotis à patre facta cum dilatione ad eam soluendum, & onere interim expresso respondendi de fructibus, & nihilominus mortua filia, seu sorore superstitibus marito cum filijs, resolutum fuit dilationem firmam stare debere, onere soluendi liuellos per obitum sororis penitus resoluto.

Demùm quia inter partes expressè conuentum extitit durante dilatione præfixa solutioni residui dotis debitorem ad fructus aliquos non te-
11 neri. Conuentio † autem à Iure non reprobata à contrahentibus obseruari debet, l. 1. §. si conueniat, ff. depos. l. Iurisgentium, 7. §. Prætor ait, ff. de pact. Surd. decis. 248. nu. 1. & decis. 260. nu. 12. & in terminis Rota apud Merlin. de pignor. & hypothec. d. decis. 94. nu. 7. & faciunt notata per Laur. Vrsell. conclus. 85. num. 345. vers. licet tamen.

Ad primum tripliciter replicabatur, nimirùm
primò, fœminam † à successione paterna, seu spe 12
succedendi, ac consequendi legitimam absolutè non dici exclusam, sed ita demùm si pater decedat intestatus, masculi non præcedant, incapaces non existant, aut lare exclusionis, vti volunt Ias. in l. si quis, 7. sub n. 6. vers. tamen pondera, C. de instit. Bart. in l. 2. §. sed si sunt sui, ff. ad Tertull. Socin. cons. 106. n. 3. lib. 2. Bron. super Statut. femin. exclud. art. 12. nu. 116. Bec. cons. 107. sub n. 22. vers. vbi vult hoc procedere etiam quando filius extaret, sed nollet succedere, Gabr. de statut. conclus. 4. n. 22. Menoch. cons. 216. nu. 17. Riminal. jun. consil. 457. nu. 73. Turret. cons. 2. nu. 21. & seq. Merlin. de legitim. lib. 4. tit. 1. qu. 3. nu. 34. Rota decis. 223. nu. 15. & 16. par. 5. & decis. 110. nu. 9. part. 7. recent. Fontanell. de pact. nupt. claus. 4. glos. 9. par. 6. nu. 94. latissimè Giourgu. cons. 14. nu. 3. ac per tot. lib. 2. Cyriac. controu. 353. nu. 8. vbi quod Statutum Mantuæ exclusiuum fœminarum admittit masculos non simpliciter, sed ita demū, si velint, & possint succedere, quod adduxi pro Monialib. S. Bened. Ciuitatis Cremonæ, & nunc addo Michalot. de duobus fratrib. par. 3. quæst. 11. nu. 181. & seq. Altograd. cons. 82. nu. 17. ac per totam, & inferius etiam comprobo.

Secundò, quia licet fœminæ ex Stat. Mantuæ simpliciter etiam à legitima excludantur, nec dos ipsis constituta legitimæ locum obtineat, tamen non ideò sublata est facultas, & potestas patri instituendi filiam, vel per contractum ad
legitimam, † per quos sanè actus pater filias à 13
Statuto exclusas dicitur facere suas, & agnoscere pro suis, ita vt filiabus exclusis, relictum, aut traditum à patre ad instar legitimæ omninò regulerur, per ea quæ alijs cumulatis fusius tradidit Cyriac. controu. 71. nu. 14. & seq. & contro. 72. num. 15. & seq. quibus addo Marescot. var. resol. 28. nu. 7. lib. 1. Vnde cùm D. Carolos contrahendo cum filia, ac fines reportando, ipsam legitimæ, non autem dotationi renunciare voluerit, consequens ideò fit, quod dos filiæ constituta legitimæ loco successerit, dùm pater filiam, neglecta dispositione Statuti, reintegrare intellexit. Frustra namque pater à filia renunciationem procurasset, nisi eadem Ius, vel spem quæsitam pro legitima in eis bonis habere voluisset, quippe quoniam renunciatio † est priua- 14
tio Iuris, vel spei iam quæsitæ, Bolognet. in l. 1. nu. 9. C. de pact. Galletat. de renunc. cap. 2. nu. 40. lib. 5.

Pater ergo cùm filia contrahendo, quia tali Ius nimirùm habente ad legitimam, ad eandem neglecta dispositione Statuti, filiam admittere voluisse, seu reintegrasse censetur, eoque præ-
fertim, quia exclusio ipsius filiæ à voluntate pa- 15
tris omninò pendebat, et Rota d. decis. 110. n. 9. par. 7. recent. & Doctoribus recensitis supra nu. 12. & 13. Nimium autem dubium esse præsuppo-
ponimus,

16 ponimus, quin contrahens † cum aliquo, tamquam tali, talem approbare intelligatur, Cyria. controu. 335. nu. 30. Surd. decis. 133. nu. 17. & 18. Leoncill. decis. Ferrar. 27. nu. 21. Sed quod plurimum vigebat, atque ab isto amplissimo ordine indubitatum reputabatur, vtique seclusis etiam prædictis animaduersionibus, præcisè tūc præter cætera consideratum fuit quoad bona Foresti ad patrem tunc spectantia, ac postmodū in illius hæreditate relicta filiam non posse dici exclusam, in eisque legitimam de Iure ipsimet competere, ea ratione, & quidem irrefragabili,
17 quia Statutum † fœminarum exclusiuum extra Territorium non operatur, neque bona alibi sita afficit, vt infinitos cumulando defendūt Merlin de legitim. lib. 3. tit. quæst. 28. nu. 23. Rocis. 177. nu. 3. ac per tot. par. 5. & decis. 187. n. 7. par. 7. recent. Burattr. decis. 188. nu. 2. & 17. vbi Ferentill. nouissimè, ac plena manu, Altograd. cons. 95. num. 12. ac per tot. Michalor. de duobus fratr. par. 3. cap. 7. n. 2. & seq. Hinc igitur cùm etiam respectu bonorum patris ex pluribus dos loco legitimæ succedat, consequens ideò fit, quod interesse etiam filijs adiudicatum non ratione onerum matrimonij, aut alimento-
18 rum, sed pro fructibus legitima † consistens permanere debeat, ad tradita per Merlin. de legit. lib. 2. tit. 1. quæst. 1. nu. 7. Marescot. var. resol. 85. nu. 52. & 53. lib. 2. optimèque deduxit Rota apud Merlin. de pignor. & hypothec. d. decis. 138 nu. 2. & 3. & dicta decis. 145. in fin. Ciarlin. controu. 217. nu. 25. & 26.

Tandem quia quicquid esset quoad portionē eidem filiæ in substantia patris contingentem, & de qua per solutionem florenorum sex mille in actu sponsalium integraliter dicebatur satisfacta, omnia prorsùs cessabat difficultas quoad residuum filiæ debitum pro legitima in hæreditate matris, & rata hæreditatis Ronfiæ ad eam spectantis, pro quibus non ambigebatur, quin ipsi Filio, cæterisque ab ea descendentibus, aut quomodolibet causam habituris fructus non deberentur, per ea, quæ diximus supra nu. 7.

Quemadmodum ergo nepotibus fructus dotales debebantur pro bonis extra Territorium existentibus, pro hæreditarija, ac pro legitima matris, ac respectiuè aui maiorem dotis quantitatem constituentibus, & iam soluta in debitum proprium patris quoad bona Ditionis Mātuanæ cederent, ita quoque si quid residui superera interesse obnoxium Senatus existimauit,
19 ne eadem res † diuerso Iure censeretur, contra textum in l. cum qui ædes, 23. ff. de vsucap. & ad rem tradiderunt Mastrill. decis. 78. sub nu. 8. Cyriac. d. controu. 72. nu. 31. 32. & 33.

Ex quibus secundum quoque euitabatur, cū Illustrissimi DD. Barones ex priuilegio matris ad alimenta non egerint, sed ex qualitate Iuriū ipsis competentium, ac natura bonorum fructus producentium interesse solutionis retardatæ obtinuerit, quo in casu rationes per Rotam ponderatæ non militant, aliud enim est quærere circa transmissionem alimentorum, cuique fi-
lios alere incumbat, aliud verò num pro dote promissa loco legitimæ, & hæreditaria in stabilibus consistentium fructus debeantur, Præterquam quod cùm huiusmodi fructuum exactio prohibita lege, aut constitutione aliqua non reperiebatur, pluriesque vti legitimam Senatus approbauerit, nunc ab ea recedere non deberet, quantumuis forsan in eisdem terminis Rota Romana contrarium sustinuerit, nefas enim esset, quod supremū istud Tribunal ex sola auctoritate Rotæ, propria Senatus consulta corrigeret. Contra morem immutabilem eiusdem Rotæ nunquam recedēdi ab eis resolutionibus, tametsi repugnantibus placitis quorumlibet supremorum Tribunalium. Hinc propterea semper substinuit filijs primi gradus † validè Trebel- 20
lianicam prohiberi, Ludouis. decis. 481. nu. 10. & ibi Addent. nu. 26. Ferentill ad Burat. decis. 480. nu. 21. Rota decis. 285. nu. 3. Quod cætera Tribunalia mordicus negant, voluntque filijs Trebellianicæ detractionem † competere 21
contra patris dispositionem illius detractionem vetantem, vt videre est apud Mart. Medic. ad decis. Senens. examin. 4. sub nu. 5. vers. fuit etiam pluries, Leoncill. decis. Ferrar. 149. nu. 5. Io. Franc. Andr. controu. 1. per tot. Caren. resolut. 134 lib. 1. Cyriac. controu. 2. nu. 61. & 62. vbi quod hæc opinio Mantuæ sit canonizata, & controu. 384 nu. 31. Acerrime etiam defendit Rota, quod patruus † erga nepotem ad alimenta te- 22
neatur, & è conuerso nepos erga patruum, quod de directo quam plurima Tribunalia impugnāt, vt cernere est apud eandem decis. 193. per tot. par. 7. recent. Et mox Senatus Mantuæ in causis inter hæbreos decidendis adhibendos in consultores Rabinos censuit, quorum † consilia Iu- 13
re merito negligenda, seu non inquirenda quæstionem exornando cōprobauit Rot. decis. 414. per tot. par. 2. recent. Cui sanè decisioni inhærendo idem Senatus iuxta leges patrias, ac dispositionem Iuris communis paulò antea cōpromissum, seu laudum, tanquam latum vigore remissionis factæ in eorundem Commissarium inter eosdem hebreos, ac in eadem causa absque vlla prorsus facti alteratione, irritum declarauerat, tametsi iuxta legem mosaycam, ritus hebræorum, ac traditiones Rabinorum vndequaque subsistens existeret, cùm tamen Statutum circa compromissum † decisoria respiciat ex To- 14
mat. dec. s. Macerat. 6. nu. 16. ac in quam plurimis alijs quæstionibus passim obuijs, quæ breuitatis gratia prætermittuntur.

Vltimum denique remouebatur, quia pactū de non soluendis liuellis correspectiuitatem † 25
habebat cum obligatione, ac promissione soluendi annuatim vsque ad integralem solutionē florenos mille bicentum, tanquam pacti incōtinenti apposita, ac insimul stipulata, Bald. & Bolognet. in l. petens, 27. C. de pact. Menoch. consil. 650. nu. 11. Rota decis. 123. nu. 72. & seq. par. 6. recent. & magis ad rem nostrā decis. 138. nu. 9. apud Merlin. de pignor. & hypothec. Vndè cùm iuxta promissionem patris annualis solutio

26 lutio non successerit, resoluta † consequenter te
manfit liuellorum, ac fructuum remissio, vt pro-
bat tex. in l. etiam, 30. §. ex caus. ff. de minor.
& in l. alumnæ, 30. §. Seia, ff. de alim. & cibar.
legat. & post suos in terminis Rota apud Mer-
lin. de pignor. & hypothec. d. decis. 94. nu. 10.
Præter quam quod illa dotis dilatio in fructu tā-
tum consistens, non autem attingens dotis sub-
stantiam, cum liuellorum remissione emanarūt
27 à marito, † se consequenter durante matrimo-
nio tantùm sustinentur, Fontanell. de pact. nu-
pt. claus. 6. glos. 2. par. 2. num. 5. in fin. & nu. 6.
Rota apud Merlin. de pignor. & hypoth. decis.
62. nu. 11. & 12. quibus addo Antonin. de Amat.
resol. 83. nu. 3.

Quæ eò fortiùs procedunt, ex quo D. Baroniss-
sa Laura mater nostrorum principalium de tem-
pore renunciationis adhuc in ætate minori re-
periebatur, nec decretum habilitationis à Sere-
nissimo tunc obtentum ad remittendum fructus
& hæreditatem singulariter ipsi iam delatam,
sed tantummodò parentibus occursuras succes-
siones, vt indicat illius lectura, extendebatur.
28 Vnde quod † non expressis in precibus perindè
habetur, ac si dispensatio non emanasset, ad tra-
dita plena mano per Cyriac. controu. 310. n. 32.
& seq. Gratian. discept. 750. nu. 13. Laurent. Vr-
sell. conclus. 85. nu. 4. Sicque ius, & actio con-
sequendi fructus omni Iure debitor illæsa ma-
tri, ac successiuè filijs remansit. Optimaque ra-
tione supremum istud Tribunal dictos DD. Ba-
rones tam quoad sortem, quàm quoad liuellos
anteriores tanxit, ac potiores, eisque satisfacien-
dum. Iura namque Creditorum quoad anterio-
ritatem prætensam in ordine ad fideiussionem à
D. Francisca ab Arcu præstitam euanuerant, non
solùm propter alienationes ab eadem factas de
rebus sibi hypothecatis, vt inferiùs examinabi-
mus. Verùm etiam quia per aditionem heredi-
29 tatis sui debitoris † à se irreuocabiliter factam,
obligationes, & hypothecę per confusionem ex
tinctæ remanserunt, Mart. Medic. decis. Senens.
39. nu. 6. Cyriac. controu. 162. num. 38. & con-
trou. 381. nu. 53. Merlin. de pignor. & hypoth.
lib. 5. tit. 1. qu. 14. nu. 18. Nec turbat, quod Do-
mina Francisca ab Arcu ante aditam hęredita-
30 tem contraxerit hypothecam † ad fauorem Cre-
ditorum eius filij occasione fideiussionis per eam
susceptæ, & propterea intret conclusio, quod
per aditionem extincta remanserit directa, actio
existens penes ipsam hæredem, non autem vti-
lis cessa, & acquisita Creditoribus eiusdem hæ-
redis, iuxta glos. in l. hæreditatem, 28. in fin. ff.
de donat. Castren. cons. 198. nu 4. lib. 1. Negu-
san. de pignor. & hypothec. par. 5. memb. 1. nu.
36 Mart. Medic. ad decis. Senen. examinat. 47.
no. 9. cum seq. Merlin. de pignor. & hypothec.
lib. 5. tit. 5. qu. 14. num. 101. & 105. ex quo post
aditionem alienatio vlterius rei hęreditarię suc-
cessit, per qua ex integro, & quoad vtramque
actionem nomen debitoria cum accessorijs ob-
ligationibus penitùs extinctum extitit, vt infe-
riùs dicam nu. 40. & 41.

Ponderabatur insuper ex ordinibus huius pa-
triæ in meo Codice sub rubr. 76. dotium † fru- 31
ctus viduæ taxari iuxta qualitatem personarum,
quo stante non requiritur interpellatio † aliqua 32
ex Rotæ decisionibus relatis per Gratian. disce-
ptat. forens. 254. no. 47. & discept. 920. per tot.
Anton. de Amat. resol. 49. nu. 97. in fin. & d. de-
cis. 58. part. 5. recent. Quinimmò Ius † conse- 33
quendi fructus, ac interesse dotis etiam in hære-
des potissimum filios transit, Franc. decis. 338.
nu. 3. ac per tot. Castill. decis. 61. nu. 24. part. 1.
Anton. de Amat. d. resol. 49. sub n. 8. propè fin.
vers. quod interesse. Ad quod plurimum confer-
re existimabatur stipulatio † damnorum, & in- 34
teresse in casum inobseruantiæ promissorum, ad
tradita in terminis per Anton. de Amat. d. resol.
49. sub num. 96. quem secuti fuimus allegat. 41.
nu 28. fol. 70. lib. 1. & faciunt notata per Gra-
tian. in appendic. ad discept. 427. vers. quamuis
tamen, in fin. 32 col.

Defectus verò interpellationis ad constituē-
dum in mora hæredes promittentis dotē ob pu-
pillarem ætatem, vrgentiam æris alieni, ac bo-
nam fidem per hæredem debitoris agnitam ob-
stare non videbatur, quippo quoniam soluendo
interesse interpellati † præsumuntur, seu inter- 35
pellationi renunciasse censentur, vt dixi in præ-
cedenti allegat. num. 26. & nunc addo Laurent.
Vrsell. d. conclus. 89. n. 349. & 350. Rot. apud
Farinac. decis. 84. versic. tum etiam quia. Maxi-
mè cùm ageretur de interesse pupillorum, † fa- 36
uore quorum moram integrahacis absque inter-
pellatione incurritur, vt post alios ad rem exa-
minat Merlin. de legitim. lib. 2. tit. 2. quæst. 2.
num. 38.

Addebatur postremò præter titulū dotis, atq;
interusuriorum alias subesse causas, ob quas ad
exclusionem Creditorum principalibus nostris
retentio competebat, vt latiùs in præcedenti al-
legat. deduximus, & quoad proprietatem em-
phyteoticam vltra fundamenta tunc deducta
modò considerandum succedit, quod illa in hy-
pothecam Creditorum † non venit, cùm Domi- 37
ni assensus non intercesserit, & ex Statuto Mā-
tuæ sub rubr. qualiter inuestit. ad affict. in hy-
potheca emphyteusis expresse requiratur, & ab-
sque eo obligari emphyteusis specialiter nequit
Addent. ad Boratt. decis. 749. nu. 27. Pacific. de
Saluian. inspect. 3. cap. 2. nu. 45. Gratian. disc.
855. nu. 10. & pluriès resolutum in Rota refert,
Merlin. de pignor. & hypothec. lib. 2. quæst. 8.
nu. 27. Quod Statutum † ligare etiam emphy- 38
teutas Ecclesię tanquam fauorabile dixi, post
alios, allegat 6. num. 71. & 72. lib. 2. Super hoc
tamen magnam vim non facerem, ex quo Cre-
ditores ex iure dotali D. Franciscæ, quæ præsti-
tit in singulis ferè fideiussionem veniunt, cui
propterea dispositio statutaria obligationem fa-
uore dotis inductam † non comprehendens, nō 39
resistit, Bursat. consil. 32. n. 11. Surd. decis. 160.
nu. 3. Cyriac. controu. 128. nu. 26. Merlin. de pi-
gnor. & hypothec. lib. 2. d. qu. 8. n. 73 & seq.
vbi allegat Rot. in decis. 328. n. 5. p. 3. recent.

quibus

Digitized by Google

quibus accedunt Manent. decis. 40. per tot. & decis. 48. nu. 16. & 17. Hodiern. ad Surd. decis. 93. nu. 9. dixi alleg. 6. nu. 6 t. lib. 2.

Finaliter cócludebatur Creditoribus ex persona ipsius D. Francisca ab Arcu aniæ eorundẽ de Castelbarco Ius aliquod, vel actionem non competere, postquam ipsam per venditionem prædij Foresti, ac translationem dominij, illa à se abdicauerit. Nec releuat, quod emptor in acquisitione posterior euaserit propter obligationes longè antea contractas, dum pro fideiussore omnibus ferè debitis, ac censibus ab eius filio constitutis accessit; Quoniam illæ tantùm
40 alienationes † imputari in creditum dotis ei debent, quæ factæ apparent cum dominij translatione, non verò assecurationes, & hypothecæ, Cæpbal. cons. 189. nu. 10. & seq. Peregr. de fideicomm. art. 39. nu. 8. & 9. Merlin. de legit. lib. 2. tit. 2. qu. 3. nu. 16. 17. & seq. & post tract. decis. 1. num. 10. quę est decis. 59. apud Mangil. de subhast. idem Merlin. de pignor. & hypoth. lib. 1. qu. 3. num. 7. & 17. Quinimmò cùm per venditionem Foresti factam à D. Francisca remanserit satisfacta, extinctum quoque nomen
41 debitoris cum hypothecis † euasit ad præiudicium eiusdem D. Franciscæ, atque ab ea causam habentium, Bald. in l. vbi adhuc, 29. sub n. 37. vers. sed pone maritus erat mercator, C. de Iur. dot. Rota decis. 595. nu. 4. par. 2. recent. & decis. 425. nu. 7. part. 5. recent. tom. 2. Merlin. de pignor. & hypothec. lib. 4. tit. 1. qu. 29. nu. 45. Cyriac. controu. 339. nu. 16. & 17. ac per tot.

Iuuari igitur nó posse nostros prioritatea anterioritate vnius diei, quam habebant ad alterũ ex censibus eiusdem de Beccaguttis dupliciter insistebatur, primo, quia ipsorum mater de speciali hypotheca pro dotis solutione sibi expressè non cauerat. Veruntamen Senatus considerans actum a minore confectum regulariter cũ
42 hypotheca † bonorum reciproca fieri errore, ac simplicitate Notarij id euenisse existimauit, hypothecamque pro apposita habuit, iuxta l. fin. & ibi per Scribentes, C. de fideiussor. ac ipsius resolutionem, de qua apud Surd. decis. 213. n. 4. 5. & 6. quam sequuntur Fontanell. de pact. nupt. claus. 4. glos. 25. nu. 74. Cyriac. controu. 10. nu. 67. & controu. 189. nu. 31. vbi quod hypotheca non apposita suppleri, ac subintelligi omninò debeat. Quicquid in oppositum attentauerit
43 Merlin. † de pignor. & hypothec. lib. 1. qu. fin. & tantò magis, quia licèt quandoque bonus dormitet Homerus, alienum tamen à verisimilitudine videtur, quod pater filiam, & Præses minorem cunctis eius Iuribus, ac bonis renunciantem hypotheca pro promissione à patre emanata correspectiuè ad eandem remissionem destitutam, ne dicam dolo tentam relinquere voluerint, illum enim paterna charitas mouebat, ne filiam vellet lædere, istum Iuris scientia vt intelligeret se non posse. Deinde quia à die
44 promissionis † ad contractum matrimonij census constitutio interces̄sit, cuius in præiudicium retrotractio obligationis tacitæ pro dote ministerio legis inductæ impeditur, Negusant. de pignor. par. 2. membr. 4. nu. 79. Gratian. discep. forens. 804. num. 4. 15. & 27. cum adductis nouissimè per Merlin. de pignor. & hypothec. lib. 3. qu. 74. nu. 8 Obiectum istud in facto non applicabatur, siquidem non contenditur de hypotheca † mulieris in bonis sponsi contracta, seu 45
tacitè à lege concessa, sed de ea, quę per eandem legem fauore mulieris erga patrem, illiusq; bona tacitè præseruatur, quo casu hypothecam tacitam in præiudicium Creditorum acquirentiũ hypothecam ante matrimonium, sed post promissionem ad diem ipsam promissionis retrotrahi, censuit Rota Senen. apud Mart. medic. decis. 79. per tot. vbi reprobato Bec. in consil. 1. concludit implicare contradictionem, quod hæc conclusio aliter se habeat, & faciunt tradita per consil. 19. nu. 9. & seq. & post alios in terminis Statuti Mantuæ per Cyriac. controu. 105. n. 161. & 162. Nec apud nostros ambigitur, quin dispositio à lege † tradita à Doctoribus, ac decisa 45
fauore mariti in ordine ad dotem, in gratiam quoque mulieris ęquè, ac principaliter militent, vt fusiùs comprobat Altograd. cons. 31. nu. 23. ac per tot.

Tanti igitur Tribunalis res digna est, vt maiorem Senatus consultis Prædecessorum pręstet venerationem, † cóœpta exinde indubitata spe 46
ad posteros propria semper transmittendi incóncussa, cap. iustitię, 35. qu. 1. & cap. constitutiones, 25. q. 2. Mantic. Apicell. alleg. 24. sub nu. 49. vers. nam si cupit, Gratian. discept. for. 599. nu. 22. Nec eius dignitatem, atque pręeminentiam decet, leuiter recedere ab opinionibus per
† ipsum semel, ac pluries approbatis, ne Illustrissimi Barones sub securitate, ac fiducia priorũ sententię, atque interpellationis se deceptos reperiant. Quemadmodum obseruat Rota teste Luttier. de re benefic. lib. 1. in apparatu, num. 95. 47

Vos quoque Patres conscripti à prędictis nó leuiter recedentes, quin potiùs pręfarę Prędecessorum vestrorum sanctioni constanter, ac intrepidè inhęrentes; primum, Quintam partem sortis. Deinde Articulo prius separatim, ac maturè discusso, Quintam partem fructum dotis Illustriss. D. Comitissę nostrorum principaliũ, sorori in sequentem formam decreuistis. † 48

18. *Aprilis* 1646.

CEnsuit integram Curiam Galuagninæ assignatam DD. fratribus de Castrobarco pro capitali scutorum octo mille dotalium q. D. Lauræ matris, & pro liuellis dotalibus, assignandam esse D. Comitissæ Laurę Cassinę pro quinta parte, de qua in pręcedenti sententia, oppositis non obstantibus. Et ita, &c.

IVLIVS PORTA.

Superueniente demùm decreto Ducali cuncta approbante, & nihilominùs si fratres per iniquitatem obtinuissent, sorori † ad iniquè parta nec

Digitized by Google

anec actio, nec portio aliqua competijsset, ad text. rotundum in l. si fratres, 53. 6. fin. ibi, non cogi conferre, quæ ex prohibitis causis acquisierit, & l. seq. & in l. nec prætermittendum, 58. ff. pro soc. Petr. Vbal. de societ. par. 5. q. 2. nu. 1. Duard. in simil. tract. libr. 1. cap. 4. qu. 4. conclus. 1. nu. 9. & pulchrè exornat Michalor. de duob. frat. par. 2. qu. 27. nu. 8. ac per tot. vbi quod iniustè, & illicitè acquisita, neque etiam inter omnium bonorum socios actione mandati, nec actione communi diuidendo, nec actione ex stipulatu, nec alia qualibet actione communicari debeant. Dùm ergo modernor Senatus actione communi diuidendo admisit sororem ad agendum pro fructibus doris maternæ, fratresque coegit ad communicandum, instam pariter illorum adiudicationem habuisse præsupponitur.

Neque enim quispiam sanæ mentis sibi vnquã persuaderet, quod Senatus in maiori Creditorũ concursu, clamore, ac impropetio in prætensam adiudicationis fructuum iniustitiam, eundem ex altitudine sui intellectus, ac mentis profunditate non putauerit, non viderit, non intellexerit, non cognouerit iniustam, sed tot nominibus iuridicam prospexerit, atque executioni fauore sororis proportionabiliter demandandam duxerit. Non obstante, quod illius fratres omnem mouerint lapidem, pluresque alios deduxerint titulos, ne condemnarentur.

50 Omnique in casu suprema Tribunalia nouas assumunt opiniones, † vt futuris legem, seu normam iudicandi præstent, nonquam tamen, vt res antea præteritis temporibus iudicatas retractent, Rota decis. 659. nu. 3. ac 9. par. 2. recent. Hæc autem ex rudi minerua nostra tunc etiam in vnum collecta, ac pro viribus reminiscentiæ labilis breuiter nunc repetita, facillimè indicant, quid sapientissimi illi Patres Senatus consulti nunc cõtrouersi conditores ad propriæ non dicam opinionis, sed existimationis, & cõscientiæ affluenter in medium prodirent. Viris enim etiam tunc omni virtutum genere celebratissimis, atque doctrina, probitate, ingenio, ac morum elegantia conspicuis Senatum constitisse renunciat. Senatus recessit à prima sententia, & causa per suam Celsitudinem extra Statum, pro decisione fuit transmissa, & indecisa pendet.

A R G V M E N T V M.

Dominus de calumnia iurare non cogitur in causa, quam habet cum Vassallo, qui requisitus à Domino sub priuationis pœna Inuestituram, seu titulum edere tenetur.

S V M M A R I V M.

1 *Vassallus sine venia Dominum in Ius vocat. Titulum, seu Inuestituram instante Domino edere cogitur, nu. 3. & recusans, seu negligens feudo priuatur, n. 4.*

2 *Dominus directi, quando litem habet cum vassallo non iurat de calumnia.*

Allegatio LIII.

Adsit Deus.

EX receptissima feudistarum opinione vassallo † absque venia Dominum in Ius vocare indulgetur glos. in c. 1. & ibi Doctores de milit. vassall. Alex. in l. generaliter 13. nu. 7. ff. de in ius vocand. Natt. cons. 445. nu. 8. Vult. de feud. cap. 10. n. 22. Schurff. cons. 57. nu. 10. cent. 2. Gail. practicar. qu. 15. n. 4. de pignorat. Mynsinger. obseru. 92. centu. 4. Trentler. cons. 84. nu. 79. & 80. Ruger. consil. 13. num. 15. & 16. lib. 2. Exigere autem calumniæ † Iuramentum prohibetur per textum in c. 1. §. in quibus de consuet. recti feud. Rosental. de feud. cap. 12. conclus. 13. num. 58. & in glos. DD. vbi infinitos cumulat. Cyriac. controuers. 13. nu. 9. Larath. de feud part. 11. dilucidat. 18. per totam. 1

2

Hinc ergo nulla habita ratione petitionis Iuramenti calumniæ per Garusinm factæ in hac causa feudali, & ex quo infra triduum eidem assignatum circa indicationem tituli eum ostendere neglexit petiæ terræ feudali, de qua in actis priuandus veniet; Vbi enim quemadmodum in præsentiarum non controuertitur rem esse feudalem, indubitatum resultat, vt vassallus titulum, siue inuestituram † ad instantiam, & petitionem Domini edere tenetur Isern. & alij in cap. Imperialem, §. illud quoque præcipimus, nu. 66. & seqq. vbi in fine in hanc sententiam residet si fundata sit intentio actoris domini, hoc est si appareret esse vassallum, Aluarot. Afflict. & Rauenn. de controuers. inuestit. Alb. consil. 604. nu. 2. Sacca cons. 5. nu. 10. Roland. a Valle cons. 89. nu 20. & seq. lib. 2. Bursat. cons. 49. nu. 10. Schrader. de feud. par. 6. cap 6. nu. 111. Rosental. de feud. cap. 8. concl 33. glos. D. Larath. cons. 85. per totum, & in Theatr. feudal. par. 10. dilucid. 75. n. 2. Afflict. decis. 265. n. 87. Guidopap. singular. 55. Durand. decis. 28. n. 20. Ferentill. ad Buratt. decis. 426. sub nu. 14. vers. Quod vtique posset Peregr. consil. 17. num. 3. lib. 2. Et quamuis ipse contrarium concludat, 3

supponens annalem feudi possessionem accedente vassalli iuramento sufficere ad euitandam priuationem feudi, & inducendi titulum præsumptum, ac sufficientem ad coniecturandam concessionem, vtrumque nihilominus cessat in præsenti causa, sicque à regula minime recedendum, Surd. consil. 151. num. 63. vers. vbi dicit requiri.

Quod si requisitus ad edendum intra terminum præfixum sub comminatione priuationis feudi inuestituram, aut titulum aliquem non
4 exhibuerit feudo vassallus † priuatur, Innocent. & Canonistæ in c. G. perpetuum, de fide instrument. Bald in cap. 1. §. vassallus, nu. 10. si de feudo defunct. fuer. controuers. inter Domin. &c. Afflict. in cap. 1. §. item si quis feudum, sub nu. 13 caus. 16. Cardinal. consil. 74. & consil. 128. Natt. consl. 593. nu. 2. Rosental. de feud. cap. 10. conclus. 30. num. 39. & in glos. EE. Larath. in Theatr. feudal. par. 10. dilucid. 75. nu. 9. & antea num. 4. vbi extendit etiam ad subuassallum, quam assertionem firmant quoque mox adducti Doctores circa necessitatem edendi inuestituram, quam habet vassallus erga Dominum. Qui per iudicem à iuramento calumniæ absolutus fuit.

ARGVMENTVM.

Feudalitas quoad Molendina, & piscationes, ex quibus excludatur latissimè discutitur.

SVMMARIVM.

1 *FEudalitatem, qui allegat, probare tenetur, bonorum aliquando, vel allodialitatem indicat locus vbi sita sunt, numero* 28.
2 *Inuestitura in feudis requiritur.*
3 *Molendina veniunt in feudum concesso Castro.*
4 *Sententia feudalitatem probat. Dummodo non sit erronea à nu. 28. Non executa non attenditur nu. 30.*
5 *Testes de fama in antiquis probant feudalitatem. Contra inducentem plenè probant num. 6 Declara vt num. 32. Vt probent feudalitatem necesse est quod sciant, quid feudum sit, nu. 31. Pro Domino deponentes non sunt omni exceptione maiores, num. 33.*
7 *Feudalitatis præsumptio facilius intrat in molendinis. Amplia vt nu. 8. Declara vt nu. 35. Intrat quando maior pars est feudalis, nu 9. contra nu. 37.*
10 *Coniectura, & præsumptiones non sunt diuisim, & vnaquaque per se consideranda, sed coaceruatim, ita vt vna alteram coadiuuet, & viuissim fulciantur, vimq; & robur sibi impartiantur. Declara vt n. 38.*
11 *Præsumptio transfit onus probandi in aduersarium Iuris grauat aduersarium durioribus probationibus, nu 14.*
12 *Bona in dubio allodialia non feudalia præsumuntur, & quando quis de eis testatus est num. 17*
13 *Feudalitas est quædam seruitus. Bonorum nō probatur per Inuestituram factam de terris, piscationibus, molendinis, & alijs pertinentijs, quando concessio facta est ei, qui iam erat dominus, nu. 15.*
16 *Dominus Castri habet intentionem fundatā quoad ea, quæ sunt intra fines illius quoad dominium, & nu. 23.*
17 *Allodialitatis coniecturam inducit, quando bona sunt in commercio.*
19 *Feudi dispositio in remotiores non sustinetur. De natura est vt dominium retineatur, nu. 22. Ad substantiam res immobilis requiritur, nu. 24.*
20 *Extranei dicuntur, qui proximè non succedunt.*
21 *Dictio*, ita quod, *stat restrictiuè, & declaratiuè.*
25 *Castri concessio cum Iuribus non includit, quæ quæ spectant ad priuatas personas.*
27 *Principis consuetudo in concessione bonorum attenditur.*
29 *Licentia petitio indicat rem esse feudalem.*
34 *Probatio per scripturas præualet probationem per testes.*
36 *Molendina non prouenientia ab inuestiente non dicuntur feudalia.*
39 *Fideicommissarius non habet Ius, nisi in bonis fideicommittentis.*
40 *Hypotheca per creditorem semel acquisita sine facto creditoris non amittitur.*

Allegatio LIV.

Adsit Deus.

PRæsentis controuersiæ resolutio, cum ex qualitate, ac dispositione cōcessionis in feudum plurimum pendeat, ideò hic tenorem Inuestituræ à Friderico Imperatore huius nominis secundo per renouationem concessæ vsque de anno 1221. Dominis Comitibus ab Arcu subnectere volui, qui quantum ad præsentem speculationem talis est.

Omnem publicam functionem totius Curtis, & territorij, Castri, &c. & omnium locorum, quæ dictus Fridericus, & sui nepotes habent, & tenent, vel in futurum habebunt, & omnium

& omnium habitantium in prædictis terris, & locis nunc, & in futurum, & quicunque descẽdentes ex ipsis montibus, & planis, agris, pratis pascuis, syluis venationibus, piscationibus, molendinis, ripaticis, cum omni iure. Itaquod liceat eidem Friderico vsque in infinitum præfatam iurisdictionem liberè exercere in criminalibus, & pecuniarijs, ac liberalibus causis in bannis auferendis, in collectis ponendis, & in omnibus generaliter agendis, quæcumque ad iurisdictionem districtum, & ad alia præfata pertinent &c. quæ quidem inuestitura successiuis temporibus agnatis, ac descendentibus eiusdem inuestiti renouata apparet.

Ab Oenipotano Regimine de anno 1562. Tutores Comitissæ Paulæ impuberis condemnati fuerunt ad relaxandum duas Arces, & inter cætera quartam partem Molendinorum tãquam spectantem ad Castrum Arci, & Molendina de iuribus Arcis Pinedæ: Quam sententiam iudex subdelegatus Ripæ de anno 1589. ampliauit, dum absolutè censuit Castra, iurisdictiones, Vectigalia, Pischerias, Molendina, Ripatica, & alia omnia nominata in dicta prima inuestitura Serenissimi Imperatoris Friderici Secundi, & in instrumentis prædictis, quæ fuerunt reperta in hæreditate dicti Illustrissimi q. Comitis Christofori fuisse, & esse bona feudalia, quibus alia Ferdinandi Cæsaris nimirum de anno 1554. sententia præcessit, in qua declarauit Comiti olim Hyeronimo non licuisse prædium molendinum, quod vulgo dicitur, il Molino di sotto, non requisito consensu Imperatoriæ Maiestatis tanquam directi Domini in Comitem Iulium titulo venditionis alienare. Ad quam feudalitatem probandam vna cum identitate bonorum in controuersiam deductorum modo Domini Comites iura nonnulla produxerunt, ac teste examinarunt.

Interim ex hac vita migrauit D. Comes Antonius ab Arcu post se relicta D. Auriga de Castrobarco illius vxore, quæ in secundo matrimonio se copulauit D. Co. Ludouico de Lodron. de anno 1614. inter ipsam, & D. Comitem Sigismundum ab Arcu coram Regimine Oenipõtano inita extitit transactio, quam Serenissimus Maximilianus Archidux Austriæ approbauit, cuius vigore dicta D. Comitissa Auriga creditrix eiusdem D. Co. Sigismundi in summa Rainensium 23000. remansit, abinde postea nimirum de anno 1616. per compromissarios communiter electos, etiam cum approbatione præfatæ Celsitudinis Austriacæ aduersus D. Comitissam ab Arcu creditrix pronunciata fuit de prædictis Rainensibus 23000. pro quorum completa satisfactione auctoritate Domini Baronis Kolorodt Commissarij Archiducalis molendinum vltra oblatum, & alia bona, Piseherias dimissis tamen, seu remissis per eam dicto Domino Comiti beneuolentiæ ergo scutatis mille de anno 1619. recepit.

Viuente adhuc Domina Comitissa Auriga, atque inquieta, ac pacifica possessione per plures annos molendini, ac Pischeriæ, seu stagni sibi assignatorum, quod in primis D. Comitissa Margarita Mater, & Tutrix, deinde D. Co. Gherardus tanquam vocatus, ac comprehensus in præcitata inuestitura, illiusque renouationibus ea auocare tanquam feudalia † insurrexit, onus- 1
que feudalitatem probandi tanquam suę intentionis fundamentum assumpsit iuxta praxim cõmuniter receptam per textum in cap. 1. §. inter filium, & §. defuncto milite, vbi Doctores si de feud. fuer. controuers. de qua Alex. cons. 129. num. 1. lib. 1. Bursat. consil. 46. nu. 9. Marta vot. 185. sub nu. 13. versic. & si vult Princeps. Cyriac. controuers. 145. numer. 8. *Io.* Anton. Bellon: consil. 44. num. 3. Cephal. consil. 387. sub num. 42. versic. & propterea dicenti ea esse feudalia, Peregrin. consil. 16. num. 15. versic. & tamen inuestitura est necessaria in feudo, & consil. 24. num. 3. lib. 1. Rot. in Asten. feudi 27. Aprilis, & 18. Iunij 1584. quorum Bubal. & decis. 164. num. 34. par. 6. recent. Iacob. Gall. consil. 32. numer. 10. vbi de mente Rotæ inquit, quod asserenti aliquid esse feudale incumbat onus probandi etiam si reus sit, & possideat. Anton. Amat. var. resolut. 67. num. 150. Fulgin. de emphyt. titul. de contract. emphyt. qu. 25. n. 4.

Actor ergo ad eius intentionem principaliter
fundandam inuestituram † produxit, per quam 2
rerum in eadem dispositiuè enunciatarum feudalitatem probari admittunt feudistæ in cap. 1. quibus modis feud. constitut. poss. Roland. à Valle consil. 1. numero 9. lib. 9. vbi dicit, quod sine inuestitura, vel sine eo, quod habetur pro inuestitura non est feudum, Gozzad. cons. 8. n. 21. versic. quinto ex alio, vbi quod inuestitura est optimum signum ad cognoscendum an sit feudum, Afflict. decis. 129. nu. 3. Menoch. cons. 1. nu. 23. & cons. 91. n. 16 Treutler. cons. 3. n. 88. & post alios optimè explicat Surd. cons. 155. n. 24. & seq. Larath. in theatr. feudal. par. 4. dilucidat. 1 per tot. Rot. decis. 93. nu. 36. & seq. p. 5. recent. Gratian. discept. forens. 736. nu. 67.

Quantum vero ad Piscationes, ac molendina, super quibus nunc contenditur ex supposito, quod sint illa eadem in inuestituris, ac concessionibus feudi enunciata non videbatur hæ-
sitandum. Siquidem concesso in feudum † castro 3
veniunt etiam molendina, & piscationes, Corn. cons. 321. num. 8. lib. 4. Beio. in cons. 51. num. 4. lib. 2. vbi post Bald. in cap. 1. de cap. qui curiam vend. distinguit inter concessionẽ simpliciter factam de feudo, seu castro, & concessionẽ factam de Castro cum pertinentijs, & concludit quod primo casu non veniant, neque in concessione molendina comprehendantur, secus autẽ in secundo, quæ ambiguitas in facti contingentia remouetur, dùm expressè in inuestitura, ac concessione molẽdina exprimuntur. Iacob Gal. cons. 32. n. 17. & latiùs cons. 33. num. 11. & sequ. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 23. tit. 6. num. 32. vbi quod bona in concessione feudi expressa præsumantur, ac censeantur feudalia tam in præiudicium vassalli, quàm habentium

causam ab eo. Cæphal. conf. 172. num. 9 & seq. Vrsell. ad Afflict. decis. 267. nu. 1. A Pont de potest. Proreg. tit. 3 § 4 num. 14. Staiban. Iun. resolut. 2. nu. 15. & seq. Io. Baptista Bilocti conclus. feudal. 51. num. 5 quatenus concesso fet do cum pertinentijs, seu alijs expresse specificatis in inuestitura, & feudatario possidete, seu ab eo causam habenti, volunt omnia intra fines feudi existentia præsumi, ac censeri feudalia, quod etiam iam repetit, ac latissimè extruat. Io. Anton. Bellon. cons. 44. num. 26. & seq. vbi de inuestitura feudi cum pratis, terris, &c. Menoch. cons. 181 nu. 97. vbi de inuestitura castri cum nemoribus pascuis & c. Bertozzol. cons. ciuil. 89. n. 46. & 47. Quamproptet cum in præsenti Inuestitura diserte Molendina, ac Piscationes exprimantur, nostrique principales mediante eorū amita immediate ab ipsis Imperij vassallis causam habeant, negari ideo nequit, quin feudalia reputentur.

Hæc autem conclusio plurimum ex sententijs feudalitatem ipsam canonizantibus cōpro-
4 bantur, quippe quoniam vbi bona † per sententias fuerunt declara a feudalia non est amplius de feudalitate disceptandum Ctauet. in respōs pro Genero num. 433. versic. ita euentus, atque exitus ipse litis probationem manifestissimam præstat feudalia bona esse. Io. Anton. Bello. dicto cons. 44. num. 20

Probatur insuper feudalitas ex testium depo-
5 sitionibus † & cum simus in antiquissimis sufficit, quod de fama feudalitatis testimonium perhibeant vt ad rem optime animaduertit Pereg. cons. 14 n. 3. in fin. & n. 4. lib. 1. & in terminis, ve aiunt terminantibus Seraphy dec. 894. sub. n. 3. ver. 4 cōcurrunt testes de publica voce, & fama quod molendinum sit de iurisditione Castri. Laurent. Vrsell. concl. 93. sub nu. 18 versic. quando adessent testes de publica voce, & fama deponentes, quod scilicet molendinum illud esset de iurisdictione Castri, & faciunt tradita per Rotam decis. 310. nu. 50. part. 6. recent.

Hęc autem indubitanter procedunt contra D. Comitissam Aurigam, ac successiuè contra nostros principales, ex quo duo ex testibus per eam inductis, & examinatis deponunt, *che hanno inteso, che tutti li Molini delli Signori Conti sono stati tenuti per feudali*, qui contra ipsam in-
6 ducuntur † etiam si de auditu deponant plene probant Socin. iun. cons. 69. num. 11 lib. 1. Surd. decis. 294. num. 18. & 19. Buratt. decis. 367. num. 1. & decis. 618. nu. 3. Leoncill. decis. Ferrar. 77. n. 9. Cephal cons. 65. num. 55. Gratian discept. forens. 753. n. 15. & 16. vbi præcisè quod testis de auditu contra inducentem plenè probet.

Succedat etiam considerandum nos versari in materia molendinorum, & piscationum, in
7 quibus facilius intrat præsumptio feudalitatis † quam in alijs proprietatibus Rota coram Seraph. dicta decis. 894. nu. 1. & 3. ibi, præterquam quod sumus in Molendino, quod facilius præsumitur feudale, quam alia bona cum facta concessione Castri veniant molendina, nisi probetur quod spectet ad particulares personas. Laur. Vrsell. dicta conclus. 63. sub n. 16. versic. veluti quando essemus in molendino, quia illud potius præsumitur feudale quā alia bona Riminal. iun. cons. 19. num. 45. & 46. Peregr. cons. 102. n. 26. lib. 4 Giurb. de success. feud. §. 1. glos. 11. n. 34.

Eo fortius prędicta militare videntur, ex quo DD. Comites vltra possessionem molendinorū reperiuntur etiam in quasi possessione prohibē-
do † eorum subditis, ne alibi ad molendum accedere valeant, quo casu tanto vehementior feudalitatis præsumptio resultat ex Seraph dicta decis. 894. sub. num. 3. versic. secundo ex edictis publicis prohibentibus, ne vassalli accedant alibi ad molendum, quod repetit Laurent. Vrsel. dicta conclus. 93. nu. 17. Bertazzol. cons. ciuil. 89. sub num. 45. versic. maximè cum subdito teneantur. 8

Tandem pro feudalitate molendini, ac piscationis adminiculum non leue præstabat præsumptio ducta ex eo, quià cum maior pars bonorum in Inuestitura expressorum esset feudalis, † mi- 9
norque seu residuum dubio procul feudale præsumebatur, Curt. Iun. cons. 140. num. 10. Schrader de feud. par. 3. cap. 4. num. 54. & 55. Iacob. Gall. dicto cons. 32. nu. 20. & cons. 33. n. 13. Caualer. decis. 93 nu. 5. & 3. Vrsill. ad Affl ct. decis. 267 num. 9. Menoch. dicto cons. 181. nu m. 98. Staiban. Iun. resolut 6. num. 6. & seq. Laurent. Vrsell. dicta conclus. 93. num 15.

Huiusmodi probationes feudalitatē arguentes se paratim non veniunt ponderandæ, sed eo-
cōiunctim ad effectū, † vt tanto magis vrcludār, cum se vna alteri coadiuuet, & vicissim fulciantur, vimque, & robur sibi impartiantur, Glo. in l. 3 § eundem, ff de testibus. Schrader. de feud. part. 9 a part. sect. 3. num. 141. Rota decis. 310. num. 46. & seq. part. 6. recent. 10

Identitas quoq; saltem præsumptiue probata dicitur ex eo quia molendinum, & piscationes a Successoribus in feudo distracta apparent, & ideò si nostri principales illorum possessores prætenderent eadem à Vassallo alienante alio titulo, quam inuest. ture fuisse acquisita id probare tenentur, quia præsūpti- † continua æ pos- 11
sessionis in descendentes plus inuestiri nostros p ne pales contrarium et handi rat. sicut onus l. generaliter 14. § si pet. tum ff. de li teicō. libert. & in puncto Io. Anton Bellon. cons 44. num. 66. maxime cum ex diuisionibus postea. & de anno inter Vldaricum, & Andream ab Arcu subsecutis Molendinum delle Gratie recenseatur, & propterea præsumptio intrat, quod semper remanserit in eorum familia, & ab ipsa concessione in feudum originem trahat. Bursat. cons 268. numer 6. Magon. d cis. Florent. 27. numer. 19. & sequent. Barz. decis. Bononien. 2. num. 15.

Prędicta & si primo, vt aiunt vultu plurimum vrgere videantur, Hoc tamen ab opinione nostris principalibus fauorabili, Iuri, ac rationi cōsona, auctoritatibus comprobata, Iuribusque iudicati fulcita retrahere non valent. In

hac

Digitized by Google

hac enim feudorum materia pro constanti sup-
12 ponendum venit in dubio bona quælibet præsumi allodialia, non feudalia cap. 1. §. defuncto si de feud. defunct. cont. sit inter domin. & agnat. vass. cap 1. de controuers. inter masc. & fœm. Gabr. de feud. conclus. 3. Mascard. de probat. conclus. 79. nu. 5. Menoch. de præsumpt. 91. nu. 1. lib. 3. & notat Io. Andr. & alij in capit. nimis de Iur. Alex. cons. 129. in princip. libr. 1. Iacob. Gall. cons. 32. nu. 1. Io. Anton Bellon. d. cons. 44. nu. 1. cum adductis per Borell. cons. 40. nu. 3. Camill. Medic. cons. 66. nu. 2. Io. Baptista Bilocl. conclus feudal. 51. num. 2. 3. & 4. Bursat. cons. 46. nu. 13. Clar. in §. feudum quæst. 18. matt. cons. 255. nu 11. Scacc. cons 6. num. 2. Surd. cons. 133. nu. 24. & cons. 151. nu. 23. Giouagn. cons. 25. nu. 18. & 19. lib. 2. Buratt. decis. 276. nu. 1. & decis. 426. nu. 4. & in annot. n. 1 2. Argel. de legitim. contradict. quæst. 19. artic. 5. nu. 105. Seraph. decis. 894. n. 1. Rota decis 409. nu. 4. & decis. 508. nu. 1. par. 1. & decis. 93. num. 30. par 5. & decis. 310. n. 2. & seq par. 6. recent. Laurent. Vrsell. conclus. 93. nu. 4. Durand decis. 28. nu. 13. & seq. Caren. resolut. 167 num. 1. lib. 2. Fulgin. de emphyt. tit. de contract. emphyt. qu. 25. num. 1. & seq. Rot. in Arriminen. laudem. 29. Aprilis 1650. coram Cetro. Ea monentur ratione, quia feudum dicitur seruitutem
13 † quandam habere, & nisi seruitus probetur omnia res præsumitur libera, sicuti erat in Iure primæuo, l. altius 8. C. de seruit. Surd. d. cons. 151. nu. 30. Durand. d. decis. 28. nu. 14. & seq. Rot. decis. 93. sub num. 30. par. 5. recent. Io. Anton. Bellon. cons. 44. nu. 2. & d. decis. 310. num. 2. par. 6. recent. Fulgin. de emphyt. tit. de contr. emphyt. qu. 25. nu. 2.

Id autem adeò verum est, vt propterea onus probandi rem esse feudalem, ne dum incumbat Domino, siue agnato ad feudum agenti, verùm
14 etiam talis præsumptio † operatur, vt non ordinatiæ, sed vrgentiores probationes, siue per agnatum, siue per Dominum deducendæ Surd. cons. 251. nu. 25. Duran. decis. 28. sub num. 18. vers. sed etiam operetur. Ferentill. ad Buratt. decis. 416. sub nu. 23. Verùm etiam operatur, Laurent. Vrsell. conclus. 93. sub num. 4. versic. sub amplia id in tantum.

Neque ad inducendam alicuius rei particularis feudalitatem, vtpotè molendini, & piscatio-
15 nis expressio generalis in inuestitura † sufficit, veluti si concessio feudi concipiatur cum terris, piscationibus, pratis, molendinis, pascuis, syluis &c. Quia nihilominus iuxta magis communem sententiam prædia, piscationes, & molendina intra fines feudi posita, & consequenter hæc, de quibus nunc agitur, libera & allodialia præsumuntur, dum non probatur de eo tempore fuisse Domini inuestientis, & quod hæc, de quibus inuestitura loquitur Cæphal. consil. 250. per totum, & signanter nu. 15. [ibi] prædia, & molendina possessa per inuestitos non præsumitur feudalia. Natt. cons. 313. n. 2. vbi quod bona feudalia non probentur ex eo, quod in inuestituris dicatur cum pratis nemoribus, molendinis &c. cùm concessio quoad iuris ditionem, non autem respectu dominij facta intelligatur, & cons. 514. nu. 29. & cons. 520. nu. 5. Crauet. cons. 54. sub nu 9. Brun. cons. 1. nu. 3. Roland. à Valle cons. 82. sub n. 7. & seq. lib. 2. & cons. 98. n. 16. & 25. lib. 3. cum adductis per Argel. de legitim. contrad. qu. 19. art. 5. n. 106. vbi quod ex verbis prægnantibus inuestituræ, & ea possessione bona præsumantur feudalia, si inuestitura exprimit bona in particulari cum suis finibus, secus si in genere, quia illa expressio generalis non fundat intentionem, nisi melius probetur bona in particulari esse comprehensa, Clar. in §. feudum, qu. 18. nu. 2. Menoch. cons. 395. n. 23. Surd. cons. 311. n. 51. Buratt. decis. 276. n. 3. vbi quod ad probationem feudalitatis non sufficiat illa expressio generalis de omnib. terris, pratis, syluis redditibus &c. Sed requiratur specialis illius corporis, de quo agitur, quod repetit decis. 426. nu. 5. vbi concluditur syluam tunc controuersam non dici feudalem, quantumuis inuestitura generaliter de syluis cantaret, & ibi notat Ferentill. nu. 16. latè Durand. d. decis. 28. n. 25. Caren. d. resol. 167. nu. 2. lib. 2. Laurent. Vrsel. d. conclus. 93. sub n. 14. vers. quinimmo neque vi feudalites probetur, sufficit expressio generalis, sed requiritur specialis illius corporis, de quo agitur Io. Anton. Bellon. cons. 44. nu. 5. & seq. vbi quod licet fuerint inuestiti cum terris, pratis, & alijs iuribus, & pertinentijs, nihilominùs ex hac verborum generalitate non inducitur, quod molandina in particulari, ac piscationes dicantur feudales subiungens contrariam opinionem communiter probari, tametsi ex medijs huic casui minimè applicabilibus in sententia pro feudalitate resideat. Rosental. de feud. cap. 12. concl. 15. nu. 71. & sub nu. 73. versic & quidem extra hunc casum. Sanfelic. decis. 189 n 10. Fulgin. de emphyt. tit. de contract. emphyt. d. qu. 25. num. 5.

Neque obstaret, si replicaretur ex huiusmodi sententia, ac interpretatione inanem, atque superfluam reddi illam generalem bonorū expressionem in inuestitura factam, cum tamen sine virtute operandi stare non deberet, præcipitati namque Doctores huic obiecto occurrunt, dum exinde volunt dominum feudi † habere intentio- 16
nem fundatā quoad expressa in concessione feudi, quæque intra fines feudi possidet, quantum scilicet ad iurisdictionem tantùm, non autem quoad dominum. Natt cons. 313 nu. 2. cum adductis per Durand. d. decis. 28. n. 23. Ferentill. ad Buratt. decis. 426. nu. 16. Laurent. Vrsell. d. conclus. 93. sub nu. 8. versic. Secunda verò procederet quoad iurisdictionem.

Cæterū cùm vt mihi in facto supponitur bona existentia intra fines feudi Arei fuerint, ac sint in commercio, † deque eis hactenus per distractiones disposuerint, inde propterea inducitur quædam quasi possessio tenēdi in allodiū, quę res efficit, vt multòmagis allodialia veniāt censenda. Isern. in cap. 1. nu. 3. vers. ea verò de 17

controuerſ. inter maſcul. & fœm. Afflict. deciſ. 367. nu. 3. Menoch. conſil. 395. ſub nu. 12. verſic. 4. Surd. conſ. 151. ſub nu. 32. verſ. 6. conſtat & conſ. 311. nu. 11. cum adductis per Io Anton. Bellon. conſil. 44. nu. 12. Hinc etiam fundamẽti diſpoſitio teſtamentaria anni 1571. cum ſubſecuta bonorum deciſione in executionem præfatæ diſpoſitionis famulatur, cùm præcisè ſuper molendinis, ac piſcationibus promiſcuè cum cæteris allodialibus cadant. Inde enim ſequitur
18 quòd tam a teſtatore, † quàm ab hæredibus dicta bona vti libera poſſiderentur ad tradita per Surd. dicto conſil. 151. num. 37. & ſeq. Durand. dicta deciſ. 28. nu. 22. & faciunt tradita per Io. Anton. Bellon. d. conſ. 44. num. 60. Cacherau. conſ. 7. nu. 17. in fin. Giouagn. conſ. 25. nu. 19.
19 lib. 2. Maximè cùm diſpoſitio prædicta collata † per teſtamentum appareat alterato ordine ſuccedendi ab Inueſtitura præſcripto, atque in perſonas remotiores ſimul vocatas cum proximioribus, quæ quidem ſuccedendi alteratio in feudis non permittitur, atque irrita cenſetur, & proximioribus feudi, ſeu portionis illius reuocatio competit ex Surd. deciſ. 343. per totum, & conſ. 305. nu. 47. in fin. cum ſequent. Rota deciſ. 679. n. 4. par. 3. recent. Remotiores enim in materia ſucceſſionis feudi pro extraneis ha-
20 bentur ea ratione, quia extranei † omnes dicuntur, qui proximè ſucceſſuri de Iure feudorum nõ ſunt, Surd. conſ. 108. ſub num. 20. Giurb. de ſucceſſ. feud. §. 1. gloſ. 2. nu. 32. in fin. Petr. Gudelin de Iur. feud. par. 3. nu. 6. & in propoſito releganda ſunt, quæ latiùs ſcripſi allegat. 53. 54. & 55. lib. 2. Vnde cum proximiores non reclamauerint a prædicta diſpoſitione, quin potius acquieſcerint, allodialia propterea omnino cenſenda veniunt.

Supereſt modo, vt obiecta ab initio in oppoſitum cauſa veritatis indagandæ excitata diluamus, quantumuis ex iam dictis ſingula corruere videantur. Non inficiamur ergo quin ex Inueſtitura feudum regulariter probetur, & conſtituatur, vt benè ſuperiùs deducebatur. Verùm tamen ſuſtinens Fridericum Imperatorem enũciata in eius conceſſione præter Caſtrum non contuliſſe in feudum, ſed tantummodo recenſuiſſe, vt ſcirerent inueſtiti circa quæ eorum Iuriſdictio verſabatur, vt dixi ſupra nu. 15. & lectura eiuſdem conceſſionis indicat ibi, ita quod liceat eidem Federico, & eius hæredibus, & cohæredibus vſque in infinitum præfatam iuriſdictionem liberè exercere, & ibi, & quæcunque ad Iuriſdictionem, diſtrictum, & ad alia præfa-
21 ta pertinerent. Siquidem dictio illa ita quod, † ab Imperatore fuit appoſita ad remouendam quamcunque dubietatem, & reſtringendam inueſtituram, ſeu conceſſionem ampliſſimam ad ſolam iuriſdictionem ad textum in l. Lucius 78. §. qui habebat, ff. ad Trebell. & in l. Gallus 29. § idem credendum in fin. ff. de lib. & poſthum. Socin. Iun. conſ. 69 nu. 52 lib. 3. Berett. conſil. 147. nu. 6. Honded. conſ. 69. nu. 45. lib. 2. cum adductis per Barboſ. de dict. 182. nu. 1.

Et ad omnem prorſus maculam, & nebulam, ſeu ſalſitatis abſtergendam illud ſe ſe offert conſiderandum. Quod Fridericus Imperator tranſiuit cum ſuppoſito exiſtentiæ rerum, & bonorum penès inueſtiendos, quoad vtrunq; dominium, ſicque applicari conceſſio in feudum nequit, cum de illius natura † ſit, vt directum 23
feudi dominium retineatur, cap. 1. & ibi Doctores de feud. cognit. Bald. in prælud. feudorum, nu. 8. Peregr. conſ. 16. nu. 1. lib. 1. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 13. tit. 2. nu. 6. Giurb. de ſucceſſ. prælud. 2. nu. 25. & ſeq. & n. 37. Larat. in Theatr. feudal. dilucidat. 4. per tot. par. 2. & reſoluitur in conceſſionẽ Iuriſdictionis proprietatibus quibuſcunque in primæua allodialitate remanentibus, vt in puncto alterius conceſſionis eiuſdem Imperatoris, Peregr. conſ. 16. nu. 11. lib. 1. Ruin. conſ. 108. ſub nu. 23. verſ. quamuis enim lib. 1. Menoch. dicto conſ. 395. ſub n. 74. verſ. reſpondetur primo. Surd. conſ. 135. nu. 53. cum pluribus ſequentibus, quatenus vult bona non cenſeri feudalia, niſi probetur fuiſſe inueſtientis de tempore conceſſionis, & conſil. 151. nu. 64. & latius conſ. 311. ſub nu. 47. cum ſequ. & benè explicat Io. Anton. Bellon. dicto conſ. 44. ſub nu. 6. Sacca conſ. 6. num. 9. & 11. Iſtud autem eo fortius comprobatur, quia conceſſio non tam bona præſentia, quàm futura, quin immo & habitantes etiam capit, ſuper quibus Iuriſdictio quidem exercetur, non autem feudalitas imprimitur. Siquidem de illius ſubſtantia † 24
res immobilis, ac præſens requiritur. Marc. de ſucceſſ. legal. par. 3. qu. 5. art. 2. n. 14. Roſental. de feud. cap 2. concluſ. 53. n. 2. Surd. conſ. 449. nu. 26. cum adductis per Giurb. de ſucceſſ. feud. prælud. 2. n. 36. Larat. in Theatr. feudal. par. 2. dilucid. 61. per totam.

Hinc & ex deductis ſupra nu. 15. remouentur ea, quæ ſubiungebantur ad arguendam molendinorum, ac Piſcationum feudalitatem ratiocinatione ducta ex præciſa expreſſione de eis facta in Inueſtitura, implicat enim, quod in feudum concedi potuerint, dum penès inueſtientem, nec quoad vtile, nec quoad directum exiſterent; ideò Imperator concedens ad exercitiũ iuriſdictionis tantum ſe reſtrinxit. Præterquamquod cum conceſſio, ipſa vniuerſaliter, ac indiffinitè bona quæque etiam priuatis degentibus in territorio competentia, eorum perſonas, ſimul cum acquirendis comprehendat, ideò quod in feudum facta cenſeatur vtique contradictionem euidentiſſimam implicat, quia in conceſſione quantumuis ampliſſima † non veniunt iu- 25
ra, quæ ad alios præter concedentem ſpectant, ad notata per Baldum, & Aluarot. in cap. 1. de cap. qui cur. vendid. vbi dicunt, quod & ſi conceſſo caſtro cum pertinentijs veniant molendina, tamen id intelligendum ſecundũ eos in molendinis, quæ erant concedentis, non autem priuatorum, Surd. d. conſ. 135. nu. 56.

Quapropter cum ex prædictis, non tam in facto, quàm etiam in Iure lauda, ſententiæ, ac res iudicatæ in propoſito ad canonizandam dictorũ bono-

26 bonorem feudalitatem detegantur erroneæ, † ideò super eis solidum ex aduerso fieri nequit fundamentum, vt in puncto considerauit Io. Anton. Bellon. dicto cons. 44. nu. 61. Fontanel. decis. 105. nu. 6. Rosental. de feud. cap. 9. conclus. 27. nu. 20. Menoch. relegandus cons. 501. sub nu. 22. & seq. & præsertim sub nu. 20. vbi quod non sententia etiam Principis supremi propter illius iniquitatem attendi debeat, sed ad inuestituram recurratur. Fusat. de substitut. qu 502. nu. 7. & quæst. 622. nu. 30. Vltra quod fundamentum sententiarum in eo forsitan residebat, quod bona, de quibus agitur sita reperiantur in Comitatu Tuo Censi, vbi ex situatione terrarum intra fines feudi feudales præsumun-
27 tur. Mos autem, & consuetudo Principis † bona concedendi in feudum plurimum facit, vt recedatur à præsumptione allodialitatis, & feudalis dicatur concessio, Menoch. de præsump. 91. nu. 72. libr. 3. Intrigliol. de feud. quæst. 43. num. 110. Rot. decis. 310. nu. t. par. 6. recent. Quod non sic se habet consistente Castro cum reliquis bonis adiacentibus non tam feudalia,
28 quàm allodialia † sunt, adeò vt eorum possessor allodialitatem allegare, eaq; iuuari valeat Bald. cons. 351. sub nu. 10. versic. & nota quod in ista patria vt in Austria lib. 1. Rot. decis. 93. nu 34. par. 5. recent. Ceterum hæc dicta sint ex abondanti cum Castrum, de quo agitur districtum separatum habeat, sicque persistendum in eo, quod sententiæ tamquam repugnantes omninò teneri inuestituræ pro non latè habeantur, ad effectum, vt dispositio inuestituræ dumtaxat attendi debeat. Præterquam quod non vocatis agnatis sententiæ nihil releuant. Fulgin. de emphyt. titul. de contract emphyt. quæst. 25. numero 26.

Nec obstat feudalitatem molendinorum præcipuè probatam resultare ex declaratione nullitatis contractus ob non impetratum Sacræ
29 Maiestatis Cæsareæ assensum; † exinde enim colligitur vehemens feudalitatis coniectura, vt latissime prosequuntur Io. Anton. Bellon. dicto consil. 44. nu. 44. 45. & 46. Rota decis. 310 nu. 31. par. 6. recent. Quoniam quidquid esset de dicto molendino nuncupato vulgo, il Molin di sotto, ab eo non licet inferre ad alia bona, & molendinum à nostris principalibus possessum nuncupato, delle giare. Vnde nec dicta sententia, quatenus subsisteret, in consideratione haberi deberet ob euidentem repugnantiam, quã de directo habet ad inuestituram, nec merceba-
30 tur allegari, † tum quia non constat de illius executione, Crauet. cons. 10. nu. 5. Caneer. vae. resolut. cap. 17. nu. 421. & seq. par. 5. Fontanel. decis. 95. nu. 14. Tum quia ea sui lectura obreptione conspersa detegitur. Quoniam si assensus in distractu molendini fuisset necessarius, & non adhibitus molendinum Sua Maiestas Cameræ incorporasset, Rot. in Farsen bonorum 19. Iunij 1647. coram Roias.

Minus in Iure subsistit, quod testes de fama, aut auditu feudalitatem probent, contrarium enim verius existit, cùm ad effectum probandi rem aliquam esse feudalem ex necessitate requi-
ritur quod testes † sciant, quid sit feudum, & 31
quid allodium, vt iudicatum refert Afflict. decis. 277. per totam, Iacob. Gall. dicto cons. 42. nu. 26. & cons. 33. nu. 18. Surd. cons. 151. num. 75. Fulgin. de emphyt. tit. de contract. emphyt. qu. 25. nu. 22. Buratt. dicta decis. 276. nu 2. & decis. 426. nu. 7. Rota decis. 310. nu. 60. par. 6. recent. Neque producti à D. Comitissa quicquam releuant, dum neque ab ipsa, neque ab eius nepotibus reproducta eorum testificata appareãt, aut illia modo vti intendant, quo casu auctoritates superius congestæ num. 6. non applicantur, vt enim testes † contra inducentem probant depositionis necessaria existimatur reproductio per Honded. cons. 81. nu. 50. & 51. lib. 2 Farin. de testibus quæst. 62. nu. 243. Gratian. discept. forens. 699. nu. 11. & discept 753. nu. 15. Beltram. ad Ludouis decis. 25. nu. 9. Ferentill. ad Buratt. decis. 298. sub glos. B. vers. Si autem rationem assignant, quia testem producens illius personam, non autem dictum approbare censetur, vt præter adducta Caualer. decis. 154 nu. 3. quos cumulat idem Ferentill. apud Buratt. d. decis. 298. sub glos. B versic. ea ratione quia. Quibus insuper accedit, quod huiusmodi testes dependentes pro eorum Domino † ratione Iurisdictiones non dicuntur omni exceptione maiores, ac de eorum fide plurimum diminuitur, Farinac. de testib. quæst. 55. nu. 212. Quæ tamen dicta sint ex abondanti, nam cum ex Instrumen-
to † inuestituræ istorum bonorum allodialitas 34
conuincatur, frustra, quid dixerint testes, anxiè inuestigatur. l. census 10. ff. de probat. Caualer. decis. 294. nu. 1. Coccin. decis. 235. nu. 17. & magis ad rem nostram Rot. decis. 310. nu. 61. par. 6. recent. (ibi) & in omnem casum constito per scripturas, vt supra, de feudalitate hæc probatio præferenda est omninò probationi per testes, ita è conuerso nos subiungimus exclusa feudalitate per scripturas ad nihilum testea superinde recepti deseruiunt.

Præsumptio autem feudalitatis ducta ex qualitate bonorum, & ex eo, quod Molendina facilius præsumantur feudalia facillime tollitur, non solùm ex Inuestitura Friderici sonans in concessionem iurisdictionis super bonis, non verò in concessionem bonorum in feudum; verùm etiam, quia Doctores, vt plurimum de molendinis † pro securitate castri destinatis loquuntur, vt videre est apud Giurb. de success. feudi, §. 1. glos. 11. nu. 24. Cæterum quod simpliciter
loquendo molendina † non prouenientia ab in- 36
uestienti non esse feudalia latiùs defendit Burs. post alios cons. 41. à nu. 1. ad 12. Thesaur. decis. 16. sub nu. 9. ac per totum, vbi insuper concludit, quod vassallus inuestitus de Castro cum terris, pratis, molendinis, &c molendina in feudum habere non dicatur, neque subditos ad molendum compellere valeat; vltra quod accessio ad molendina est necessaria, ex quo in ipsa Terra Arei alia non extant molendina; in Villa autem

autem Dro. adest molendinum, quod spectat ad priuatum.

Eliditur quoq; coniectura desumpta ex supposito, quod maior pars bonorum feudalis censeatur, ex iam ductis enim in facto hanc asser-
37 tionem non verificari deducitur, minusve subsistentem in Iure comprobant tradita per Rosētal. de feud. cap. 12. conclus. 15. à nu. 1. ad 26. vbi disquirit an saltem procedat, quando agitur de vno dũtaxat corpore integrali, latè Surd. dicto cons. 135. à n. 69. ad 76. vbi quod probari debeat prius maiorem partem esse feudalem, quodque præsumptiones contrariæ allodialitatis hanc feudalitatis facillimè prosternant, & cons. 51. sub num. 27. vbi declarat procedere, quando est vnicum integrale corpus, vnus mãsus, & vnum poderium, & ita explicant feudistæ in cap. 1. de controuers. inter mascul. & fæmin. & faciunt tradita per Fulgin. de emphyt. tit. de contract. emphyt. dicta quæst. 25. nu. 9.

Frustra igitur de cumulandis præsumptionibus contenditur, dum singulæ in suo genere sũt
38 imperfectæ, † seu non militant, quo casu axioma singula, quæ non prosunt, simul vnita iuuant, non iuuant. Bald. in l. si quis ex argentarijs 6. §. 1. nu. 2. ff. de edem. Rota decis. 103. n. 6. & decis. 187. nu. 18. par. 5. recent. Neq; identitatem allegare expediebat, cum de ea non cõstet, omnique in casu non suffragaretur ex quo satis probatum fuit bona in concessione Iurisdictionis cuncta allodialia reputari.

Tandem cùm penès D. Comitem allodialia restitutioni dotis obnoxia existunt, ab illius petitione excluditur, nec quod pro supplemento fideicommissi subrogata extiterint aduersæ parti in nihilo suffragaretur, quemadmodum neque principalibus nostris in eorum anteriori hypotheca præiudicat, quia prior in tempore, est potior iure, vt notissimis Iuris est. Et fidei-
39 commissarius † Ius, vel hypothecam non habet nisi in bonis, quæ fuerunt testatoris, l. 1. Cod. commun. de legat. Cyriac. controu. 282. nu. 5. At nostri principales tanquam hæredes dotis Ius, atque hypothecam habent, quæ per quem-
40 cunque dispositionem contractuum, † & subrogationem à Domino Comite Gherardo sine ipsorum consensu ab eis auferri non potuit, l. 3. & l. 4. & Melius, l. res pignoris 9. C. de remisso pignor. Cyriac. controu. 55. nu. 15. Huiusmodi subrogatio non impedit, quo minus ea non obstante Illustrissimi DD. Barones satisfieri debeant.

Quare &c. Saluo &c.

ARGVMENTVM.

Episcopus in feudalibus per immemorabilem iuuari potest, vt etiam priuatiuè quoad Sanctam Sedem præscripsisse censeatur facultatem cognoscendi causas inter ipsum, & vassallos occurrentes in omnibus instantijs, saluo vassallis recursu ad Sanctam Sedem in casibus negligentiæ, vel denegatæ iustitiæ.

SVMMARIVM.

1 *Vicarius Episcopi non cognoscit de causis feudalibus.*

2 *Appellatio in causis feudalibus datur à Iudice constituto ad Dominum constituentem quoad feuda Episcopatus, ad quem de Iure censetur interposita ad Iudicem ordinarium appellationis si adest nu. 61*

3 *Immemorabilis non appellandi ad Sanctam Sedem in feudis Episcopatus Mantuæ obseruanda.*

4 *Iurisdictio per immemorabilem præscribitur. Intellige accumulatiuè, non autem priuatiuè, num. 5. Omnimoda vassallo censetur concessa, num. 8.*

7 *Preuentioni locus est inter plures iudices.*

9 *Papa instante appellato causam remittit ad Iudices ordinarios, vbi rationabilis non subest causa eam retinendi.*

10 *Prælati inferiores quoad Iurisdictionem contra Superiorem habent remedium manutentionis, si constet de immemorabili.*

11 *Præscriptio currit in Iurisdictionalibus stante immemorabili, quæ seruit loco tituli.*

12 *Iurisdictioni per actus contrarios præiudicatur tantùm in præteritum, & non in futurum, neque quoad successores.*

13 *Iurisdictionis possessio non probata scientia, & patientia Episcopi non amittitur.*

14 *Quasi possessio vniuersalis non impeditur per actus particulares.*

15 *Appellatus potest præuenire in introducenda appellatione, quando Iudex appellationum est certus.*

16 *Inuestitura pactum, quod in causis feudalibus inter Dominum, & Vassallum metis solus Dominus eligat Iudices valet.*

Allegatio LV.

Adsit Deus.

ILlustrissime Pater; Causæ feudales Episcopatus tanquam temporalitatem concernentes, † atque speciali nota dignæ non 1
censentur comprehensæ, nec veniunt in generali concessione facta Vicario ex traditis per Cardinal. in clem. 1. nu. 19. de offic. Vicarij.

Sbroz.

Sbtoz.de offic.Vicat.lib.a. quęst.125.n.3. quos
allegat, & sequitur Barbos. de offic.& potestat.
Episcop.allegat.54.num.12. Vnde in Ciuitate
Mantuæ ab Episcopis pro tempore consueuit
deputari Iudex,seu commissarius: cum facultate
iudicandi causis dumtaxat feudales eiusdem
Episcopatus, à quo per tantũ tempus, cuius ini-
tij memoria non extat in contrarium ad Vicari-
um eiusdem Episcopi,tanquam illius personam
in hoc repreſentantem appellatur. Quod opti-
a ma ratione fuit inductum, quoniam in causis, †
seu specie causarũ,in quibus specialiter consti-
tuitur Iudex aipbso constituto ad constituentẽ
immediate appellatur,glos.in c.2. in verbo offi-
cialem, vbi Doctores de offic. Vicar.in 6.cum ad
dictis per Barbos.de offic. & potestat. Episcop.
dicta allegat.54.num 52.Rota decis.1131.part.
2. diuers. lib.3.Laurent. Vrsell. conclus.128.n.
19. in verbo appellatio, quibus accedunt magis
ad rem Bart.in l.1. ad fin ff. quis, & à quo ap-
pellet: vbi quod à constituto ad constituentem
appelletur Curt. Iun. de feud part.7.sub num.
32. versic.mihi autem videtur ad sent ad Rosẽ-
tal.de feud.cap.5.in glos ff. vbi testatur in aliqui
bus Curijs extare consuetudinem, quod ab offi-
cialibus, seu Iudicibus Episcopi appelletur ad
eundem Episcopum, vt coloniæ, & cap.12.cõ-
clus.20. num.13. vbi quod respectu feudalium
in materia appellationis obtineat id,quod con-
suetudine, ac diutina obseruantia inductum fu-
it eum adductis in glos L. Hartman. Hartman.
in prax.lib.2 tit.19. obseruat.15.in fin fol.276.
Rolan. dicto cons.89. nu.19. lib.2. Schouer de
feud. lib.2. disput.2. thes.42.Schrader.de feud.
partic.10 inspect.8. num.141.

Qua propter in hac Curia Episcopatus Man-
tuæ attendenda venit consuetudo, iuxta quam
in feudalibus causis in prima instãtia cognoscit
Commissarius feudorum,in secunda Vicarius ge
neralis,in tertia vero aliaque vlteriori is, quem
Episcopus pro tẽpore elegerit,donec, & vsque-
quo per tres conformes negotiũ iudicialiter ex-
peditum extiterit,absque eo quod vnquam in
huiusmodi cognitionibus Curia Romana ma-
nuum apponat, quam sane iudicandi metho-
dum, atque consuetudinem diu,atque ab imme-
3 memorabili † obseruatum etiam in preiudicium,
atque ad exclusionem sedis Apostolicæ atten-
dendam profitetur Summus Pontifex in c. Ro-
mana §. 1. ibi, nisi aliud Remensi Ecclesiæ de
consuetudine competat in hac parte de appel-
lat. in 6. Menoch. cons.466.num.33.34.& 35.
Gratian. discept. forens.383. num.19. Laurent.
Vrsell. dicta conclus.128.num.209.in verbo ap-
pellatio rationem optimam assignant,quia cum
ordo appellandi pendeat à Iure positiuo, ab eo-
que introductum admittatur, consequens fit,
quod contraria consuetudine præueniri valeat.

Eoque fortius ista procedunt propter imme-
morabilem, vigore cuius semper Episcopi,nun-
quam vero sedes Apostolica causas feudales in
omnibus instantijs determinandas iuncta supe-
rius dicta delegarunt,& in effectu Iudices sic de-
putari diffinierunt, nemini autem dubium esse
censemus,quin Episcopus potuerit in hac aucto-
ritate Pontificis † prescribere, atque in causis 4
feudalibus mensæ Episcopalis indepeodenter à
Sancta Sede de iustitia prouidere per textum in
c. super quibusdam 5. præterea exor.de verb. si-
gnific. Iason cons.208. num.10. lib.2 Rolan. à
Vall cons.3. num.82. lib.1. Loffred.cons.40. n.
48.Rosental.de feud. cap.5.conclus. 16. per tot.
cum infinitis ibi per addentes adductis in glos.
c. Rota decis.11. nu.2. part.2 recent. vbi quod
præscriptio temporis,cuius initij memoria non
extat, habeat vim priuilegij, ac iusti tituli,ita vt
per eã acquirantur etiam ea, quæ Principi sunt
reseruata,tamet si obstet præsumptio Iuris com-
munis contra pręscribentem.

Neque obstat, quod Iurisdictio pręscripta ab
inferiore contra superiorem censeatur accumu-
latiue † non vero priuatiue,ac consequenter nõ 5
impediat,quo minus ad Papam appellari valeat
Abb.post glos.in ca pastpralis num.7.vbi etiam
latissimè Felin. num.2. & seq. de offic. ordinar.
Bald. de prescript.2. part 5. part. princ. quæst.
3. num.11. fol.mihi 414. Rota decis.196. num.
6. part.2. diuers. quæ est decis 615. apud Sera-
ph.& in Mantuana Iuris pascẽdi 26.Iunij 1628.
coram Virili,& in eadem apud Dutan.decis.191.
num.4. Gonzal. ad regul.8.Cancellar §.2. pro-
em num.23.& 24.& 25. Gratian. discep.forens.
154. numer.35. Laurent. Vrsell. dicta conclus.
128. n.221. in fin.& 227. & n.131.

Cui obiecto pluribus occurritur,& primo præ
sentem controuersiam non esse Iuris articulum,
sed facti, ex quo Garusius non appellauit ad Sã-
ctam sedem, sed ad quos de Iure. Vnde cum ex
dicta præscriptione immemorabili à Commis-
sario feudorum † appellatur ad Vicarium ad eũ- 6
dem dicitur appellasse Garusium ad tradita per
Scac. de appellat. quęst.7. à num.4. vsque ad 10.
Deinde quia quando plures in eadem causa esse
possunt iudices, tunc fit locus præuentioni, † 7
adeo vt Iudex ille, qui prius cognoscendo præ-
uenit, remaneat cum causæ iurisdictione, vt il-
le solus procedere habeat l. si quis postea 7. §.
vbi ceptum 30. ff. de Iudic. Gratia. dicta discept.
254. sub num 36. versic quomodo Iurisdictio
non fuerit præuenta per inferiorem, Gonzal. ad
regul 8. Cancelar. §.3. proem. num.13. Vlterius
quia versamur in Iurisdictione feudali, ratione
cuius Episcopus se habet tanquam summi Pon-
tificis vasallus, cui perpetua † in ordine ad suc- 8
cessores in Episcopatu, omnimodaq; Iurisdictio
censetur concessa, Gratian. dicta discept.134. n.
37. Marr. Vot.164. num.1.2.& 3. Demum quia
omni in casu Papa non solet apponere manus ad
cognitionem causarum in præiudicium ordina-
rij, quantumuis pręcise ad Sanctam Sedem Apo-
stolicam appellatio appareat interposita, nisi ex
rationabili causa † qua non concurrente, & in- 9
stante Prælato signatura consueuit causam re-
mittere vt post alios optime animaduertit Scac.
de appellat. quæst.7. numero 54. & numero
83.

Interim

Digitized by Google

Interim verò vbi in premissis aliqua subesset
10 difficultas intenta immemorabili † prædicta
Episcopus in sua possessione, seu quasi cogno-
scendi causas feudales per eius officiales in om
nibus instantijs manutenenri deberet, Mantica
decis. 5. 2. nu. 9. Post. de manuten. obseru. 44.
nu. 34. per remissionem causæ ad partes quem-
admodum successit de appellatione tunc ad Sā-
ctam Sedem expressè interposita, & ob quam
emanauit diploma Clementis Octaui ex præ-
11 supposito immemorabilis † etiam tunc, & sic
quinquaginta ab hinc annis decursæ, ac vigen-
tis, atque vtrinque à partibus admissæ, in vim
cuilibet titulus allegari posset Rota d. decis. 11.
nu. 8 & 9 par. 2. recent. & coram Burat. decis.
435. nu. 5. cum ibi notatis per Ferentill. Gra-
tian. discept. forens. 441. nu. 11. latissimè La-
rath. in Theatr. feudal. part. 8. dilucid. 21. per
totam, Sued. decis. 1. n. 2. & ibi notat Hodiern.
quod contra Romanam Ecclesiam spatio centū
annorum præscribatur. Io. Solorz. de iur. In-
diar. lib. 3. cap. 3. num. 74. Bertran. d'Argentie
ad consuetud. Magni Ducati Britan. tom. 1. tit.
14. des appropriances. art. 266. cap. 8. de præ-
script. aduers. pact. redempt. ex consuetudine,
num. 30. & seq cum alijs per Caren. resolut. 8.
nu. 8. de qua sanè immemorabili non est dubi-
tandum, cùm vltra narratiuam, atque partium
admissionem facti series eandem induat, & cō-
fouet, dum appellatio accederit respectu tertię
instantiæ præuia cognitione eiusdem causæ in
prima instantia per Commissarium, & in secū-
da per Vicarium. Vnde cùm eadem ratio vige-
ret, etiam quoad tertiam instantiam. Ideò Sum-
mus Pontifex precibus Episcopi ipsa immemo-
rabili innixi causam decidendam remisit alias
vbi decretum Pontificis non conferetur obten-
tum, & concessum in vim approbationis eius-
dem immemorabilis vtique superfluum redde-
retur, cum partibus consentientibus eisdem li-
berum fuisset in foro Episcopali causam prose-
qui.

Immemorabilis insuper dicitur probata, eo
quia ex causis feudalibus infinitis inter Episco-
pum Mantuæ, & vassallos tractu temporis pro-
motis nulla alia in Curiam fuit deuoluta per ap-
pellationem, quam illa, occasione cuius Sum-
mus Pontifex concessit remissionem, & altera,
de qua adest et ā decisio in Mantuana feudi 17.
Iunij 1641. coram Roias, per quam non cen-
12 setur, quoad alias causas, † & successoribus ge-
neratum præiudicium respectu exemptiones
acquisitæ in hoc quoad causarum feudalium co-
gnitiones, Cyriac. controu. 369. nu. 13. & 14.
Mynsing. cons. 19. nu. 28. Cost. de re integr. di-
stinct. 40. nu. 7.

Quemadmodum neque resisteret si oppone-
retur per dictam causam in Mantuana iuris pa-
scendi interruptam censeri immemorabilem.
Tum quia in dicta causa Episcopus non inter-
uenit, neque agebatur de eius interesse, & ta-
13 men † iurisdictionis possessio non amittitur non
probata scientia, & patientia Episcopi, nec al-
teri acquiritur Innoc. & Abb. in cap. bonæ, de
postul. Prælat. Rota coram Comitolo decis. 138.
nu. 12. quæ est decis. 138. n. 12. quæ est decis. 78.
apud Post. de manuten. & decis. 268. nu. 3. par.
4. recent. Tum quia actus particulares inter vas-
sallos subsecuti non præiudicant in cæteris iu-
risdictioni eiusdem Episcopi præscriptæ † de co- 14
gnoscendis causis in omnibus instantijs pendē-
tibus inter ipsum, & eius vassallos ad tradita post
Post. de manuten. obseruat. 73. num. 172; Quæ
verò opponebantur circa nullitatem præuentio-
nis in introducendo causam coram Vicario iu-
dice appellationum per appellatum † non vide- 15
tur facere ad rem, tanquam attingentia appella-
tiones certum iudicem non habentes, vt nō ob-
scurè colligitur ex traditis per eundem Scac. de
appellat. qu. 14. nu. 52. & seq.

Plurimum verò consuetudinis fauet pactum
quo in inuestituris vassallorum Episcopatus, per
quod se obligant litigare in Curia Domini re-
seruato ipsis iure appellandi à iudice per Epis-
copum in feudalibus constituto, quod sanè pa-
ctum hoc recepit, ac semper habuit interpreta-
tionem, vt intelligeretur de omnibus instantijs
quæ in Curia Domini ex præscriptione, ac con-
suetudine immemorabili solent terminari. Quā-
do autem pacto inuestituræ † ita cauetur de liti-
gando coram eligendis per Episcopum, ac suc-
cessiuè in causarum feudalium decisione obser-
uatum extitit, tunc omnis dubitandi ansa remo-
uetur ex traditis per Schrader. de feud. part. 10.
sect. 8. nu. 146. & seq. Schonei. de feud. lib. 2.
disput. 2. thes. 43. Optima autem ratione id fuis-
se inductum, tam pacto, quàm consuetudine ex
eo, quia iniquum videtur, quòd vassalli imme-
mores beneficij ab Ecclesia per inuestituras ac-
cepti in casum deuolutionis, aut commissi co-
gant ipsius Prelatos ad immortales suscipiendas
lites, non sine maximo ipsorum dispendio casuit
transactione finita.

Quare &c. Saluo &c.

ARGVMENTVM.

Prescriptio non cadit in bonis Eccle-
siæ ex dispositione donatoris alienari
prohibitis, adeò vt non obstante cen-
tenaria à successoribus reuocari possūt.
Etiam si intercesserint in alienatione be-
neplacitum Apostolicum, & consensus
Patroni successores in Iure patronatus.
In antiquis identitas coniecturis proba-
tur, qualesve, & quot sufficiant. Morte
delegantis expirat Iurisdictio delegati
sub delegante nondum cæpto iudicio.
Ecclesiæ bona in emphyteusim conce-
di nequeunt potentioribus. Scriptura
ex originali reperto in Archiuio Cathe-

dralis

dralis probat. Ex quibus coniectur. mandatum præsumatur,& Procuratoris negligentia in non appellando principali afficiat.

SVMMARIVM.

1 *PRæscriptio quadragenaria currit contra Ecclesiam. Centenaria non infringitur per decretum irritant. nu 2 Requiritur aduersus Principes num.8.*

3 *Beneficij status per quadragenariam mutatur.*

4 *Præscribi non possunt, quæ non sunt concessibilia. Neque alienari prohibita n.5.*

6 *Præscriptio non currit viuente Prelato, qui alienationem fecit Contra precessorem, non preiudicat successori num.7 Ignorants non currit. nu.9.*

10 *Federicius* Gonzaga *Dux Mantuæ obijt de anno* 1540.

11 *Immemorabilis præscriptio præiudicat successoribus in beneficio.*

12 *Fundatus Iuris patronatus prohibitio alienationis nunquam præscribitur, nec mutari potest. Successor non potest derogare qualitati in fundatione appositè num.19.*

15 *Argumentum à feudo ad Ius patronatus validum est quoad modum succedendi.*

14 *Præscriptio etiam longissimi temporis non currit vbi constat de titulo nullo, atque inualido.*

15 *Ecclesiæ bona in emphyteusim conceduntur concurrentibus euidenti vtilitate,& solemnitate.*

16 *Consensus sequi potest, & actum validat. Patroni non requiritur in alienatione Iuris Patronatus numer.17. Declara vt num.26.*

18 *Susceptio non attenditur in alienationibus rerum Ecclesiæ si constet de euidenti illius vtilitate.*

19 *Solemnitates præsumuntur ex causa triginta annarum iuncta obseruantia.*

20 *Alienatio etiam in casu permisso non valet, quando præter legalem prohibitionem concurrit etiam hominis prohibitio, & num.25.*

21 *Papa non derogat Iuri patronatus Ducum, nisi exprimat.*

22 *Ius patronatus gentilitium transit etiam ad non hæredes.*

23 *Patronus in fundatione Iuris patronatus potest apponere conditiones sibi beneuisas.*

27 *Identitatem probare tenetur, qui in ea se fundat. Quænam excludat nume.28. In antiquis coniecturis præsumo nume.29. Et quibus num.30. 31. & 32. Duæ demonstrationes probant nu.33. & 34.*

35 *Delegatio extinguitur morte delegantis. Ita vt non possit procedi nisi nulliter n.36.*

37 *Emphyteusis Ecclesiastica non transit in potentiorem.*

38 *Exemplatio instrumenti ad hoc vt probet partis citationem requirit, Ab exemplo sumpta non probat. num.39. fallit concurrentibus adminiculis nu.44.*

40 *Archiuium non dat robur scripturæ priuatæ.*

42 *Scriptura in Archiuio Cathedralis Ecclesiæ reperta contra subditos plene probant. Amplia vt n.42. 41. & 46. & nu.48.*

43 *Nullitas ex defectu Archiuij non attenditur, quando constat de legalitate notarij, & cessat suspicio fraudis.*

47 *Originale esse Instrumentum, ex quibus colligatur.*

49 *Archiuistę attestanti de eius deputatione creditur.*

50 *Exemplationi Notarij actuarij statur absque alia solemnitate.*

51 *Citatio non requiritur in transumptis, si de consuetudine illa non adhibeatur. Quicquid sit de Iure communi numer.52. & num.53.*

54 *Instrumenta sine citatione extracta semper saltim præsumptionem faciunt adminiculis præcipue concurrentibus.*

55 *Mandatum coniecturis presumitur. Et sufficit presumptum in casu statuti num.56. Præsumitur ex impensis num 57. & ex iurium productione num. 58. etiam ad sustinendam sententiam nu 59. quando extenduntur ad lites futuras num.61.*

60 *Mandati de defectu opponere post sententiã calumniosum arguitur.*

62 *Procuratoris constitutio facta ad causam iam motam operatur ratificationem eorum, quæ gesta sunt per eundem procuratorem antequam mandatum susciperet. Negligentia in non appellando præiudicat Domino nu.63. & 64.*

Allegatio LVI.

Adsit Deus.

BEatrix,& Matilda eius Filia Serenissima Princeps mulieres memoriæ nunquam satis laudatæ inter cætera pietatis officia, & munera in Deum, & Ecclesiam Mantuanam collata Dono dederunt Cath. Ecclesiæ sub in vocatione Diui Petri erectæ die 10.Sept.

Digitized by Google

10. Septembris 1073. Duas Curias, & prout latius constat ex diplomate donationis; cuius exemplum de mandato Iudicis extractū ab originali repertu in Archiuio Cathedralis Ecclesię registratur in processu nostro primo fol. 35. cum declaratione Iurata D. Hippoliti menimi, tunc Massarij Capituli, quod huiusmodi instrumentum fuerit leuatum è dicto archiuio ad effectum illud exemplandi, & postea ipsum originale restituendi, ac reponendi in eius solito loco. Et iterum ostenditur in secundo processu fol. 23. & seq. In quo donationis elogio inter alia disponitur, ne proprietates donatæ vllo vnquam tempore per quemcumque titulum alienari queant in hæc, quæ sequentur verba.

Ita tamen, vt nec Canonici, qui in eadem Canonica ordinati fuerint habeant licentiam vēdendi, donandi, commutandi, aut in beneficium dandi neque per liuellum, aut per precarium, neque per emphyteusim, nec per vllum alium modum, vel titulum, & si Canonici hoc secundum iam dictum tenorem non obseruauerint prædictę Curtes cum prænominatis Ecclesijs, & cum rebus ad eas pertinentibus in nostra, vel hęredum nostrorū deueniant virtute, donec Canonici fuerint, qui suprascriptam ordinationem obseruauerint.

Cum igitur Curia Casaletti altera ex donatis fuerit pro præbenda assignata, & vnita Archidiaconatui de Iure patronatus Serenifs. Domus Gonzagiacę eandem Archidiaconi pro tempore, vt supponitur, & ex facti contingētia infertur tenuerunt, & possederunt vsque ad annum 1522. Quo tēpore dum esset Archidiaconus D. Alexander Gabloneta de Curia prædicta in emphyteusim inuestiuit D. Albertum de Caprianis saluo tamē beneplacito Apostolico, & non aliter, nec alio modo, pro annuo liuello ducatorum quatuorcētum auri in rationem solidorum nonaginta trium pro ducato, cum pacto affrancādi per assignationē vnius proprietatis æquinalentis, & æquè bonę, liberæ, & allodialis, vt apparet ex inuestitura in processu primo, fol. 5. & seq. Quod beneplacitum fuit obtentum à Sanctissimo Domino nostro de anno 1523. die 29. Martij cum solita clausula, & modificatione dummodo inuestitura in ipsius Ecclesiæ, & Archidiaconatus euidentem cederet vtilitatem, pro cuius adimplemento, de anno 1525. examinati fuerunt testes ad probādam ipsius Ecclesiæ vtilitatem notoriam. Quemadmodum eodem anno per executores Apostolicos extitit pronunciatum dictam inuestituram in commodum, & vtilitatem Ecclesiæ, & Archidiaconatus vertere ac redondare, Quæ omnia, & singula tandem, ac de anno 1534. à Serenissimo Federico Gonzaga Mantuæ Duce, ac dictę dignitatis patrono confirmata fuerunt, prout de prędictis constat ex processu pri. fol. 47. & seq.

Prædicta verò inuestit. sic, vt supra D. Caprianis concessa obseruantiam obtinuit vsq; annū 1609. cum vigore facultatis affrancandi eisdem de Caprianis cōcessa subrogauerint quasdā proprietates existentes apud Serenifs. Ducem Vincentium Primum, cui partim in pecunia numerata, & partim per cessionem nominū debitorū soluerunt scutos sex milla, ad effectum, vt sua Celsitudo susciperet in se onus soluendi liuellū obligando, & supponendo in specie Hortos extra portam Pusterlæ nuncupatos del Thè. Quę tamen propietates per suam Celsitudinem obligatæ pluribus alijs oneribus reperiebantur affectè adeo, vt etiam ex hoc capite nulla considerari posset Archidiaconatus Vtilitas.

Nihilo successores in ipso Archidiaconatu, dictæ subrogationi per multum temporis spacium acquieuerunt, & non nisi de anno 1628. dū Archidiaconali dignitate esset insignitus D. Benedictus à Turri, in controuersiam reuocatum fuit, num prędicta inuestitura, & subrogatio vti factæ contra expressam mentem D. Mathildæ, ac eius matris viribus, subsisterent, pluribus hinc inde deductis tādem ad fauorem Illustrifs. D. mei Claudij, Sorinæ equitis, prælati familiaris suæ Sanctitatis, Cathedralis Ecclesiæ Vlmacentia Senioris Capitularis Canonici, ibidēque ad Sanctam Annam Rectoris perpetui Sacræ Maiestatis Cesareæ Consiliarij, Theologi I. V. D. Nobilis Patritij Mantuani, & ad eandem Maiestatem pro Serenifs. D. Nostro Residenti, pendente adhuc lite de præfata dignitate prouisi, lata fuit sententia per Reuerendifs. D. Vicarium generalem, per quam irrita, & inanis ab initio pronunciatur emphyteuticatio de Curia Casaletti in DD. Caprianos vti facta cōtra prohibitionem Dominarum Beatricis, & Matildæ matris, & filiæ respectiuè, ipsi Domini Capriani condemnātur ad relaxationem eiusdem Curtis, vna cum fructibus perceptis, vel qui percipi potuissent, compensatis tamen liuellis per eosdem Archidiaconos habitis, nec non etiam in expensas, & prout latius in secundo processu fol. 27.

Et licet à prędicta sententia tempore debito non fuerit interposita appellatio, & per consequens trāsierit in iudicatum. Attamen sub quibusdam friuolis prætextib⁹ per dominum olim Senatorem P rtam Iudicem auctoritate lationē in gratiam Dominorum de Caprianis deuoluere in proces. 2. f. 43. tergo A qua cum ad instantiam D. Sorinæ fuisset appellatum, ipsamq; appellationem remansisse desertam, prætenderunt tūc ter Iura dominorum de Caprianis Illustrifs. Dominus meus Senator Grandus Iudex specialiter auctoritate Apostolica delegatus, pronunciauit dictam appellationē nequaquam desertam remansisse, & alteram sententiam fauore eiusdem D. Sorinæ latam sub die 26. Martij eiusdē Ann. 1635 per Reuerēdifs. D. Vicarium transitum fecisse in iudicatum, & ita executioni esse demandandam vt in secundo processu fol. 61. Cui pronunciæ neque etiā acquiescens pars aduersa iterum appellationem interposuit. Verum cum nomine D. Archidiaconi opponeretur ad impedēdam admissionem appellationis de re iudicata, ac decreto executiuo interim Illustrifs. D. meus Senator Co: Moronus sententiauit huiusmodi

appel-

appellationẽ deuoluere ex deductis per eius de. in 2. proc. fol. 63. & 67. Quam ob pronunciam sentientes se valde grauatos tuentes Iura D. Archidiaconi ab eadem appellationem interposue runt, sed hic non sine maxima nostri admiratione impediebatur cursus causæ per petitionẽ iuramenti calumniæ incundi personaliter per ipsummet Archidiaconũ degentem in Germania. Quod sanè obstaculũ illicò ex pronuncia D. mei Zanacchi Iudicis delegati, quod nempe sufficeret iuramentum procuratoris, remansit sublatũ.

Stante hac serie facti requisitus, quid pro veritate sentiam, & vniuscuiusque sententia fundamenta recensere, placet præsentem quæst. in plures articulos, seu inspectiones diuidere, vt ex singulatum decisione magis pateat iustitia causæ, quam fouet D. meus Archidiaconus, cuius sanè Iura iu meritis irrefragabilia esse, fatentur quoque aduersarios patrocinantes, non tam verbis dum id palàm profitetur, quàm etiam facto, dùm se restringunt ad quasdã altercatinnes cauillosas, solùm telam iudiciariam respicientes, quæ tamen nihil officiunt, quin optimus Ius D. Archidiaconus Sorina habere dicatur.

Prima inspectio versabitur in eo, nùm obstet præscriptio con. & amplius annor. ad infringẽdam vim prohibitionis alienationis terrarũ per DD. Beatricem & Matildam donatarũ Ecclesiæ S. Petri, qui ab anno 1522 concessionis Inuestituræ vsq; ad diem litis contestatæ effluxerunt. Secunda, an beneplacitum Apostol. & consensus Serenis. Ducis Maotuæ, de cuius Iurepatronatus est Archidiaconalis dignitas, abstulerint quodlibet obstaculum prædictam Inuestit. impediẽs, tertia vtrùm constet de identitate, adeò vt Casale nunc possessum per DD. Caprianos sit illud idem prædium, quod dictæ mulieres Principissæ obtulerunt Ecclesiæ; quatenus solemnitates adhibitæ attendendæ venirent, quoties nil aliud obstaret, ex quo Adrianus VI. deputauit executores, qui non nisi longe post illius obitum, & sub Pontificatu Clem. VII. successoris munus exequendi susceperunt, ac sententiã protulerunt; quinta num successor in Iure patronatus præstare validè possit consensum contra dispositionem fundatricum, & donatricum; sexta an subrogatio proprietatis existẽtes penès potentissimus dici possit vnquam in vtilitatem Ecclesiæ; septima vtrùm obligationes repertæ in re subrogata, stante optima fideiussione, impediant, quin dicatur subrogatio valdè vtilis; octaua nùm instrumentum donationis fidem faciat, & probet; nona nũquid saltem sostineri debeat Inuestitura, ex quo in locum Casaletti D. Albertus se obligauit ad solutionem annualem ducatorum 400. quæ respicit capitale ducat. 8000. & nihilominus ex æstimatione peritorum facta de dicto Casaletto apparet nõ fuisse valoris nisi ducatorum 7685. & quod vix in eo percipiebãtur singulo anno ducati 300. vt deponũt testes, vt asseritur tunc examinati. Vltima denique inspectio consistit circa ordinem iudicij, nùm scilicet constet de sufficienti mandato, de citatione ad sententiam, ac illius intimatione.

In primis ergo afferam fundamenta, propter quæ dubitari posset de Iuribus D. Archidiaconi quoad præcedentes omnes, & singulas inspectiones, vt illis resolutis nullus ampliùs pateat dubitationi locus.

Quoad primam inspectionem intẽtioni ipsius Archidiaconi videbatur obstare, quòd vltra centum anoos D. Capriani vigore Inuestituræ Casaletto potiri fuerint; præsertim cùm aduersus Ecclesiã quadragenaria currat præscriptio Auth. quas actiones, C. de Sacrosanct. Eccles. Rot. decis. 108. no. 7. par. 1. recent. cum adductis per nos alleg. 49. n. 2. hoc volum. quibus adde Gratian. discept. forens. 52 n. 5. & discept. 599. n. 7. & 8. Fontanel. de pact. nupt. claus. 4. glos. 13. par. 4. nu. 18. fol. 215. to. 1. Thomat. decis. Maceerat. 26. no. 32. Rota in Cesenaten. seu Sarsinat. emphyt. 27. Iunij 1640. nu. 9. coram Ghislerio. Quanto igitur magis officiet Iuribus Archidiaconatus præscriptio ista cẽtum annorum, & amplius, ex quo habet vim coeruandi effectum dispositionis † decreto irritanti, seu clausula non obstantibus corroboratæ, Alex. in l. nemo potest 58. nu. 25. in fin. ff. de legat. 1. Angel. in l. 1. C. ne tei domini o, vel templ. & in l. f. C. de annal. præscript. Ruin. cons. 13. num. 29. & 30. lib. 2. Gratian. discept. forens. 559 nu. 37. Prædictis adstipulatur, quia per quadraginta annorum obseruantiam † inducitur omnimoda beneficij alteratio, & mutatio. c. cùm de beneficio, de præben. in 6. vbi Doctores, & in Clem. vnica de supplen. neglig. prælat. Monet. de commut. vlt. volunt. col. 2545. nu. 230. cap. 11. 1 2 3

Cæterùm huic obiectioni adest in promptu optima responsio, quoniam sicuti prædicta Curia Casaletti in emphyteusim minimè concedi poterat, stante expressa donatricum prohibitione, ita quoque nec vlla præscriptio quãtumuis immemorial. obstat, quin dicatur perperam huius modi concessionem adlibeltum emanasse ex regula, quòd quæ concessibilia † non sunt, eadem nec sint præscriptibilia, l. competit sexto, C. de præscript. 30. vel 40. annor. Bellun. consil. 27. num. 2. Quemadmodum dicitur de re alienari † prohibita, quæ & præscribi prohibetur, vt lato folio comprobat Gabr. concl. 13. nu. 2. & per totum lib. 5. Cyriac. controuers. 3. num. 5. 4 5

Vltra quod, vt admittit pars in eius scriptura in proces. 1. fol. 47. allerta confirmatio executorum sedis Apost. nõ processit nisi de anno 1531. à quo subdictis annis ..... quibus adhuc vixit D. Gablonet Archidiaconus author emphyteoticationis vsq; ad annum 1538. quo lis fuit introducta, plures desunt anni ad complendã centenariam. Vnde colligitur partem aduersam non rectè iniisse computa supponendo immemorialem, & vltra centum aonos præscriptionẽ. Quod autem durante vita prælati † qui alienationẽ fecit præscriptio inchoari non potuerit, illudque tempus à præscriptione subducendũ veniat; probatur per tex. in cap post quingentos &c. sequ. 16. qu. 3. Guidop. decis. 50. Caualc. decis. 45. nu. 58. cum seq. & decis. 46. nu. 93. & ita pluries iudicatum testatur Fontanel. de pact. nupt. claus. 4. 6

clauf.4. glof.13 par.4. n:54. fol.218. to.1. Rota 10 Mutinen bonorum 4. Ianuar. 1639. nu.5. coram Roias, & ibid. nu.18. & in Rauennaten. domus 14. Iunij 1649. nu.8. coram Roias.

Exclusa autem immemorabili,& centenaria, destruitur pariter fundamentum partis aduersæ in præscriptione factum, & positum, tum quia
7 dùm huiusmodi præscriptio † tantummodò lõgè post obitum DD. Beatricis, & Matildæ duxerit initium, præiudicium dumtaxat intulit possessoribus Archidiaconatus, non autem successorib. ad tradita per Gabr. d.conclus.13. nu.11. & 13. de præscript. lib.6. & monet. optime explicantem de commun. vlt. volunt. esp.9. col.1516. nu. 532. Cyriac. controu.57. nu.67. Menoch. conf. 904 nu.61. & seq. Fusar. de subst.qu.458. nu 5. Tùm forsan quia obiectum procederet contra Sereniss. Duces pro tempore, ad quos eueniése casu alienationis, vel in emphyteusi cõcessionis
8 deuoluebat Curia Casaletti, aduersus † quos nõ currit præscriptio, nisi centenaria. Bun. consil. 38. nu.6 & 7. Angel. in l.1. Co. ne rei domin. vel temp. Tùm quia nullibi constat Archidiaconatus, neque Augustissimos Principes pro tempore notitiam habuisse de sæpiùs memoratæ a-
9 lienationis prohibitione, † vt requirebatur Rota decis 621. nu.3. par.1. recent.

Neque obstat Sereniss. ac recolendæ memoriæ Ducem Federicum expressè in dictam emphiteuticationem consensisse, vt apparet ex illius beneplacito de anno 1534. obtento, Quoniam si abinde, seu magis ab eius discessu ad fæ-
10 licioi em vitam, quod euenit † de anno 1540. iuxta relationem Possevini in sua Gonzaga lib.7. fol.736. præscriptionem metiri velimus, certè tantò plures deerunt anni ad integrandam im-
11 memorabilem † requisitam ad effectum, vt præscriptio successorib.⁹ & vocatis in beneficio dãnum inferat Molin. de primogen. cap.20. nu.10. Monet. de commut. cap.9. col.1117. nu.534.& 535. Cyriac. contro. 3. nu 63. Quinimò quod
12 nec millenaria † præscriptio obstet, neque fundatoris expressa alienationis prohibitio mutari possit, præter ab ipsis cumulatos, voluerunt Pesegr. de fideicom. art.41. nu.17. Cancer. var.resol. cap.3. nu. 24. 25. & 26. par.3. Et quamuis præcitati Doctores loquantur quoad fideicommissa maioratus, & primogenituras, attamen in
13 materia successionis † circa modum, & qualitates, sub quibus regula transeunt prędicta, regulatur etiam Iuspatronatus. Lamber. de iure patron. lib.1. art.8. qu.5. princ. primæ partis, Decian. consi.32. nu.12. lib.1. Gratian. d.scepr.forens.521. nu.3. Viuian. in prax. Iurispatr. lib 14. cap.2. nu.30. Rota decis.788. nu. 6. part.3. recent. aliàs a. posthum. Farin.

Tandem cùm in actis egistratæ reperiatur solemnis donatio facta Ecclesiæ Cathedrali, & Archidiaconatui per Sereniss. Beatricé, & Mathildam, ita tamen quod de rebus donatis nulla vnquam fieri potuerit distractio, incontinenti apparere dicitur de titulo nullo, & inualido aduersariorum, & propterea inualidè nequeunt præ-
14 scriptione † aliqua, quantumuis longissimi temporis, Surd.consil.28. n.6. cum adductis per Cyriac. controuers. 121. n.66. & 68. ex quibus manifestissimè apparet nullam vim fieri posse in al egata præscriptione.

Nunc transeo ad secundam inspectionem, in qua videbatur aduersarios fouere bonum Ius, tũ in ipsa concessione in emphyteusim interceserint duo requisita † euidens, nempe vtilitas, & 15
solemnitas. Bald. conf. 50. n.1. lib.1. vt cauetur in extrauag. ambitiosæ de reb. Eccles. non alien. Conar var.resol. lib.2. cap 17. Cornaz. decis.74. Viuian. in prax. Iurispatr. lib.15. cap.3. nu.169. par.3. Rota in Mutinen. bonorum 14. Ianuarij 1639. nu. 2. & seq. Royas. & quamuis adhibisus fuerit assensus patroni longè post obtentum beneplacitum Apostolicum, vt fieri potuit, quia consensus † sequi potest, & validat actum, per- 16
inde ac si à principio interuenisset, Bart. in l. si quis bona 25. §. iussum, nu. 5. & ibi Iason. nu. 41. ff. de acq. hered. Viuian. in prax. iurispatr. lib. 22. cap.5. nu.17. nihilominùs, eo etiam prætermisso emphyteusis inuestitura, & alienatio sustineretur, quia in alienatione bonorum Iurispatronatus non requiritur consensus † patroni Ca- 17
nonistæ in cap. voico, vt Eccles. benef. sin. demen. conferant. Rocch. de Curt. in verb. Honorificum nu.10. Luties. de re benefic. lib.1. q.11. nu.66. Marc. Anton. var. resol. 25. sub num.8. vers. sed hoc fundamentum, lib.1.

Accedit quòd cùm ex interpositione decreti Commissariorum constet noteriè de euidēti ipsius Ecclesiæ, atq; Archidiaconatus vtilitate attendi non debeant subreptiones, si quæ interuenerunt ob non expressas qualitates bonorum, quòd videlicet sint affecta prohibitione alienãdi, & de iure patronatus laicorum, nam constitit de vtilitate, † subreptio in cæteris nihil offi- 18
cit. Mantic. de tacit. & ambig. lib.4. tit.7. n.49. Gratian. discep. forens. 415. nu. 3.

Vbi autem replicaretur non constare saltem legitimè de asserta vtilitate, & allegatis solemnitatibus tunc responderi posset (quicquid sit de veritate replicationis) ex lapsu tanti temporis præsumi, cùm ad præsumendas solemnitates † 19
cursus triginta annorum cum obseruantia sufficiat. Gratian. discept. forens 413. nu.52. & 59. dixi allegat. . un.11. lib.1.

Sed etiam quoad istud caput fundaméta aduersæ partis facillimè eneruantur; quippe quia in contrarium vnne adducta procedunt in terminis Iuris communis, & quando prout hic vltra prohibitionem legalem adest etiam prohibitio hominis & fũdatoris, sequitur vt nec alienatio † valeat in casu permisso, resque penitùs 20
in alienabilis efficiatur, ad tex. in l.sin. C. de reb. Eccl. nõ alien. & pleno calamo optimè in terminis minus dubitabilibus comprobat Rot. Rom. decis. 347. nu.9. part.4. recent. seu a. post Farinac. & in Mediolanen. bonorum 30. Maij 1653. nu.14. coram Merlino. Anton var.resol.5. n.14. & seq. & in puncto resol. 25. nu. 10. lib.1. Eoque magis cùm simus in iure patronatus laicali, & Principis supremi, cui numquam Summi Pontifices † derogare, vel in aliquo præiudicare 21
consueue-

consueuerunt nisi specificè, determinatè, & cũ
expressione Ducis, ad cuius præsentationẽ conferri
debet beneficium iux. reg. 41. cancell. A-
post. Viuian. in prax. iur. patr. lib. 14. c. 2. n. 1.
Rota in dicta Mutiuen. bonorum 23. Iun. 1642.
nu. 23. coram Ghisilerio.

Hæcque corroborantur ex eo, etiã quia versamur
in iurepatronatus, non quidem hæredi-
22 tario, sed gentilitio, † hoc est transitorio ad eos,
qui sunt de genere Principissarum fundatricum,
etiam si non habeant qualitatẽ hæredita-
riam. Massobr. in sua prax. haben concur. præ-
lud. 7 dub. 21. nu. 54. secundùm Romanam im-
pressionem, Barbos. de vniuers. Iur. Eccles. lib.
3. cap. 12. nu. 22. propterea cùm in limine fun-
23 dationis tunc quãdo fundator † iurispatronatus
conditiones sibi beneuisas, iuri tamen canonico
non repugnantes apponere potest, cap decernimus
16. q. 7. Viuian. in praxi iurispatr. lib. 2. c.
8. nũ. 9. lib. 7. Rot. decis. 331. n. 2. p. 4. recent.
aliàs 2. post Farin. expresè cauetur, ne vllo vn-
quam futuro tempore prædia donata ad liuellũ,
vel emphyteusim concedantur. Serenis. Dux
24 Federicus successor in iure patronatus † nõ potuit
in præiudicium Ecclesiæ, neque subsequentium
pro tempore patronorum præiudicium inferre.
Cardin. cons. 48. Viuian. in praxi iurispat. lib. 2.
cap. 8. nu. 9 in fin. & lib. 14. cap 3. nu. 6. decis.
97. num. 3.

Corruunt igitur in contrarium deducta, ne-
que negotium facessunt pretensæ solemnitates,
25 nec adhibitio assensus Serenis. Patroni; cũ enim
vtrumque veniat de directo contra enixã men-
tem D. Beatricis, & Matildę non officiunt, quin
concessio in emphyteusim præsumatur nullius
momẽti, vt in pũcto optimè animaduertit Mar.
Anton. var. resol. 25. sub nu. 8. vers. quinto de-
promitur, lib. 1. Accedit quod neque tutum in
iure reputatur posse bona Iurispatronatus spre-
to patrono alienari. Quamuis enim illius con-
sensus non requiratur ad validitatem actus, ne-
gari attamẽ nequit quin possit semper patronus
26 † se opponere, ne res Ecclesiæ dissipentur, aut
sine causa distrahantur, in hoc enim debet patro
nus se præbere valde sollicitum. Innoc. in rubr.
extr. de iurispatr. Anchar. cons. 122. sub nu. 5.
vers. item ius patroni. Lutier. de re benefic. lib.
1. qu. 11. sub n. 66. vers. quamuis enim, & cen-
suit Rota in Calagurit. electionis Capellæ 15.
Nouemb. 16 4. coram bo. mem. Archiep. Se-
leucien. Quapropter cùm ex dispositione iuris
communis Patronus impedire valeat quamlibet
distractionem bonorũ iurispatronatus subiecto-
rum, & ex dispositione fundatricum Serenis.
D. N. possit ingredi possessionem bonorũ, & fru-
ctus percipere, ac in proprios vsus conuertere,
frustra pars aduersa allegat se habere posse re-
gressum erga modernam celsitudinem, quę cùm
se abstinuerit ab hæreditate prædecessorum, si-
bique debeatur ius patronatus, & actiones ex
eo descendentes ex pacto, & prouidentia donan
tium, simul ac semel a molestijs redditur tutus,
& fructus, vel eius æstimationẽ sibi debitos ob
initam in casu prohibitam alienationem con-
sequi poterit.

Ad tertiam me confero inspectionem, quæ
maiorem videtur habere difficultatem, & in qua
basis & fundamentum resolutionis causæ pro-
positæ cõsistit. An scilicet constet terras in em-
phyteusim concessas D. Caprianis esse easdem,
quas prædictę mulieres dono dederunt Ecclesię
Cathedrali, quoniam cùm Archidiaconi identi-
tas † sit fundamentum intentionis, eam proba- 27
re tenetur Corn. cons. 144. nu. 11. vol. 4. Cyriac.
controu. 145. nu. 10. & controu. 192. n. 2. Rot.
apud Post. decis. 94. no. 3. Gratian. discept. for.
533. nu. 43. & 44. Mar. Ant var. resol 25. n. 1.
lib. 1. præsertim cùm ex collatione donationis
facta cum inuestitura appareat potiùs de diuer-
sitate, quia in donatione nominatur his verbis,
Curia cum tomba, quæ vocatur Casale in Co-
mitatu Mantuano prope flumen nomine Fossa-
ri, & in loco qui dicitur S Cassiano &c. In inue-
stitura verò his verbis exprimitur, de tota & in-
tegra Curia Casalis Vicariatus Ronchiferrari,
prout etiam in precibus tunc S D. N. porrectis,
& demùm etiam in affrancatione habita per D.
Mainoldum de anno 1609. Archidiaconum, ex
qua nominis diuersitate † sine confinium expres- 28
sione excluditur identitas, l. 4. ff. de cens. Bart. in
l. demonstratio 17. n. 14. ff. de cond. & demonstr.
Marc. Ant. var. resol. 106. nu. 43. lib. 1.

Pro huius articuli dilucidatione præsciẽdum
venit in antiquis, in quibus versamur identita-
tem † probari coniecturis, & præsumptionibus. 29
Angel. in l. si certis annis 28. C. de pact. Rota de-
cis. 119. n. 4. & decis. 459. sub n. 3. par. recent.
Ludouis. decis. 172 nu. 6. & in annot. n. 10 Rot.
apud Post. de manut. decis. 293. nu 14. Gratian.
discep. for. 882. nu. 8. & discep 897. n. 9 Atque
semiplenam sufficere probationem, c. cùm cau-
sam 13. de probat. Carp. de Clem. 1. appos 3. eod.
tit. Socin. cons. 89. n. 3. lib. 1. cum adductis per
Gratian. discept. forens. 883. nu. 9.

Prima autem, & vrgens coniectura desumi-
tur ex identitate nominis † prædij tunc donati, 30
& postea in emphyteusim cõcessi, semper enim
nuncupatur Casale, seu Casalettum, per quam
ad rei identitatem inferri solet Bart. in l si rem
52. ff de rei vindic. & in l. seruum, §. fin. vbi
etiam Imol. ff. de legat. 2. Ludouis. decis 178.
n. 1. Peregr. de fideicommiss. art. 44. n. 45 Rot.
decis. 131. nu. 6. p. r. recent. dixi alleg. 10. n. 52.

Secunda colligitur, quoniam tam prædiũ tũc
donatum, quàm nunc possessum per D. Capria-
nos habet pro confine immutabili flumen, seu
fossam fissarij; alterum resultat ex ipsa Inuestitu-
ra, alterum verò ex aspectu, † & rei euidentia cõ 31
probabitur, quæ inquam quibuscunq; alijs pro-
bationibus præfertur, l. pen. vbi Doct. ff. fin. reg.
Bart. in l. contra negant. ad fin. C. ad leg. Aquel.
Tiraqu. de retract. lignag §. 4 glos. 1. n. 36 Post.
de manut. obseru. 101. nu. 5. Ludou. decis. 375.
n. 6. vbi præcisè tractat de probanda identitate.

Tertia deniq; & ea quidẽ vehemẽs pręsũptio
identitatis infertur ex eo, quia vbi prædiũ † Ca-

S 2 salettum

Digitized by Google

salectri nunc detentum per aduersarios nō esset illud idem, quo danata fuit Ecclesia absq; præbenda, & dote Archidiaconatus remaneret, cum nullum aliud prædium reperiatur, cui magis conueniant qualitates Curtis donatis per Serenissi Matildam, quàm isti. Ideò necesse est vt fateamur illud esse, ex traditis ferè in puncto per Gratian. discept. forens. 883. nu. 10. & 11.

Cæterū cùm in cuiuslibet rei probanda iden-
33 ditate sufficiant binæ demonstrationes † iuxta doctrinam Bart. communiter approbatā in leg. demonstratio 17. n. 14 ff de condit. & demonst. Ludouis. decis. 575. n. 4. Rot. apud Post. de manut. decis. 25. nu. 12. & 14. & decis. 293. n. 36.
34 & sufficiat loci identitas † cū vno confine, Rot. decis. 710. n. 3. p. 1. diuers. & apud Posth. de manut. dicta decis. 25. nu. 13. Gratian. d. discept. 883. nu. 13. Hic autem concurrit identitas nominis, situatio in eodem loco S. Cassiani, & vnus cor finis nunquam diuersificatus, tanto magis identitas concludenter cēsetur probata. Neque officit quod prædium donatum dicatur situ in loco S. Cassiani; in inuestitura verò exprimatur Curia iacens in Vicariatu Rōchiferrati, quoniam esse sitū in loco S. Cassiani non tollit, quin etiam res dicatur in Vicariatu Ronciferrati, & è contra, cùm notorium sit distr. ctum Mantuanū distinctum reperiri in Vicariatus, Prætorias, & Commissariatus, qui sub se habent plura oppida villas & communitates. Quemadmodū terra S. Cassiani nunc etiam submittitur Commissariatui Ronchiferrati, sicque apparet de identitate non obstantibus in contrarium deductis.

Inspectionem in ordine quartam aggredior, in qua resolutiuè procedendo asseuerantes fir-
35 mo per mortem † Adriani VI. Pontif. Opt. Max. delegantis Breue fi in euidentem, dū adhuc per comm ssarios nec acceptum, nec opus administrandi iustitiam susceptum fuerat, maximè cū sub nomine proprio, & non sedis Apostol. emanauerit commissio eorundem comm ssariorū cū vita Pontificis delegantis iurisdictione expiraſſe, cap. relatum 19. & c. licet 30. de offic. & potest. iudic. deleg. & ad satietatem prosequitur Bellon. de mandat iurisd. ca. 10. q. 3 à n. 10. Adeout cum per mortem Adriani, & sub Clem. VII. partes coram Commissarijs iudicium instruxerint pro demonstranda euidenti vtilitate,
36 quicquid gestum † fuit cum scientia, vel ignorantia mortis delegantis ipso iure nullius extiti maturi momenti, gloss. in cap. cùm venissent 25. in verbo egeria de testib. glos. in l. c. eius qui in prouincia 41. in verbo ignorassent, ff. si cert. pet. cum allegatis plenum manu per Bellon. de mādat. iurisdict. cap. 10. qu. 3. num. 36. & 37. Prout patet similiter ex iam traditis supra n. 22. & 24. non posse successorem in iurepatronatus gentilitio in quicquam consentire alienum ab ordinatione fundatricum.

Sexta itidem inspectio nullam inuoluit difficultatem. Quandoquidem emphyteusis † Eccle-
37 siastica, quando aliud non obstaret, non potest transire in potentiorem, & cum quæ se præbet duræ conuentionis, ac difficilis exactionis, l. fin. §. si autem, C. de iur. emphyt. Clar. in §. emphyt. qu. 22. Mar. Anton. resol. 98. sub n. 4. vers. quarto addebatur, lib. 1. latè prosequitur Cald. de renouat. emphyt. lib. 4. qu. 19. nu. 15. Beltram. ad Ludouis. decis. 520. sub nu. 14. vers. & quòd Ecclesia idem Ludouis. decis. 529. n. 5. cum adductis per nos super alleg. n. adde Rot. decis. 278. nu. 2. par. 2. recent. alias 1. Posth. Farinac. & decis. 347 nu. 4. par. 4. recent. & in Ferrarien. de Sch anchis 28 Aprilis 1617. coram Pamphilio, & in alia Ferrarien. bonorum 3. Iun. 1619. corā Ralboldo. Giurb. de succes. s. feudal. §. 1. glos. 14. nu 18. & 19. Ciarlin. controu. 106. n. 78. Vnde cùm ex inorogatione Archidiaconus nactus sit emphyteutam potentissimum, ideò nullius redditur efficaciæ, saltem in præiudicium successorum, inter quos D. mus Sorina moderaus Archidiaconus, & tanto magis attenta sobrogatione rei multis oneribus obnoxiæ. Vnde superfluum redditur septimā attingere inspectionem iuncta præsertim impossibilitate exigendi liuelloa, & concurrentibus alijs supra recensitis, & infra dicendis.

Octauo modo se se affert inspectio examināda, quæ plus dubietatis inuoluit, quàm superiùs discussæ. Quoniam ad effectū vt exemplario instrumenti † cum registratione in actis probet re- 38
quiritur partis citatio, Bart. in l. chirographarijs 58. n. 1. ff. de admin. Tut. Bald. in l. 2. ff. de fid. instrum. & cens. 195. in fin. lib. 4. Cyn. in auth. si quis in aliquo, nu. 4. vbi Curt. Iun. de communi nu. 15. C. de eden. Ruin. cons. 88. in fin. lib 4. Mynsyng obseru. 75. nu. 11. & 13. cent. 6. Gratian. discept. forens. 268. num. 12. Post. de manuten. obseru. 99. n. 6. Buratt. decis. 444. n. 3. & 4. Quæ cùm deficiat in transumptione donationis, de qua in actis neutiquam attendi debet. Quod tantò magis procedit stante litis pendentia Ludouis. decis. 469. num. 4. Rot. decis. 217. nu 1. & decis. 113. nu. 2. par. 1. recent. cum adductis per Post de manuten. dicta obser. 99 nu. 7. & par. tract. Rot. decis. 90. n. 1. & 3. & decis. 356. nu. 5. Et quia non satis constat scripturam donationis in archiuio repertam esse origiinale, vnde succederet altera conclusio, quòd nempe extractioni etenim nulla fides præstaretur exemplum † ab exemplo sumptum fidem nō meretur, 39
l. 3. Co de diuers. rescript. non in auth. si quis in aliquo, C. de eden. Gratian. discept. forens. 859. num. 1. 2. 28. & 33. Ludouis. decis. 432. no. 1. & in annot nu. 9. & decis. 550. nu. 1. Rot. apud Viuian. pract. Iurispatr. decis. 16. l. 2. n. 8. & apud Post. de manut. decis. 184 n. 7. & decis. 112. n. 5 Buratt. decis. 490. nu. 9. & in annot. sub nu. 12. vers. exemplum. Neque obstaret si diceretur originale, seu copia, ex qua notarius extraxit exemplum reperiri asseruatum in Archiuio Cathedralis. Nam quicquid sit de legalitate huiusmodi Archiuij, illud pro certo, ac indubitabili habetur Archiuium † non efficere, quin scripturæ in ipso retentæ dicantur in forma probanti, cùm potuerint ibi custodiri tanquam copiæ. Decius in authent. si quis aliquo, numero tertio, versic. sed tamen, Cod. de eden.

Caualer.

Digitized by Google

Caualer. decis. 580. n. 4. quod repetit decis. 613. n. 4. & decis. 197. n. 3. Gratian. dicta discept. 59. n. 27. Rot. decis. 382. nu. 2. in fin. p. 2. recent. Ferentill. ad Buratt. decis. 667. nu. 18.

Hæc, si non parum vrgere videantur, attamē veritas est in contrarium quandoquidem siue attendamus consuetudinem huius patriæ, siue dispositionem Iuris ex Doctorum traditione resultantem, semper verum erit affirmare scriptu-
41 ras † in Archiuo Cathedralis Ecclesiæ repertas contra subditos plenè probare, vt colligitur ex Seraph. dec. 642 nu. 1. quemadmodum dicimus
42 de cæteris Archiuijs, in quibus scripturæ repertæ probant contra subditos Caualer. decis. 351. nu. 2. & decis. 375. nu. 9. Rot. decis. 21. num 6.
43 art. 5. recent. Vltra quod nullitas est † defectu Archiuij non attenditur, quando constat de legalitate notarij, & cessat suspicio fraudis. Put. decis. 304. lib. 1. Rot. decis. 662. nu. 4. par. 1. recent. Thomat. decis. 68. num. 19. Quod autem notoriè appareat de legalitate Rustici notarij colligitur ex pluribus alijs instrumentis in hac patria notorijs, & quibus in dies fides vndequaque adhibetur, quod verò cesset suspicio vtique constat, ex quo dubio procul Causa spectat ad Archidiaconatum, neq. partes istud controuertunt, vnde nisi doceatur de alio titulo contenta in ipso donationis elogio in actis registrato piè
44 sumuntur indubitata, quia sumptum † sumpti concurrentibus adminiculis plenè probat. Caputaq; decis. 234. par. 1. Put. decis. 210. lib. 2. Rota apud Viuian. in prax. Iuri. patr. decis. 16. la 2. nu. 8. in fin.

Deinde ex pluribus quoq; docetur de legalitate ipsius scripturæ in ipso archiuio detentæ tanquam publicæ, ac in forma probanti, cum in ea
45 adsint subscriptiones, † & sigilli non tam ipsarum Principum, donatricum, quam etiam notarij cum die anno, alijsq; requisitis, de quib. per Bartol. & alios in auth. ad hoc C de fid. instr. Put. decis. 136. nu. 2. lib. 3. & Rot. Rom. decis. 382. sub nu. 2. vers. nempe illud, par. 2. recent. præsertim cum etiam dicta scriptura munita sit
46 duobus testibus, in quorum locum † subrogari solet subscriptio, & sigillum Rot. decis. 349. nu. 6. vers. non ad hæc, par. 1. recent. & hæc dicta sint inspecto Iure communi, nam propter consuetudinem præstandi fidem huiusmodi, instrumentis remouetur omnis scrupulus, ne generetur confusio, & frustra in dubium reuocari contingat, quæ iam ex ipsis scripturis, plures ex Archiuio capitulari extractis robur, & firmitatem receperunt inconcussam. Confirmantur
47 prædicta, quia si non esset originale † non diceretur in eius facie, & initio donatio terrarum, sed copiosa, seu exemplum, vel similia, & in eo non essent appensa sigilla cum subscriptionibus patrinm, & testium, vt optimè, & in puncto arguit Rota dicta decis. 144. nu. 6. par. 4. recent. aliàs 2. post Farinae.

Aliunde quoq; probatur, validitas dictæ donationis, & quod instrumentū sit in forma pro-
48 banti, ex quo singulis annis à Capitulo deputatur Archiuista, vel massarius, qui curam habeat scripturarum in eo existentiū. Vnde cum à præfato massario traditum fuerit instrumentum D. Archidiacono ad effectum illud exemplandi, vt apparet ex primo processu fo. 37. fac. 2. & fo. 38. de illius legalitate non est amplius cur dubitemus. Quod autem quis sit Archiuista † satis in- 49
fertur ex ipsius assertione, cui de stylo creditur Veral. decis. 245. par. 2. Rot. decis. 27. sub nu. 1. vers. & de tali deputatione. Burat. decis. 66. nu. 4. & decis. 725. nu. 10. Quia tamen solet deputari Canonicus in Archiuistam munus postea ex trahendi scripturas de mandato Vicar. j generalis spectat ad actuarium, seu Cancellarium Curiæ Episcopalis, cuius exemplationi † absq; alia 50
solemnitate statur, perinde ac si esset originale, Bart. in leg. si quis ex argentarijs, §. 1. nu. 3. ff. de eden. cum adductis per Rot. Rom. dict decis. 27. sub nu. 1. vers. vltra quod, par. 2. recent. & apud Viuian. in prax. iurispatr. decis. 16. la 2. sub nu. 8. vers. & quamuis notarius. Rot. decis. 144. nu. 1. in fin. par. 4 recent. alias 2. Posth. Farinac. de qua extractione formiter facta per notarium apparet ex secundo processu fol. 22. fac. 2.

Ex quibus habemus vnde obiectis circa hanc inspectionē satisfaciamus, nec resistit defectus citationis aduersariorum in exemplo, quoniam cum ex officio id spectet ad Archiuistam vna cū Cancellario nulla requirebatur solemnitas vltra decretum iudicis, quod intercessit. Vltra quod recessit ab aula modus ille transumptandi cum partis citatione, & inducta fuit consuetudo † 51
cum non adhibendi, hinc propterea nihil officit illius omissio Guidopap. decis. 2. ad fin. vers. sed de stylo Aym. de antiq. tempor. § vidimus nu. 19. Menoch. cons. 7. num. 7. & cons. 745. nu. 6. Gratian. discept. forens. 268. num. 13. Accedit vlterius nos non versari in simplici exemplatione sed in productione originalis cum ipsius restitutione retenta copia, quod passim fieri in hac patria lippis atq; tonsoribus innotescit absque eo quod in collationando partia citatio interueniat. Quamuis al as inspecto Iure communi producens † scripturam animo retrahē- 52
di non solum debeat in actis illius copiam collationatam dimittere, sed vt ea copia fidem faciat vt originale debeat eā collationare facere parte præsente, vel cit. Marant. de ord. iud. pa r. 6. an. 10. n. 3. & 4. vers. in prax tit. o. cap. 1. nu. 11. Et tunc citatur † pars ad videndum restitui originalia dimissa copia collationata, Rot. dec. 819. nu. 2. p 3. diuers. Posth. de manut. obseru. 97. n. 7. & obseru 99. num. 21. vers. & ideo. Additur 53
denique ea iam firmatis supra, & ad probandū in antiquis identitatē, ad quam præcipuè effectū donationis originale in actis fuit productū, sufficere coniecturas, & præsumptiones, sed instrumenta extracta parte minimè citata semper faciunt præsumptionem maximè concurrentibus 54
alijs adminiculis, Salust. Tiber. in prax. lib. 3. c. 15. nu. 1. Posth. de manuten. obseru. 99. nu. 19. ergo &c. Imo sumptum sumpti iunctis adminiculis plenè probare superius authoritate Rotæ freti firmamus. Quapropter cum scripturis in Archiuio Capituli passim fides adhibea-

S 3 tur,

tur, & dictum donationis instrumentum præferat legalitatem, & quia tale illue retuctur ista in dubium reuocari nequaquam debuerant.

Capio igitur nonam, & vltimam quoad merita causæ propositam in ordine inspectionem ab eaque breuiter me expediendo, in ea sum opinione consideratam vtilitatem in maiori valore ptę iij subrogati consistentem applicari nõ posse, attento quod ne emphyteusis transeat in potentionem resistit Ius, sed quid interest illam proprietatem in scutis ducentum circiter de pluri fuisse appretiatã, dum infinitis alijs nexibus, hypotheca, & oneribus subiacet? certè nihil. Nec accessetiot fideiussores quicquam releuat, nam Sum. Pontifex præsupposito citra ueri præiudicium, quod emphyteusis Canonice emanasset, noluit vim facere quemadmodum nec in ipsis precibus, vel diplomate pontificio habetur mentio, in fideiussione aliqua præstanda, sed in proprietate subroganda. Quinimmò si rectè aduertatur, respicit tantummodo cautionem Dominorum de Caprianis, non verò Archidiaconi, cui subrogatione existenti nulla, vel minus legitimè subsecuta, prout vtrumque concurrit, de Iure erat satis consultum per regressum ad proprietaté subrogatam alias in emphyteusim ipsis Caprianis nulliter concessam, & ad primeua iura. Ex quibus concludo in meritis causæ D. meum Sotinam habere assistentiam veritatis, sententiamq; pro ipso latam, & in iudicatum transactam solidis innixam fundamentis, & non nisi cauillis tergiuersari posse.

Superesset tandem attingere ea, quæ defectũ mandati, & citationis ad sententiam respiciunt. Verùm quia alias ad societatem ieripsi, ac sententiam fauorabilem obtinui, hæc missa faciam, præsertim cùm ex facto deducatur omnia legitimè intercessisse. Et mandatum † etiam concedentis præsumeretur, quando in actis non reperiretur registratum, ad tradita per Ludou. decis. 44. nu. 1. & decis. 111. nu. 1. & in annot. n. 7. quod

55

56 mandatum præsumptum † suffragatur etiam in casu statuti requirentis mandatum, Card. Tusc. consl. 4. nu 17 Luduuis. decis. 44. nu 6.

Inter quas reputatur præcipua emergens ex

57 impensis in causa factis, maximè † cùm fiut alicuius considerationis, prout in casu nostro Bart. & Alex. in l. cùm seruus 104 ff. de verb. oblig. Ludouis. decis. 44. num. 5. & in annot. ad decis. eiusdem 324. nu. 6. Rot. decis. 195. nu 6. par. 4. recent. alias 2. Posth. Farinac. & decis. 441. nu. 7. in fin. ead. part.

58 Quemadmodum etiam mãdatum † præsumitur ex iurium productione, Ludouis. dicta decis. 44. nu. 4. Rot. dicta decis. 195. sub nu. 6. vers. item in huiusmodi causa, part. 4 recent. seu 2. Posth. Farinac. In tantum, quod concurrentibus notabili impensa, & iurium productione ad causam facientium protestatio neminem audiri ni-

59 si docto de legitimo mandato non vitiat processum, etiam si mandatum non exhibeatur, Setao. decis. 933. nu. 2. cum adductis per Belltam. ad Ludouis decis. 330 nu. 5. Post. de manuten. obseruat. 86. nu. 6. & post tract. decis. 309. num. 7.

Tandem cum in actis reperiantur producta, & tensa duo mandata † ad litem, cõtra quę ante sententiam nihil oppositum fuit nunc velle obijcere arguitur calumniosum Mohed. decis. 1. de procurat Rota decis. 195. nu. 6. part. 4. recent. alias 2. Posth. Farinae. 60

Neq; obstat mandatũ primũ emanasse antequam Domini Capriani litem haberent cum Archidiacono. Quoniam dum in ipso procuret mãdato adsit clausula † ad omnes, & quascunq; lites illud extenditur etiam ad futuras, præsertim speciale mandatum nõ requirens, prout in casu, quẽ præ manibus habemus, Rot. decis. 789. sub n. 5. vers. sicuti quando, par. 3. recent. alias 1. posth. Farinae. Gratian. discept. forens. 274. à nu. 20. & discep. 145. nu. 22. cum pluribus sequentib. & quatenus vigore illius mandati adesset dubietas, quod omninò negatur, tunc sufficeret constare de altero mandato pendente lité facto absque reuocatione præcedentis, quod licet partim superuenisset, postea † tamen retrotrahitur ad omnia acta prius gesta, Marc. Ant. var. resolut. 12. nu. 9. lib. 2. Couar. de testtoact cas 28. ca 8. nu. 1. & 2. Gratian. discept. forens. 216. nu. 40. & 41. 61 62

Vnde cùm D. Procuratori Richini sententia extiterit intimata ipse neglexerit appellare, seu apertissimè cognoscens se non fouere Iustitiam agnoscendo bonam fidem noluerit, negligentia illius † obest etiam principali, ea cumulatis per Marc. Anton. var resol. 112. cas. 5. in fin. lib. 1. Gratian. discept. forens. 364. nu. 16. & Scac de appellat. qu. 2. nu. 120. & pluribus sequentib. vbi quod negligentia † procuratoris, si tamen ea sit nuncupari, potest abstinentia à defensione litis iniustæ, adeò nocet Domino, vt nec habeat regressum contra Procuratorem, qui eli loiuendo, si ex actis appareat, de bono illius iure, qui fauorabilem obtinuit sententiam. Quibus sanè rationibus ductus Reuerendis. D. meus Vicarius Generalis optimè pronunciauit inualidam, ac irritam ab initio fuisse emphyteusis concessionem, cuius sententiam transitum fecisse in iudicatum, ac executioni demandandam non obstantibus quibusdam friuolis oppositionibus cẽsuit Illustrissimus D. meus Senator Grandus Iudex Apostolicus delegatus ex confidentibus partium vigore breuis Clementis VII. disponentis causas appellationum summariè, sine strepitu, ac figura iudicij terminandas, præsertim cum in actis appareret de mandato, ac ftyl us protogandi citationes ad sententias pro notorio allegaretur, atque intra decendium non fuerit pro parte Dominorum de Caprianis appellatum. Qui certè si instructi essent eorum patricinium versari solùm circa Auria subtilitates prætermissa veritatis substantia pro eorum ingenuitate, ac morum integritate non paterentur in graue præiudicium Ecclesiæ, & piæ donantium voluntatis tam in longum protrahi causæ expeditionem, seu executionem. 63 64

ARGV-

ARGVMENTVM.

De Iudicis competentia, ac facultate testandi in feudis latissimè inquiritur.

SVMMARIVM.

1 *CAusa quando dicatur feudalis, & num. 3. 4. & 5.*
2 *Ordinarius Iudex cognoscit, an causa sit feudalis:*
6 *Actione carens repellitur à limine iudicij.*
7 *Fideicommisso in generali feudum non venit*
8 *Iure accrescendi portio feudi fratris mortui ad superstitem deuoluit.*
9 *Feuda ex consuetudine Montisferrati sunt alienabilia.*
10 *Alienabilis vna, eademque res, & inalienabilis dici nequit.*
11 *Fideicommissum super feudis Mantua regulariter constitui nequit.*
12 *Testari de feudo non potest, nisi iuxta ordinem inuestitura nu. 13. & 15.*
14 *Consuetudo alienandi feuda Montisferrati, & Mantua procedit tantum quoad actus inter viuos.*
26 *Parium Curia iudicium ab Aula recessit;*

Allegatio LI.

Adsit Deus.

FActi species nobis transmissa tres in se secum affert inspectiones. Quarum prima consist t circa iudicis incompetentiam, secunda, an in portione feudi, de qua agitur D. Comes Iulius frater consanguineus tantùm D. Comitis Andreæ in Curia Romana nuperrimè defuncti admitti debeat. Tertia, an feuda Montisferrati fideicommissi vinculo obstringi valeant, ita vt veniant cum alijs bonis in fideicommissi restitutione.

Tunc causam feudalem esse, ac coram Domino agitandam priuatiuè quoad alios quoscũ-
1 que Iudices tradunt cõmuniter Feudistæ † quotiescunque fieret commemoratio feudi ad intẽtionem coadiuuandam, fundandam, vel repellendam, adeovt si actor, vel reus ille ad introducendam, hic ad explodendam, siue ad fundãdam suam exceptionem necesse haberet ad leges feudi recurrere; tunc causa semper dicetur feudalis, Innoc. Abbas, & Felin. in cap. verùm de iudicijs, Surd. consil. 93. num. 13. Corset. in Scholijs cons. 30. nu. 3. Paris. de reintegrat. feud. in verbo, An citatus, nu. 9. fol. 109. Iust. pract. conclus. 212. nu. 73. lit. F. Milanen. decis. 6. p. 1. Hieron. Leo decis. 77. Mutas decis. 70. num. 22. Castil. decis. 15. nu. 4. cum adductis per Giurb. de success. feud. §. 2. glos. 12. nu 92. Quæ opinio fuit Bald. in cap. 1. § si dua controuers. n. 2. de pac. Constant. Nec me præterit huic sententiæ contrariam sustinere Alex. consil. 79. nu. 1. lib. 1. Mynsing. obseruat. 99. in fin. art. 1. Schrader. de feud. par. 10. sect. 6. sub nu 48. innixos auctoritate glos. in cap. cæterum extra de iudic. Cæterum à præcedẽti nostra opinione superiùs firmata minimè erit recedendũ. Nam conclusio, seu assertio glos. in d. capit. cæterum de Iudic. Quod nimirum vassallus in possessorio agere possit ad feudum coram ordinario communiter damnatur. Num quoquomodo causa tangit feudum semper dicitur feudalis, & in Curia Domini agitanda, siue de possessione, siue de meritis circa feudum, occasione etiam rei feudalis quæstio intercedat, Grast. de effect. clerical. 1. n. 732. versic. Sed contrarium. Mastril. decis. 83 nu. 9. Milans. dicta decis. 6. n 11. par. 1. cum adductis per Giurb. de success. feud. d §. 2. quæst. 2. n. 92. in fin. Cyriac. controu. 381. nu. 25. & sequ. vbi istud habet pro expedito, quando agitur possessorio tanquam de re feudali.

Eo fortius mox dicta procederent, si D. Comes Iulius in eius petitione peculiariter actionem deduxisset, veluti petendo, atque instando se quoque admitti ad portionem feudi tamquam vocatum in antiqua inuestitura, quoniã cum ex latere eius fratrum opponatur de Iudicis incompetentia, eò quod res, & lis mota feu-
dales sint, Iudex loci ordinarius, † siue agatur 2
petitorio, siue possessorio ante omnia de hac fori declinatoria exceptione opposita cognoscere, & cũm lis in effectu feudalis existat, eam ad dominum, seu iudicea feudi remittere omnino tenetur. Innoc. in d. cap. cæterum, & ibi Abb. n. 17. Barbat. nu. 98. Bec. num 15. extr de iudic. Schrader. de feud par. 10. sect 6. sub num. 48. versic. si tamen, Cyriac d. controuers 381. n. 17. & seq. Gail. pract. obseru. 156. num. 2. lib. 2. ea vniuersali ratione, quia cùm actor sequatur forum rei, sufficit vt reus tantùm sit vassallus Cur. Inn. de feud. par. 7. nu. 6. Schoner. disput. feudal. 2. lib. 2. Thes. 27.

Quæ tamen ex abondanti dicta sint, suppono enim vtramque ex partibus contendentibus sicuti ad portionem feudi in controuersiam deducti se admitti, ac respectiuè excludi prætendat, ita quoque in antiquis inuestituria se vocatam præsupponat, adeò vt ex necessitate infer-
ratur omnes vassallos se asserere, † agereq; con- 3
dictione ex lege feudi, ac de feudo, in tantum quod apertissimum euadat causam hanc coram domino, seu eius iudicibus omninò introducẽdam. Curt. Iun. de feud. par. 7. n. 6. Zas. in trac. feud. par. 11. n. 8. ver. quanta conclusio. Schrader. de feud. par. 10. sect. 2. sub nu. 7. versic. Sin autem. Rosental. de feud. cap 12. conclus. 2. n. 17.

Hiero-

Digitized by Google

Hieronym. Leo decif.77. num. 16. & 17. Tuſc.
pract. concluſ 212. à nu. 1. lit. F. cum relatis per
Giurb. de ſucceſſ. feud. d. §. 2. quæſt. 12. nu. 91.
& faciunt tradita per Cyriac. d. controu. 381. ex
num. 17.

Prædicta omnia ritè quidem procedunt, vbi
Dominus Comes Iulius tanquam agnatus in In-
ueſtitura comprehenſus ſimpliciter ageret ad
feudum, ſeu illius portionem. At vbi iudicium
aliquod vniuerſale introduxiſſet coram ordina-
4 rio † puta vel petitiones hæreditatis, in qua ad-
mixta reperiuntur feuda, vtique exceptio decli-
natoriæ non reſiſteret, neque concederetur re-
miſſio ad iudicem, ſeu dominum feudi, ſed co-
ram ordinario cauſa competenter proſequere-
tur, Roſental. de feud. cap. 12. concl. 2. ſub n. 6.
Cyriac. d. controuerſ. 381. num. 24. Vel vigore
5 alicuius fideicommiſſariæ † ſubſtitutionis, ſub
qua contineretur feudum adhoc coram ordina-
rio cauſam proponi potuiſſet, Roſental. de feud.
d. cap. 12. concluſ. 2. ſub nu. 2. circa quod vix da-
ri poterit firma reſponſio, quippe quia ex infor-
matione nobis tranſmiſſa non bene colligitur
qualis actio fuerit intentata, ex coniecturis igi-
tur procedendo & ſtante teſtamento D. Comitis
Andreæ excludente ipſum D. Co. Iulium fratrẽ
eius conſanguineum, & vocante alios fratres v-
trinque coniunctos inferius propterea intenta-
ti non potuiſſe actionem, ſeu hæreditatis peti-
6 tionem, quia ſic ſine iure, & actione † experire-
tur, ſicque à limine iudicij ex officio, ac parte
non inſtante eſſet repellendus, l. ſi pupilli 6. §.
videamus, ff. de negot. geſt. Barboſ. axiomat. 9.
nu. 4. Quod ſi D. Com. Iulius ex fideicommiſſo
per eius maiores ordinato eius prætenſionem
inſtruxerit, cùm in teſtamentis expreſſa non fiat
mentio feudalium. Ea propter tali in caſu præ-
ſens altercatio eluſoria redderetur, quandoqui-
7 dem ad effectum, vt feuda veniãt in reſtitutione
fideicõmmiſſi generalis ſpecialis, atque expreſ-
ſa teſtatoria diſpoſitio requireretur. Roſental.
de feud. cap. 7. concluſ. 13. nu. 1. & ſub num. 11.
verſic. Sed nec ita, Peregr. de fideicomm. art. 6.
ſub num. 18. verſic. Aut verò. Et hæc dicta ſint
quoad voluntatem ipſius teſtatoris, ſeu fideicõ-
mittentis, qui cùm de feudis in teſtamento nul-
lam prorſus mentionem fecerit, cenſetur quo-
que voluiſſe ea comprehendere, an verò ſi vo-
luiſſet ea ſupponere fideicommiſſo abſque Do-
mini aſſenſu in tertio articulo examinabimus.

Secundum aggredior articulum, in cuius re-
ſolutione retento eodem Themate pro abſolu-
to ſupponimus quoad portionem feudi obuen-
tam D. Comiti Andreæ, illius teſtamentum di-
ſponens erga alios fratres, excluſo D. Comite
Iulio eidem impedimento non eſſe, quominus
ad dictam portionem pro eius rata reintegrare-
tur; ſiue teſtamentum huiuſmodi nil diſponeret
de feudo, ſiue expreſsè ab eo D. Co. Iulium ex-
cluderetur. Illius enim ſum opinionis, quod feu-
da omninò ſint inteſtabilia. Vnde ſupereſt vi-
dendum an D. Comite Iulio agenti ad eius ratã
portionem feudi obſte diuiſio, occaſione cuius
ſe penitùs excludit ab iſtis feudalibus recipien-
do eius portionem in allodialibus, & breuiter
dico, D. Comitem Iulium ad aliquam partem
feudi ſuccedere non poſſe, donec extabunt eius
fratres, ſiue aliquis ipſorum, aut deſcendentes
ab eis feudo capaces, nam mortuo vno ex dictis
fratrib. poſt diuiſionem inueſtitis per ius accre-
ſcendi † alij ſuperſtites, coinueſtiti ſuccedunt ad 8
tradita in puncto cæteris cumulatis per Cyriac.
controuerſ. 2. nu. 51. & 52. ſuper quo amplius
non inſiſto, ex quo articulus huiuſmodi nullam
prorſus inuoluit dubietatem.

Vnde me confero ad deciſionem tertij arti-
culi circa poteſtatem vaſſalli teſtandi de feudo,
atque in illo ſubſtituendi, pro cuius determina-
tione præmitto pro irrefragabili inueteratam,
ac notoriam extare conſuetudinem in Ducatu
Montisferrati, alienandi quæcunque feuda † in 9
præiudicium agnatorum, ſolo Domini aſſenſu
adhibito, de qua teſtantur Surd. conſ. 105. ſub n.
53. verſic. Quatto ſuadetur, & ſub nu. 15. Bec.
conſ. 18 nu 8. Cyriac. controuerſ. 23. nu. 1. Quo-
circa cùm vna, eademque res non poſſit dici ſu-
biecta fideicommiſſo cum prohibitione alienan-
di, ac conſequenter tàm ex lege, quàm ex pacto
inalienabilis, † & ſuaptè natura, atque ex con- 10
ſuetudine alienabilis, l. eum, qui ædes 10. ff. de
vſucap. cum iuribus cumulatis per Barboſ. axio-
mat. 135. nu. 7. Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 297. nu.
24. Optimè ad rem noſtram Reuſner. deciſ. 12.
lib. 1. Riccius in ſue collectan. deciſ. 2058. verſ.
ſic. Amplia ſeptimo, part. 5. Laurent. Vrſell. cõ-
cluſ. 84. nu. 80. in verbo, alienatio, fol. 605. vbi
volunt nullatenus induci poſſe fideicommiſſum
graduale, & alienabile, ex quo hæc duo ad in-
uicem implicant contradictionem. Quapropter
cùm feuda Montisferrati penès quemcunq; vo-
catum, & admiſſum retineant qualitatem alie-
nabilitatis ex conſuetudine ſibi inſita, gradua-
lis ergo ſucceſſio cum inalienabilitate ſuper eis
induci nequaquam poteſt, & per conſequens
neque fideicommiſſum. 11

Hac ratione ducti in feudis Mantuanis ob eã-
dem conſuetudinem alienabilibus fideicommiſ-
ſum † ordinari nequaquã poſſe defendunt Cort.
Iun. conſ. 171. per totum. Ruin. conſil. 105. per
totum. Socin. iun. conſ. 72. nu. 41. 42. & ſequ.
lib. 1. Alciat. conſ. 8. ſub nu. 16. 17. & 18. lib. 6.
aliàs eſt conſ. 258. Manent. de contract. liuell.
par. 7. nu. 16. & conſ. 106. nu. 21. ac per totum.
Cyriac. controu. 145. num. 22. & latius diximus
pro D. Marchioniſſa Gonzaga de Spoluerinis,
vbi ſubiungebemus neque ad ſuſtinendum fi-
deicommiſſum in feudis alienabilibus ſuffragari
rationem illam, nimirum in tantum fideicom-
miſſum validum cenſeri, in quantum non ſequa-
tur alienatio, vt argumentatur Cyriac. contr.
324. nu. 22. Tum quia diſpoſitiones fideicom-
miſſariæ non debent remanere in ſuſpenſo at-
tenta teſtatoris expreſſa mẽte fideicommiſſum
ordinandi. Tum quia ex ipſa diuiſione ſatis ad
hunc effectum dicitur ſubſecuta alienatio, ab-
dicatumque omne Ius à D. Co. Iulio quoad por-
tionem

tionem feudi controuersam, seu spectantem ad alios eius fratres consanguineos.

At de iustitutis vtriusq; patriæ seu consuetudinibus feudorum tum Mantuæ, tum Montisferrati transeundo ad vniuersales regulas, tanto minus dicitur D. Comiti Iulio, & testamentis, seù fideicommissarijs substitutionibus competere ius aliquod, actionemuè, cum de iure super
12 feudis testari † minimè possit aut liceat cap. 1. de success. feud. cap. 1. §. donare qualit. olim feud. Clar. §. feudum quæst 4. nu. 1. & 3. & quæst. 74. Surd. consil. 382. num. 39. Peregr. consil. 5. num. 23. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 23. tit. 28. nu. 6. Camill. Larath. de feud. pat. 8. dilucidat. 18. num. 2. & per totam Giurb. de success. feud. § 1. Glos. a. num. 5. & 23. versic. tunc licet nemo ex testamento succedat, neque ab intestato sed alio feudorum iure successorio. Quin potius vbi e-
13 tiam admitteremus de feudo testari † posse, & potissime in proxime, ac gradatim successiuos ex methodo inuestitutæ Io. Baptista Biluct. conclus. feudal. 30. nu. 3. ex quo obiter nota, quod testamentum in feudis ita demum aliquid operaretur, si fieret non solum secundum tenorem inuestitutæ, verum etiam iuxta consuetudines loci vbi feudum situm existit, & sic cum qualitate alienabilitatis quoad feuda Ducatus Montisferrati iuxta illius regiones consuetudinem, omni in casu quatenus etiam admitteremus Vassalum de feudo disponere per vltimam volun-
14 tatem posse cum tamen consuetudo † ad actus inter viuos restricta censeatur, vt non procedat in alienatione seu dispositione, quæ fieret per testamentum Curt. iun. dicto consil. 171. nu. 10. lib. 1. Burs. consil. 295. sub num 16. Rosental. de feud. cap. 9. conclus. 78. sub num. 43. Surd. consil. 382. sub num. 43. & num. 66. & nu. 68. & consil. 577. num. 1. Giouag. consil. 45. sub num. 21. lib. 2. Cyriac. controuers. 324. num. 35. ad hue talis facultas ex consuetudine inducta, vbi extaret, non extenderetur, vt testando plu-
15 res substitutionum † gradus facere posset Marin. frec. de sub feud. lib. 3. de different. feud. 6. sub num. 1. versic. sed non substituere Marcell. alleg. 6. num. 8. vbi quod habens potestatem testandi non possit facere fideicommissum Loffred cons. 7. nume. 52. ac per totum Surd. decis. 343. per totam Franch. decis. 153. num. 23. & seq. Marta vot. 221. à num. 30. vbi quod habens facultatem substituendi in feudo plures substituendi in feudo plures substitutionum gradus facere nequeat, quod repetit Censal. in addit. ad Peregr. de fideicommissis pag. 165. sub versicul. secus obseruit, & latius comprobaui Allegat. 12. 13. & 14. hoc volumine. concludo igitur causã remittendam esse ad Excellentissimum Senatum Casalis Monferrati iudicem etiam ad feudalia per Serenissimum Ducalem Magistratum prout in illis regionibus viget consuetudo si quidem
16 iudicium parium curiæ † recessit ab Aula Caren resolut. 180. per tot. lib. 1. & fusius deduxi alleg. hoc volumine, nullamque ius competere Dom. Comiti Iulio ad feudum quo de agitur siue vi ex antiquis concessionibus, siue ex aliis testamentis, & hæc sunt, quæ super simplici in formatione pro nunc deducere potui paratus tamen supplere si in aliquo defecerim cum admodum difficile euadat respondere de iure sine processibus, & nisi tota serie facti optime cognita.

Quare &c. Saluo &c.

ARGVMENTVM.

In generali bonorum obligatione per Vasallum contracta feuda etiam de eis non facta expressione fauore dotis veniunt.

SVMMARIVM.

1 *Feudalia regulariter non comprehenduntur in generali obligatione fallit fauore dotis num. 2. & quando adest clausula &c num. 4. & quando obligans non habet alia bona num. 14.*

3 *Feuda Montisferrati ex consuetudine sunt alienabilia.*

5 *Clausula caterata continet omnia, quæ de stylo Notarij in instrumento consueuerunt apponi.*

6 *Consuetudo excluditur ex actuum difformitate.*

7 *Verba in instrumentis debent aliquid operari.*

8 *Assensus Domini in feudalibus retrotrahitur ad diem contracta obligationis.*

9 *Dotis restituendæ tempus non contracta hypotheca attenditur, vt vidua habeat regressum ad feudalia in defectum allodialium.*

10 *Decretum à iure exorbitans strictam recipit interpretationem. Et in tantum operatur, in quantum expresse disponit numero 11.*

12 *Allodialia extare pro restitutione dotis Dominus seu agnatus probare tenetur, quando mulier in possessione feudi reperitur.*

13 *Excussio non est facienda de bonis intricatis.*

15 *Licentia defectus in feudalibus à Domino solum opponitur.*

Alle-

Allegatio LVIII.

Adsit Deus.

ANgustia temporis ad scribendum præfixi in maximo æstiui caloris feruore non patitur, vt singula motiua per Senatum Illustrissimum excitata percurramus, maximè cum ea vnius resolutione de fensionem causæ Illustrissimæ Dominæ Comit. Eleonoræ insurgere existimemus Dubitat ergo Excellentissimus Senatus, & circa istud cæteris ommissis labor, seu sudor noster versabitur, An bona feudalia Domini Comitis Baldassaris Bilani censeantur hypotheceata fauore dotis dictæ Dominæ Comitissæ Eleonoræ eius nurus, attenta generali obligatione bonorū sine expressione feudalium, stante maximè decreto 14. Montisferrati.

Cogitanti mihi sæpe numero, ac memoria repetenti dum scriberem in obligatione generali
1 † contracta per Vassallum non venire feudalia nisi exprimantur, Mastril decis. 86. num. 5. Magon. decis. florent. 54. nume. 57. & 19. Manent. de contract. liuell. quæst. 16. sub num. 41. vers. & idem esse in feudalibus Rolent. de feud. consul. 71. num. 7. 12. & per totam capit. 9. dixi supra allegat 44. num. 11. & vnne addo Merlin. de pignor. & hypothec. lib. 2. quæst. 11. nume. 2. & num. 43. quomodo in facti contingentia potuissem sustinere cōtrarium, si se obtulit fauor dotis, qui quemadmodum in reliquis sic in isto casu reputatur præcipuus, nam ob dotis priui-
2 legium feuda † veniunt in generali bonorum obligatione facta per vassallum, Castil. decis. 6 11 num. 14. & seq. cum cumulatis per Statij. Pacif. de Saluian. inspect. 3. cap. 2. num. 69. 70. & 71. Rot. Romana decis. 167. nu. 41. part. 5. recent. quæ est decis. 45. num. 35. apud Durantum, quæ loquitur de Castro Graffignani feudo dignitatis scilicet Comitatus erecti ab Eugenio Quarto, vt testantur Gabr. consil. 79. lib. 2. & Rot. dicta decis. 167. num. 5. part. 5 recent. & apud Duran. dicta decis. 145. num. 5. Quod eo fortius procedere debet in feudis istis existentibus in Ducatu Montisferrati ob consuetudinem illuc vigentē
3 iuxta quam feuda † sunt alienabilia in quoscunque extraneos feudo capaces cum consensu domini in præiudicium vocatorum, ac illis inuitis vt post Siluan Becc. Surd. Buisatt. & Intrigl. refert Cyriac. controuers. 23. num. 1. & controuers. 312. num. 22. & sic ob illorum alteratam qualitatem originariæ in alienabilitatis facilius cadunt in hypotheca præsertim in casu dotis priuilegiato Merlin. de pignor. & hypoth. lib. 2 quæstion. 11. numer. 6.

Et prædicta magis confirmantur ex eo, quia Dominus Comes Baldassar non obligauit simpliciter omnia eius bona præsentia, & futura, sed insuper addidit clausulam & cætera, † sub quā 4 censetur voluisse comprehendi in obligatione per ipsum susceptā, etiam ea bona, quæ alias regulariter non venirent ad notata per Cost. de retractat. cas. 10. in cap. 8. sub num. 14. vers. tanto fortius vbi restatur de consuetudine Papiensi propter illam clausulam extendendi obligationem etiam ad prohibita obligari nisi expresse exprimantur. Quod si in Dominio Montisferrati vigeret stylus, quemadmodum vt plurimum hic Mantuæ obseruatur, vt in singulis contractibus apponatur etiam hypotheca obnoxiorum contrahentis, tunc dubio procul huiusmodi clausula continetet etiam feudalium obligationem, & enim hæc clausula † ea omnia continet, quę de 5 stylo notarij in instrumento consueuerunt apponi, Mantic. de tacit. & ambig. lib. 2. tit. 50. num. 19. Barbos. post alios de clausul. 4. num. 4. vbi inquiunt desuoti non appareat, recurrendum est ad generalem consuetudinem, & stylum tabellionis eiusdem regionis, de quo stylo, atque consuetudine vigente in patria Montisferrati testimonium perhibere possent Illustrissimi DD. mei Præses, & Senator Potta, quādo alias istud inconcussibiliter non resultaret ex allegato decreto decimo quarto Montisferrati, ibi quoniam sępe nomero a Vassallis nostris &c. Dum enim vassalli confugiunt, vt plurimū pro constituenda hypotheca super feudalibus fauore doctium filiarum, & nutuum ad Principem pro obtinenda licentia infertur in necessarium antecedens, quod feudalia quoque ferè semper pro dotibus deducantur in hypothecā.

Nec obstaret si replicaretur ea lectura dicti Decreti potius colligi contrarium, stante præsertim illa dictione, sæpe numero, quævidetur excludere stylum, atque consuetudinem, cum ista coalescat ex actibus continuatis, & nūquam interruptis, illa vero dictio † actuum dif- 6 formitatem importat, per quam excluditur cōsuetudo. Bartol. in l. 2. num. 22. ff. solut matrimon. Crauet. consil. 96. nu. 5. Surd. consil. 313. num. 33. Rot. decis. 336. num. 7. part. 5. recent. Gratian. discept. for. 79. numer. 9. quoniam in promptu se se offert responsio; noluit enim Princeps Serenissimus in condenda lege, nec potuit inferre, aliquando constitui dotes, etiam sine obligatione feudalium, propter illam dictionē sæpe numero, sed habuit relationem ad alios contractus, & preces, quæ occasione illorum ipsi porriguntur, adeout sic sensus enim vassalli pro validitate obligationis feudalium, quam solent apponere in ipsorum contractibus offerāt nobis preces pro obtinēda licentia, & sæpe numero pro dotibus; Vnde ex hoc colligitur maior frequentia constitutionum dotis, pro quibus feudalia semper obligantur. Concludo igitur, illam dictionem, sæpe numero, habere respectum ad alios contractus, in quibus feudalia

dalia obligantur, præterquam in causam dotis.
Non autem exinde colligi, quod aliquando do-
tes constituantur absque hypotheca feudalium,
ac præcum porrectione ad suam Celsitudinem
pro obtinendo beneplacito, & sic concludenter
probatum remanet de stylo Montisferrati feu-
dalia in contractibus hypothecarum, illa sub
obligatione omnium bonorum præsentium, &
futurorum &c. venire, quia ita suadet stylus, &
7 ne illa dictio † remaneat infructuosa, ac sine ef-
fectu operandi contra tex. in cap. si Papa 10. vbi
cum verba aliquid operari debeant, de priuileg.
in 6. dixi allegat. 8. nu. 65. fol. 126. lib. 1.

Perinde igitur est, ac si D. Comes Baldassar
promisisset dotis restitutionem sub obligatione
omnium ipsius bonorum præsentium, & futu-
rorum, tam liberorum, & allodialium, quàm
feudalium, & emphyteuticorum, ac quomodo-
libet obnoxiorum, adhibitis tamen licentijs à
dominis directis, ad quas petendas constituisset
procuratricem irreuocabilem Dominam Comi-
tissam duraturam etiam post eius mortem, quia
sic in illis regionibus obligationis vassallorum
8 extenduntur. Vnde licentia † per ipsam obten-
ta à Serenissimo Domino nostro in vim dictæ o-
bligationis, & mandati post mortem ipsius Co-
mitis Baldassaris ei suffragatur etiam ad præiu-
dicium agnatorum, perinde ac si illam impetras-
set ante obitum ipsiusmet D. Comitis Baldassa-
ris, vt censuit Senatus Mantuæ in causa Mar-
chionissæ Ripatiæ nunc à Valle rationibus, &
auctoritatibus adductis per Illustriss. Dominũ
meum Comitem, Senatorem Morronum in ex-
tensione decisionis primi articuli à nu. 1. ad 13.

Decretum verò Montisferrati decimũ quar-
tum in proposito nil noui inducit, sed solùm di-
sponit, quod concedantur licentiæ pro dotibus
verè constitutis, & pro realiter persolutis, qua-
tenus tamen bona allodialia tempore dictarum
hypothecarum, & assecurationis, & quæ in fu-
turum acquirent sufficientia, non reperiantur
pro dictis hypotheca, & assecuratione in casu
solutionis, & restitutionis earumdem. Et in eo
solùm à Iure communi deflectit, quòd vbi eo in-
specto attenditur tempus dotis restituendæ pro
habendo recursu in subsidium ad feudalia nulla
habita ratione, quòd de tempore dotis solutæ
penès maritum, seu socerum extarent bona, quę
reperiantur consumpta, vel penès tertios exi-
stentia. Vnde si dùm petitur dotis restitutio vas-
9 sallus. † nil aliud præter feudalia possideat, non
tenetur repetens dotem executere bona penès
tertios, sed de directo agit ad feudalia, vt fes-
centis cumulatis tradidi allegat. 4. n. 30. fol. 70.
vbi Rota in decisione post ipsam allegationem
impressa lib. 1. At vigore dicti decreti cogeretur
prius experiri contra bona tempore dotis solu-
tæ, seu hypothecæ constitutæ existentia penès
obligantes. Quod sanè intelligendum videtur
cum grano salis; nam si bona allodialia aliàs ip-
sius obligantis transijssent in habentem meliora
& anteriora iura ipsius prætendentis dotis resti-
tutionem, tunc non esset facienda illorum ex-
cussio. Quapropter cum bona Domini Comitis
Baldassaris reperiantur penès tertios prætenden-
tes ius pinguius in ipsis Domina Comitissa, tùm
vigore contributionum, tùm vigore alimento-
rum Domini Comitis Alexandri sibi reseruato-
rum in renunciatione, quam fecit eius viro. Su-
perflua igitur, atque inanis redderetur omnis
discussio, & propterea non obstante decreto o-
mitti poterit, & de directo conuolare ad feuda-
lia.

Cæterum cùm decretum Montisferrati tan-
quam exorbitans † à Iure veniat strictè interpre- 10
tandum, l. quod constitutum 12. ff. de testam.
milit. l. constitutionibus 24. ff. ad municipal. Cy-
riac. controuers. 25. nu. 11. ita demùm illius di-
spositio procedet, si casui † quem præ manibus 12
habemus verba applicabuntur, vt subdit idem
Cyriac. d. controuers. 25. nu. 12. quòd autem nõ
applicentur, suadetur ex eo, quia non quælibet
quantitas bonorum allodialium impedit dire-
ctum, & immediatum regressum ad feudalia, sed
tunc quando de tempore constitutæ obligatio-
nis aderant bona sufficientia pro dotis restitu-
tione, computatis etiam bonis postea acquisitis.
Hic autem tantùm abest, quòd adsint tot bona,
quot intrarent pro integrali satisfactione dotis,
quin potiùs nec sufficiunt pro interusurijs; adeò
vt Domina Comitissa rectè egerit, & Senatus ex-
cellentissimus ritè sæpiùs iudicauerit executio-
nem faciendam in feudalibus. Quas ob senten-
tias cum Domina Comitissa reperiatur nõ solùm
in possessione feudalium, sed ex illis aliqua di-
straxerit. Ideò onus probandi, quod adessent bo-
na libera, & sufficientia ad formam decreti spe-
ctat ad Dominos Bilianos, qui modò istud dicũt
& excipiunt iuxta distinctionem communiter
receptam, de qua in terminis Molina de primo-
gen. Hispan. lib. 4. cap. 7. num. 36. Sanchez de
matrim. tom. 1. disput 35. nu. 4. libr. 6. Franch.
decis. 341. nu. 2. Rota in Mantuana dotis 6. Iun.
1636. coram Reuerendissimo Coccino Decano.
Cyriac controu. 5. nu. 114. & controuers. 447.
nu. 1. & 2. Iuuari ergo non poterunt D. Biliani
decreto Montisferrati, nisi prius ostenderint, &
indicauerint allodialia sufficientia; sufficientia,
inquam, non tam respectu correspectiuitatis ad
dotem, & interusuria prætensa, sed etiam in eo,
quod non sint debitis implicita, vel aliter diffi-
cillimè excussionis, vtrumq; enim existimo ver-
bum illud importare, vt quantum minus fieri
possit decretum degeneret à Iure communi, ab
eoque interpretationem recipiat ob hanc ratio-
nem, quam sæpissimè Senatus † in hac eadem 13
causa bona Dominorum de Bilianis habuit pro
non sufficientibus, tanquam nimium intricata.
Cyriac. controuers. 387. nu. 77. & 78. Rota di-
cta decis. 167. nu. 52. & decis. 310. nu. 14. par. 5.
recent. quę decisiones duplicantur apud Duran.
decis. 145. & decis. 156. Cùm ergo Domina Co-
mitissa sit creditrix suarum dotium, & ei nil pro-
hibet quominus in feudalibus satisfieri debeat,
prout vtrunque sæpius extitit iudicatum, nec
adsit occasio recedendi, ideò res iudicatæ eius
fauore

fauore sunt confirmandæ.

Accedit ad confirmationem prædictorũ quod cùm D. Comes Baldassar non haberet nisi bona
14 feudalia, † vel saltem maior pars ipsorum essent talia, & propterea venire in generali obligatione Manent. consil. 42. nu. 10. vers. quinta est limitatio. Rot. decis. 426. nu. 9. par. 1. diuers. Cyriac. controuers. 190. nu. 11.

Tandem considerandum est, quod defectus
15 licentiæ † Domini directi non possit opponi, nisi ab ipso, ex traditis per Gratian. discept. forens. 511. nu. 6. & discept. 599. n. 24. vbi plures alios cumulat, maximè cùm simus in feudis, ex consuetudine alienabilibus, etiam inuitis agnatis, & quoad ipsos sunt ad instar allodialium, habito tamen prius assensu impedimentum, etiam ex latere Domini remouente. Ex quibus videtur sublatum motiuum nouissimè releuatum ab Illustriss. Senatu, & D. Comitissam esse in casu victoriæ, & regressus ad feudalia absq; eò quod discutiantur. cætera motiua, Senatus pluties iudicauit ad fauorẽ eiusdẽ D. Comitissæ, & executiones relaxauit; tandem acta omnia pronunciauit nulla, & sic causa fuit ab initio reassumpta.

ARGVMENTVM.

Parium Iurisdictio, ex quibus legitimè declinetur, causamque feudalem coram Imperatore cognosci liberè exactissimè demonstratur.

SVMMARIVM.

1 *Ordinarius iudicat in causa feudali contra Dominum, qui & vassallus sit ratione feudi controuersi, & quando Dominus conuentus negat actorem esse vassallũ, nu. 19. succedit loco Parium nu. 12.*
2 *Dispositum in casu simplici non trahuntur ad mixtum in feudalibus.*
3 *Casus à Iure feudali omissus, decidendus venit iuris communis censura inspecta.*
4 *Sententia executioni non demandata, allegari non meretur.*
5 *Exceptio rei iudicatæ non obstat, nisi sit inter easdem personas, inter quas fuit aliàs iudicatum.*
6 *Cap. 1. de Inuestit. in marit. fact. corrigi per cap. 1. an apud Iudic. vel Cur. Dom. qui defendant, contra nu. 8.*
7 *Legum correctio euitanda.*
9 *Pares Curiæ quanam requisita habere debeant, vt in iudices eligantur; suspecti in totum remouentur, nu. 12. Non iudicant de feudis in foro Tridentino, nu. 20. Hodie iudicant tantùm in crimine læsæ Maiestatis, numero 21.*
10 *Paribus Curiæ suspectis, ordinarius in feudalibus causis cognoscit.*
11 *Iudicis, ac Testis munere in eodem iudicio, quis nõn fungitur.*
13 *Testis ex præsumptione, quòd non sit informatus non repellitur, nisi præcedat aliqua lis cognitio.*
14 *Testes duo pro decisione causarum feudalium sufficiunt.*
15 *Immemorabilis qualiter probatur.*
16 *Confessio recipi debet cum sua qualitate iuris præsumptionem contra se non habente.*
17 *Spoliatus in feudo immediatè agit coram Imperatore.*
18 *Stemmate alieno vtens punitur.*

Allegatio LIX.

Adsit Deus.

Cavsam quatuor Vicariatuum coram Sacra Maiestate V. Cesarea, seu tribunali aliquo per eam delegãdo cognoscendam, atq; determinandam eò magis insistimus, postquam ex clementia Imperiali fundamenta ab Illustrissimo, & Reuerendissimo Principe, & Episcopo Tridentino deducta, nobisque communicata vix articulum controuersum attingere conspeximus.

Quando enim controuersia pendet, seu introduci debet super feudo, quod in totum, seu pro parte à Domino detinetur, vel occupatur, adeò vt in ipso vtraque qualitas, & Domini, & vassalli concurrat, tunc nec Dominus, nec pares Curiæ separatim, aut complexiuè Iudices esse possunt, sed ordinarius † subintrat per tex. iam 1
pridem à nobis indicatum in cap. 1. de inuestit. in marit. facta, vbi de Domino, qui partem feudi extraneo concesserat, & partem penès se retinuerat, & expressè sancitur, quod ordinarius, aut arbitri de consensu partium eligendi, & quatenus eligere vellent iudicare debeant. Isern. in d. cap. 1. nu. 1. vbi quærit an apud Dominum, & eius Curiam litigabit Agnatus, vel apud suum ordinarium, vel arbitrum, duplicem assignat rationem; Prima ad exclusionem Domini pro parte concessa, quia tenebatur de euictione; secunda ad exclusionem Parium, eò quia non iudicant in causa Domini cum vassallo. Præposit. ibidem sub nu. 1. versic. & ratio est, quia Dominus habet partem feudi sibi retentam, aliàs autem si sibi non retinuisset partem, tunc pares Curiæ cognoscerent. Per quam rationem inquit concordari iura, ac tolli quamcunque repugnantiam, quæ oriri posset inter textus feudales de

materia

de materia hac disponentes. Afflict. ibidem sub
num.1. idem repetit tam & si ipse per arbitrum
de communi voluntate eligendum malè expli-
cet pares Curiæ, vt de se patet Aluarot. ibidem
nu.3. versic. & ratio potest esse, quia Dominus
habet partem feudi sibi retentam, aliàs autem si
sibi non retinuisset partem, tunc pares cogno-
scerent; & inde notat de causa feudali compro-
missum fieri posse, & omnium ad rem nostram
Melius Federich. de Schenck. ibid. in fin prin-
cip. ibi. Quare in superiore specie succumben-
te vassallo dominus gemino subiaceret damno,
nam & de euictione teneretur inuestito, & par-
te feudi quam sibi retinuit priuaretur, ideircò
æquum est, vt de hac causa alij potius quàm pa-
res cognoscant, quos propter duplicis præiudi-
cij dominici pondus, vel corruptio, vel gratia
Domini magis afficere posset, quàm vbi simplex
tantùm nempe euictionis solius emineret præ-
iudicium. Petr. de Rauenna ibidem in princip.
vers. & nota rationem, quare in isto casu pares
non cognoscunt, quia dominus sibi retinuit par-
tem feudi, si autem non retinuisset fuissent Iu-
dices, Vigelius de Iur. feud. cap. 3. vers. quinta
exceptio est fol. mihi 93. Guliel. Hanner. de iur.
feudor. lib. 4. cap. 1. fol. mihi 400 ibi licet se-
cundùm antiquiorem consuetudinis legem, hoc
casu solus Iudex ordinarius, vel arbiter Iudex
competens fuerit, d. cap vnico in prine. de in-
uest. in marit. fact. quæ consuetudo cùm ratio-
nabilior fuerit, frequentiori fortasse vsu hodie
passim recepta est. Hactenus ipse Hannet. Ro-
sental. de feud. cap. 9. conclus. 28. sub num. 6.
vers. vbi etiam de alio domini præiudicio, nem-
pe euictionis agitur tex. dicit, quòd maritus, &
prætensus agnatus coram ordinario, aut arbitro
vtriusque consensu electo litigare debeant. Iu-
re igitur merito, eoque fortius nos prætendimus
atque obtinere debemus causam hanc coram
Sacra Maiestate Vestra videndam, quippe quo-
niam Illustrissimus Princeps, & Episcopus Tri-
dentinus, non pro parte tanquam Dominus te-
netur de euictione, sed pro tuto feudo, nec par-
tem feudi occupat, sed totum; & ea prædicta
sublata remanent argumenta partis aduersæ a
principio eiusdem scripturæ vsque ad num. 74.
2 Neque fallimur, dum volumus dispufita † in ca-
su simplici non trahi ad mixtum in feudalibus
potissimum, in quibus diuersimodè ordinatur
quoad casus mixtos ad casus simplices per dict.
tex. in cap. 1. de inuest. in marit. facta.

Nec diuisio eum discursu, quem ipse adstruit,
ad casum nostrum applicationem recipit, quod
nimirum vel consideramus eum tanquam Do-
minum, & pares Curiæ iudicium istud assume-
re tenentur, vel tanquam vassallum, & ipsi fa-
cultas Ius dicendi in causa competeret, nisi su-
spectus videretur, qua ratione pares isidem iu-
dicandi competentiam habeant Iuribus adsa-
tietatem potiùs, quàm ad rem per eum allega-
tis; siquidem implicat, quod eius persona ratio-
ne potissimùm feudi in controuersiam deduc-
ti, ita valeat considerari, quin simul, & semel,
& vassallus & dominus reputetur, neque ab istis
qualitatibus illius persona seiungi, aut abstrahi
quomodolibet possit. Vnde cùm casus † iste, in 3
quo scilicet & qualitas Dominica, & vassalitia
in vno, eodemque subiecto, eodem tempore,
ac intuitu eiusdem, ac totius feudi concurrunt,
expressim Iure feudali decisus non appareat, hoc
est in eo omissus iudicandos iuxta iuris commu-
nis tramites remanet, cap. 1. & ibi omnes inter-
pretes de feud. cognit. Bald. in l. cùm oportet 61
sub nu. 18. versic. item in feudo hæc est regula,
quòd nisi expressè sit aliquid in feudis cautum,
seruatur Ius commune, Cod. de bon. quę liber.
Curt. Iun. de feud. par. 1. qu. 4. princip. Rosen-
tal. de feud. cap. 1. conclus 16. nu. 5. cum addu-
ctis per eum in glos. e. quibus accedunt, Schra-
der. de feud. cap. 7. nu. 117. par. 9. vbi quòd ius
canonicum sit seruandum in illis casibus à Iure
feudali omissis, in quibus canones legibus con-
tradicunt. Vrsin. de success. feud. par. 2. q. 2. art.
2. nu. 5. Larath. in Theatr. feudal. par 2. disce-
ptat. 26 nu 8 & 9 Mynsinger. singul. obseru.
75. sub nu. 6. versic. cùm ille casus in vsibus feu-
dorum, & obseru. 76. nu. 5. centur. 5. Quapro-
pter cùm in præciso casu nostræ huius contro-
uersiæ, quam cum præfato Illustriss. Domino
occasione quatuor Vicariatuum habituri sumus
consuetudine aliqua feudali cautum non repe-
riatur, quis Iudex esse debeat, nec necessitas eli-
gendi pares casum hunc comprehendat, inde
propterea sequitur, quòd Vestra Cæsarea Maie-
stas cognitionem huius quæstionis suscipere di-
gnetur, seu cui magis ei placuerit decidendum,
delegare debeat.

His ex præcisa facti serie desumptis, ac pro
veritate iactis fundamentis absque alia discus-
sione corruerent argumenta in oppositum ex co-
gitata, quibus tamen singillatim respondere o-
peræ pretium esse duximus, quantum sit dumta-
xat ad ea, quæ aliquam præseferunt apparen-
tiam.

In primis igitur, atque ex pluribus nobis nō
officit, quòd alias inter maiores nostros, & D.
Episcopi hæc eadem contentio circa forum agi-
tata diu extiterit, & tandem ex sententia Regi-
minis Oeniponani ad pares, & Curiam Ecclesiæ
Tridentinæ vti Iudices feudales, & competen-
tes vsque de anno 1569. fuerit remissa.

Quandoquidem & primo, quia sententia † nō 4
meretur allegari, quando nullam prorsus exe-
cutionem habuit, & ex lapsu annorum centum
circiter præscripta resultat l. non est mirum 26.
in fin. ff. de pignor. act. Crauet. cons. 10. nu. 5.
Cephal cons. 96. nu. 18. Peregr. cons. 24. n. 24.
lib 1. Cancer. var. resol. par. 3. cap. 17. nu. 421.
Fontanell. decis. 295. n. 14. Rota decis. 772. nu.
5. par. 5 recent. Tantùm abest autem quòd nos
acquieuerimus dictæ sententiæ, illaque execu-
tionem obtinuerit, quin potius eiusdem Maie-
statis Vestræ auxilium, atq; iurisdictionem le-
gitimè, atque humiliter tam dicti maiores no-
stri, quàm nosmet implorauerimus, & pro iu-
stitiæ complemento consecutori sumus. Præ-

5 terquam quod vt exceptio rei iudicatæ † obstet necessariò inter reliqua requiritur, quòd quæstio, quæ introduci attentatur, inter easdem personas orta sit, contra quas iudicatum prætenditur, & subsit idem ius, & causa petendi, l.3. & l. cùm quæritur 12. cum duabus sequ. ff. de except. rei iudic. Surd. cons. 315. per totum, vbi nu. 7. subiungit in dubio pronunciandum exceptionem huiusmodi non obstare. Cyriacus controuers. 327. nu. 82. Gratian. discept. forens. 445. nu. 11. hic autem vltra personarum diuersitatem subest etiam Ius, & causa contendendi, si quidem tunc Barones Antonius, & Federicus admittebantur tanquam veri descendentes ex familia Castrobarchensi, quod modò nobis eorum nepotibus ineptè inficiatur, tunc lis vertebat inter simplices vassallos, nunc autem cum eo, qui & Vassallus, & dominus se prætendit.

Deinde quia præsens controuersia in diuersis terminis ab illis nunc repetitur, nec de domini præiudicio agebatur; tunc nisi in consequentiā ratione euictionis promissæ, si tamen aliqua intercesserat, & propter consanguinitatem, quæ inter Nicolaum Madrutium, & Cardinalem illius temporis Episcopum Tridenti tūc vigebat, quibus in casibus Dominus directi aliàs Iudex competens in causis vassallorum super feudis efficitur suspectus, ideò remouendus, & succedunt pares per ea, quæ fusius in responso partis aduersæ deducuntur à nu. 14. ad 20. Si tamen in Curia domini similis adhuc resideat consuetudo, quod eligantur pares, quam non adesse in foro Episcopali Tridentino in præcedentibus diximus, atque inferius dedocemus, neq; agnatio agentis ad feudum à domino cōtrouertatur. At nunc iura domini adeò connexa, atque implicita existunt cum Iuribus vassalli, vt nullam prorsus admittant separationem, quemadmodū nec persona à persona contradistinguitur, quo sanè casu non applicatur textus in ca. 1. an apud iudicem, vel Curiam domini minusve auctoritates congestæ pro Illustriss. Dn. Principe Tridentino in prædicta eius scriptura nu. 18. & 67. 68. & 69. cùm semper supponant aliam personam esse vassalli in iudicio conuenti, aliam personam domini inter vassallos iudicare debentis, atq; ab isto munere remouendi, eo quia aliquā ex causis à Iure approbatis, facultatem iudicandi assumere nequeat.

Vlterius ex feudistis hactenus adfuit nemo, qui non agnouerit ineuitabilem dispositionem textus in d. cap. 1. in princ. de inuest. in marit. fact. neque debebat per Illustrissimum Episcopum Tridentinum dissimulari; sic enim arguendo ab illius censura in casu minus dubitabili, cùm ibi ageretur de Domino dimidiam, seu feudi partem occupantem, ad casum nostrum, in quo de domino feudum totum retinente agitur, vtique perspexisset Iura, seu consuetudines feudales discussionem præsentis causæ inter ipsum, & nos vertentis ordinario, & sic Maiestati Vestræ Cæsareæ examinandam relinquere. Hinc propterea formidine illius præcisæ dispositionis, se nimium Iurisdictioni parium tribuentes, textum prædictum in principio corrigi, † affirmate, & defendere conantur per textum in d. cap. 1. an apud Iudicem, vel Curiam domini, inter quos Curt. Iun. de feud. par. 7. sub n. 5 vers. est verum, vt refert Aluar. quòd aliqui tenent, quòd vnus textus corrigatur per alium, & istud est forte melius iudicio meo. Schrader. de feud. par. 10. sect. 5. nu. 14. vbi quòd Doctores magis communiter velint, & concludunt textum in d. cap. 1 de inuestit. in marit. facta generaliter, & indistinctè esse correctum per textum in d. cap. 1. an apud Iud. vel Cur. Dom. Rosental. de feud. cap. 12. conclus. 2. nu. 24. & 29. cum adductis in glos. ff. adeo vt seclusa quacunq; textuum † correctione, quæ non præsumitur, & quantum fieri potest omninò curanda arg. l. præcipimus 32. in fin. C. de appellat. l. sancimus 27. C. de testam. Roland. à Vall. cons. 80. nu. 49. libr. 1. Rosental. de feud. cap. 12. conclus. 2. sub nu. 54. vers. verùm responderi posset, & latissimè prosequitur, optimasque rationes recenset Schrad. de feud. par. 10. sect. 2. nu. 18. 19. Inter cætera autem ineuitabili mouetur ratione ducta ex eo, quia nunquam correctio † censeatur inducta, quando statutum, constitutio, lex, vel consuetudo habet suam disponendi peculiaritatem, vt contingit in prædictis feudorum capitulis, altero disponente in casu gemino ob duplex, quo obstringitur dominus interesse, vt in capit. 1. in princ. de inuestitur. in marit. fact. altero cauēte in casu simplici, ac consecutino, quoties nimirum molestia in vassallum directa aduersus Dominum quomodolibet reflectitur, tam & si nec feudi partem, nec totum retinuerit, vt in d. cap. 1. an apud Iudic. vel cur. dom. quam interpretationem textibus sæpè memoratis germanum feudistæ supra à nobis cumulati nu. 1. amplectuntur, & signanter Frideric. Schenck in d. cap. 1. de inuest. in marit. fact. in princ. vbi hos textus non aduersos, sed diuersos profitetur, seclusa inquam, textuum correctione tanquam non admissibili feudistæ omnes in eo conueniunt, quòd in præsenti controuersia inter nos, & præfatum Episcopum, & Principem agitanda præter ordinarium, ac consequenter Maiestatē Vestram Cæsaream, seu ab eadem immediatè deputandos pares aliqui iudicare non habeant. 8

Insuper disputationes in hāc controuersiam iniectę circa pertinentiam cognitionis, & competentiam iudicandi transeunt cum supposito, quòd in Curia Episcopi Tridenti pro decidendis feudorum altercationibus pares eiusdem Curiæ elegi, se iudicare consueuerint, neque enim rite currit consequentia, Principatus Tridenti habet vassallos, vt catalogus nouissimè editus indicare videtur, ergo si contingat oriri controuersia aliqua feudalis, quam Dominus nequeat cognoscere pro illius diffinitione pares Curiæ, seu conuassalli subintrant. Quoniam pro fundanda parium iurisdictione, seu inducenda necessitate eos eligendi, eorumque iudicio se subijciendi plura requiruntur, † inter cætera, quod 9

non

non solùm feuda sub eodem Domino habeaut, verùm etiam domicilium in illius territorio, ac ditione teneant Schrader. de feud. par. 10. sect. 7. sub nu. 22. vers. omnes tamen illos vassallos, faciont tradita per Bald. in cap 1. §. si qua controuersia, no. a. de pac constant. vbi quod pares Curiæ debeant esse de loco vbi lis agitur. Iacob. de Ardizon. in vsib. feudor. cap. 138. versic. qui sont de eadem prouincia, vnde sunt litigatores, fol. mihi 183. Schroner. de feud. disput. feudal. 2. lib. 2. Thes. 37. vers. modò sint eiusdem prouinciæ, in qua litigator neque ab hac opinione esset recedendum per ea, quæ perfunctoriè tradidit Rosental. de feud. cap. 12 conclus. 3. n. 50. & conclus. 7. nu. 7. cùm adductis in glos. F. cùm etiam ipse in eadem nostra resideat opinione ne cogantur pares peregrinari, ad hoc vt sint iudices, vt post Petr. de Bella partic. de feud. capit. 15. nu. 8. & Blanc. in epit. feud. lib. 4. cap. 1. n. 25. & alios per eum congestos in Glos. G. subiungit d. cap. 12 conclus. 7. sub nu. 7. vers. scribunt tamen aliqui, & conclus. 4. in Glos. B. in fine, vers. idem censerit si absentes sint vassalli, & no. 74. ne facessit negotium, quod vbi deficiunt in territorio ex viciniori prouincia euocari debeant, vt subiungebat Illustrissimus Aduersarius in eadem legali scriptura n. 79. nam procederet obiectum si dominus istorum feudorum plures sub se haberet prouincias, at cùm vnicã tantùm habeat, ideò ex alienis Iurisdictionibus & prouincijs pares vocari non debent, ita post alios Schrader. de feud. par. 10. sect. 7. sub nu. 23. vers. attamen illa opinio, quod pariter voluerunt feudistæ non citati. Demptis ergo ex nota per Illustrissimum Episcopum exhibita, nó habitantibus in prouincia, seu sub dominio illius habitationem non habentibus vix supersunt 10 pares eligendi. Et sic prosternitur ratiocinatio facta per Illustrissimum Episcopum nu. 35. cum duobus sequentibus vsque ad numerũ 103. circa numerositatem vassallorum cùm non bene arguatur ad inducendam eandem quantitatem parium, in quibus vltra vassallaggium requiritur præsentia in loco, seu prouincia Iurisdictionis exercendæ.

Eoque maximè, quia ex superextantibus habitatoribus vassallis in prouincia, atque Domi-
10 ni Iurisdictione vtrique ex partibus suspectit in pares non admittentur, vel saltem tanquam legitimè recusandi venirent remouendi, atque in ipsorum sedem, & locum adhoc succederet ordinarius, seu ipsius domini, ac vassallorum superior; nimirum Sacra Vestra Maiestas Cæsarea, hoc casu nobis, atque Episcopo Tridentino Iudex competens, præsertim ad delegandam causæ cognitionem. Curt. iun. de feud. par. 7. n. 35. in fin. cum adductis per Schrader. de feud. p. 10. sect. 6. nu. 203. Io. de Blanc. in epit. feud. lib. 4. cap. 12 no. 18. nisi vassallos, Mynsing. obseruat. 19. cent. 6. Rosental. de feud. cap. 12. concl. 4. nu. 61. & 62 & in glos ZZ. vbi concludit, quod in casu allegatę recusationis parium omnino amoueantur, & subintret Camera Imperialis ideò decernens citationes non extantibus potissimum alijs paribus, nisi ob arctissimam sanguinis coniunctionem alteri ex partibus suspectissimis, quo casu eosdem omninò arcendos à iudicando profitetur idem Illustrissimus Princeps in eius replicationibus sub num. 104. 105. & 106. Quemadmodum neque, & Iure quidem optimo dissentit, quin ex Catalogo detrahi quoque debeant vassalli, quibus vti conabimur pro testibus in diuersis probationibus pro recuperatione locorum feudorũ necessariò subeundis, istud namq; de mente feudistarum esse non ambigitur, ne unus, idemque vassallus, & Iudicis, & † testis in eadem causa munere fungatur contra 11
textum in cap. dilecti extr. de testibus, quem in proposito adduxerunt Curt. iun. de feud. par. 7. no. 38 Franc Aret. in cap. cæterum, nu. 31. extr. de Iudic Menoch. de retinend. remed 3 nu 441. alij per eos Schrader. de feud par. 10. sect 6. nu. 213. Schroner. de feud lib. 2. disp. 2. Thes. 76. Rosental. de feud. cap. 12 conclus. 4. & in glos. F. Ad quem effectum inquiunt præcitati Doctores simplicem sufficere nominationem, quam erimus parati facere vbicunque nobis constiterit, quinam absentes reperiantur, quive suspicionis exceptione laborent, simulque qui inhabilitate admdiudicandum repellantur.

Ex quibus cùm iuxta veriorem feudistarum sententiam, atque in aula imperiali vsu receptã paribus † non dentur in casum recusationis ad- 12
iuncti, sed illi in totum remoueantur, & præcipuè ex Rosental. de feud. cap. 12. conclus. 4. sub nu. 62. vers. nec etiam vidi, nec legi, neque ex senioribus audire exemplum potui, vbi adiunctio hæc obseruata fuit, neque nos eosdem, seu eorum Iurisdictionem declinare intelligamus, nisi ex causis consuetudinibus feudorum approbaris, ideoque prolixè admodum in proposito Princeps Illustrissimus enarrauit à nu. 107. vsq; ad 117. nobis, seu causæ nostræ nihil prorsus obsunt. Quemadmodum idem quoque dicimus de replicationibus, quæ abinde subiungebantur, quod cùm in causis feudalibus, nec etiam miserabilibus personis in prima instãtia ad Maiestatem Vestram Cæsaream, seu Cameram Imperialem liceat prouocare non conducit ad præsentem speculationem, in qua per nos remediũ l. vnicæ, C. quando Imp. int. pupill. & ind. non intentatur, sed propter iuridicam domini inhabilitatem, atque iustam parium recusationem, quatenus extent ad maiestatem Vestram Cæsaream confugium habemus ad imitationem Iuris canonici, vt pota in hoc casu æquitate maiori nitente ad mentem Rosental. de feud. d. cap. 12. conclus. 4. n. 62. Paritas ergo in præcedétibus à nobis deducta à subditis Papæ, & Ecclesiæ ad excelsum istud aulicũ consilium ritè procedit, esto etiam quòd alias ius ciuile diametraliter contrarium à Iure Pontificio statuerit, huic namque obiectioni ex professo pro nobis satisfacit idem Rosental. de feudo d. cap 12. concl. 4. nu. 62. & seq

Ex quo versamur in facto antiquo hominum

 memoriam

Digitized by Google

memoriam excedente subiungebat aduersa
pars, ut pote quia hoc feudum quatuor Vicaria-
riatuum sua familia indebite occupauerit vltra
centū annos Iuris presumptionē militare, quod
13 non adsit vassalli informati † circa quorum in-
formationem ne remoueantur sub hoc pretextu
p̄ emitti debet aliqualis cognitio, numue sine
illis haberi possit probatio Schrader de feud.pa.
10 sect.6.num.216.& seq. Rosental. de feud ca.
12. conclus.4. num.6. in fin. & num.7. Vult. de
feud lib.2. cap.2. num.36.& in scriptura eiusdē
partia aduersę num.122. & 123. & consequen-
ter pro remotione vassallorum à iudicando no-
bis hanc exceptionem aliquos inducendi intes-
tes nō suffragari, eoq; magis quia aliquibus etiā
hac de causa remotis, quamplures adhuc rema-
nere iudex paruim significat insigni familiarum
14 numero constitutos, cum duo testes † pro deci-
sione causarum feudalium sufficiāt ex glos. & D
D. in c. 1. vers. Pares, si de inuest. inter domin.
& vassall. Vit. de feud.lib.2.cap.2.n.15.& habe-
tur in pręcitata scriptura partia aduersę nu.121.
iste tamen excessus, atq; immemorabilitas non
tollunt, quo minus per testes probationes fieri
valeant, siue illę pertinentiam feudorum con-
cernere, siue agnationem, & descendentiā pro-
spicere teneantur quinimo istud per testes dum
taxat praestari poterit attestando per ipsorum de
15 positiones, qualiter nostrique † maiores se tra-
ctauerint, ac reputauerint, ab alijsque tractati ac
reputari communiter fuerint de familia Castro-
barchēsi, atq; hęreditarij successores feudi qua-
tuor Vicariatuum, nec ipsi vnquam per quadra-
ginta annos & vltra aliter viderint, vel à senio-
ribus intellexerint, in quo potissimum consistit
ius; atque efficacia probationis eorum, quæ ho-
minum memoriam excedunt de viso scilicet per
40. annos, & audito à maioribus, & senioribus
qui audierunt à maioribus suis iuxta glos. vulg.
in cap.1. de presumpt. in 6. Rota apud Viuian.
in prax.Ior. patr.decis.11. num.2. & per totam,
& penes Lodouis. dec.196.num.1.& latius exor-
nat coram Buratt. decis.673 per totam cum ibi
notatis per Ferentill. Lotier. de re benefic.quę.
38. num.46. &47.lib.2.eadem Rota decis.126.
num 21.& 22.part.5. recent. Pręterquam quod
ad modernam, atque recentem nostram proge-
niem indebite exaduerso controuersam proba-
tiones de re tam notoria vndique, & a quoli-
bet vassallo ætatis etiam non prouectæ desumi
poterint ad elidandam exceptionem in dilatori-
ja propositam, quam modo ad merita causæ vti
peremptoriam reseruare contendit Illustrissi-
mus Princeps in eo, quod excipiendo asserit
nos realiter, & in effectu à stemate Castrobarcē-
siom procedens veluti à Castrobarco dum taxat
cognomen adsciuisse, vt interim sub clipeo feu-
dalitatis quatuor Vicariatuum à Maiestate ve-
stra Cæsarea remissionem istius causæ ad prætē-
sos pares animo alienas prorsus à Feudistarum
traditionibus introducere immortales contro-
uersias obripiat, & dum quærit nos carpere in
verbis, an confessionibus iudicialiter emissis, vt
videre est in eius scriptura legali nu.26.27. &
28. eas quoque acceptare deberet cum suis qua-
litatibus annexis, iuxta quod seriem facti que-
madmodum in familia nostra successit, recen-
sendo nosmet de naturali, atque legitima agna-
tione Castrobarcensi enunciamus, quandoq;
qualitate iuris præsumptionem contra se non
habente huiusmodi confessio iudicialis vassalli
omnino recipi debet Rosental. de feud. cap. 6.
conclus.68.num.1.& in glos. GG. Alias si abso-
lute insistit in negatiua per eum simpliciter pro-
lata, aut saltem tacite, ac necessario insurgente
ex eo, quod existimat nobis cognomen istud ad-
sciuisse; non videmus postea qualiter tenere
contendat alijs nominibus, seu feudis familiam
nostram, ac nosmet esse illius ecclesiæ vassallos,
maxime cum in Catalogo non descripsit, neque
nos admittere intendit de reali, ac effectiua pro-
genie nostra Castrobarcensi, & qualiter Cama-
ra imperialis, seu Maiestas Vestra Cęsarea esse
non debeat iudex per decisiones punctuales ad-
ductas in priori nostra scriptura legali versic.
Hinc igitur vbi inter cęteros retulimus resolu-
tionem eiusdem Cameræ imperialis apud Myn-
sing. obseruat.75. n.3.cent.5. cui non quadrat
responsio per partem aduersam somniata, dum
Domini assessores pro fundanda iurisdictio-
ne Cameræ imperialis vim tantummodo faciunt
in eo, quod Dominus Vassallum agentem ne-
gauerat vassallum, quod sufficit, vel quod con-
tendatur, an res sit feudalis; non autem pro re-
missione ad ordinarium causæ feudalis require-
tur copulatiua vtriusque quæstionis, vt malę ex
aduerso interpretatur Schrader. à nobis allega-
tus part.10. sect.6. nu.134.& seq. cuius quidem
interpretatio in seuera est, sed retorquetur; vt
nimirū copulatiue requiratur, & qualitas feu-
dalis in re controuersa, & quod litigans non re-
getur vassallus pro fundamēto iurisdictionis pa
sium ex eod. Schrader diserte id comprobante
de feud. par.10.sect.6.sub num.135. versic. tum
quia pro fundamento iurisdictionis parium Cu-
rię requiritur, vt illa res, de qua controuerti-
tur feodalis sit vsquè, & litigans qualitatem
feudalem habeant, & vnus ex litigatoribus sit
Dominus alius vero vassallus, quod reperit ibi-
dem sub num.136. versic.tum quia illa qualitas
fienti irefragabilis adhuc remanet doctrina Ro-
sental. in dicto cap. 12.conclus.3.sub.num. 35.
quod nimirū Domino negante agnatos esse ta-
les, ac consequēter feudi incapaces Cameræ im-
perialis iudicare consueuerit causam ad ordina-
rium spectare, nec verificatur, quod huic no-
stræ interpretationi feudistarum omnium con-
sensu approbatæ diametraliter resistat idem Ro-
sental. de feud.dicto cap. 12. conclus. 4.nu. 39.
ibi loquitur quando vassallus est actor, & con-
uenit dominum ante Curiam, & subdit, quod
eum Iudicem declinare nequibit, quem ipse e-
legit, & approbauit, istud autem conferat ad
causam nostram iam editę introductam coram
Maiestate Vestra Cæsarea iudi tum eti i ius
amplissimi Tribunalis, & consilij Aulici; Verba
autem

Digitized by Google

autem inserta per partē aduersam in eius scriptura legali deficiuot in substantiali, ac principali parte, à qua pendet sensus traditionis eiusdē Rosental. d. cap. 12. conclus. 3. sub num. 39. qui est. quod vassallus coram Curia à Domino conuentus, non possit simul asserere, & contendere se vassallum, & iurisdictionem parium declinare, qui certe non est casus, super quo nos sanquam rei, sed vti auctores cum præfato Illustrissimo Principe Tridētino contendimus. Hinc corruunt replicata per eundem Principem in prædicta eius scriptura legali sub numer. 62. 63. & 64.

Vnicum tantūmodo superest refugium, super quo pars aduersa omnimodas accumulauit vires in probando negatiuam huiusmodi non suffragari ad declinandam parium iurisdictionem consistens in eo, quod aliūde appareat nos eiusdem ecclesiæ Episcopalis Tridenti vassallos & quidē indubitatos saltem ex recognitione quarundam feudalium decimarum, quod sane fundamentum maximam secum offert perplexitatem, repugnātiam atque contradictionem. Vel enim Princeps admittit nos prout vere sumus ex familia Castrobarchensis, & qua tales possidere feudales decimas, Castrum Sarcum, & Grestam, tunc etiam vt fateatur necesse est ad hanc agnationem Castrobarcam durare, nosque quatuot Vicariatuum legitimos successores esse, &
17 non nisi per vim †, & potestatem maiorem priuatos tandiu exstitere, de qua sane ius dicere, occ ad ipsam, neque ad curiam, sed ad superiorem & sic Maiestatem vestram Cæsaream spectat vt post alios latissime prosequitur Rosental. de feud. cap. 11. conclus. 13. ex num. 12. argumento l. si quis in tantam 7 C. vnde cui, Vel persistit in eadem negatiua, & non nisi per quandam assūptionem, seu magis emendicatam arrogationem nos extinctum cognomē, vt præmittitur Castrobarcense assumpsisse. Quod à maioribus naturaliter in nos translatum recognoscimus, & exinde duo sequuntur ad euitandam parium cognitionem, alterum quia cum ex supposito partis aduersæ non amplius exsistat aliquis de familia Castrobarcensi, nec illa in indice vassallorū ecclesiæ Tridentinæ reperiatur conscripta; frustra quæritur an habeat conuassallos, seu pares cum quia non entium nullæ sunt qualitates iuribus passim obuijs. Alterum quia hæc exceptio non venit accessorie, nec consecutiue ad aliquā quæstionem feudalem, sed principaliter, atque independenter à feudorum quæstione venit terminanda, maxime cum quodammodo irroget culpam, atque innuat ad punibile delictum, quale reputatur istud, quo nos iniustos pars aduersa contendit. Aliena si quidem sine titulo aliquo
8 vtens priuatorū insignib. † seu stemmate incidit in quandam falsitatem, & plectitur pœna l eos 27. vbi glos. in verb. vsus est, & in verbo emmeauit ff. ad l. Cor. de fals. Farinac. de falsitat & simulat. quæst. 150. num. 80. nouissime Theodor. de Hoping in tract. de insign. cap. 2. §. 1. a. memb. 3. nu. 1074. quam sane iniuriam, seu impro-

perationem iniuriosam non potuimus nō reuocare ad animum, in tantum quod vbi aliud nō adesset fundamentum retinendi causam in Camera Imperiali, seu consilio Aulico certe istud vnicum ementiti cognominis sufficiens existimabitur, cum minus sit negare quemquam esse agnatum, & comprehensum † in concessio- 13
ne quam cuiquam alieni nominis assumptione iniungere & tamen ea illa simplici negatiua Dominus eiusque Curiæ Pares euadeut incompetentes, & causa ipso Iure ad ordinarium deuoluit, vt plures dix mus ex Rosental. de feud. cap. 12. conclus. 4. sub num. 35. vbi post longam discussionem circa intelligentiam textus in c. 1. de controuers. inter Episcop. & Vasall. concludit hodie Cameram imperialem obseruare, quod si Dominus conuentus ob agnato pro feudi recuperatione negat eū esse vassallum, seu agnatum coram ordinario causa agitari debeat, & per hoc euitantur; seu magis offuscata euadunt deducta ex aduerso in scriptura legali nu. 56. tanquam in meridio cotruscantia.

Quod autem hic pretenditur ab Illustrissimo Antistite cōsuetudinem esse, quod in huiusmodi casu, quando duo vassalli contendunt de feudo, dominus feudi soleat pares dare in Iudices, hoc non est probatum & eadem facilitate destruitur, qua asseritur; nec catalogus vassallorū ad probandam huiusmodi consuetudinem conducit, neque enim à nobis in controuersiam refricatur, aut alias in dubium reuocatum, an Ecclesia Tridentinus ab immemorabili plures habuerit vassallos, id enim extra omnem penitus controuersiam semper repositum extitit sed bene indubitatū existimamus hanc iudicandi per pares Methodum in Curia Tridentina minime hactenus obseruatam, ad quod credendum pluribus mouemur rationibus. Tum primo quia centum fere ab hinc annis dum similis causa feudalis Episcopi Tridentini agitaretur, & exceptum fuisset de remissione eiusdē ad pares curiæ, replicatum fuit de illorum non existentia, † quodque non extaret eo tempo- 20
re solo Episcopali prædicto eligē Pares Mynsyng. ex gratia videndus respons. 23. decad. 3. o. 10 tum secundo quia si talis consuetudo viguisset, & aliquando Pares electi extitissent vtique Illustrissimus Princeps exempla causarū in medium produxisset, non autem notam vassallorum quoniam illud à nobis non controuertebatur, sed bene illud pro constanti allegabatur nimirum ab aula Episcopali Tridentina recessisse, seu nunquam in illam introductum apparere, quod ad diriendas causas feudales in casib. à Iure feudali prouisis Pares adhibeantur. Tū 3. quia quæ de paribus dicuntur, ho... † non videmus 21
vsu recepta in dirimendis, & finiendisuè feudalibus causis præterquam in crimine lesæ Maiestatis Io. Tom. de Marin. de feud. ex pact. & prouident. nouotit 3. nu 13. in fin. Bursat. cons. 225. sub nom. 37. versic. & si obijceretur & numer. 38. Tum demum quia attentis prædictis si pars aduersa in eius foro consuetudinem prætendit

eam probare obstrigitur, alias cõsuetudine iu-
22 dicandi non admittente pares † ordinarius succedit Bald. in c. imperialem §. præterea sub num. 1. versic. vel contraria con suetudine aliquid sit detractum de prohibit. feod. alien. per Federic. Pett. Loriot in vsibus feudor. in c. 1. apud quem vel quos controuer. feud. definiat. versic. vel cõsuetudo pares non admitteret. fol. mihi 105. fa. 2. Curt. jun. de feud. part. 7. nume. 13. versic. nisi consuetudine. Hartman. Hartman. pract. obseru. 21. sub n. 6. versic. quod in hoc standum sit consuetudini tit. 54. l. 2. Io Blanc. in epitom. feud. l. 4. cap. 1. sub num. 12. vers. si pares habet. Vigel. de Iur. feudal. cap. 3. versic. Vndecima exceptio est, nisi consuetudine loci fol. 96. Guliel. Hanner. de iur. feudor. lib. 4. cap. 1. fol. mihi 400. versic. licet secũdum antiquiorem consuetudinis legem hoc casu. Roland. à valle cons. 89. num. 19. lib. 2. Menoch. de retinen. remed. 3. nu. 445. Schrader de feud. part. 10. sect. 6. num. 229. Schener. discept. feudal. 2. Thes. 76. vers. consuetudine lib. 2. Rosental. de feud. c. 12. concl. 4. n. 77. cum pluribus alijs de quibus in glos. 66.

Nostram ergo causã coram Maiestate vestra Cesarea retinendam, minimeq; assertis paribus remittendam suadent obseruantia ipsa, iuxta quam hactenus à quopiam ex dominis, vel vassallis huiusmodi cognitio, & iudicium non apparet obtentum, quodque in foro Episcopali aliter se habuerit consuetudo inueterata ex testimonio Mynsyngerijs vsque ad illius tempora vigens Principalis controuersia exoriens ex negatiua partis aduersæ circa existentiam familiæ Castrobarcensis, quæ alibi certe, & potissimum in Curia improperantis non meretur cognosci. Remissio ad Pares alias extorta ab excelso Regimine Oenipontano, dum nullum habuerit effectum diuersitas inter hunc nostrum casum à tunc discusso. Ac demum ineuitabilis, ac rationabilior decisio sæpius citati textus in c. 1. de inuestitura in maritum facta. Quemadmodum neglecta prorsus affectata per Illustriss. Principẽ ad pares Curiæ remissione pro ineffabili eius integritate Maiestatem vestram Cæsaream, quatenus eam retinere dignetur humillime rogant, ac deprecantur maiestatis Vestræ Cæsareæ obsequentissimi serui Carolus, & Franciscus Barones de Castrobarco.

ARGVMENTVM.

Emphiteusis ecclesiastica spectans simul, & pro dimidia ad minorem ob non solutos canones pro dimidia maioris cum me'i ... ramentis incidit in commissum, & re non integra non est locus purgationi moræ.

SVMMARIVM.

1 *INterpellatio requiritur ad constituendũ in mora, fallit in emphiteuta Ecclesiæ n. 15.*

2 *Minori competit restitutio in integrum aduersus caducitatem incursam ob non solutos canones, sed vide n. 18.*

3 *Priuilegio priuilegiati in re communi gaudet non priuilegiatus. Declara vt num. 20.*

4 *Moram per emphiteutam celeri satisfactione purgatur. Quousque purgetur Iudicis arbitrio relinquitur n 5. Quando non possit purgari n. 21.*

6 *Interpellatus emphiteuta ad soluendum, adhuc terminum habet pro iudicem declarandum.*

7 *Scientia, quod res sit emphiteutica, & obnoxia solutioni canonis præsumitur ex præstita in actu Inuestiture. Et ex canonum solutione n. 8.*

9 *Obliuio ex lapsu decem annorum præsumitur. In facto proprio non attenditur n. 10.*

11 *Caducitas in emphiteusi Ecclesiastica incurritur ob cessationem in solutione canonum biannali. Amplia vt n. 12.*

14 *Fœmina est emphyteusis ecclesiastica pro se, & heredibus concessa. Contra nu. 15. masculis extantibus stante statuto succedere non potest. num. 16.*

17 *Aetatem minorem, qui allegat probare tenetur.*

19 *Domino volente res emphyteutica, & solutio canonum diuiditur.*

22 *Depositum etiam in minimo deficiens non attenditur.*

23 *Emphyteusis ad non solutos canones ad dominum reuertitur, non autem ad Agnatos transit.*

Allegatio LX.

Adsit Deus.

COnueniunt partes, quod domus intenotam capta nomine collegij Sancti Andreæ ab eodem in emphyteusim recognoscatur, sed solummodo quandã apponuntur per Dominum Caminatum ad euitandam caducitatem ob non susceptam inuestituram declaratam.

Opponitur primo non præcessisse interpellationem

tionem † quę semper requiritur ad effectum cō-
stituendi in mora impurgabili, l. si pœnam 24.
ff. quando dies legat. ced. l. fideiussos obligeri,
17. ff. de fideiuss. faciunt notata per Cysiacum,
controuers. 62. nu. 35. & controuers. 374. n. 25.
Mynsyng. obseru. 95. nu. 1. cent. 3. Rot. decis.
19. nu. 2. post addit. Cens. de cens. Gratian. di-
scept. forens. 853. nu. 49.

Opponitur secundo per dictum Dominum
Carminatum dominium prædictæ recognosci qui-
dem in emphyteusim ab ipso, & per triennium
cessatum in solutione canonis, sed spectare etiã
ad Dominam Vrsolam pupillam ipsius ex fratre
neptem, quæ cum vixit in communione bono-
rum, & propterea sicuti Dominæ Vrsulæ ex ca-
2 pite pupillaris ætatis † competit restitutio in in-
tegrum, vt canonem soluere, & emphyteusim
retinere valeat per tex. in l. si ex causa 10 §. si in
commissum, ff. de minor. l. fin. C. in quibus cau-
sis restit. non est necess. Ias. in l. 2. nu. 49 C. de
iure emphyt. Specul. de emphyt. §. nunc aliqua
nu. 24. lib. 4. par. 3. Ruin. cons. 110. nu. 7. lib. 1.
Gaam. decis. 52. nu. 2. Bero cons. 49. n. 10. lib 3.
Ioseph. Ludouicus decis. Perusin. 92. n. 6. lib. 2.
Odd. de restit. in integr. quæst. 89. sub nu. 78.
vers. sed contrarium.

Ita pariter idem beneficium suffragatur Do-
mino Carminato quamuis maiori, quia non pri-
3 uilegiatus † iure communi gaudet priuilegio
cidit, quia D. Facinus vltimus ex vocatis alium instituit hæredem, & tunc comprehensus in inuestitura emphyteusis ad descendens ex primo

inuestitio succedit, tametsi qualitate hæreditaria aliàs requisita careat. Roland. cons. 53. sub num. 17. versic. cùm igitur. Surd. cons. 1. nu. 10. & cons. 395. num. 41. in fin. & nu. 42. Menoch. cons. 1043. nu. 18. vbi plures alios recenset latè Bardellon. cons. 63. num. 22. & seq. Cyriacus d. controuers. 128. num. 7. Quoniam vt aliàs dicebam pro D. Marchionissa Spoluerina allegat, 25. lib. 12. duobus tantùm in casibus non hæres excluditur à successione emphyteusi, ad quam ex forma concessionis admittitur altero, quando adest alius de vocatis, qui sit in effectu hæres, & proximior qui illum excludat, vti non hæredem, & remotiorem altero, quando illi exclusio delata esset hæreditas, & ipse eam repudiaret. Prætereaquam quòd D. Isabella vti fideicommissaria, & descendens, ac consequenter vocata succederet, tum quia fideicommissarius

28 ad hunc † effectum habetur pro hærede, vt ad rem optimè Noal. de transmiss. cas. 62. sub n. 6. vel in fideicommissario. Surd. d. cons. 395. nu. 40. & censuit Senatus in dicta causa Spoluerina tum & multo magis quia hic concurrit heres vniuersalis extraneus, quo casu sufficit, vt quis admittatur ad emphyteusim hæreditarium, seu

29 miatum institutio in re certa, † vel substitutio fideicommissaria; secus autem in concursu alterius comprehensi, atque hæredis vniuersalis institoti iuxta distinctionem, de qua apostilla ad Alexandrum cons. 128. glos. G. libr. 1. Bursat. d. cons. 92. num. 35. Vel aliter distinguas, quòd appellatione hæredis † in emphyteusi ad extraneos transitoria veniat tantummodo vniuersalis, secus verò in emphyteusi ad solos descendentes coarctata, quo casu sufficit pro qualitate hæreditaria, etiam institutio in re certa. Rolandus à Valle d. cons. 53. num. 18. lib. 3. Fusar. de substitut. quæst. 341. sub num. 9. vbi plures alios allegat in materia feudali, & emphyteuta Ecclesiæ tractantes. Barbos. de appellat. verb. 113. num. 30. Hinc igitur cùm agatur de emphyteusi ecclesiastica suaptè natura ad descendentes restricta, ac respectu primi acquirentis D. Isabella ex descendenti, & fideicommisso qualitatem hæreditariam sufficienter habere dicatur, ex quo tanquam transuersalis in ordine ad vltimum defunctum de comprehensis, iungitur primo acquirentis, ac consequenter illius hæres mediante persona patris, atque eius maiorum reputatur, ita vt absque eo quòd hæres existat illius, qui vltimus ab hac vita migrauit, admittatur, & succedat in emphyteusi hæreditaria, tametsi vltimi possessoris non sit hæres, dum hæreditatem sibi delatam ob alterius institutionem, aut statutariam exclusionem, seu aliud impedimentum succedere nequit, quicquid sit in filio illius qui vltimus occubuit; hic enim succedere non potest nisi sit hæres patris, quia alio modo non coniungitur primo acquirenti, nec eius hæres esset, nisi mediante persona patris iuxta distinctionem communiter receptam, & nouissimè exornatam per Altogradum consil. 25. num. 19. cui adhæsit Senatus Mantuę in dicta causa Spoluerina,

Cæterùm prędictis nequaquam resistentibus etiam ab emphyteuticis dictam D. Isabellam, ac litis consortes censeri exclusos, ac cum reliquis bonis D. Fantino hæredi vniuersaliter inuestito adiudicandos, Suadetur ex eo quia in vniuersali hæredis institutione † veniunt etiam emphy- 30
teotica ad extraneos transitoria, cùm de ijs iudicetur, sunt de alijs bonis hæreditarijs. Natt. cons. 159. nu. 24. vsque ad 31. Aym. cons. 256. nu. 4. & 5. versic. Sed hic dubitatur. Gratian. discept. forens. 344. nu. 25. & ac per totum, vbi id maximè procedere, inquit in emphyteusi hæreditaria concessa pro se, & successoribus ad faciendum & disponendum, prout eis placuerit, cùm per illa verba talis emphyteusis non retineat amplius naturam suam. Buratt. dec. 787. nu. 10. Ea ratione, quia non deficit potestas disponendi, cùm bona sint vera hæreditaria, neq; voluntas, quæ regulatur à potestate, & propterea emphyteusis comprehenditur sub vniuersali hæredis institutione. Hodiern. ad Surd. decis. 93. n. 2. Surd. cons. 440 nu. 12. & seq. Valasch. de iur. emphy. qu. 48. nu. 1. Peregr. de fideicommiss. art. 6. n. 26. & seq. Fusar. de substit. q. 630. sub n. 4. monach. decis. Bonon. 71. pund. 3. n. 138. Seraph. decis. 559. nu. 17. & seq. Censal. in addit. ad Peregr. de fideicomm. fol. 564. per tot. Staiban. jun. resolut. 71. nu. 29. Causler. decis. 393. nu. 1. Rim. cons. 100. nu. 1. ac per tot. Bertazol. d. cons. ciuil. 5. nu. à nu. 14. ad 19.

Neque enim arbitrari contingit quin versemur in emphyteusi transitoria ad extraneos; cù acquisita appareat cum dictis clausulis geminatis, atque inculcatis in perpetuum pro successoribus quibuscunque, & ad habẽdum, quæ singulæ separatim consideratæ, & multò magis simul vnitæ, † illud precipuè in emphyteusi Ec- 31
clesiastica efficiunt, vt sit transitoria ad extraneos. Ias. in prælud. feud. nu. 46. & in 3. limitatione nu. 49. Curt. jun. cons. 4. sub nu. 1. versic. sed quoniam, & cons. 130. nu. 2. Roland. cons. 96. nu. 28. 31. & 45. lib. 1. Couar. var. resolut. lib. 4. cap. 17. sub n. 4. versic. quarta conclusio, vers. quin & idem, Seraph. d. decis. 559. nu. 18. Clar. in §. emphyteusis qu. 28. nu. 4. & 9. Gabr. cons. 76. nu. 12. libr. 2. Borell. in sum. decis. titul. 33. nu 14. par. 1. Surd. cons 551. nu. 2. & 3. lib 4. Altograd. cons. 22. sub nu. 7. vers tertio declaratur. Rota coram Andrea decis. 105. n. 2. & in d. Cremon. bonor. apud nos impress. lib. 1. fol. 249. nu. 5. & seq. Barbos. de claus. 4. n. 4. & seq. Burat. d. decis. 87. n. 1. & seq. Cyriac. contr. 146. n. 17. & 18. & contro. 324. n. 16. & 17. Giurba de success. feud. prælud. 4. nu. 25. & sequ. & 5. glos. 2. sub nu. 30 versic. in hac detertur, Staiban. jun. resolut. 2. n. 41. & 42. Larath. in Theatr. feudal. part. 8. dilucidat. 14. latissimè Rota in Sarsinaten. feud. 22. Iunij 1644. coram Dunozetto Decano. Merend. controu. Iur. lib. 3. d. cap. 6. n. 1. Noal. de transmiss. cons. 62. n. 5.

ac per

ac per totaam. Caren. in tract. rer. iudicat. resolut. 152. nu. 3. ac per totam, tam & eius resolutioni acquiescere nõpossimus in ea parte, in qua ex canone fructibus corrispondente, & denominatione locationis putet contractum dici locationis, atque ex hoc rem ab ecclesia concessã effici ad extraneos transitoriam, siquidem ex solutione laudemij necessariò infertur ad contractum emphyteuticum ex Rota decis. 14. nu. 46. & seq. par. 6. recent. neque magnitudo pensionis, aut nomen affictus alterat ordinem succedendi in re ecclesiastica ad descendentes restrictum, vt latius comprobaui allegat.

Quibus neque resistit subsequens clausula, saluo semper iure directo Episcopatus prędicti, per quam censetur præseruato Domino assensu, & affrenata disponendi facultas coarctata, vt domini assensus accedere debeat, quoniam istud solum successit ad dignoscendam personam, in quam fieret dispositio, an scilicet iure aliquo esset prohibita. Afflict. in cap. 1. §. feudum, ea lege, nu. 55. vers. vnde cùm Dominus si de feud. defunct. Minad. decis. 43. sub nu. 9. Rota in d. Sarcinaten. feudi sub 4. coniectura [ibi] & reseruatio consensus facta censetur solùm ad dignoscendam personam, in quam fit alienatio an sit fidelis Natt. cons. 464. nu. 20. vbi quod dicta verba nil aliud importet nisi quod bona prędicta in cæteris remaneant sub directo dominio Ecclesiæ. Rota decis. 287. nu. 2. & 455 num. 12. par. 1. recent. quæ est decis. 219. apud Caualer. dixi alleg. 1. num. 61. & 62. libr. 1. eadem Rota apud Giouagn. cons. 44. sub nu. 73. versic. non obstat clausula, lib. 2. & decis. 294. num 5. par. 2. recent. vbi quòd ex reseruatione directi magis arguetur libera facultas quoad vtile. Cùm igitur non minus dominium directum spectet ad Episcopatum, si transeat ad extraneos, quam ad solos descendentes, ideò ad euitandam perplexitatem, atque instantaneam correctionem, necessariò dicendum venit, quòd illa clausula omnem alium effectum operetur, quam restrictionem amplissimæ concessionis ad solos descendentes, ac hæredes sanguinis.

Ex quibus sublata quoque remanebant, seu non applicari conuincebatur deducta ex defectu qualitatis hereditariæ, tum quia emphyteusis, de qua agitur est transitoria etiam ad extraneos, & sic non nisi ad vniuersales hæres transfertur, vt ibidem admittitur; tum quia D. Isabella excluditur ex eo, quia eidem hęreditas delata non fuit, sed ad proximiorem vltimi possessoris, cui etiam ab intestato hæreditas deferrebatur ad exclusionem ipsius D. Isabellæ, ac litis consortum, & propterea tanquam actu, & potentia in facti specie carentes omninò qualitate hæreditaria etiam respectu fideicommissi, quòd iam euanuerat, nullus Ius, nullamve actionem in præmissis habebant. Ideoque distinctiones propositæ ad rem non faciebant, & de quarum veritate, vbi casus acciderit, altius esset inuestigandum. Quando enim ex vltimo emphyteuta, seu vassallo superest hæres capax, proximior, & vniuersalis frustra contenditur, an remotior nõ hæres quantum ius fideicommissarius succedere aut concurrere valeat, quicquid in contrarium Senatus Mantuæ in dicta causa Spoluerinæ censuerit,

Ingredi autem quæstionem illam, pro quo tempore sustineatur concessio vltra tempus in breui Apostolico expressum, numve irritetur in excessu tantùm, seu in totum non duximus opportunum; Cùm ex forma breuis Apostolici satis colligatur mens supplicantis, & concedentis, quòd nimirum emphyteusis erigenda in infinitum, † & sic etiam ad extraneos porrigeretur; 35
Quo casu nemo prorsus est, qui contra validitatem concessionis aut circa illam contendat per textum in cap. ad aures de reb. Eccles. non alienand. Doctores in d. cap. in præsentia, extra de probat. Imol. in l. quod dicitur 130. nu. 9. & 10. ff. de verbor obligat. Corn. cons. 100. nu. 2. lib. 4. optime ad rem nostram Socin. Sen. cons. 266. nu. 33. lib. 2. vbi arguit ab absoluta alienatione ad emphyteusim ad extraneos transitoriam, ita vt si Summus Pontifex vt in casu nostro intellexit concedere omnimodam abdicationem ab Episcopatu proprietatis controuersæ, tanto magis censeatur voluisse concedere facultatem inuestiendi etiam pro extraneis, maximè cùm decreuerit posse concedi in emphyteusim perpetuam. Alex. cons. 9. sub nu. 9. versic. tertio respõdeo, lib. 2. Cald de Iur. emphyt. lib. 2. quæst. 23. num. 43. vers. Nam quemadmodum, & nu. Marescot. var. resolut. 76. num. 37. lib. 2. Seraph. decis. 868. num. 3. Latè, & in terminis Gabriel. cons. 76. nu. 6. & seq. lib. 2. vbi reassumpsit traditioné ipsius Socini Senioris Crot cons. 146. nu. 9. & seq Cæphal. cons. 9. nu. 9. & seq. vbi ponderat qualitatem hic concurrenté, quãdo nimirum pensio correspondet fructibus. Mãtica de tacit. & ambig. lib. 12. tit. 19. nu. 21. in fine. Rota penès Giouagn. in d. consil. 44. n. 92. lib. 2. & latius exornat decis. 93. num. 79. par. 5. recent. Genuens. in prax. Eccles. tricen. 1. q. 75. sub nu. 2. versic. frustra Summus Pontifex. Caualer. decis. 293. nu. 3. & decis. 294. nu. 4. & 5. par. 2. recent. & apud Post. decis. 293. num. 16. quæ est decis. 359. par. 5 recent & in d. Cremonen. bonorum 5. iunij 1624. impressa penès nos fol. 249. nu. 7. lib. 1. & decis. 280. num. 2 par. 1. recent. Ciarlin. contron. 8. num. 45. Altograd. dicto cons. 22 num. 6. Guliel. a Petra consil. 4. num. 19. Iacob. de Emil. cons. 28 nu. 1. Cyriac. controuers. 146. num. 20. Rota in d. Sarsinaten. feud. 22. Iunij 1645. vers. prædictus accedit. Viuius decis. 496. num. 1. 2. & 3.

Supposito autem, quòd Dominus Ioseph Pusterla hæres per compendiosam grauatus, testatori prædecesserit, seu etiam superuixerit hæreditatem, tamen sibi delatum adire nequiuerit, adhuc tamen eiusdem Facini testatoria hæreditas ex vulgari contenta in compendiosa, ad Dominum Fantinum hæredi instituto substitutum spectabat, quòd vt facilius appareat testamenti verba hic inserimus, & sunt. Suum sibi hæredem

Digitized by Google

dem vniuersalem instituit, esse voluit, ac ore proprio nominauit M. Illustrem D. Ioseph. filium quondam M. Illustris D. Francisci Pusterlæ eius Nepotem, cui quandocunque decedenti sine filijs legitimis, & naturalibus eidem substituit Multum Illustrem D. Franciscum Fantinum eius consobrinum &c. Ex quibus negari non poss. quin versemur in compendiosa, quippe quoniam testator sub compendio verborum
36 † plures voluit comprehendere substitutiones vulgarem, nimirum & fideicommissariam; Doctor. in l. centurio, 15. ff. de vulgar. & pupill. Surd. decis. 37. nu. 11. ac per tot. Fontanell. decis. 41. nu 4. & seq. Barbos. de claus. 171. num. 4. Altograd. cons. 76. nu. 5. Peregr. de fideicommiss. art. 15. per totum, & art. 34. nu. 9. vbi notat Censal. fol. 343. col. 4. Ciarlin. controu. 11. num. 15. vbi ex sola vocatione vnius post alium induci inquit compendiosam, & controuers. 33. num. 140. Stailman. Iun. resolut. 24 num. 4. Duran. decis. 339. num. 12. Cyriac controuers. 8. num. 62. alias adduxi allegat. 6. lib. 2. Hinc ergo mortuo D. Ioseph hærede instituto ante testato-
37 rem † non expirauit substitutio de persona Domini Fantini in eodem testamento facta, sed per vulgarem in compendiosa, comprehensam D. Fantinus substitutus admittebatur, quia illa vulgaris substitutio habetur vti secunda institutio, qua mediante substitutus instituti locum subintrat, l. 3. vbi notant omnes C. de hæred. instituen. Bartol. in l. 1. num 13. ff. de vulg. Angel. in l. vnica, §. pro secundo, C. de caduc. tollen. cum adductis per Surd. d. decis. 37. n. 10. Fusar. de substit. quæst. 253. & quæst. 469. Peregr. de fideicomm. art. 15. num. 3. & ibi notat Censal. fol. 23. colum. 1. Fontanell. dicta decis. 41. n. 13. Duran. decis. 339. nu. 10. Quæ conclusio procedit non tam in casu caducatæ institutionis, quã etiam in casu caducatæ alicuius intermediæ sub-
38 stitutionis † quoniam tunc vno ex substitutis sublato, vel succedere nollente immediatè substitutus admittitur Cyriac. controuers. 269. n. 35. & seq. Fontanell. decis. 41. 42. & 43. Antonin. de Amat. var. resolut. 40. n. 8. Fusar. de substit. dicta quæst. 469. num. 68. Peregr. de fideicommiss. art. 15. num. 14. & ibi Censal. fol. 23. Altograd. cons. 46. nu. 43. Rota decis. 180. num. 21. par. 5. recent. vbi quod caducata prima substitutione per renunciationem subintret sublequens ex Doctrina Bartol. communiter accepta in leg. quandiu 70. num. 20. ff. de acqu. hæred. sicq; quòd hæres institutus prædecesserit testatori non impedit successionem substitui, qui subrogatur in defectum primi hæredis, & omnia plana. Manent. pro D. Fantino.

Quare &c. saluo &c.

ARGVMENTVM.

Ex summario sumas argumentum.

SVMMARIVM.

1 *Inuestituræ petitio est iudicium possessionis summarissimum. Renouatio cum possessione feudi etiam Iurisdictionis Agnato conceditur contra Dominum agentem ad deuolutionem, nu. 2. Fallit vt nu. 3.*

Allegatio LXII.

Adsit Deus.

DOMINO Tagliaferro insistenti super renouatione Inuestituræ bonorũ feudaliũ Curiæ Podij, tam ex latere directi, quàm etiam prætendẽtium Ius in feudo plura petitorium concernentia opponebantur, quæ tamen reijciendo in hoc summarissimo renouationis Inuestituræ iudicio dicebam, siquidem dum super meritis disceptatur vassallus interim in possessione, seu quasi Inuestituram renouandi manuteneri debet, Bald. in cap. Imperialem, §. insuper sub num. 3. de prohibit. feud. alienat. per Federic. & latius examinant A Pont. consil. 62. nu. 1. 8. & 12. & per tot. lib. 1. Cyriac. in tract. success. Ducis Carol. art. 3. nu 12. & seq. Mart. cons. 71. nu. 1. ac per tot. & nu. 17. super quo amplius non insisto, cùm res de se plana sit, quicquid in oppositum sentire videatur Io. Andr. Georg. in repetit. feudal. cap. 52 à num. 1. dum voluit filium, vel agnatum in possessione feudi non esse immittendum, nisi aliqualis cognitio præcedat, qua pendente interim Dominus, qui habet ciuilem, debet etiam habere naturalem, vt subiungit idem Io. And. Georg. repet. feudal. cap. 52. nu. 25. istius namq; opinio posset procedere si res ageretur cum domino, & super feudo annexam Iurisdictionem habente, Manent. decis. 56. num. 17. & 21. Sacca cons. 1. num. 8. Peregr. cons. 2. lib. 1. & declarat Rota in Fanen. seu Senogallien. bonorum super immissione 14. Martij 1646. versic. vel quando quæstio est de Iurisdictionalibus Meltio At cum agatur cum domino, & quod magis est inuestituræ renouatio ob mortem Domini à iam inuestito prætendatur, ideo hæc altercatio non intrat prætterquam quod vbi etiam cõtrouersia in ter-
minis

minis feudi Iurisdictionalis contra D. Supremū ob mortem vassalli verteretur, adhuc quòd agnato feudi Iurisdictionis immissio in possessionem competeret determinat de iure vniuersali feudorum Mart. vot 166. nu. 32. & vot. 185. per totum, & latissimè dispungit Cyriac. in tractat. legit. success. Duc. Carol. art. 2. nu. 57. & sequ. & artic. 3. Hinc ergo etiam Dominus a posses-
3 sione feudi excluditur, nisi deuolutio † adeo clara esset, vt nullo modo controuerti posset, vt latissimè post alios prosequuntur Rota in dicta Fanen. seu Senogallien. bonorum 14. Martij 1646. versic. quia eum Magna Ducissa Meltio, Fulgin. de emphyt. tit. de var. caduc. quæst. 10. numero 7.

Quare &c. Saluo &c.

ARGVMENTVM.

Petitorium cum possessorio altera ex partibus inuita cumulari nequit. Agnatus non dicitur legitimus contradictor ad impediendam immissionem filiæ in possessione feudi ab eius patre prouenientis, & ex quibus agnatus à filia omnino in successione feudi excludatur.

SVMMARIVM.

1 *POssessorio semper vtilius est agere, quàm petitorio.*

2 *Possessorium in feudalibus est distinctum à petitorio. Prius terminatur, quàm petitorium num. 3.*

4 *Senatus indicat sola facti veritate inspecta. Mantua indicat prius super possessorium, num. 9.*

5 *Petitorium non suspenditur coram Iudice supremo, & qui cognoscit sola facti veritate inspecta Contra nu. 6. Amplia vt nu. 7.*

8 *Commissio Principis debet intelligi præsuppositis terminis habilibus.*

10 *Consuetudo circa cumulationem petitorij cum possessorio attenditur.*

11 *Agnati feudum possidentes, & illico docentes de eorum Iure impediunt fœminæ immissionem. Sed contra num. 13. & 30.*

12 *Fœminæ in feudo non succedunt, donec supersunt masculi fallit in feudo empto num. 15. contra num. 17. & in feudo improprio num 41. Semel exclusa à successione feudi per masculos semper remanet exclusa, nu. 40. contra num. 41.*

14 *Feudum emptum degenerat à recto feudo. Amplia vt num. 18. in aliquis alteratum in reliquis proprij feudi naturam retinet, nu. 19. Concessum cum translatione quarumcunque actionum admittit fœminas, num. 26. quòd concedatur pro masculis, & fœminis, & excadatur ex subsequentibus ad extraneos non implicat num. 28. peruentum ad aliquem ex comprehensis in Inuestitura ex nouo titulo efficitur nouum, nu. 31. Nouum per patrem filijs in totum, vel pro parte assignatum iuxta assignationem in successione regulatur, num. 33.*

16 *Regulæ feudales in feudis emptis non habent locum.*

20 *Fœminæ feudorum incapaces existunt, vocatio in feudis iam inducta facilius extenditur, quam de nouo inducatur nu. 21.*

22 *Relatum est in refferente.*

23 *Clausula, ad habendum, &c. efficit feudum ad fœminas, & extraneos transitorium. Quando dicatur apposita in dispositiuis, nu. 24. Concepta absolute non coarctatur ad terminos stipulationis n. 25. Cum omni Iure, & actione intelligitur secundum subiectam materiam concessionis in feudum, cui apponitur nu. 27.*

29 *Singula quæ non possunt simul collecta iuuāt.*

32 *Decretum Principis remouet omnem dubietatem.*

34 *Assensus Domini, & Agnatorum requiritur, vt feudum antiquum efficiatur nouū; in origine feudi concessus latissimam recipit interpretationem num. 37.*

35 *Vassallus absque Domini assensu de feudo disponit in vocatos.*

36 *Licentiæ defectum solus Dominus allegat.*

38 *Dominus concedendo feudum cum clausula ad habendum &c. quibus dederit, & similibus censetur vsque ab initio dedisse facultatem alienandi feudum.*

39 *Surd. cons. 503. in quibus terminis procedat:*

43 *Statutum exclusiuum fœminarum, vt intret vtramque subiectionem, rerum scilicet, & personarum requirit.*

Allegatio LXIII.

Adsit Deus.

IN causis illorum de Passano series facti sic se habet. Antonius de Passano nobilissimus Ianuensis Marchio Vallium in Gallia in permutationem habuit à Sereniss. tunc Duce Gulielmo Gonzaga feudum Ocimiani in territorio Montisferrati pro se, eiusque hæredibus masculis, & fœminis ab eo legitimè descēdentibus ad formam capitulorum inter partes super præsenti contractu initorum. Ad C. post

tamen

Digitized by Google

tamen debitam recognitionem à supradicto D. Duce factam, Inuestituramque de dicto Castro, & iuxta conuenta per dictum Dominum Antonium receptam ꝯ. habendum, & possidendum dictum Castrum, & non aliter nec alio modo, & quicquid dicto D. Antonio, eiusque hæredibus supradictis de eo deinceps placuerit faciendum, in quibus sanè capitulis continetur primo facultas concessa eidem Domino Antonio casu, quo liberos non suscepisset disponendi per vltimam voluntatem, in quem magis ei placuisset extraneum. Deinde facultas erigendi primogenituram ipsius feudi, ad illamque nominandi tam primum, quàm vltimum genitum eius filiorum, seu quemlibet ex ipsis, & prout latius apparet ex Instrumento permutationis registrato in processu nostro fol. 71. fac. 2.

In executionem dictæ permutationis, ac conuentorum, tam in tempore Instrumenti, quàm in capitulis Præfatus Marchio Antonius de Passano suscepit Inuestituram pro se, eiusque hæredibus masculis, & fœminis ab eo legitimè descendentibus, & prænarratis facultatibus disponendi in prædicto instrumento permutationis vigore conuentorum concessis, & deniq; in omnibus, & per omnia iuxta seriem dicti instrumenti, & capitulationis, quæ Inuestitura legitur in meo processu fol. 27.

Successiuè idem Marchio Antonius de Passano pluries per vltimam voluntatem disposuit de eius bonis codicillando, præsertim eius bonorum omnium, & singulorum inhærendo testamẽtis antea factis comprehenso etiam feudo Ocimiani, ac aliarum omnium rerum ad ipsum D. Antonium quomodocunque, & qualitercunque spectantium &c. hæredes suos vniuersales instituit esse voluit, ac ore suo proprio nominauit, & nominat dictos D. Nicolaum pro vna quarta parte, & Manfredum pro alia quarta parte eius filios &c. Item & filios &c. quondam Magnifici eius filij pro alia quarta parte, & pro reliqua quarta parte hæredem quoad vsumfructum instituit esse voluit, ac ore proprio nominauit, ac nominat Magnificum D. Ioannem Ioachinum etiam eius filium in eius vita, & quamdiu vixerit tantum &c. & post vitam dicti Magnifici Ioannis Ioachini in dicta quartà bonorũ hæreditariorum ipsius Domini Antonij relicta ad gaudendum, & vsufructuandum per ipsum Dominum Ioannem Ioachinum in eius vita, & quandiu vixerit hæredem suum proprietarium instituit, & esse voluit, ac ore proprio nominauit, ac nominat Magnificum Ioachinum eius nepotem filium dicti Magnifici Ioannis Ioachini eius filij solum, & insolidum. Horum autem codicillorum tenor registratur in processu folio 101. fac. 2. ac in illis disposita, ac in cæteris eius vltimis voluntatibus, seu testamento, ac præcedentibus codicillis reuocauit, modificauit, ac respectiuè confirmauit, prout in alijs codicillis receptis per D. Ioannem Franciscum Louagninũ ac in processu registratis fol. 148. sic vt supra disposita eius filij, ac nepotes respectiuè in omnibus approbarunt, ac ratificarunt promittentes contra dispositionem prædictam, ac alias de quibus in instrumento ratificationis directè, nec indirectè, quouis prætextu, & quæsito colore non facere, dicere, vel venire &c. nec ex eorum iure, nec actione, aut alieno vndecunque, & quomodocunque quæsito, vel acquirendo aliquid petere, vel prætendere præter, & vltra iam vt supra per dictum D. Antonium disposita, qua ratione, occasione, seu causa, quoquomodo iure via, & forma etiam si de iure possent, & tam ex se ipsis, & vnoquoq; eorum, quam ad instantiam, & pro parte aliarum quorumcunque personarum, vel aliter quomodocunque, & qualitercunque, renuntiantes insuper, ac se abdicantes à quacunq; dispositione, quam in futurum facere potuissent sine consensu prædictorum eius filiorum, ac nepotum insimul, ac coniunctim adhibẽdo, quam promissionem voluerunt etiam extendi ad filios D. Francisci, vbi in termino dierum octo illam ratificauerint. Declarantes insuper, quòd si interim aliquis ex ipsis decederent ante obitum dicti D. Antonij, etiam si dici posset tunc testamentum, & codicillos in huiusmodi declarationibus esse caducos respectu præcedentis, quod eo casu nihilominus eius filij succedant, ac succedere debeãt loco patris, cum conditione etiã; quòd si illorum pater alicui ex ipsis aliquid donaret illud omne intelligeretur donatum pro quarta parte æqualiter inter eos, non secus ac si dicta donatio dictis duobus eius filijs nepotibus facta fuisset. Quas quidem declarationes, ac promissiones prædicti omnes de Passano approbauerunt supplicantes Serenissimum Senatum, seu præstantissimos Dominos, extraordinarios Reipublicæ Ianuensis, quatenus dignarẽtur, & vellent prædicta omnia comprobare, & conualidare? huiusmodi verò declarationes registrantur in processu fol. 155.

Quæ omnia per Serenissimum Senatum Ianuæ solemniter approbata fuerunt, præsertim in capitulo secundo, fol. 169. interdicta etiam D. Antonio bonorum administratione attenta illius graui tum ætate, tum infirmitate, & de decretis apparet in processu fol. 168.

E viuis sublato Marchione Antonio permutante, inuestito, ac codicillante etiam quoad feudum Ocimiani neglectu ordine concessionis, ac inuestituræ iuxta dispositionem paternam, ac respectiuè auitam Domini Comites Carolus, & Manfredus fratres filij quondam D. Comitis Antonij de Passano nobilis Ianuensium Marchionis Vallium, Comitis Ocimani, & D. Ioannes Ioachinus filius alterius Ioachini, pariter filij dicti D. Antonij, & DD. Iulius Cæsar, & Rolandus filius quondam D. Francischetti, similiter filij dicti D. Antonij eiusdem heredes beneficiati legis, & inuentarij pro quarta parte quilibet, &c. obtinuerunt testimoniales à Serenis. Duce Carolo, quatenus ipsi supplicauerint se inuestiri de feudo, & comitatu, ac Iuribus feudalibus Castri, & loci prædicti Ocimiani, videlicet dictus Dominus Nicolaus pro quarta parte, dictus D. Manfredus,

Digitized by Google

Manfredus pro alia quarta parte, Do. Ioannes Ioachinus pro alia quarta parte, & Domini Iulius Cæsar, & Rolandus pro residuo, & sic pro alia quarta parte, & de quibus in processu fol. 64. Manfredum verò fuisse hæredem patris pro quarta parte iuxta dispositionem testamentariã, ac codicillarem patris, in illiusque hæreditatem pro eadem quarta parte se immiscuisse constat ex fide additionis in authentica forma in processu fol. 49.

Hanc pariter lucem deserui: Do. Manfredus post se relicta tantummodo vnica filia Maria Victoria nunc matrimonio copulata D. Visconti Cigsle, quę cum de tempore obitus patris reperiretur in pupillari, seu magis i fantili ætate medio eius tutorum solemniter paternam adiuit hæreditatem beneficio tamen legali, & de fide aditionis, & inchoationis inuentarij in probanti forma in processu fol. 53. fac. 2. & postmodum de anno 1642. longè post obitum patris patrij eadem D. Maria Victoria adhuc ætate minor sibi concedi testimoniales in eo, quòd omnem adhibuerit diligentiam pro obtinenda inuestitura quartæ partis feudi Ocimiani testimoniales prædicti leguntur in processu fol. 68.

Euangelista Artigonus in ea parte vti procurator DD. Antonij, & Leonardi fratrum de Passano exposuit suæ Celsitudini eius principales tanquam filios legitimos, & naturales Domini Nicolai fil. quondam D. Marchionis Antonij tenere, & possidere dimidiam totius feudi Ocimiani supplicans S. C. dignari eidem concedere inuestituram. Quæ quidem Serenissima Ducissa benignè eumdem Procuratorem coram Celsitudine Sua genuflexum nomine dictorum Dominorum eius principalium, eiusque filiorum, & hæredum masculorum de prædicta dimidia feudi Ocimiani &c. inuestiuit modis, & formis in suprascitata inuestitura contentis; iure tamen feudi, debitæque fidelitatis, & alio quocunque Iure Celsitudinis Suæ, & eius successorum semper saluis, & reseruatis, & citra tamen præiudicium suorum, quatenus in aliquo tempore inuestituræ ipsius feudi in aliqua parte reperirentur alteraię, & iuramentum fidelitatis in forma pręstitit; quę inuestitura habetur in processu folio 34.

Marchio Antonius Iunior de Passano porrexit preces Serenis. D. D. N. in quibus exposuit se intellexisse D. Mariam Victoriam filiam qu. Manfredi de Passano curare se inuestiri de quarta parte feudi Ocimiani, in cuius actuali possessione iam vndecim annis asseruit se reperiri, & obtinuit rescriptum Senatus Mantuæ iustitiam faciat mandante Sereniss. Domina, coram quo narrato, quod feudum Ocimiani vigore permutationis, & inuestituræ peruenerit in Dominum Antonium eius auum Auum, & pro quarta parte peruenerit in Manfredum filium memoriati Domini Aotonij vita functi, & demum Manfredo è viuis sublato relicta solùm Domina MarisVictoria eius filia vnica stantibus masculis ex primo inuestito descendentibus feudo incapaci insteterit sibi vti asserto filio domini Nicolai voius ex filijs Antonij Senioris adiudicari exclusa eadem Domina Maria Victoria de Passano in processu fol. 1.

Vice versa eadem Maria Victoria, seu pro ea legitimè interuenientes recursus habuerunt pariter ad suam Celsitudinem pro obtinendo possessione dictæ quartæ partis feudi ad eius olim patrem spectantis, & reportauerũt rescriptum Senatus super supplicatis, quam celerrimè iustitiã faciat, cui inhærendo narratis prædictis ex facto resultantibus petijerunt eorum principalem immitti in tenutam, ac corporalem possessionem quartæ partis feudi, amoto exinde Marchione Antonio Iuniore illius illegitimo detentore, & occupatore in processu fol. 17. fac. 2.

Itaque sibi notificatis prędictis Marchio Antonius Iunior exoptans possessorium cum petitorio simul cumulare, ac expedire supplicem libellum S. C. exhibuit, ac rescribi obtinuit Senatus tam super possessorio, quã petitorio, & vnica sententia, si fieri poterit, iustitiam faciat, & causam expediat, quibus inhærendo instat, ac petit pronunciari nullum ius competere dictæ Dominæ Mariæ Victoriæ in quarta parte feudi, de quo agitur in processu fol. 25.

Interrogatus prędictus Dominus Marchio ad declarandum, an esset hæres eius Aui paterni in processu fol. 43. fac. 2. declarauit se nolle esse hæredem, nisi cum beneficio legis, & inuentarij, & citra consensum in dictum testamentum Aui paterni, quatenus possit dici ex illo factum fuisse præiudicium primæ inuestiturę &c. in processu fol. 115. fac.

Verumtamen quia ex latere principalis nostræ contenditur super possessorio, dumtaxat & minus Marchio insistit super vtriusque iudicij cumulatione, vt passim ex lectura processus dignoscitur tres emergunt in iure articuli enucleandi.

Primo an possessorium à petitorio veniat separandum, ita vt suspenso petitorio possessorium prius diffiniri debeat.

Secundo an supposito quod alterum ab altero remedio separari debeat Dominus Marchio dicatur legitimus contradictor ad impediendam petitam immissionem in possessione feudi Ocimiani pro quarta parte.

Tertio, ac demum vtrum, quoties Senatui videretur vtrumque remedium cumulandum D. Marchio Antonius excluderet D. Mariam Victoriam.

Praxis in hac patria obtinuit, vsusque inoleuit, quòd vbi Serenissimus aliquo modo, & præsertim vnica sententia terminari plures causas, seu articulos mandat indicibus, si fieri potetit id semper annexam habeat conditionem, si vtriq; parti expediat, ac insimul; vniuscuiusque ex contendentibus accedat beneplacitum, seu commoditas. Quocirca cùm ex protestationibus in actis dimissis ex latere Dominæ Mariæ Victoriæ de Passano appareat interuenientes pro ipsa esse duntaxat instructos quoad articulum petitę immissionis

missionis frustra contenditur per partem aduer-
sam illam attbracre in sumulationem possessorij
cum petitorio, maxime cùm vtilius sit super pos-
1 sessorio † agere, quam super petitorio iuxta con-
silium I.C. in l. is qui destinauit 25. ff. de rei ven-
dicat. Mat. Antonin. var. resolut. 94 num. 19. li.
1. Cyriac. controuers. 258. num. 49. & contro-
uers. 403. num. 1. late Hartman. in pract. for. tit.
45. de possessori. obseruat. 1. nu. 7. Preterquam
quod quicquid sit in allodialibus certè indubi-
tatū existimatur in feudalibus, quia in eis pos-
2 sessorium † dicitur distinctum à petitorio, & il-
lud prius est expediendum c. 1. in princ. tit. si de
feud. fuer. contr. inter dom. & Agdat. & ibidem
notat Afflict. num. 3. Papon. cons. 5. num. 51.
Giouagn. cons. 12. num. 12. lib. 1. Roland. à Val-
l. co. 4. n. 3. quod duplicatur cons. 98. lib. 3. Ros-
sental. de feud. cap. 12. conclus. 11. num. 5. & in
A vbi plures alios recenset. Quibus accedunt cu-
mulati per faceam. cons. 236. num. 2. & per Cy-
riac. de Iure legitim. successio. art. 5. num. 145.
Quinimo quod regulariter, & in qualibet cau-
3 sa prius de possessione † iudicetur; ac tunc de-
mum propietatis causa ab eodem iudice decida
tur, Imperatores sanxerunt in l. ordinarij Iuris
13. C. de rei vendicat. Roland. dicto cons. 98. n.
3. lib. 3. Bimius cons. 282. num. 1. Cauaer. deci.
385. num. 2. & decis. 474. num. 2. & decis. 507.
num. 2. fac. cons. 236. num. 1. cum adductis per
Cyriac. in tract. de Iure legitim succ. art. 5. n.
29. & quæst. 5. nu. 29 & quæst. 5. num. 152. Ange.
de legitim contradict. quest. 2. art. 1. num. 29. &
quest. 5. act. 3. num. 79. Treutler. Selectar. disput.
l. 1. disput. 12 Thesi. 13. Camill. Borell. cons.
41. nu. 18. Vnde cùm ex parte nostræ principa-
lis possessorium fuerit intentatum, & ex aduer-
so propositū petitorium ratione eiusdem quartę
partis feudi, inde fit, quod non admittatur cu-
mulatio iuxta Bartol. in leg. naturaliter 12. §. nihil
commune num. 27. ff. de acquiren. possess. Me-
noch. de adipiscend. remed. 4. nu. 547. & in ter-
minis terminantibus ita iudicasse Senatum saba-
udie refert Octauius Cacheranus cons. 42. sub
num. 5. versic. & huius voti fuit Senatus, cau-
sam scilicet possessoriam prius esse determi-
nandam.

4 Nec obstat Senatū Excellentissimum † Man-
tuæ vigore ordinum huius patriæ facultatē ha-
bere iudicandi sola facti veritate inspecta; So-
rd. cons. 54. num. 3 & decis. 105. num. 21. Cyria.
controuers. 10. num. 57. & controuers. 389. nu.
42. & propterea numquam coram ipso petitori-
5 um suspendi; † sed vtrunque possessorium, scili-
cet ac petitorium, terminari; Menoch. cons. 2.
sub num. 190. versic. quo fit. decis. cons. 449. n.
21. Cyriac. dicta controuers. 10. n. 58. Riminald.
Iun. cons. 689. num. 5. Peregrin. cons. 3. nume.
24. lib. 1. Bursat. cons. 129. num. 17. & 30. facea
cons. 1. num. 87. Barbos. de claus. 174. n. 12.

Cui obiecto multifarie & pluribus rationibus
satis fit, & primo tamet si Senatus Illustrissimus
ex illius ordinaria facultate, atque ex auctorita-
te sibi ab ordinibus prescripta iudicare valeat
sola facti veritate inspecta, inpresentiarum tamē
exinde aliquod desumi non potest fundamentū,
quippe quia consideratur tanquam Iudex dele-
gatus † sicque in administratione iustitiæ plus 6
sibi nequit attribuere, quàm vigore rescripti cō-
cedatur, vt Menoch. cons. 180. sub n. 6. vers. qui-
bus constat nihil obesse, & licet ipse nitatur
huic oppositioni respondere eo sub pretextu,
quòd delegatio censeatur facta secundùm quali
tatem personæ delegati, nihilominus tali respō-
sio nullius roboris reputatur ex eo, quia delegati
Iudicis, & quia talis precedentis potestas omni-
moda dependet, ac regulatur à rescripto. Deinde
quia vbi etiam Princeps † Serenissimus mādasset 7
in rescripto *Senatum* cognoscere tam super pe-
titorio, quàm super possessorio vnica sententia
in causa procedendo sumariè simpliciter, sine fi-
gura iudicij, ac sola facti veritate inspecta ad
hoc authoritatas, hæc intelligi deberet secun-
dum ordinem Iuris, vt nimirum prius super pos-
sessorio, postea super petitorio causa terminare-
tur Gozad. cons. 10. sub. num. 7. versic. præterea
data validitate rescripti, iuncto num. 18. Bursat.
cons. 254. num. 58. & per tot. Giouagn. cons. 11.
num. 32. l. 1. Cyriac controuers. 426 nume. 35.
vbi adducit. Corn. in cons. 312. sub. num. 5. vers.
si vero teneatur vltimum. l. 3. quibus addo Post.
de manuten. obseruat. 7. num. 52. & 53. & post
tract. decis. 284. nu. 3. & 4. vbi quod prius pos-
sessorium decidatur quàm petitorium etiā quòd
causa commissa esset cum clausula, quod simul
& semel in petitorio, & possessorio, Insuper
quia in omnem euentū illa clausula, & rescrip-
tum Ducale arguerēt potestatem nō autem in-
ducerēt necessitatem, Vlterius sibi locum vēdi-
caret opposito, quod vbicūque termini Essēt ha-
biles, & ab vtraque ex partibus deducta extitis-
sent, seu deduci potuissent iura; in petitorio quę-
8 libet enim commissio † dabet intelligi præsuppo- 8
sitis terminis habilibus l. qui testamento 20. in
princ. ff. de testam. Surd. cons. 304. nu. 2. Cyriac.
controuers. 290. num. 9. Barbos. Axiomat. 73. n.
23. Qua propter cùm ex latere pricipalis nostrę
non adsit habilitas, eo quia non habet in prom-
ptu iura petitoriū respicientia, ideo cessat om-
nis ambitudo circa presentē ex aduerso reme-
diorum cumulationem Demum quia Amplis-
simus iste ordo consueuit iudicare prius super
petitorio, † quàm super petitorio, quantum vis
eidem cōcedatur facultas sola facti veritate in-
specta procedendi, sibique à Serenissimo D. N.
committantur causæ decidendæ, tam in petito-
rio, quàm in possessorio, & ita prædictis accerri-
mè discussis obtinui pro Domino Comite Iulio
Cæsare Pacerio, & quotidie obseruari optimè
norunt Sapientissimi Iudices, cæterique in foro
huius patriæ versatissimi. Quā sanè obseruantiā
† omnino attendendam esse firmarunt Natt. cōs.
15. nume. 10. latissime Riminald. Iun. cons. 30. à
num. 6. ad 14. inclinat Peregr. dicto cons. 3. nu.
24. lib. 1. Quòd eo fortius militare in præsenti
caso ex eo apertissimè innuitur, si quidem S.C.
cumolari iussit petitorium cum possessorio, ac
vnica

Digitized by Google

vnica ſententia terminari non quidem ſimplici-
ter, ſed ſi fieri poterit. Vnde cùm iam oſtendi-
mus in facti contingentia iuri repugnare, ac
ſtantibus rebus prout ſtãt impoſſibile eſſe, ideò
antequam merita cauſæ diſcutiantur D. Maria
Victoria in poſſeſſione huius quartæ partis feu-
di erit immittenda.

Quemadmodum neque turbat, neque appli-
catur regula vulgaris, ac communiter excitata
contra prætendentem ſe immitti, & quam re-
leuauit D. Marchio dum dixit, & oppoſuit in a-
ctis hodie conſtat, hodie agatur, vigore cuius a-
gnati, præſertim in feudalium poſſeſſione exi-
11 ſtentes † per ſimplicem Inueſtituræ exhibitio-
nem, ac feudi naturæ, ſeu qualitatis indicatio-
nem arcent fœminas ab immiſſione, de qua fru-
ſtra contenderetur illico de illarum incapacita-
te apertiſſimè conſtare prætendunt, tunc enim
ſilet remedium poſſeſſionis adipiſcendæ, & cau-
ſa in meritis deciditur ad notata in l. fin. Co. de
edict. Diu. Adrian tollen. & in cap. 1. §. inter
filiam ſi de feudo fuerit controuerſ. inter Dom.
& Agnat. latè Burſat. conſ. 129. nu. 26. Hartm.
Piſtor. lib. 2. par. 2. quæſt. 39. num. 35. Roſent.
de feud. cap. 7. quæſt. 52. num. 1. Marta de ſuc-
ceſſ. legal. par. 4. quæſt. 16. artic. 2. num. 47. &
48. tom. 2. fol. 216. Cyriac. in tract. de iur. le-
gitim. ſucceſſ. Ducis Caroli art. 2. nu. 111. & 112.
Angel. de legitim. contradict. quæſt. 19. art. 4.
num. 92.

Ex iſtius dubij reſolutione pendet quoq; re-
ſolutio ſecundi principalis quæſiti, an ſcilicet
D. Marchio feudi in controuerſiam deducti poſ
ſeſſor legitimus reputetur contradictor ad im-
pediendam immiſſionem; vbi enim hæc excep-
tio proprietatis incontinenti probata non im-
pediret immiſſionem petitam à D. Maria Victo-
ria, & conſequenter eluſoria redderetur omnis
ſeparatio poſſeſſorij à petitorio, quam certè non
impedire pro indubitato habemus; non eſſe igi-
tur legitimum contradictorem, neque prædi-
ctam immiſſionem poſſe impedire exiſtimo.
12 Quamuis enim fœminarum ſucceſſioni † non
pateat aditus in feudis conceſſis pro ſe, & hære-
dibus maſculis, & fœminis ex primo inueſtito
deſcendentibus, niſi ita demum ſi non extant
maſculi, per text. in cap. 1. de eo, qui ſibi, &
hæredibus ſuis, cap. 1. §. filia de ſucceſſio. feud.
Mart. de ſucceſſ. legal. par. 2. quæſt. 3. art. 3. n. 5.
vbi plures alios adducit, & conſtituit regulam,
quòd in omnibus caſibus in quibus fœmina ſuc-
cedit in feudo ſemper intelligatur maſculis nõ
extantibus, & in earum defectum fol. 674. quòd
repetit par. 4. quæſt. 14 art. 1. num. 21. & n. 12.
fol. 489. tom. 2. Roſental. de feud. cap. 7. q. 40.
ſub nu. 5. & 6. & gloſ. D. Schrader. de feud. p. 8.
quæſt. 31 num. 11. Mantic. de tacit. & ambiguis
lib. 23. tit. 33. num. 1. & ſequ. & tit. 34. num. 5.
Cyriac. in tract. de iur. legitim. ſucceſſ. Caroli
Ducis art. 2. num. 49. & 66. fol. 53. & 55. Tre-
utler. conſ. 8. num. 18. vbi quod in feudo fœmi-
neo non admittantur fœminæ, donec maſculus
ſupereſt ex eo, qui primus de feudo fuit inſtitu-
tus, quoque iſtud ſuadeat perpetuus ille ordo,
& indubitata in nomotheſia feudaria ſeries; &
conſ. 115. num. 87. & 88 idem Cyriac. controu.
112. num. 13. vbi allegat Surd. in conſ. 502. n. 8.
referens eſſe deciſionem Senatus Mantuæ, ſecũ-
dùm quam fuit iudicatum ad fauorem Domino-
rum de Striggijs, ſeque de hoc eſſe bene infor-
matum, quia interuenerit in dicta cauſa, & quòd
procedat concluſio prædicta ex eo, quia in Do-
minio Mantuana ſemper obſeruata fuerit, & ſe-
cundùm eam iudicatum extiterit. Burſat. conſil.
63. ſub num. 9. verſ. & quæ ſemper in dominio,
lib. 1. Roland. conſ. 84. ſub num. 14. verſic. ſe-
cundò iſta ſententia, lib. 4. nouiſſimè Senatus
Mantuæ in cauſa D. Marchioniſſæ à Valle, atque
in deciſione tunc extenſa per Illuſtriſſimum D.
meum Senatorem Motronum num. 68. & à nu.
77. ad 93. Iacob. Gall. conſ. 38. num. 67. vbi de
feudo à fœmina proueniente Lanar. conſil. 1. à
num. 30.

Cæterùm exceptio iſthæc altiorem, & profũ-
dam requirit indaginem, pluteſq; adſunt caſus,
in quibus fœmina etiam vna cum maſculis ad-
mittitur, ideò non valet impedire immiſſionem;
& Dominus Marchio Antonius, & Fratres non
dicitur legitimus contradictor, maximè cũ prin
cipalis noſtra prætendat ſe verſari in terminis
feudi admittentis concurſum fœminarum cum
maſculis, ſed quòd ipſa ita vocata cenſeatur
feudumque ad ſe ſpectet, vt concludantur prot-
ſus à ſucceſſione, quantum ſit pro parte in iudi-
cium deducta omnes agnati maſculi, quo ſanè
caſu filiam † immitti debere tam ex teſtamento, 13
quàm ab inteſtato in poſſeſſionem feudi. Burſat.
conſ. 89 num. 32. Curt. Iun. conſ. 41. n. 5. cap. 1.
inter filiam ſi de feud. fuer. controu. inter Do-
min. & agnat. ibi tandem concludit, quòd filia
in poſſeſſionem mitti debet, & agnati non ſint
legitimi contradictores, etiam ſi feuda debentur
agnatis, & eis reſtitui debent, & de hoc dicit eſſe
caſum in cap. 1. ſi de feud. fuerit. controu. ſub-
dens hanc eſſe communem opinionem, à qua
nemo diſcrepat, illum ſecutus fuit ante ipſum
Guido Suzzarea in l. fin. C. de edict. Diu. Adr.
tollen. Roland. à Valle conſ. 1. num. 65. & ſequ.
lib. 1. & conſ. 2. num. 26. & 27. lib. 3. Afflict. de-
ciſ. 119. num. 4. & 5. Nicolaus Bellon. conſ. 10.
nu. 1. cum infinitis alijs, quos ſciens prætereo,
& videri poterunt penès Roſental de feud. cap.
7. quæſt. 48. iuncta quæſt. 50. quibus accedunt
cumulati per Rotam in Fanen. ſeu Senogallien.
bonorum 24. Martij 1646. coram Meltio, & in
eadem dictis die, menſe, & anno coram eodem
ſuper bono Iure num. 2.

Si igitur de bono Iure mulieris dubitatur ad-
uerſus agnatos poſſidentes ex remedio adipiſcẽ-
dæ etiam in feudalibus conceditur immiſſio.
Quantò magis id fatendum venit fauore D. Ma-
riæ Victoriæ, quippe quæ etiam in proprietate
optimum fouet Ius, & ommiſſis, quæ tradunt
feudiſtæ de feudo emptitio, † iuſto pretio empto 14
à Domino directi, quale eſt iſtud, ad cuius por-
tionem eius patri obuentam agit noſtra princi-
palis,

Digitized by Google

palis, quodque degenerare à feudo recto, & proprio tradunt Bald. in leg. qui se patris 3. nu. 34. C. vnde liber, latè Bec. conf. 30. n. 1. & 2. Surd. conf. 440. num. 19. Natt. conf. 216. num. 2. Decian. conf. 19. num 14. lib. 3. Schrader. conf. 39. num. 170. lib. 2. Ripa Mantuæ in responso impresso post nostras allegationes num 20. A Ponte conf. 2. num. 156. ad 160. lib. 1. Exinde inferentes in illius successione admitti fœminam,
15 etiam non expresse vocatam. Odofr. in sum. tit. qui succed. poss. in feud. Bec. dicto consil. 30. num 2. vbi infinitos aggromerat, tam & si ipse in ex facti contingentia in contraria resideat opinione, duplici præsertim de causa. Prima, quia pretium non fuit iustum, sed modicum, adeò vt gratia præponderaret; secunda quia expressè erat concessam pro masculis, neutra quarum hic concurrit Natt. d. conf. 216. num. 3. & consil. 683. num. 6. vbi quòd fœmina succedat tunc magis ex natura contractus, quàm ex natura feudi, Clar. in §. feudum num. 6. vers. Sed quid in feudo empto, vbi de magis communi, & veriori quæst. 72 Menoch. conf. 49. num. 7. Surd. conf. 105. n. 11. Borell. de Magistrat. edict. lib. 1. cap. 2. nu. 84. 85. & 88. & in sum. decis. tit. 34. num. 174. iuncto num. 176. vbi quòd hęc opinio cōmuniori calculo teneatur tam in consulendo, quàm in iudicando, par. 1. Sacca conf. 50. num. 83. Zuccard. conf. 5. nu 42. Quòd extendunt ad effectum, vt concurrat cum masculis in paritate gradus, & ad exclusionem remotiorum, præsertim quando fœmina expressè vocatur, dixi, ac huius sententiæ asseclas adduxi allegat. 18. à num. 39. fol. 326. lib. 2. Rationem assignant, quia de feudo à Domino directi iusto, ac rigoroso pretio empto idem iudicatur, quòd de reliquo patrimonio, & de cæteris bonis allodialibus, & regulatur vt cæteri cōtractus. Thesaur. dicta decis. 146. num. 9. Surd. consil. 440. num. 19 Grilinzon. conf. 144. n. 15. & 16. Bald. conf. 56. num. 2. lib. 3. Decian. dicto conf. 58. num. 50. libr. 2. Quinimò stultum esse in feudo empto attendere regulas feudales animaduertunt Natt. conf. 159. nu. 16. Surd. conf. 105. sub nu. 10. versic. & dicit stultum esse. Thesaur. decis. 146. num. 9. Gail. d. obseruat. 159. sub nu. 5. versic. vbi dicit, lib 2 Quæ quidem feudales regulæ sibi locum vindicant in feudis rectis, ac proprijs, quæ ex gratia conceduntur non pecunia intercedente, cap. 1. §. fin. ex quibus causis feud. amitt. Natt. d. conf 216. num. 2. & 3. Dec. d. conf. 20. sub nu. 2. versic. vbi comprobat, & alibi passim Doctores. A Ponte conf. 2. nu. 155. lib. 1. Treutler. conf 74. n. 40. Lottier. de re benefic. qu. 1. nu. 36. lib. 1.

17 A qua opinione quamuis plures ex nostris † non spernendi nominis Doctores deflecterint, testibus Roland. à Valle conf. 48. sub num. 35. vers. verùm quia, lib. 4. Marr. de successión. legal. par. 1. quæst. 4. art. 2. num. 4. fol. 78. tom. 1. Riba conf. 382. à num. 38. Io. Andr. Georg. in repetit. feudalibus cap. 34. num. 3. vbi infinitos cumulat, quibus addo Scacc. de iudicijs libr. 2. cap. 9. nu. 1363. & sequ. Paul. de Monte Picho conf. 100. num. 14. & 15. vbi quòd hodie de consuetudine generali totius Italiæ feuda emuntur & venduntur, & nu. 16. & 23. Zuccard. conf. 7. à num. 58. Rota in Meleuitana feudi 2. Martij 1635. num. 9. Coram Merlino recedendum non esse existimamus ducti ex pluribus. Tum quia hodie ex numero & pondere doctorum verior, ac magis recepta opinio stet pro fœmina, vt illis dinumeratis, eorumque rationibus discussis optimè colligitur. Tum quia residentes in posteriori opinione ea sub inani prætextu mouantur, quod iuramentum fidelitatis † à vassallo præstitum reducat concessionem emptitiam ad feudi 18
speciem rectam, & propriam, quòd memini me aliàs impugnasse cum Surdo conf. 384. nu: 39. & post alios quos secutus sum Allegat. 8. nu. 79. fol. 128. l. 1. vbi etiam adduxi auctoritatem Rotæ Romanæ in Brixien. feudi impressa inter dictas meas allegationes fo. 338. lib. 1 Et nunc addo Ferentill. ad Burat. decis. 206. glos. C. in fin. & Rotam in Sarsinaten. feudi 18. Decembris 1645. in princ. coram Dunozetto. Tale enim iuramentum non regulat, neque restringit feudi naturam, sed ad limites concessionis feudalis adaptatur. Tum quia contrarium profitentes, nec fœminam ad feudum pecunia emptum admittentes præsupponunt in feudis, de quibus tractant requiri seruitium personale, & indecēs quòd à muliere exhibeatur, verumtamen quia obiectum istud aliàs confutaui dicta allegat. 8. à num. 17. ad 23. fol 123. lib. 1. ideò super eo amplius insistere superfluum duxi. Tum quia alij ex arcentibus fœminas a successione feudi empti in similem transeunt sententiam ex suppositione, quòd per inuestituram ab emptore, seu acquisitore feudi susceptam recessum fuerit à contractu emptionis expressi cōueniendo, quod feudum censeatur concessum secundùm illius propriam, & rectam qualitatem, quòd non accidit in feudo nunc controuerso. Quoniam D. Antonius Senior Inuestituram suscepit in ordine ad Instrumentum permutationis Iure igitur meritò dicitur istud feudum a recto degenerãs, ac consequenter illius capaces existimantur fęminæ, tametsi expresse non vocarentur. Tum demum quia tantùm abest, quòd gratia prępóderet pretio, quin potius pretium longe exuberat gratiam, rigoroso enim valore æstimatum feudum D. Antonius Senior acquisiuit, vt optimè lectura instrumenti permutationis indicat; quibus in terminis non contradicit feudum reputari impropium, illiusque capaces effici mulieres ex natura contractus, non propter vocationem.

Verumtamen quia sustinent adhuc Doctores fęminam in concursu masculorum non admitti ad feudum emptitium, vel aliàs quomodolibet alteratum nisi masculis deficientibus, ea ratione quia feudum † in aliquo degenerans à proprio, 19
in reliquis retineat propriam feudi naturam, Cyriac. d. controuers. 112. num. 25. 26. & 27. latè alijs congestis in Melenitana feudi 2. Mar-

rtij

Digitized by Google

tij 1635. nu.7. coram Merlino. Nunc supereſt,
vt diluamus etiam iſtam obiectionem, quæ fa-
cili negotio remouebitur; ſi conſideremus nos
verſari in feodo quoad iſtud alterato, ſi quidem
20 ex ordine conceſſionis fœminæ † vocantur, &
dicuntur capaces, licèt regulariter loquendo, ac
de Iure feudorum omnino inhabiles ad ſucce-
dendum reputentur, c.1. §. filia verò de ſucceſſ.
feud. Michael ab Aguirr. in Apolog. par. 2. n. 87.
Roſental. de feud. cap.7. qu 31. n.2. & in gloſ.
A. Marta de ſucceſſ. legal. par.1. q.4. art.2. n.1.
fol.78. to.1. Io. Anton. Bellon. conſ. 44. n. 48.
Caualer. deciſ. 557. nu. 1. cum adductis per Bu-
ratt. deciſ. 206. num. 2. & ſexcentis alijs, quos
ſciens prætereo. Ad effectum ergo, vt iſta im-
proprietas feudi deſumpta ex eo, quòd titulo
oneroſo ſit acquiſitum aliquid operetur, & ſu-
peraddat alterationi prouenienti ex formulivo-
catione fœminarum neceſſariò fatendum venit
illud inſuper efficere, quod fœmina ad feudum,
cuius Iam vigore conceſſionis reperitur capax,
concurrat cum maſculis in paritate gradus, &
ad excluſionem exiſtentium in diuerſitate, ſeu
inæqualitate graduum, quòd certè minus eſt,
quàm fœminam aliàs penitus inhabilem habi-
litare, cui quidem ratiocinationi meo quidem
iudicio nulla vnquam poterit dari reſponſio,
quæ non petat principium. retenta veriori, ac
magis recepta opinione, quòd videlicet fœmi-
na etiam non vocata, neque comprehenſa ſuc-
cedat ad feudum emptum, ſaltem maſculis defi-
cientibus, ſuppoſita namque fœminæ vocatio-
ne, Iura omnia feudalia, quæ reclamabant, fa-
uent mulierum ſucceſſioni, & ſic facilius erit,
21 quòd eius vocatio iam nata † ex conceſſione fe-
udi extendatur ad concurſum cum maſculis vbi
pecunia emitur, quam quòd per illius vocatio-
nem cenſeatur inducta argumenti, leg. ſi cùm
dies 26. ff. de arbitr. faciunt notata per Rimi-
nal Iun. conſil. 739. num. 68. Vbi autem circa
mox dicta ſubeſſet adhuc aliquis ſcrupulus nec
Senatui Excellentiſſimo viderentur ſufficere ad
obtinendum, quoties cauſa agitaretur in peti-
torio, cùm tamen pro abſoluto habeamus vn-
dequaque inconcuſſa reputari; nihilominus ne-
gari non poſſet, quin apprimè conducerent ad
turbidam reddendam intentionem Domini Mar-
chionis, ita vt immiſſio Dominæ Mariæ Victo-
riæ procul ab omni dubio concedi debeat, at-
tentis præſertim inferius dicendis, & quæ de-
nuò in medium prodibit terminato articolo a-
dipiſcendæ, dum proceſſus in aliud tempus in
meritis compilabitur.

In quorum comprobationem optimè condu
cit clauſula, ad habendum &c. ſimpliciter appo-
ſita in Inſtrumento permutationis, ad quod cùm
22 omninò & ſingulariter ſe referat † Inueſtitura
per D. Antonium Seniorem, obtenta dicitur ei-
dem Inueſtituræ permutatio ipſa ineſſe cũ om-
nibus ſuis qualitatibus, l. aſſeruto 77. ff. de hæ-
red. inſtit. & plurib. exornat Barboſ. Axio. 201.
nu.1. & per tot. ob quam clauſulam ad haben-
23 dum † feudum efficitur hæreditariũ ſimpliciter,
ac tranſitorium tam ad extraneos, quàm ad fœ-
minas etiam vna cum maſculis. Natt. conſ. 464.
latè Bec. conſ. 28. per totum; licèt contrarium
contrarium concludit, quia fœmina non erat
vocata, & agebatur de extranea, quorum vtrũ-
que in præſenti cauſa ceſſat. Surd. conſil. 384.
n. 26. Mantica de tacit. & ambig. lib. 23. tit. 24.
nu. 12. Surd. conſ. 153. nu. 5. 6. & 7. Manent.
conſ. 41. nu. 28. Oſaſc. deciſ. 26. nu 18. & ſequ.
Peregr. deciſ. Patauin. 150. nu. 36. Buratt deciſ.
87. nu. 3. 4 & 5. quæ eſt deciſ. 642. par. 1. recent.
& deciſ. 477. no. 1. vbi de clauſula, ad habendũ,
extenſa prout iacet in Inſtrumento permutatio-
nis. Caualer. deciſ. 219 num. 11. & 12. & deciſ.
293. nu. 2. Rota deciſ. 381. nu. 5. par. 5. recent.
Gionagn. conſ. 44. no 53. & per tot. lib. 2. Gra-
tian. diſcept. forenſ. 23. num. 17 & 18. Cyriac.
controu. 146. nu. 2. & 3. 17. & 18. & controuer.
324. num. 16. 17. & 18. animaduertendo prout
etiam colligitur ex mox citatis Doctorib. idem
eſſe quòd feudum concedatur cum clauſula, ad
habendum &c. ſine quibus dederit, ſiue pro hæ-
redibus quibuſcunque ad effectum vocationis,
& incluſionis fœminæ cum maſculis, quòd tan-
tò magis † ſibi locum vindicat, quia dicta clau- 24
ſula reperitur in parte diſpoſitiua, hoc eſt, poſt
rem in contractum deductum. Buratt. d. deciſ.
87. num. 5. 6. & 7. & deciſ. 642. par. 1. recent.
Barboſ de clauſul. 4. nu. 5. & 6. & concipitur
abſolutè † abſque vlla reſtrictiua, & ideò non 25
coarctatur ad terminos ſtipulationis antea factę
inter deſcendentes maſculos, & fœminas. Ca-
ualer. deciſ. 193. no 4. Buratt. d. deciſ. 87. n. 5.
Barboſ. d. clauſ. 4. num. 23. Vltra quòd permu-
tatio non continetur intra limites præcedentis
clauſulæ, ad habendum &c. ſed extenditur vl-
terius ad tranſlationem cuiuſcunque Iuris, &
actionis, quo caſu feudum † dici omninò fran- 26
tum, atque ad inſtar allodialium ad quoſcunq;
tranſitorium, admittitiuumque ſimul ſęmina-
rum cum maſculis; egregiè Rota in Brixien.
feudi impreſſa apud nos poſt alleg. 18. fol. 339.
lib. 1. Seraph. in eadem cauſa deciſ 1105. nu. 1.
in fin. Barboſ. de clauſ. 101. num. 3. & 4. Cui ſa-
nè ratiocinationi neque officeret ſi ſubiungere-
tur dicta verba cum omni Iure, & actione † re- 27
cipere reſtrictionem ſecundùm ſubiectam ma-
teriam, ita vt cenſeatur conceſſum id totum,
quod cadit ſub feudo, & in eo Dominus Anto-
nius primus acquirens haberet plenum Ius vaſ-
ſalli. Gozadin. conſil. 58. num. 21. & num. 26.
Intrigliol. de feud. cent. 1. quæſt. 10. num. 31.
Rota deciſ. 194. num. 92. par. 5. recent. & deciſ.
310. nu. 56. par. 6. recent. & in d. Mileuit. feu-
di 2 Martij 1635. nu 12. coram Merlino. Quo-
niam plures ex præcitatis Doctoribus loquun-
tur, ac illorum rationes militant in feudo, ſeu fi-
deicommiſſo, alijſq; diſpoſitionibus iam in eſſe
deductis, quibus volunt per diuiſionem, ſeu aliã
conuentionem inter vocatos initam cũ clauſula
prædicta, ſeu alijs amplioribus non cenſeri factũ
præiudicium, neque inductam alterationem,
præterquamquod in facti circumſtantia, conſi-

X deratis

deratis etiam alijs conditionibus permutationi annexis nil adderat, quod restitutionem induceret. presertim cum feudum, seu res in permutationem data à Serenifs. Duce ab eo prouenit, & qui etiam facultatem habebat concedendi in simplex allodium.

Ad euitandam instantaneam correctionem, si opponeretur contra dictam interpretationem concessionis in feudum in promptu adesset replicatio, siquidem simul stare possent, neque
28 implicantiam † arguit, quòd feudum concedatur pro se, & heredibus masculis, & fœminis & ex subsequentibus in concessione efficiatur transmissibile ad extraneos, ad notata per Nattam d. conf. 216. per tot. Pereg. conf. 7. n. 10. li. 2. Gabr. conf. 91. n. 19. l. 1. Io. Anton. Bel. conf. 30. nu. 68. pluribus hunc articulum exornat ac comprobat Mancut conf. 40. 41. & 42. vbi volunt, quòd masculi, & fœminę descendentes simul censeantur vocati; nisi sequatur alienatio. quod certè fundamentum meo iudicio ineuitabile videtur, saltem ad obtinendam immissionem; & quatenus ex se solo non sufficeret, saltē iunctum cum precedentibus omnino opitu-
29 laretur ex regula singula, quę non possunt simul collecta iuuant. l. Spadonem 17. §. qu iura si. ve excusat. Tutor. Barb. Axiomat. 209. n. 1. non solùm ad immissionem consequendam, sed etiam ad exclusionem Domini Marchionis Antonij, maximè iunctis pluribus alijs in petitorio deducendis post decisionem possessorij, in cuius determinatione sufficit, ex latere principalis nostræ, vt diximus, quòd dubia dumtaxat intentio aduersarij redatur; neque inte-
30 rim Agnatus † est legitimus contradictor ad impediendum, quin filia ex remedio l. fin. C. de edict. Diui Adriani tollend. faciunt notata per Cyriac. controuers. 145. sub n. 30. versic. quòd in proposito casu immittatur in possessionem, feudi glos. 1. in rit. controu. inter. masc. & fœminam. Dec. conf. 47. n. 11. Osasc decis. 26. n. 14. Rosental. de feud. cap. 7. conclus. 98. n. 2. Argel. de legitim contradict. q. 19. art. 1. & n. 39. Rota in Fanen. seu Senogallien. bonorum 14. Martij 1646. coram Melzio, tam super bono iure quàm super immissione.

Tandem omnē prorsus ambiguitatem remouet, quòd pars feudi controuersa in portionem obuē. a Domino Manfredo patris ipsius Dominæ Mariæ Victoriæ ad eum peruenit, non titulo Inuestituræ, sed vigore testamenti, ac diuisionis paternæ; vnde successit conclusio, quòd in eius personam, se fratrum, seu nepotū respectiuè quælibet quarta pars feudi Ocimiani effectum fuerit feudum nouum, nam vbi feu-
31 dum † peruenit ad aliquem ex comprehensis ex noua causa, & non ex antiqua Inuestitura, dicitur nouum & nō antiquum optimè intermnis Surd. conf. 308. n. 19. vbi quod feudum fit nouum quando transfertur in non successuros ab intestato, & n. 20. vbi quod feudum habeatur ex noua causa, quando filius viuente patre illud consequitur, & n. 21. vbi fœmina descēdens ex vno diuidentium excludat quoad potentiam patris alios agnatos condiuidentes, illorumque posteros, & n. 22 & 23. vbi quòd descendentes ex diuidente nō possint impugnare diuisionem ab eorum parentibus, seu maioribus acceptam, qui aptius respondere non potuisset pro Domina Maria Victoria idem Surd. conf. 351. n. 19. 20 21. vbi quòd quando datur noua forma succedendi dicatur feudum nouū, & conf. 153. nu. 8. 9. & 10. vbi de feudo, quòd vigore testamenti deuenit ad nō successuras ab intestato, idem Surd. decis. 343. sub n. 40. ibi, & vt dicam vno verbo eatenus est nouum, quatenus ius succedēdi fuit in agnato remotiore repræsentatum, & ante tempus apertum; in reliquis autem remanet antiquum, nam ius illud repræsētationi non habet ex antiqua causa, sed ex noua. Natt. conf. 615. num. 2. Oldrad. conf. 178. n. 2, 3. & 4. Afflict. dec. 248. n. 7. & 8. alios cummulat Cyriac. controuers. 4. n. 27. & 28. vbi loquitur in casu cū eisdem nostris circumstantijs, videlicet quando feudum fuit relictum post testamentū, & agnat post modum per conuentionem vasallis testantis de feudo dispositionem approbauerunt, quibus addo Mart. de succ. legal. part. 3. q. 3. art. 2. n 19. col. 889. tom. 2. Bal. conf. 249. l. 2. alias, & conf. 117. l 1. Ludouicus Bologninus conf. . à n. 1. ad 10. vbi de fratribus ex diuisione obtinentibus Inuestituras feudi paterni dixi allegat at per totam hoc volum. Quę omnia cùm intercesserint respectu feudi Ocimiani, quod a Dominona separatim diuisit per testamentum in eius filios, ac nepotes ex filio, etiam ad huc superstite, ipsis filijs, ac nepotibus respectiuè sū um præfato Domino Antonio eorum patre, ac auo vita functo consentientibus ac demum post illius mortem reportantibus testimoniales ad formam memoratæ diuisionis testamenti, atque approbationis, negari non potest, quin in ipsorum filiorum, ac nepotum personas non euaserit feudum nouū, maxime cum id totum successerit cum clausulis translationis, seu abdicationis dominij, & cū promissionibus pœnalibus, de qua in processu f. 155. Vnde cum de prædictis dubitari nequear ob interpositionē auctoritatis † Serenifs. 32
Senatus Ianuæ, de qua in processu f. 168. Pacian. de probation. l. 1. cap. 36. nu. 67. & conf. 16. nu. 15. sequitur per dictam alienationem feuda prędicta, quę erant noua in persona patris diuidentis remanere etiam noua † in personis fi- 33
liorum acquirentium, adeo vt per talem nouitatem apertus tantummodo fuerit aditus vnicuique ex dictis filijs, ac nepotibus pro sua portione. Afflict. in c. 1. n. 34. tit. de natur. successi. on. feud latè Mancut. conf. 43. à n. 19. & conf. 44. n. 38. Peregr. conf. 8. n. 33. & 34. l 1.

Quibus non resisteret, si opponeretur, ita demum procedere regulam, vt ex antiquo feudum efficiatur nouum, quando vtriusque volūtas † accedat, videlicet decreti domini, & alio- 34
rum qui interesse habere possunt, vt declarant Lanarius conf. 60. n. 143. Mart. de succ. leg. p. 3. q. 3. art. 2 n. 17. f 889. Tū quia absque Domini assēsu vasallus † disponere potest inter vocatos 35

Surd.

Surd.consil. 305. sub num. 32. versic. & quamuis, & num. 33.& consil. 351.num. 43.44.& 45. Gratian.discept.forens.511 numer.7. & 8.cum adductis per Cyriac. controu.189.numer.13. & 14.Surd. ex gratia videndus decis.343. per totam vbi nil aliud discutitur, quam quòd valeat dispositio de feudo facta vltimam voluntatem in remotiorem agnatum ab intestato non successurum absque eo, quòd assensus domini obtineatur, non reclamante tamen proximiore agnato, si feudum sit antiquum, Tum quia defe-
36 ctus, & exceptio licentiæ † solùm potest allegari per domin.& nemo ad hoc admittitur præter illum.Ruin.cons. 2.nu.2.in fin.lib.1. Surd cons. 352.num.42.Gratian, dicta discept.321.nu.6. Tum demum quia per clausulam,ad habendum &c. amplissimè conceptam in permutationis instrumento censetur Domino Antonio concessa huiusmodi licentia Ladereh. consil.1. numer.18. & per totum. Gratian. discept. forens, 580.num.10.& discep.730. num. 53. & sequen,
37 quæ quidem licentia † in origine ipsius feudi concessa dicitur pars contractus, latissimamque recipit interpretationem Clar. in §. feudum, q. 31. num.8. Rota decis.167.num.49. & 50. part, 5. recent. & apud Fenzon. ad statur. Vrb.decis, 14. versic, vbi etiam aduertit, quòd Dominus
38 concedendo feudum, † vel emphyteusim cum dictis clausulis, videtur vsque à principio præstitisse consensum cuiuscunque alienationi,quã de re ipsa faceret emphyteuta, dixi allegat. 26. à num.41. ad 46. fol.483. libr.1. & allegat.2.& allegat.28. hoc volum. Quæ tamen fuit ex abundanti dicta, dum enim Serenissimus Dux iuxta dispositionem testamentariam Domini Antonij senioris eius filios,ac nepotes admisit concedendo testimoniales, ac Inuestituras iuxta præposterationem succedendi ab ipso ordinatũ diuersimodo ab inuestitura, & regulis feudalibus præscriptum censetur sufficienter præstasse consensum.

Nec obstaret si diceretur huiusmodi discursum procedere dumtaxat quoad portionem D. Ioannes Ioachimi, in cuius personam vti nepotis, atque habentis patrem adhuc viuum feudũ assumpsit, seu non dimisit, ac retinuit naturam feudi, non secus autem quo ad personas aliorũ conuassallorum, qui iuxta ordinem concessionis feudalis in testamento vocantur, ac vigore illius fuerunt admissi, nam per acceptilationem ab omnibus in testamento vocatis successiuè factam cum amplissima abdicatione iurium vnius ab altero, ac sibi inuicem facta ab omnibus ex singulis in ipsis pariter, ac pro vno quoque in eius portione euasit feudum nouum, vt non obscurè colligitur ex Surd.dicta decis.343.sub nu. 38. præter quam quòd inconueniens esset portionem obuentam ante tempus nepoti transire in feudum nouum, ad quòd alij conuassalli aspirare non possent, nisi in totum extincta illius linea, tam masculina, quàm feminina, aliter verò statueretur quoad Dominam Mariam Victoriam descendentem ex eo; qui etiam ab intestato in eadẽ portione intuitu Inuestiture successor.

Pro complemento præsentis controuersiæ, & ad omnimodam ipsius Dominæ Mariæ Victoriæ defensionem, & conclusionem Domini Antonij Iunioris à portione feudi in iudicium deducta, enucleanda veniunt atque refellenda, quæ latissimè in oppositum excogitauit, † & tra-
didit de mente Senatus Mantuæ Surd. consil. 39
502. à num.8. ad fin. quibus sanè singillatim respondere operæ pretium duxi, tam & si,& superius enarratis sufficienter colligatur illius doctrinam in pluribus non applicari. Et quidem primo quia tunc Senatus opinionem masculis fauorabilem ad excludendum fœminarum concursum, ideò amplexus fuit, quia agebatur inter agnatos, & vltra constitutiones, seu consuetudines feudales resistebat statuti dispositio arcens fœminas à concursu cum masculis hic autem vtrumq; cessat, cùm versemur in filia. Deinde constabat in facto fœminam tunc ad feudi successionem anhelantem cum masculis fuisse semel exclusam,& in Iure vigebat regula, quòd
semel exclusa † per masculos a successione feu- 40
dalium semper remaneret exclusa, Surd.d.cons. 502. à nu.13. Rosental. de feud. conclus.44 per totam, cap 7. Cyriac.controu.110 num.14.& in tract. de Iur.legitim.success.Ducis Caroli, art.2. num.54. Nunc autem contraria sententia, vltra quòd in facti contingentia non militat regula
præcedens, sed contraria mulieri faciens † tan- 41
quam verior communiter recipitur, quam probarunt Mantic. de tacit.& ambig.lib.23.tit.35. Michael ab Aguit. part.2. suæ Apolog. ferè per totam, & pluries hisce temporibus canonizauit, ac in dies approbat idem Senatus recedendo passim ab eo consilio,seu decisione, vt in resolutione capta in causa Domini marchionis Francisci in 4 decisione. Insuper quia alia conclusio in dicta decisione, seu consil.502. numer 11.& 12. per Surd. seu Senatum firmata
quod videlicet fæmina † etiam in feudis impro- 42
priis, & irregularibus succedat in defectum masculorum siuè tacitè, siuè expressè vocetur, est communiter reprobata, vt ex Menoch.cons. 65. per totum, & Rotam penes nos in Brixien. feudi superius, ac pluries allegatam,& registratur post allegat.18.nu.20.21. & 22. vbi signanter reiicit istud fundamẽtum. Vlterius cùm iam demonstrauerimus nos versari in feodo nouo quoad personam Domini Antonij, & pariter nouo quoad personas eius filiorum non militat ratio ab eodem Surd adducta d.decis. seu cons. 502. sub num.14. versic.nec nocet secundum, vbi vult quod fœmina ex masculo, ad quem ex diuisione feudum peruenit non præferatur masculo alterius lineæ, eius namque ratiocinatio procedit quandocunque versemur in feudo antiquo. Accedit quòd alteratio circa vnum in feudum in reliquis non mutat eius propriam naturã, at quãdo alteratio contingit in pluribus non ita, nec potest dici, quod hic cõcurrant dicæ specialia, reiecto Themate rcõcessionis originali huius feudi pro masc.& fœm, sed tãtũ vnũ,

quòd scilicet cum masculo æquali gradu succedat, vel præferatur masculo remotiori, illud namque quòd fœmina efficiatur capax, habet ab Inuestitura, illud verò ab improprietate feudi, ne dicamus, quòd fœmina expressè vocata æquè admittatur ad propria, prout ad impropria, vel è contra. Reprobatur etiam communiter Surd. d. conf. 502. nu. 16. dum proprietatem feudi, vel improprietatem desumere contendit ex magnitudine, vel modicitate census, vt videre est ex adductis per nos allegat. 18. nu. 105. fol. 334. lib. 1. & vult, quòd Iuramentum fidelitatis efficiat feudum proprium, aliàs improprium, nō enim feudum à Iuramento, sed à qualitate feudi iuramentum naturam attrahit. Adeò vt Senatus, seu Surdus non multum fundamenti faciens in prædictis prosequendo in d. conf. 502. & difficultatem agnoscendo nu. 18. confugit ad dispositionem statutariam, quæ certè seclusa, & admissa feudi in proprietate, vix est quòd illius sententia sustineri possit, vt non immeritò de vnoquoque ipsemet dubitauerit. d. consil. 502. sub numer. 18. versicul. & si hæc sententia aliquam reciperet difficultatem. Progreditur vlterius Surd. d. conf. 502. & supponit se satisfecisse fundamento, quo dicitur in feudo improprio fœminam concurrere cum masculo, ex eo, quia procedat fidelitatis iuramento non interueniente, & quando sumus in dubio, an sit feudum, vel quando soluitur census, qui respondet fructibus, vel non est minimus, quæ omnes cōsiderationes à nobis fuerunt iam refutatæ, quinimò ipsemet Surd. de illis iterum, atque iterū valde dubitans dicto num. 18. in fin. & num. 19. se reducit ad dispositionem statutariam, ibi, vltimò respondetur, quòd procedit quando non extaret statutum excludens fœminas propter masculos, sed eo stante aliud est, quia partes videntur secundùm illud contraxisse. Quapropter cùm in casu nostro non obstet, seu non officiat dispositio aliqua statutaria, inde fit, quòd neq; applicatur determinatio Senatus. Nam supposito quòd tam Ianuæ, quàm in Monteferrato extent statuta propter existentiam masculorum fœminas excludentia, quemadmodum hic Mātuæ non idcò quicquam in proposito operantur ex quo tam defuncti, quàm masculi, & fœminę, & ite exclusi, & excludentes non subiacent Iurisdictioni; parum enim referebat statuentibus Mantuanis, & Monferriuis conseruare agnationes Ianuenses, quorū statuta cum statutis prædictis Ciuitatis Mantuæ, ac Casalis Monferrati, nec coonectenda venirent, vt mutuo suppleantur ad exclusionem fœminarum, itaut quòd deficit Statuto Ianuæ, scilicet subiectio bonorum feudalium, suppleatur ex statutis Casalis Montisferrati, & quod huic deest, nempe subiectio personarum suppleatur ex statuto fœminę, quā sane statutorum coniunctionem fieri non posse latissimè prosequitur Rota Romana decisione 177. à num. 40. & per totam par. 5 recent. Euitatur ergo in omnibus, ac per omnia dicta decisio Senatus Mantuæ, de qua per Surdum dicto consilio 502. nostra principalis Iudicium prosequi noluit.

ARGVMENTVM.

Vigore rescripti Iudex delegatus nō habet iurisdictionem nisi quoad personas in precibus enunciatas. Testes examinati sine citatione partis, & extra terminum probatorium tamquam nulliter recepti nihil probant. Mulier existens in possessione bonorum obnoxiorum ea retinere potest pro restitutione dotium suarum, nec tenetur probare allodialiū deficientiam. Super emphyteusi fideicommissum institui nequit, nisi successio reguletur iuxta vocationem comprehensorum in Inuestitura.

SVMMARIVM.

1 *Rescriptum ex precibus recipit interpretationem.*
2 *Delegatus non potest cognoscere extra causam sibi commissam.*
3 *Citatio ad videndum iurare testes est necessaria, aliàs examen est nullum, maximè si fuerit receptum extra dilationem probatoriam.*
4 *Dilationes possunt abbreuiari, non autem in totum tolli.*
5 *Dos detrahitur de fideicommisso.*
6 *Vidua existens in possessione emphyteusis illā retinet pro sua dote absque alia discussione allodialium. Amplia etiam fauore illius cessionarij num. 7.*
8 *Alienata primo loco imputantur in detractione grauati.*
9 *Alienes actina, & passiua transeunt in heredes.*
10 *Fideicommissarius agere nequit, nisi prius facta restitutione.*
11 *Substitutio de nasciture validè fieri potest.*
12 *Emphyteutica res recepta ab Ecclesia non venit in restitutione fideicommissi. Nisi de illis facta fuerit mentio num. 16.*
13 *Bona alteri obnoxia, vel restituenda non veniunt in dispositione, quam quis facit de bonis suis fideicommisso supposita licitè alienantur pro ære alieno testatoris nu. 19.*
14 *Emphyteusis ex pacto, & prouidentia, seu mixta non venit fideicommissario restituenda. Amplia in feudo nu. 15. limita vt numero 18.*
17 *Naturales non succedunt in emphyteusi Ecclesiæ.*
20 *Solemnitates in contractibus minorum requisita*

ſita non ſunt neceſſaria in alienatione coacta.

21 *Minor agens ad nullitatem contractus tenetur reſtituere pretium verſum in illius vtilitatem.*

22 *Vltimus de grauatis alienat fideicommiſſum.*

Allegatio LXIV.

Adſit Deus.

MOdo ſub prætexto emphyteuſis Eccleſiaſticæ, modo ſub aſſerto fideicommiſſo contendunt fratres de Cozzanis auocare terras olim emptas ab illorum matre per D.Catulum de Felippis, cuius quidem frater nunc earumdem terrarum poſſeſſor, & dominus, ſicuti putat in foroEpiſcopali oſtendiſſe dictos fratres alienaſſe, ita ſperat fore, vt Senatus Excellentiſs eoſdem fratres repellat à limine iudicij abſolutu à petitis noſtro principali.

Agunt enim dicti fratres aduerſus D.Vincentium vigore delegationis a Sereniſſima obtentæ,cùm tamen in precibus,atque reſcripto nulla de ipſo de Filippis fiat mentio,Dum ergo ſua Celſitudo commiſit Senatui, quòd ſumptis informationibus referat, intelligitur circa ſtatum cauſæ vertentis inter Illuſtriſs. D.Comitem Senatorem Mortonum, & ipſos fratres de Cozzanis, quippe quia preces diriguntur dumtaxat
1 contra ipſum,& reſcriptum † intelligitur,ſe facultatem tribuit in ordine ad ſupplicata, à quibus recipit interpretationem leg.1.vbi hoc notat Iaſ. num 7. C. de diuerſ. reſcrip. Cyriacus controuerſ,219, nu.11. & controu 426. nu. 40. 41. & 42. Caualer. deciſ. 3.7. nu. 4. & 5. Caren. reſolut.73. nu.1. Manent. dec ſ.63. nu. 61 latè Monach. deciſ. Lucen. 62. nu.1. & ſequ. Marc. medic. deciſ. Senen.24. n 41 Randeol. var. reſolut. cap.69. num,8. Comitol.deciſ,118.nu.20.
2 Præter quam quod delegatus † cognoſcere non poteſt extra cauſam ſibi commiſſam ex Buratt. deciſ.51. num.3. Bæc.conſ.210.num 14. & ſequ. Gratian. deciſ.44. num.2. & ſequ. Surd. conſil. 334. num, 6. 10. Franc, Andreol, controu. 191. nu.7. Hinc propterea ſequitur Senatum Excellentiſsimum quoad perſonam D.Vincentij nullam habere Iuriſdictionem, ſaltem procedendi iuxta formam in reſcripto expreſſam.

Et præter nullitatem proceſſus, ex defectu Iuriſdictionis adeſt, & altera ineuitabilis, eò
3 quod teſtes † recepti, & examinati fuerint, ac iurauerint ſine partis citatione extra quemcunque terminum probatorium, ſeu magis nulla vnquam aſſignata partibus dilatione ad probandum; adeo vt illis nequaquam præſtari fides debeat ex ſtatuto ſub Rubr. de teſtibus, & ex traditis per nos allegat.21. nu. 58. & 59. fol. 389. lib. 1. & per Ludouiſ. deciſ.268. n.2. & 3. cum ibi notatis per Beltram. lit C. & deciſ.518. n.1. Pen. deciſ. 351. nu.3. Duran. deciſ. 72. num.3. Burat. cum Ferentil. ad ipſam deciſ. 118. nu. 11. & deciſ.169.nu.9. & latè per Poſt. de manuten. obſeru 84. à num.14. ac vniuerſus corruat proceſſus, cùm dilationes † ſaltem abbreuiatæ ſint 4
de ſubſtantia iudicij. & in qualibet cauſa quantumuis ſummariſſima requirantur, tam ex diſpoſitione iuris communis,quàm ex cenſura noſtri ſtatuti ad tradita copioſiſſimè per Cyriacum controuerſ.498. ferè per totam, & hæc dixiſſe ſufficiant quoad ordinem iudicij minimè obſeruatum, cùm proceſſerit hactenus Senatus ex facultate, quam non habet ſine partis citatione, ac terminis ſubſtantialibus, quæ nullitates eo magis attendendæ veniunt, ex quo noſter principalis in meritis cauſæ optimum fouet ius, vt ex inferius dicendis apparebit.

Amplectendo nunc merita cauſæ, & dato citra veri præiudicium, quod ſuper bonis controuerſis extaret fideicommiſſum, adhuc illius exiſtentia non obeſſet D.Vincentio de Felippis. Et primò quia cùm ſucceſſerit in locum D. Lauræ aduerſantium matris,& ipſius iurium ceſſionem reportauerit. Quemadmodum ſi ipſa reperiretur in poſſeſſione bonorum, poſſet ea retinere pro ſatisfactione dotis,quantumuis ſuppoſita fideicommiſſo aſcendentis. Dotes † enim detra- 5
huntur de huiuſmodi fideicommiſſo per textum in authen. reſque, C. commun. de legat. Fuſar. de ſubſtit. quæſt.531, per totam. Ludouiſ. deciſ. 266, num.1.ac per totam, & deciſ.543.nu.2. & 3. Theſaur. deciſ.151. Surd. deciſ. 62. num.1. & 2. & ibi Hodiern. nu.8. & 9. Gratian. diſceptat. forenſ.331. a nu.1 Peregr. de fideicommiſſ. art. 42. cum ibi notatis per Cenſal. fol. 430 verſic. ſecunda ſit concluſio. Camuncul.deciſ.18. n.12. & prima deciſ.3 num.1 & per totam.Caren.reſolut.123.per totam.Duran.deciſ 81.nu 15 Manent deciſ.28 nu.5 Thomas de tutor. & curator. tit.19. ſub num. 1009. limit. 357 fol.758. & 759. Monach. deciſ. Florent.22. num.27. Rota apud Poſt. de ſubhaſtat.deciſ.75. n.4. latè Ciarlin. controuerſ.62. per totam; nouiſſimè Rota coram Burat. deciſ.641. vbi Ferentill. pluribus exornat à num.19. neque officit iſtud ita demum procedere in ſubſidium, ac deficientibus liberis. Adeout agenti ad reſtitutionem dotis ſuper obnoxijs incumbat onus probandi liberorum deficientiam. Fallit namque aſſertio vbi mulier † 6
vel habens cauſam ab ea reperitur in legitima bonorum huiuſmodi poſſeſſione, cùm illa tunc retinere valeat, donec debitor incontinenti offerat ſatisfactionem in liberis, & allodialibus addens. ad Molin. de primogenit Hiſpan. lib. 4. cap. 7. in ſecundo caſu Sanchez de matrimon. diſput. 35. nu 2. ad fin. tom.1. Rota in Mantua-

na dotis 6. Iunij 1636. & ita iudicatum fuit per
Illustrissimum Dominum Senatorem Grandum
tunc Curiæ Podij Comissarium sanpie Illustriss.
Dominæ Comitissæ Iuliæ de Hippolitis decer-
nendo, quod ei liceret retinere feudalia apud
ipsam existentia, donec in alijs satisfieret. Ita
7 quoque dicendum venit fauore D. Vincentij il-
lius Cessionarij, vt aliàs dixi pro eodem alleg. 3.
per totam, fol. 58. lib. 1. vbi nu 13. sustinu, quòd
etiam absque cessione eidem competebat excc-
ptio, & retentio, prout ita in gradu reuisionis
ab amplissimo isto ordine iudicatum extitit ref-
ferenti Illustriss. Domino meo Senatore Iulio
Porta.

Deinde quia quatenus extaret fideicommissũ
illud tantummodo afficeret medietatem bono-
rum, cùm altera medietas occasione detractio-
nis legitimæ, & trebellianicæ non obstante fi-
deicommisso remaneret libera; vnde cum pri-
8 mo loco alienata † imputentur in detractiones
ad latissimè tradita per Ludouis. decis. 580. &
ibi addentes Paris. cons. 17. nu. 34. in fin. lib. 1.
Frsne. decis. 80. sub nu 23. Gram. decis. 83. sub
num. 5. Fusar. de substit. quæst. 543. num. 2. Ro-
ta apud Merlin. de legitima decis. 12. à n. 4. Pe-
regr. de fideicomm. art. 39. nu. 4. & ibi Censal.
versic. secundo obseruo. Duran. decis. 24. nu. 3.
& 7. Thomat. decis. Macerat. 23. nu. 105. Mart.
vot. 202. num. 14. Leoneill. decis. Ferrar. 149.
num. 6. Mart. Medic. decis. 9. nu. 1. Rota apud
Posth. dicta decis. 75. num. 9. Et prima alienatio
fit de ista per res, quam aduersantes infringere
conantur, inde fit, quòd in cassum, & frustra la-
borent.

Insuper quia vel actores sunt hæredes Patris,
& nemini dubium est, quod tenentur ad dotis
restitutionem, quatenus non esset restituta, quia
9 actiones † actiuæ, & passiuæ transeunt in hære-
dem. l. 2. C. de hæredit. actio. vel non sunt, nec
esse volunt hæredes Patris, & tunc actione ca-
10 rent, quia fideicommissarius † agere nequit nisi
prius facta sibi restitutione, præsertim ad res
particulares. Cyriac. controuers. 168. nu. 62. 63.
& 64. Mart. Medic. ad dec. f. Senen. examinat.
13. num. 5. & sic præcedere debebat inquisitio,
an esset aliquis hæres Patris.

Vlterius quia prætermissa pro nũc inspectio-
11 ne illa, an possit fieri substitutio † de nascituris
ex aliquo, in qua verior, & magis recepta opi-
nio stat, pro affirmatiua ex Peregr. de fideicom-
miss. art. 22. nu. 79. & Fusar. de substit. qu. 467.
bona in controuersiam deducta recognoscun-
tur in emphyteusim ab Ecclesia, vt ex processu
12 in actis exhibito. Quæ † propterea non veniunt
in restitutione fideicommissi ex Fusar. de substi-
tut. quæst. 630. num. 1. vbi testatur opinionem
istam ab omnibus recipi, & in puncto Bardell.
cons. 93. num. 56. & seqq. lib. 1. faciunt tradita
per Censal. ad Peregr. de fideicommissis art. vlt.
vlt. versic. quinto obseruo, fol. 563. præsertim
quia testator non simpliciter disposuit de bonis,
sed cum restrictiua suis, quo casu non veniunt
13 obnoxia † restitutioni, & emphyteutica, l. si Ti-
tius 94. ff. de legat. 3. Bartol. in l. codicillis 91.
§. instituto, ff. de legat. 2. Bald. in l. 2. C. quæ res
pign. oblig. poss. Simon de Pretis cons. 37. n. 19.
& 20. Alex. cons. 16. nu. 4. & cons. 168. num. 6.
lib. 2. Dec. cons. 378. nu. 1. Paris. cons. 93. nu. 38.
lib. 2. Corn. cons. 165. nu. 21. lib. 2. Ruin. cons.
25. nu. 17. 18. & 19. libr. 1. Roland. cons. 71. ex
nu. 28. lib. 2. Cæphal. cons. 371. nu. 27. & 28. &
cons. 516. à n. 11. Riminald. Iun. cons. 204. nu.
11. Honded. cons. 6. n. 29. & 30. lib. 2. Caroc.
decis. 31. per totam. Gratian. discept. 237. n. 22.
Marescot. var. resol. lib. 2. cap. 104. à n. 1. Can-
cer. var. resolut. cap. 20. nu. 287. par. 3. Peregr.
de fideicommiss. art. 6. nu. 11. & seq. & ibi notat
Censal. fol. 2. Altograd. cons. 67. num. 47. Coc-
cin. decis. 32. nu. 10. Hieronym. Buccafer. cons.
78. nu. 48. vbi de bonis fideicommisso suppoli-
tis, & cons. 40. num. 13. & seq. Cyriac. controu.
142. nu. 30. Beltram. ad Ludouis. decis. 271. sub
num. 27. versic. & hoc tanto magis, & sumus in
emphyteusi † si non pactionata, saltem mixta, & 14
antiqua, super qua tanto minus fideicommissum
constitui potest. Fusar. de substitut. quæst. 631.
nu. 2. & per totam arguendo à feudo ad emphy-
teusim; in hoc enim Doctores purificant feudũ † 15
& emphyteusim, teste Fusar. dicta quæst. 630.
in fin.

Et hæc dicta sint quoad potestatem constituen-
di fideicommissum super emphyteusi Ecclesia-
stica, quæ non minus defuit, quàm desideretur
voluntas; numquam enim emphyteutica Eccle-
siæ † veniunt in generali, neque in vniuersali di- 16
spositione, nisi de illis facta fuerit expressa men-
tio, latissimè Hodiern. ad Surd. decis. 11. & de-
cis. 93. Beltram. ad Ludouis. decis. 271. num. 27.
Gratian. discept. forens. 344. nu. 8. faciunt no-
tata per Rotam coram Buratt. decis. 87. num. 10.
& 11. vbi quod veniant in vniuersali quãdo sunt
hæreditaria. & disponens habet facultatẽ alie-
nandi, at nos versamur in emphyteusi mixta, an-
tiqua, & quæ sanè Domini assensu alienari ne-
quit. Vnde Senatus Excellentissimus referenti
Illustrissimo D. meo Senatore, ac Comite Mur-
tuno in causa Belliana censuit feuda non veni-
re, neque in vniuersali, neque in generali obli-
gatione, quod idem procedit in emphyteusi Ec-
clesiastica, ac in testamentaria dispositione.

Item quia Institutio, seu legatum de petia
terræ bob. 45. Emphyteutica Ecclesiæ factum
Iulio filio naturali Testatoris nullo iure sustine-
tur, quandoquidem naturales ex constitutione
Pij † V. Summi Pontificis, ac etiam ex censura 17
iuris communis arcentur à successione bonorũ,
quomodolibet ab Ecclesia dependẽtium, & ma-
ximè emphyteuticorum. Gratian. discept. fo-
rens. 418. à nu. 35. & discept. 758. nu. 22. & seq.
Carlin. controu. 6. nu. 13. Rota decis. 474. n. 1.
& 2. par. 1. diuers. & in Aqua. Emphyteusis 27.
Martij 1628. coram Eminentissimo Verile dixi
allegat. 23. num. 27. & 45. fol. 413. lib. 1. Caren.
resolut. 54. & 55. vbi ampliat etiam in legitima-
tis à Principe Layco. Duran. decis. 251. nu. 4. &
seq. & sic filij ipsius Alexandri de Cozzanis di-
cuntur

Digitized by Google

cuntur habere bona ista, vel illa consequi posse nisi aliud obstaret, nec vigore testamenti, & fideicommissi, quia illud ita demum sustinetur, si in testamento vocentur comprehensi in inue-
4 stitura, † & eo modo quo vti inuestiti succedere habent ad tradita per Fusar. de substitut. quæst. 630. num. 11. & 631. nu. 3. Sed ratione concessionis factæ de emphyteusi eorum maioribus. Quapropter inepte proposuerunt actionem ex fideicommisso, de quo agitur de bonis ab Ecclesia in Emphyteusim concessis.

Demum quia bona hæc, vt prætendit fideicommisso supposita, coactè per matrem aduersantium alienata fuerunt pro soluendis liuellis eisdem terris impositis ante institutionem fideicommissi, & pro alendis filijs; adeò vt ad illorum recuperationem non competat actio, quòd autem vtroque in casu impunè bona huiusmodi
9 alienantur, † & acquirentes inquietari non possint optimè, ac lato folio comprobat Fusar. de substit. quæst. 536. per totam. Hyerom. Buccafer. cons. 40. nu. 32. & cons. 50. nu. 45.

Nec obstaret si diceretur, quòd alienationes prædictæ de rebus minorum factæ viribus non subsistant ob non adhibitas statuti, & iuris communis solemnitates, nam obiectum istud pluribus euitatur rationibus, & primo quia alienatio
10 † vti dicebamus emanauit ex causa necessitatis, & alimentorum, quo casu non requiri solemnitates tradunt cumulati per Piccum ad statutum lib. 1. cap. 151. glos. 7. num. 361. & 362. Buratt. decis. 49. nu. 17. & 18. & decis. 526. nu. 2. vbi de reuenditione census Post. de subhast. inspect. 21. nu. 3. & seq. & post tract. decis. 94. nu. 11. & decis. 38. num. 11. & 15. Secundo, quia ante alienationem interuenerunt rescriptum Principis, ac decretum Senatus de alienando, quæ non tam supplent, sed exuberant necessarias solemnitates, ita vt tuti vndequaque dicantur emptores, quos decipi sub fide publica non esset conueniens, nec æquitati consonum, Vltimo quia
21 cùm ex actis appareat pretium † terrarum ab ipsis fratribus de Cozzanis, seu ab eorum matre venditarum fuisse versum, in vtilitatem ipsorũ minorum, ex eo quæ factos locupletiores dum debitis satisfecerunt, alimenta susceperunt, ad dotem maternam restituerunt, proinde sequitur ipsos obaudiendos, dum non offerunt restitutionem pretij; optimè ad rem Rota decis. 1. à n. 33. par. 5. recent. quæ est decis. 28. apud Durand. Gratian. discept. forens. 555. à nu. 25. & discep. 761. n. 15. & 16. Quæ tamen dicta sint ea abondanti stantibus superius in allegatione deductis.

Animaduertendum denique se offert prætensum fideicommissum non extendi vltra ip-
22 sos actores, qui cùm sint vltimi ex grauatis † potuerunt ad libitum alienare bona, nec ipsis officiebat substitutio fideicommissaria in ipsorum personas directa l. cùm pater 77. aliàs 79. §. libertis, qui solidum 78. aliàs 80. ff. de legat. 2. Peregr. de fideicommiss. art. 52. num. 2. Cyriac. controuers. 142. num. 27. Rota decis. 203. nu. 1. & 8. par. 2. recent. Thomat. decis. Macerat. 23. num. 42. versic. & consequenter. Fusar. de substitut. quæst. 735. Mart. Medic. ad decis. Senen. examinat. 5. nu. 68. & 69. Hieronym. Buccafer. cons. 45. nu. 15. & cons. 110. num. 56.

Quare &c. saluo &c.

ARGVMENTVM.

Receptio in emphyteusim facta per vnum Monasterium de bonis alterius absque solemnitatibus viribus non subsistit.

SVMMARIVM.

1 *AGens tanquam talis debet probare se talem.*
2 *Filius ergo heres agendo.*
3 *Processus valet non facta legitimatione personarum, si pars non opponat. Eoque magis si agens admittatur absque legitimatione personæ num. 4. Fallit vbi via ordinaria agitur, num. 5. & dolo de errore, nu. 6. Non producto realiter mandato ex ordinibus Mantuæ redditur nullus n. 12.*
7 *Dictio, quondam, enunciatur de mortuo.*
8 *Viuentis nulla est hæreditas.*
9 *Mors non præsumitur nisi probetur.*
10 *Actione carens in iudicio non auditur.*
11 *Iudex non repellens agentem sine actione tenetur ad interesse. Successor nulliter sententiam profert contra sententiam sui prædecessoris nu. 13.*
14 *Contractus fauore Ecclesiæ claudicat, & ea volente etiam sine solemnitatib. subsistit.*
15 *Beneplaciti præsumptio in concessione emphyteusis insurgit ex obseruantia cum lapsu sexaginta annorum: etiam si non adsit enunciatio illius num. 16. Declaratur num. 17. & nu. 18. Sublata fuit per constitutionem Vrbani Octaui num. 19.*
20 *Emphyteuta emphyteusim inuito domino renunciare non potest.*

Allegatio LXV.

Adsit Deus.

IN Causa Monasterij Sanctæ Mariæ Angelorum Ordinis S. Dominici plura emergunt ex processu fauore eiusdem Monasterij, quæ conferunt ad Victoriam, & cõsideran-

Digitized by Google

siderenda proponuntur. Primo an constet Dominam Margaritam esse filiam, & hæredem D. Claudij; secundo quatenus de hoc appareret, an Ius aliquod, vel actionem prætendere posset in prætenso liuello, cùm fuerit cessum fratribus de Mazzolinis, quorum certe ipsa non apparet nec hæres, nec quomodo ipsis coniuncta sit agnatione, vel consanguinitate; tertio an processus sustineatur dùm omnia processerunt interueniente Domino Peuerario vti Procuratore eiusdem Dominæ Margaritæ nullibi constito de mandato procuræ; Quarto an Reuerendissimus Dominus Costa successor in Vica. latq potuerit ex eisdem actis reuocare sententiam sui prædecessoris; Quinto num ex defectu solemnitatum obligatio facta per Reuer. tunc Priorem Monasterij Angelorum dici valeat irrita, inania, ac inualida longissimo temporis cursu nequaquam obstante. Demum an moderni Patres potuerint renunciare emphyteusi suis antecessoribus factæ dum pacto affrancandi eo sub prætextu, quod perseuerantia in solutione canonum in maximũ Monasterij vergat detrimentum.

Quoad primum igitur non poterat Domina Margarita obtinere, neque etiam audiri tanquã
1 filia nisi prius plenè probaret se talem † qualem
se asserebat, ad notata per Angel. in l. liberorũ
11. ff. de his qui notantur infam. Bursat. cons. 88.
nu. 5. latè Mascard. de probat. conclus. 786. n. 1.
ac per totam. Ludouis. decis. 223. nu. 3. Post. de
manuten. obseruat 87. num. 6. Et sic filiationis
probatio concludens ex necessitate præcedere
debebat quicquid sit quoad qualitatem hæreditariam; nam postea probata filiatione intraret
2 regula, † ergo hæres præsertim agendo. Gratia.
decis. 122. nu. 5. Post. de manuten. dicta obseruat. 87. num. 6. Cyriac. controuers. 181. num. 11.
& 12. Lancill. decis. Ferrarr. 178. num. 4. Huic
tamen assertioni nõ obstaret si opponeretur ob
legitimatas personas ita demum iudicium reddi
nullum si pars opponat, nam parte non oppo-
3 nente valet processus † etiam non facta legitimatione. Rota decis. 307. num. 7. par. 5. recent.
Ludouis. decis. 64. nu. 6. in annot. Cyriac controuers. 384. num. 1. 4. & 5. Post. de manuten.
obseruat. 87. num. . Baratt. decis. 749. num. 11.
& decis. 785. num. 1. Præsertim quando aduer-
4 sarius admisit, & approbauit † illum tanquam talem, qui nundum per legitimationem personæ
docuerat se talem. Rota apud Ceue. de cens. decis. 211. num. 5. Surd. decis. 104. nu. 6. vsque ad
14. & ibi Hodiern. & decis. 108. num. 12. & 13.
Vnde cùm R.R. PP. non opposuerunt Dominæ
Margaritæ de legitimatione eius personæ, eamque recognouerint tanquam filiam, & hæredem
Domini Claudij non possunt hodie huiusmodi
iuuari exceptione.

Obiectum namque euitatur rationibus, &
5 primo quia proceditur executiuis, † licà in ordinarijs requiritur legitimatio, etiam quod non
opponatur. Post. de manuten. dicta obseru. 87.
num. 5. Deinde non militat obiectum, quoties
cum aliquo tanquam hærede extitit litigatum,
nam demonstrando † rem aliter se habere approbatio ad nihilum deseruit, l. post diuisionem 4. 6
vers. ostende igitur, C. de iur. & fact. ignorant.
Surd. decis. 104 nu. 15: cum seq. Gratian. discept. forens. 176. nu. 36. Post. de manuten. obseru.
87. num. 8. De errore autem apertissimè constat
quoniam ex Instrumento, de quo in process. fol.
7. fac. 2. euidenter dignoscitur cessionem crediti, ad quod egit Domina Margarita fuisse factum
Dominis Io. Francisco, & Alexandro fratribus,
ac filijs, & hæredibus q. Domini Claudij de Mazzolinis, ex quo duo sequuntur alterum, quod ipsius Domini Claudij hæredes extiterint filij masculi exclusa fœmina, alterum quod ad effectum
agendi vigore memoratæ cessionis ab ipsa productæ requirebatur ipsam D. Margaritam venire tanquam hæredem fratrum, non autem patris, quatenus tam ipsorum apparet filia, & soror respectiuè, cùm nullum Ius, vel actio patri
competeret, attenta acquisitione facta per filios
vti creditores monialium Sanctæ Elisabeth. A
quibus cessionem reportarunt mortuo iam pa-
tre, vt denotat illa dictio, † quondam, ex cumu- 7
latis per Barbos. de dict. 331. num. 3. quibus addo Baratt. decis. 757. num. 10. Rota decis. 258.
nu. 4. par. 5. recent. Gratian. discept. 895. nu. 73.
& altera dictio hæres, quoniam viuentis † nul- 8
la est hæreditas, leg. . . vbi glos. vnic. in princip.
ff. de hæred. vel act. vendit. Cyriac. controuers.
5. num. 170. Baratt. decis. 589. num. 13. in fin. &
decis. 639. num. 11. Demum quia quatenus vellet venire tanquam soror, & hæres fratrum tunc
vtrunque prius probare tenebatur; nam supposito etiam quod esset soror, non propterea sequatur esse hæredem, vltra quod de ipsorum mor-
te nullibi constat, cùm tamen mors non præsu- 9
matur nisi legitimè probetur tempus mortis. Salic. in l. matrem 17. in fin. C. de probat. Menoch.
cons. 60. num. 20. & 21. Gratian. discept. forens.
944. num. 35. Ludouis. decis. 228. nu. 1. Ex quibus sufficienter deducitur Dominam Margaritã
nullum Ius, nullamque actionem habere aduersus Monasterium Sanctæ Mariæ Angelorum,
adeovt expertiri non potuisset tanquam actione
† carens, & Iudices debebant ipsam ex sui offi- 10
cio etiam parte non petente a limine iudicij expellere, glos. & Doct. in l. vt i pactum 40. C. de
transact. latè Menoch. de arbitr. lib. 1. quæst. 162
num. 2. 3. & per totam Cyriac. controuer. 321.
num. 2. & controuers. 494. num. 2. erit tantum
quòd si Iudex † non repellit agentem sine actio- 11
ne teneatur parti ad interesse. Menoch de arbitr.
dicta quæst. 162 num. 4 Cyriac. d. controu. 168.
num. 27. & seq. & controuers. 494. num. 21. Et
sic expeditus sum de duabus penès quæstionibus
initio propositis; adeòvt concludẽdũ veniat omnia hactenus nulliter processisse, & Patres absoluendos quoad ipsam D. Margaritam, non solùm
ab obseruatione iudicij, verùm etiam à petitis
dictis fratribus refectis expensis.

Eoque magis, & ita aggredior tertiam in ordine quæstionem, quia Dominus Peuerarius interuenit tanquam procurator ipsius D. Margari-
tæ,

Digitized by Google

12 tæ, & nihilominus in vniuerso processu † non
apparet de aliquo procuræ mandato, ob cuius
defectum acta omnia corruunt, tametsi pars ni-
hil opposuerit circa legitimationem in hoc ca-
pite personarum, attentis ordinibus huius pa-
triæ, de quibus meminerunt Menoch. & Cyriac.
ille cons. 246. num. 54. iste controuers. 275. nu.
23. & controu. 523. num. 1. & seq. dixi allegat.
2. nu. 10. & 11. fol. 49. lib. 1. quæ sanè conclusio
in patria Mantuana nullam recepit dubitatio-
nem.

Nullum quoque quartam amplectendo quę-
stionem, dicitur iudicium, & sententia Reueré-
dissimi D. mei Vicarij Costæ reuocatoria senté-
13 tiæ † eius prædecessoris per textum in l. 1. Cod.
sent. rescind. non poss. Scacc. de sent. & re in-
pic. glos. 14. quæst. 17. num. 18. ea ratione, quia
repræsentat eandem personam, & propterea
stare successor debet sententiæ semel per ante-
cessorem latæ.

Punctus controuersię circa quintam quęstio-
nē non residet in eo an Moniales potuerint con
cedere in emphyteusim non adhibitis solemni-
tatibus, istud namque inuestigare elusorium e-
naderet, cùm Moniales contrahendo etiam sine
solemnitatibus prætendere possint obseruantiā
contractus, ex quo contractus non intercedcu-
tibus solemnitatibus dicitur habere implicitum
statutum validitatis, adeout Monasterio volen-
te stare contractui pars ab eo resilere nequaquā
valeat, ne quod inductum est in fauorem retor-
queatur in odium, vt argumentantur Gratian.
discepcat. forens. 202. num. 22. 23. & 24. Rota
decis. 318. num. 10. [illegible] recent. Duran. decis.
397. nu. 17. & 18. sed difficultas pendet ex par-
te RR. Fratrum, num scilicet possint resilere ab
obligatione soluendi liuellos contracta super
bonis Monasterij nullis adhibitis solemnitati-
bus, saltem quoad appareat, circa quem articu-
15 lum insistunt tuentes Iura super obseruantiam †
huiusmodi contractus, ex qua enim sit longissi-
mi temporis nempe septuaginta annorum de-
cursorum à die concessionis in emphyteusim
vsque ad diem litis contestatæ contendunt eu-
ere præsumptionem, quod omnes solemnitates
necessariæ in obligatione bonorum Ecclesiæ in-
teruenerint, glos. in cap. peruenit, de empt. &
vendit. Gratian. discept. forens. 415. nu. 19. &
discept. 868. num. 50. & discept. 893. num. 17.
Beltram. ad Ludouis. decis. 354. nu. 18. Durand.
decis. 91. num. 6. Rota decis. 506. num. 2. par. 2.
& decis. 147. nu. 10. part. 5. recent. Quæ conclu-
16 sio procedit quantumuis Beneplacitum † quoad
fratres Angelorum non fuerit enunciatum, ne-
que reseruatum. Felin. in cap. Albericus nu. 4.
ad fin. de testib. Card. Seraph. decis. 1042. nu. 3.
latè Gratian. discept. forens. 868. nu. 52. & seq.
& discept. 893. num. 18.

Cæterum quamuis obiectum in se regulari-
ter loquendo contineat veritatem; attamen nō
applicatur casui, quem præ manibus habemus,
nam assertio mox firmata procedit, quoties nul-
læ penitùs solemnitates enunciatæ extiterunt,
non autem quando aliquæ fuerunt enunciatæ † 17
aliquæ verò prætermissæ. Quoniam tunc colli-
gitur omissas non interuenisse. Satis enim veri-
simile est quod fuisset enunciatæ, & descriptæ,
sicut apparet de enunciatione aliarum solemni-
tatum, arg. l. vnicæ, §. sin autem, Cod. de ca-
duc. tollen. Imol. cons. 110. col. 2. in princ. vers.
nec obstat si dicatur, cum adductis per Gratian.
discept. forens. 268. nu. 14. Vnde cùm in instru-
mento de quo agitur non enunciatur solemni-
tates ex parte fratrum, prout exprimuntur ex par-
te Monialium censentur omnino prætermissæ,
non obstante longissimi temporis antiquitate, † 18
cùm non excedat, neque attingat centum an-
nos ad tradita latissimè per Caualer. decis. 613.
per totam. Præterquamquod præsumptio Bene-
placiti tanquam præiudicialis Ecclesiæ per Vr-
banum Octauum Pontificem Maximum, ac per
eius constitutionem sublata remansit quælibet
præsumptio. Rota in Rauennat. domus 14. Iunij
1649. num. 9. coram Roias.

Hinc emergit quoque resolutio vltimæ quæ-
stionis numquid emphyteuta possit inuito con-
cedente emphyteusim deserere, & renunciare, † 20
nam istud ei nequaquam permittitur ex glos. in
cap. 1. in verbo refutare de vassall. qui contr cō-
stit. Lothar. benefic. aliena. Corbul. de Iur. em-
phyt. de priuat. ob renunciat. nu. 4. cum addu-
ctis per Gratian. discept. forens. 557. nu. 12. 13.
& 14. quibus addo Leoncill. decis. Ferrar. 117.
num. 1. & 2. Sed quia cùm non teneat contractus
concessionis in emphyteusim ad præiudicium
Monasterij, ac successorum, ideò rite, ac legiti-
mè potuit moderni prioris antecessor declarare
se nolle amplius stare Inuestituræ prædecessori-
bus nulliter, & absq; solemnitatibus concessæ.

Quare &c. Saluo &c.

ARGVMENTVM.

Feudalitas ex quibus excludatur, &
appellatione Prædij venire molendina,
& piscationes ostenditur.

SVMMARIVM.

1 *Feudalitatis præsumptio ex situatione in-
tra fines feudi non resultat.*

2 *Sententia contra non legitimos contradicto-
res feudalitatem non probat.*

3 *Concessio habens verba feudum, & donatio-
nem importantia in donationem resolui-
tur. Vna, & eadem diuerso Iure censeri
non debet, num. 6.*

4 *Dominij vtriusque translatio feudalitatem
excludit, seu feudi impropriietatem arguit
num. 5.*

6 *Feudum à recto degenerans transit etiam ad
extraneos. Empititiū transit ad extraneos.*

Licentia

8 *Licentiæ defectus à solo domino opponitur, Declara vt num. 9.*
10 *Assensus Domini in contractu feudali potest interuenire ante, in, & post contractum.*
11 *Heres factum defuncti etiam in feudalibus obseruare tenetur.*
12 *Feudalia non sunt, quæ in dominio inuestientis non fuerunt.*
13 *Ponens fateri dicitur.*
14 *Appellatione Prædij veniunt edificia, & molendina num. 15.*

Allegat. LXVI.

Adsit Deus.

IN præcedenti Iuris allegatione nu. 16. quæ
est 54. libr. 2. iam per modum dubitandi
diximus feudale id omne censeri, quod in
territorio Castri vassallus possidet, repli-
cabamus tamen concesso in feudum Castro cum
molendinis, pratis, pischerijs, & alijs pertinen-
1 tijs, † adhuc nihil prorsus feudale censeri, nisi
dominus, vel agnatus id probet, vt in vniuersa
ferè dicta allegatione, & præter tunc adductos
idem comprobant Clar. in §. feudum, quæst. 18.
in fin. vbi quod in causa Magni Ponderis fuerit
pronunciatum pro allodialitate, non obstante,
quòd bona, de quibus agebatur, essent sita intra
fines Territorij descriptos in inuestitura. Ful-
gin. de emphyt. tit. de contract. emphyt. q. 25.
num. 5. nulla ergo feudalitatis molendinorum,
ac piscationum præsumptio, & eorum situatio-
ne intra confinia Territorij in feudum concessi
desumi valet.

Vnde nec minus allegatæ sententiæ admini-
culum pro inducenda feudalitate præstent, tum
quia præsumptio, quæ non subest adminiculari
2 nequit, tum quia dictæ sententiæ † tanquã pro-
mulgatæ cum non legitimis contradictoribus
non præiudicant. Albert. Brun. consil. feudal.
127. considerat. 13. fol. mihi 24. libr. 2. Fulgin.
de emphyt. tit. de contract. emphyt. d. qu. 25.
num. 26. Hinc propterea concluditur non tam
feudalitatem, sed neque etiam feudalitatis præ-
sumptionem aliquam censeri probatam.

Quin potius molendinorum, ac piscationum
allodialitas ex pluribus conuincitur. Et primo
quidem, quia Imperator in diplomate conces-
3 sionis, † clausula largimur, & donamus, vtitur
donationem in parte, ac respectiuè, & non feu-
dum importante, ideoque in feudo quoad plu-
rima in concessione expressa non nouè datum fa-
tendum venit. Menoch. consil. 91. nu. 9. Borell.
consil. 1. nu. 162. & 163. Mantic. de tacit. & am-
big. lib. 23. tit. 4. nu. 6. Rosental. de feud. cap.
6. conclus. 26. num. 2. & post alios latius prose-
quitur Cyriac. controuers. 145. num. 32. & plu-
ribus sequent.

Istud autem fundamentum eo fortius sibi lo-
cum vindicat, quippe quoniam Imperator cum
omni Iure, & honore donationem, & concessio-
nem fecit; adeout vtrumque dominium † in Co- 4
mites censeatur translatum, & consequenter bo-
na ab Imperatore concessa alio titulo, quam feu-
dali habere dicantur Oldrad. consil. 159. per tot.
& faciunt tradita per Cyriac. d. controuers. 145.
num. 41. & quamuis non desint, qui contrarium
tueantur, omni in casu, saltem in eo conueniũt,
quod feudum † sic concessum à recta feudi natu- 5
ra degeneret, vt videre est penès Io. Borcholtẽ
de feud. cap. 4. num. 27. & Rota in Meleuitana
feudi 2. Martij 1635. inter impressas apud Mer-
lin. Feudum autem à recto degenerans † se ha- 6
bet adinstar allodialium, atque in extraneos etiã
quocunque titulo transmittitur. Gratian. disce-
ptat. forens. 447. num. 27. dixi allegat. 4. nu. 32.
fol. 71. & alibi sæpè lib. 1. & lib. 2. quæ tamen ex
abundanti dicta sint, cùm in effectu molendina,
ac piscationes liberæ existant.

Cæterum cùm quatenus molendina, & pis-
cationes feudales reputarentur, à rectis declina-
rent huiusmodi feuda tanquam emptitia, † & 7
per hoc etiam transitoria ad extraneos, atque in
omnibus, ac per omnia ad instar allodialium, vt
plenius deduxi allegat. 8. nu. 9. & seq. fol. 114.
& allegat. 14. nu. 3. fol. 241. & alibi quam sæpis-
simè lib. 1. & optimè animaduertit Gail. practic.
obseruat. 154. nu. 21. lib. 2. Ideoque iam distra-
cta reuocari per agnatos non possent, neque e-
tiam ex defectu non adhibiti assensus, † quippe 8
quoniam ille solùm Domino suffragatur, ab eo-
que pro commisso, seu deuolutione allegari po-
test Ruin. consil. 2. nu. 2. in fin. lib. Surd. consil.
351. num. 42. Gratian. discept. forens. 511. nu. 6.
& discept. 903. sub nu. 9. & latius dixi alleg. 34.
num. 1. lib. 2. Præterquam quod vbi circa istud
adhuc scrupulus aliquis subesset, & quia quoad
alios effectus præter commissum, & deuolutio-
nem agnati † exceptione defectus licentiæ iuuã- 9
tur, vt feudalia ab extraneis nulliter per vassal-
los alienata retrahant, ex Rota apud Cenc. de
cens. decis. 74. nu. 7. & decis. 345. per totam in
nihilo penitùs officeret.

Scrupulus, inquam, dupliciter remouetur,
quia cùm Domini assensus † pro alienandis feu- 10
dalibus ante, in, & post contractum interuenire
possit. Borell. in suor. decis. tit. 36. n. 15. par. 1.
quibus ibi per ipsum adductis accedunt Manét.
de contract. liuell. quæst. 18. numer. 101. Bursat.
cons. 30. num. 42. & alibi sæpe, vt admonui al-
legat. 41. num. 13. libr. 2. & nunc addo Fulgin.
de emphyt. tit. de alienat. quæst. 3. nu. 10. Ideo
ex eo quod enunciatus non appareat, deficere
non dicitur, ex quo ante, vel post interuenire
poterat. Gratian. discept. forens. 867. num. 53.
& dixi dicta allegat. 41. num. 14. libr. 2. Deinde
quia cùm Domini Comites ab Arcu alienantis,
seu dantis in solutum molendina, ac piscationes

se

11 se hæredes fecerint, ideo factum defuncti † quātum maximè capit hæreditas, etiam si feudalia essent obseruare tenentur per ea, quæ in terminis fusius post alios congesti allegat. 23. nu. 11. & 12. fol. 417. lib. 1. & nouissimè atq; ad satietatem comprobar Fulgin. de emphyt. tit. de renunciat. quæst. 10. per totam. Giurb. de success. feud. §. 2. glos. 3. num. 88 cum infinitis, qui adduci possent.

Comprobantur superiùs dicta ex confessione per DD. Comites in positione emissa vsque de anno 1614 quod nimirum molendina ab eorum subditis constructa fuerint, donoq; data eisdem Comitibus, vt à quibusdam oneribus se exe-
12 merint, ex quo sequitur, quòd feudalia † non censeantur, vti tunc in dominio inuestientis nō existentia, vt dixi in præcedenti Iuris allegatione num. 25. & num. 36. & nunc addo Rosental. de feud. cap. 10. conclus. 43. nu 28. cum ibi ad-
13 ductis in glos. 1. nec ambigitur, quin ponens † fateri dicatur Specul. in tit. de posit. §. 8. in princ. & §. 10. num. 8. Gratian. disceptat. forens. 899. num. 26. Michalor. de posit. quæst. 15. nu. 1. & quæst. 24. per totam. Leoncill. decis. 64. nu. 47. Burart. decis. 566. num. 3.

Tandem idem comprobatur ex diuisione inter eosdem DD. Comites ab Aicu subsecuta, in qua expresè conuenerunt, quòd si ipsi diuidentes extra familiam possessionem aliquam venderent, seu alienarent, emptores ad onera obstringerentur iuxta qualitatem personarum, in quas distraherentur; appellatione autem, delle
14 possessioni, † veniūt non tantùm pascua, & nemora, quàm etiam omnia ipsis adiacentia, & quæ singillatim in Inuestitura recenseantur, & potissimùm ædificia, siue rustica, siue Vrbana. Ias. in l. si pro fundo 33 num. 3. C. de transact. Menoch. consil. 36. num. 38. Caipan. ad statut. Mediolan. cap. 433. num. 9. tom. 1. & post alios Barbos. de appellat. verb. 214. in fin. Sicque &
15 molendina † comprehensa & venire censentur, cùm sint Prędia rustica, ex Bald. in l. certi Iuris 5. sub num. 10. versic. Respondeo molendinum est prædium rusticum potius quam vrbanum, C. locat. Ias. in l. plerique 18. num. 10. ff. de in Ius vocand. Tusc. practic. conclus. 619. num. 8. lit. D. Quòd etiam ex structura Inuestituræ, ac bonorum situatione suadetur, quandoquidem, quę feudum concernunt disiunctim ab alijs bonis in concessione exprimuntur. Sicuti igitur prædia tanquam allodialia alienari potuerunt, ita etiam & piscationes, & molendina, ne vna,
16 eademque concessio in vno ex capitibus diuerso iure censeatur; contra textum in l. eum, qui ædes 13. ff. de emphyt. tit. de contract. emphyt. quæst. 25. sub num. 12. in fin. ex quibus inductis alijs, de quibus in præcedenti Iuris allegatione in hac eadem causa edita existimo rem pro Illustrissimis DD. Baronibus de Castrobarco extra omnem dubitandi aliam reperiri.

Quare &c. Saluo &c.

ARGVMENTVM.

Liberatio à feudalitate non suffragatur, quando de illius effectuatione non constat, & tam liberans, quàm illius successores, ab eisque causam habentes in renouatione Inuestiturarum, petitione assensus, solutione laudemij, & præstatione iuramenti fidelitatis continuarunt.

SVMMARIVM.

1 *Dominus auctoritate propria apprehendere potest feudi possessionem deuoluti, & num. 11. Existens in possessione, seu quasi feudalitatis manuteneri debet nu. 2.*

3 *Feudalitas ex multiplicatis inuestituris probatur, & etiam ex confessionibus num. 4. atque ex iuramento fidelitatis num 5. & ex reseruatione assensus, & solutione laudemij, nu. 6. Ex qualitat. concessionis n. 7. Atque ex declarata caducitate nu. 8.*

9 *Feudalitatem ad probandam coniectura simul considerantur.*

10 *Manutentio datur domino feudi ratione ciuilis pro recuperatione naturalis. Contra num 13.*

12 *Possessorem feudum negantem dominus auctoritate propria expellere nequit.*

14 *Inuestitura per errorem suscepta non præiudicant. Continuata feudalitatem probant, num. 22. & num. 30.*

15 *Allodiale per Inuestituram ex quibus efficiatur feudale. Sicuti præsumitur quod pro allodiali possidetur, ita feudale, quod pro feudali possidetur num. 20.*

16 *Confessione feudalitatis fundum non induci.*

17 *Confessio feudalitatis fundi præsumptionem arguit.*

18 *Liberatio præsupponit feudalitatem.*

19 *Feudalitate pro inducenda, quæ non sufficiūt pro conseruanda admittuntur.*

21 *Error per allegantem probari debet. Ex actibus reiteratis excluditur, nu. 22*

23 *Allodialia danti pro feudalibus subuenitur tanquam erranti.*

24 *Cyriac. controuers. 2 1. num. 1. declaratur.*

25 *Fides mala præscriptionem impedit. Oritur ex scientia rei alienæ num. 26. Non probata non releuat n. 34. Antecessorum purgatur in successoribus, num. 38.*

27 *Præscriptio non inducitur concurrente mala fide, & num. 33. corruit, si adducatur titulus vitiosus, nu. 29. Ingenaria in feudalibus sufficit, num. 31.*

Peccatum

28 *Peccatum non remittitur, nisi restituatur ablatum.*

32 *Exceptio de Iure tertij quando admittatur,*

35 *Clausula, salua Iure, quid operetur, nu. 36. & nu. 37.*

39 *Identitatem qui allegat probare tenetur.*

40 *Feudalitatis vltimus status attenditur.*

41 *Beneplacitum Apostolicum, cum conditione si in euidentem, mortuo Pontifice re nondum præsentata expirat.*

Allegatio LXVII.

Adsit Deus.

FAmilia de Piperarijs Mantuana plura in feudo & ab Episcopo Mantuę recognoscebat bona, quorum aliqua liberauit à feudalitate de anno 1555. per suppositionem vnius pet. terr. beneplacito Sanctæ Sedis Apostolicæ ad id accedente, ac interueniente. Abinde verò recognitionem in feudum de Ingeribus vltra biscentum erga eundem Episcopum per aliquot annos continuarunt, vsquequo easdem terras adhibito assensu Episcopi in Dominos Abduas distraxerunt, à quibus successiuè suscepta Inuestitura in Serenis. Gulielmum Ducem Mantuæ tanquam feudales prævio assensu Episcopi apparent alienatæ, & tandem mediis aliis personis à S. C. de licentia Episcopi causam habentibus cum preciso onere, seu qualitate feudalitatis in agnationem Cassinam deuenerunt, in eaque tanquam feudales perseuerarunt vsque ad mortem, & lineam finitam Domini Vincentii de Cassinis, qui in renouatione Inuestituræ protestatus fuerat se illam suscipere absq; præiudicio liberationis, cui quidem protestationi non acquieuit Illustriss. tunc Antistes, verùm è contra reprotestatus fuit.

Verùm quia Domina Comitissa Laura illius olim vxor prętendebat se ventrem pregnantem habere, ideò modernus Illustriss. Episcopus adhibitis ad hoc opportunis cautelis bonorum feudalium ad se reuersorum possessionem propria auctoritate ingredi distulit, vsquequo spea successionis desiit, cui cùm D. Comitissa se opponeret modis, ac formis, de quibus in processu, ac de facto, armataque manu resistere contenderet nec pro indemnitate ipsius Ecclesiæ remedia ordinaria sufficerent. Hinc propterea coactus, atque inuitus contra D. Comitissam subsidiarium excommunicationis remedium adhibuit, cuius validitas, atque publicandi cedulones necessitas, cùm ex facto tripliciter comprobata resultet; ideo prætermissa pro nunc huiusmodi controuersia me confero ad principalem punctum, in quo luce meridiana clarior ipsius Illustrissimi Antistitis emicat iustitia non solùm quoad merita ipsius causæ, verùm etiam ac multò magis ad effectum obtinendi mandatum de manutenendo in ea possessoriè, in qua à die obitus D. Comitis Cassini per retrotractionem fuit, ac reperitur.

Cuius sanè possessio infecta, aut spoliatiua dici nequit eo, sub prætextu, quòd non citata parte propria ipsius Episcopi auctoritate capta appareat. Domino enim directo † licet propria auctoritate sine noui possessoris citatione ingredi possessionem feudi ad se linea extincta deuoluti; quando ipsius Domini Ius rationabilem non admittit controuersiam, ex doctrina Bald. in c. quę in Ecclesiarum num. 31. extra de constitut. communiter à Doctoribus amplexa, vt innuunt Borgn. decis. 36. num. 336. par. 2. Sacca cons. 1. num. 15. cum seq. Peregr. cons. 2. num. 18. lib. 1. Io. Anton. Bellon. cons. 45. num. 4. & seq. Rosental. de feud. cap. 7. conclus. 60. num. 15. & 16. & in glos. O. & cap. 10. conclus. 41 num. 11. cum adductis per Caren. resolut. 52. nu. 3. quibus addo Post. de manuten. obseruat. 16. sub num. 37. vers. ita vt ciuilis possessionis ratione possit quis ex se apprehendere naturalem, & post tract. decis. 111. num. 8. Coccin. decis. 199. num. 3. & 4. Borell. in sum. decis. tit 34. num. 697. par. 1. in feodo Mantuæ ita censuit Senatus apud Mané. decis. 56. num. 17. & seq. Fulgin. de emphy. tit. de var. caducit. quęst. 10. num 2. Rota in Fanen. seu Senogallien. bonorum super immissione 14. Martii 1636. versic. quia cùm Magna Ducissa, coram Meltio. 1

Quòd autem in hoc iudicio possessionis, seu manutentionis summarissimo Ius Illustriss. Domini Episcopi clarum, liquidum, atque indubitatum existat ex eo suadetur, & primo, quia extinctio generationis ad feudum vocatæ non controuertitur; deinde quia feudalitas in facti specie ex pluribus conuincitur, atque inconuincibiliter probata resultat. Præterquam quod ex stēs Dominus † in possessione, seu quasi feudalitatis 2
alicuius fundi in ea manuteneri debet. Rosental. de feud. cap. 6. conclus. 81. nu. 6.

Tum primo ex multiplicatis inuestiturarum renouationibus, † quas feudalitatem probare aduersus eas recipientes, atque ab eis causam habentes admittunt Bellam. cons. 29. num. 23. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 23. tit. 5. num. 2. Caren. d. resolut. 53. num. 9. Io. Anton. Bellon. cons. 44. num. 33. & seq. & Gratian. discept. forens. 736. num. 51. & seq. & discept. 912. nu. 14. & 24. vbi quod recognitio in feudum noceat recognoscenti, atque illius successorib. tam singularibus, quam particularibus, seu alias quomodolibet ab ipso recognoscente causam habẽtibus Rota decis. 310. num. 31. & seq. par. 6. recent. Merl. vot. 226. nu. 1. & faciunt tradita per Rotam decis. 93. num. 36. & seq. par. 5. recent. Fulgin. de emphy. tit. de var. caducit. quæst. 11. num. 8.

Tum secundò ex quamplurimis confessionibus

bus ipsorum de Cassinis pluries, ac in diuersis
actibus emanatis etiam in præsentia Episcopo-
rum pro tempore, veluti in acquisitione horum
bonorum vti feudalium Episcopatus, in assensu
obtento de illis in subsidium hypothecandis, in
descriptione de eis facta tanquam de feudali-
bus in Inuentario, atque in procuranda sæpiùs
licentia pro illorum distractione; ob quas con-
4 fessiones † feudum cõcludenter probatur, &
quoad ipsos confitentes, & quoad quoscunque
ab eis causam habentes. Io. Anton. Bellon. cons.
44. num 53. & 54. Gratian. dicta discept 736,
num. 54. & dicta discept. 912. num. 14. Caren.
dicta resol. 53. nu. 10. Rota dicta decis. 310. nu.
32. & 33. par. 6. recent.

Tum tertio ex reiteratis pluribus vocibus,
Iuramentis vassallagij, seu fidelitatis iuramen-
5 tum, † maximum præstat feudalitatis adminicu-
lum, seu concludentem probationem ex tradi-
tis per Mart. dicto vot. 221. num. 6. Mantic. de
tacit. & ambig. lib. 12. tit. 5. num. 3. Peregrin.
consil. 9. nu. 21. lib. 1. Caren. d. resolut. 53. sub
nu. 10. versic. vbi fundamentum. Rota dicta de-
cis. 310. num. 35. vsque ad 42. part. 6. recent. &
faciunt notata per eandem Rotam d. decis. 93.
nu. 39. & seq. par. 5. recent.

Tum quarto, quia in acquisitione facta de
6 prædictis bonis fuit † reseruatus, atque inter-
cessit assensus Illustrissimi Antistitis, quo neces-
sario contra ipsum acquirentem, ac illius suc-
cessores, hæredes, & causam ab eo habentes,
feudalitas probata resultat, iuncta potissimum
solutione laudemij, vt in proposito latissimè
prosequitur Io. Anton. Bellon. d. cons. 44. nu.
44. & seq.

Tum quinto ex natura concessionis factæ de
istis bonis pro se; ac hæredibus ex eo legitimè
descendentibus etiam vtriusque sexus pro ali-
qua parte dictorum bonorum, vt cantant Inue-
7 stituræ; concessio autem taliter facta necessario
feudum arguit ad tradita in terminis per Rotam
dicta decis. 310. num. 26. & 27. parte 6. recent.

Tum sexto, ac demum quia cùm Serenissi-
mus Dux Mantuæ Vincentius huius nominis
Primus terras nunc ad Episcopatum reuersas
cum Dominis Feudalibus permutasset cum pro-
missione eas affrançandi à feudalitate per gra-
tiam à Sancta Sede obtinendam, nec vnquam
eam impetrasset, ipsius mensæ Episcopalis Syn-
dicus egit pro deuolutione, seu caducitate ea-
rumdem terrarum, quas postmodum S. C. pro
exoneratione eius conscientiæ cum Domino
Comite Iulio Cassino, remissa prius per Episco-
pum quacumque caducitate, ab eoque obtento
assensu vti de rebus feudalibus, & cum onere
præstandi, seu suscipiendi iuramentum feudali-
tatis contraxit, cui sanè caducitati remissioni,
cæterisque tunc diligenter adhibitis locus mi-
8 nimè fuisset, † nisi bona in effectu qualitate feu-
dalitatis essent obnoxia, in allodialibus enim
non cadit, neque applicatur consideratio com-
missi, quo genere argumenti post alios vtitur
Rota decis. 310. num. 43. parte sexta recent.

Quæ coniecturæ, ac † præsumptiones simul 9
consideratæ, atque in vnum congestæ ad inuicē
coadiuuantur, & vicissim fulciuntur, adeò vt
feudalitatem concludenter probatum renun-
cient argumento eorum, quæ tradit Rota dic-
ta decis. 93. num. 45. & sequ. par. 5. & decis.
310. num. 48. & seq. par. 6. recent. Et prædicta
eo fortius procedunt, quippe quoniā bona hæc
per Dominum Cassinum acquisita fuerunt ex-
presè tanquam feudalia, & successiuè, qua talia
ab eius hæredibus per Inuestituram renouatio-
nes de tempore in tempus fuerunt recognita,
deque prætensa allodialitate, seu affrancatione
non fuit protestatum, nisi imminente agnatio-
nis extinctione, neque appositum, nisi linea
iam extincta, quæ propterea exceptio apertissi-
mè calumniose non merebatur adduci, quem-
admodum adducta non fuit habita in considera-
tione.

Hinc ergo quemadmodum Dominus attenta
extinctione domus inter partes non controuer-
sa auctoritate propriè possessionem naturalem
vigore ciuilis † ingredi potuit, ita in ea quoque 10
manuteneri debet præcipuè, cùm nil obstet, per
quod Ius domini subsidum reddatur; vt post
congestas doctorum auctoritates, ac Rotæ Ro-
manæ decisiones assimilit Post. de manuten. ob-
seru. 16. nu. 44. Rota in Portuen. Stagni 27. A-
prilis 1640. coram Panzirolo, & in Auximana
Prædij 15. Maij 1643. Dunozetto.

Quibus attentis nimirū feudalitate, ac lineæ
extinctione non controuersis, † etiam qui ne- 11
gant domino licere possessionem feudi ad se re-
uerti propria auctoritate ingredi, istud proindu-
bitato admittunt, vt videre est penès Thomat.
decis. maceratæ 16. n. 16. & 18. Martin. Andr. de-
cis. 36. nu. 7. & decis. 61. n. 7. Fenzon. ad statut.
Vrb. cap. 147. num. 24 Rota in dicta Fanen. seu
Senogallien.

Neque prædictis resisteret nos versari in casu
claro quidem, ac non controuerso respectu ex-
tinctionis lineæ, turbido tamen, ac valde dubio
quoad feudalitatem inspecta potissimum exce-
ptione exaduerso proposita allodialitatis, seu de-
liberationis incontinēti probatæ per productio-
nem scripturarum eandem concernentium, ac
comprobantium, ob quam negatiuam feudali-
tatis, † & allegationem libertatis bonorum ha- 12
bentis præsumptionem pro se, ne propria aucto-
ritate dominus feudum ad se reuersum capere
possit, ad textum cum ibi notatis per feudistas in
c. 1. § inter filium defuncti, vers. defuncto &c.
Rosental. de feud. cap. 10. concl. 41. nu. 66. Clar.
in §. emphyteusis q. 25. Manent. decis. 50. n. 17.
ob quam sanè † negatiuam qualitatis bonorum,
non domino, sed vassallo concedi manutentio-
nem admittunt Gratian discept. 7. 6. n. 8. & post
ab eo relatos cum pluribus Rotę Romanę deci-
sionibus Post. de manuten. d. obseru. 16. n. 47.
& latè prosequitur Laurent. Vesel. concl. 164.
& n. 11. vbi nu. 15. subiungit, quod quando de-
uolutio feudi est dubia, ac probabiliter con-
trouerti potest, Dominus tunc possessio agere

Digitized by Google

C. de rei vendic. Dec. conſ.144. ſub nu.4. Buratt. d. deciſ.505. nu. 6. Idque non obſtante lapſu 100. annorum, & immemorabili præſcriptione; quia quotieſcunque claruerit veritas, quòd res mea ſit, mihi venit reſtituenda præſcriptione non ſuffragante, cùm ſcriptum ſit non dimit-
8 titur peccatum † niſi reſtituatur ablatum, vt latius proſequitur Paul. Rub. in addit. ad deciſ.6. nu.108. vſque ad 112. pat. 3. recent. vbi de communi, & receptiori, ea namque eſt natura malæ fidei maculare quamcunque præſcriptionem, & tanquam fulgur quidquid inuenit omne in oppoſitum ducere ad hoc, vt piè, & ſanctè homines in hoc ſæculo viuant idem Rub. ad prædictam deciſ.6. num. 110. pat. 3. recent. hactenus aduerſarij.

Si quidem ex parte Epiſcopi non allegatur titulus iniuſtus & vitioſus, ſed ſolùm vtitur ſua antiquiſſima poſſeſſione, ſeu quaſi concedendi prædictas terras in feudum cum præſcriptione ſe rè centenaria, quę hactenus ſuum obtinuit integralem effectum, nec per ipſum vnquã deductum fuit, quod non obſtante aſſerta liberatio-
29 ne † ab eius prædeceſſoribus horum bonorum emanauerint conceſſiones. Verum dictam ſuppoſitam affrancationem para aduerſa produxit; quæ propterea iuribus eiuſdem Epiſcopi in nihilo prorſus refragatur minuſve præſcriptionis perfectionem impedit Molin. de primogenit. lib. 2 cap. 3. nu. ſub nu 126. verſic. quod ego intelligo. Fontanel. de pact nupt. clauſ.4. gloſ. 13. pat.4. num. 47. vſque ad 51. eoque potiſſimùm, quia Epiſcopus habet pro ſe plures actus, multiplicatos contractus, ac innumeras prope-
30 modum inueſtituras, † quæ dant titulum habilẽ ad præſcribendam qualitatem feudalitatis, & vaſſallagij. Caren dicta reſol. 56. nu. 3. ſubiungens ad præſcriptionem ſufficere titulum putatiuum, & inualidum.

Vnde cum ſeclusis etiam pluribus inueſtituris per auctores DD. de Caſſinis diuerſis temporibus ſuſceptas, ac renouatis adhuc contra ipſos de Caſſinis ſuperſit vltra quadrigenariam præſ-
31 criptioné, † cùm tamen trigenaria dumtaxat ſiue ſimus in vaſſallo contra dominum, ſiue vertemur in domino contra vaſſallum ſufficiat, vt promiſcuè animaduertunt Mynſyng. pract. obſeruat. 29. num. 4. centur. 4. Schrader. de feud. part. 9. cap. 4. num. 13. & ſeq. cum adductis per Roſental. de feud. cap. 6. concluſ. 81. num. 1. cum adductis in gloſ. A. Bardellon. conſ. 131. nu. 19. & ſeq. Camil. Larath. de feud. par. 8. dilucid. 17. per tot. cum infinitis, qui adduci poſſent in cõcluſione indubitata, maximè vbi agitur de fauore Eccleſiæ, & vt res in priori ſtatu feudalitatis conſeruetur, vel redeat; eorum propterea hæret obauditi omninò debebat; præcipuè cum Ius tertij intricatum, ac non ſubſiſtens adduci-
32 tur; & tamen vt huiuſmodi exceptio † de iure tertij ſuffragetur, duo præcisè requiruntur, alterum, quod exceptio ſit ipſo iure excluſiua agentis, alterum, quòd tertius, de cuius iure agitur in exceptionem conſentiat, vel illam opponat. Buratt. deciſ. 76. numer. 18. Leoncill. deciſ. Ferrar. 73. num. 1. Cyriac. controuerſ. 68. num. 2.

Fides autem mala, quæ ſupponitur ad euer-
tendam quamcunque præſcriptionem, † vt prę- 33
ter adductos animaduertit, & copioſe proſequitur Io. Franc. Andreol. controuerſ. 142. per to-
tam, tanquam non probata † nihil releuat, vi- 34
gente in contrarium præſumptione bonæ fidei, Mart. Medic. deciſ. Senen. 95. nu. 2. Durand. deciſ. 354. num. 61. & 62. vbi quod iſtud & magis in perſona Eccleſiaſtica vigeat. Schenard. conſ. 29. num. 12. vbi quod in qualibet præſcriptione ſemper bona fides præſumatur. Menoc. conſ. 701. num 92. vbi de præſcriptione allegata aduerſus DD. Comites de Perſico agentes ad recuperationem feudi Sablonetæ Mar. Anton. var. reſolut. 108. nu. 41. & ſeq. lib. 1. Peregr. conſ. 19. nu. 14. & ſeq. lib 1.

Tandem aduerſus Venerabilem Epiſcopatũ concludebatur quocunq; ipſum deſtitutum iure propter præcitatam inueſtituram D. Co. Vincentij de Caſſinis ſuſceptam, ſeu renouatam ſub die 4. Martij 1647. imò & præcedentes omnes alias poſt liberationem per errorem ſuſceptas, in quibus expreſsè dixit, ac proteſtatus fuit Illuſtriſs. Dominus pro tempore inueſtiens per huiuſmodi inueſtituras ſe nihil dare, vel concede-
re, † quod indebitè eſſet occupatum de iuribus 35
Epiſcopatus, aut quod eſſet iuris cuiuſque alterius tertij, per quam clauſulam præſeruata iura inueſtiti dicuntur, nec eis, nec anteactæ liberationi non cogitatæ derogatum dici poteſt ex conſ. 2. n. 89. inter conſ. feudal. diuerſ. cùm operentur clauſulæ præſeruatiuæ, vt per eas cenſeantur illæſa priora iura conſeruata, l. 4. §. 1. ff. quibus mod. pign. vel hypoth. ſoluat. Rota deciſ. 130. nu. 4. par. recent. Ciarlin. controu. 49. nu. 62. Cepol. cautel. 213. Mart. clauſ. 134. n. 9. pat. 1. & clauſ. 35. n. 2. pat. 2. vbi quod hæc clauſula in inueſtitura habetur ſemper pro expreſſa, licet non opponatur, quia non eſt intentio inueſtientis per ſuam conceſſionem iuri alterius derogare, ſed quòd ſuũ eſt dumtaxat concedere; ita quod iura aliena ſemper ſint ſalua; Frec. de ſubfeud. lib. 2. q. 4. n. 8. & q 6. n. 3. quin ſequitur Mart. d. clauſ. 35. ſub n. 5. Milan. deciſ. 8. n. 67. lib. 1. Corbul. de cauſ. priuat. ob non ſolut. can. ampliat. 45. n. 5. Barboſ. de clauſ. 139. nu. 8. & 141. nu. 3. Alex. conſ. 195. nu. 9 lib. 6. vbi quod huiuſmodi clauſulæ non diſponunt, neq; conferunt Ius aliquod, ſed ſi partes iura habent, de quo docere tenentur, illud eſt præſeruatum, quod placet etiam Rotę deciſ. 221. n. 28. par. 7. recent. Barboſ. dicta clauſul. 139. num. 5. quo loci aſſerit dictam clauſulam tueri illæſum, quod quid habet, nil verò de nouo præſtare. Cùm igitur nullum ius ope liberationis ſublatum amplius haberet Epiſcopatus, ſed omnimodum reſideret in poſſeſſoribus Curię Angeli, meritò ex prædictis concludendum venit per inueſtituras nullum itidem ius nactum fuiſſe Epiſcopatum, ſed immo, quòd inueſtiti ante-

cedenter

cedentem habebat praeseruatum, nec aliquid
illarum praeiudicium liberationi non expressae,
nec cogitatae, quippe quod clausula, vt supra
posita intelligatur respectu Iuris non expressi,
& non cogitati vt tradit Frecc. de subfeud. p. 2.
d. qu.4. nu.5. & post alios Menoch. cons. 578.
num.43.

Cui tamen obiectioni replicabatur id, quod
supra iam tetigimus, nimirum exceptionem as-
sertae liberationis concernere Ius tertij, nō qui-
dem clarum, sed maximè inuolutum ex eo po-
tissimum, quia non constat de identitate terra-
rum minusve, quod liberatio perfectionem re-
ceperit, aut in executionem, & obseruantiam
deducta extiterit, praeterquam cùm Piperarij,
neque eorum haeredes vnquam reclamauerint,
necessario infertur, vel quod liberationem pro
non absoluta habuerint, vel si quid Iuris exinde
acquisiuerint; Ecclesiae remittere intellexerint
per spontaneam Inuestiturae renouationem:
Quemadmodum fuerunt de feudo Curię Podij
per eos à subfeudalitate, ac censu liberato, vt
videre est penès Caephal. cons. 272. per totum.

Insuper retorquetur argumentum, & ratio-
36 cinatio ducta à clausula salnis Iurib. † quae quo-
ad expressa inter concedentem, & concessiona-
rium nihil prorsus operatur, ne inducatur repu-
gnantia, ideoq; non tollit quominus bona cō-
trouersa tanquam feudalia acquisiuerint Domi-
ni de Caffinis, & quia talia à D. directi eadem re
cognouerint Menoch. cons. 378. nu. 42. & seq.
Peregr. cons. 19. nu. 21. libr. 1. cum adductis per
Giouagn. cons. 8. nu. 156. & consil. 9. nu. 89. &
cons. 11. nu. 6. libr. 1. quibus etiam famulantur
auctoritates in contrarium congestae. In tantum
37 quod dicta clausula † non facit quin quoad Do-
minum, & vassallum bona huiusmodi feudalia
censeantur. Quinimmo de natura istius clausu-
lae principaliter cùm sit ne Dominus feudo eui-
cto, seu re in in feudum concessa euicta de eui-
ctione teneatur Andr. Isern. in cap. 1. in princ.
nu. 2. & ibi Afflict. nu. 5. de leg. Cor. Schrader.
de feud. par 5. cap. 2. sub nu. 49. versic. & inter
caetera Rosental. de feud. cap. 6. conclus. 8. n. 1.
& in glos. E. Mangil. de euict. quaest. 116. n. 11.
& quaest. 124. num. 25. & 36. Hunc tamen effe-
ctum in praesenti facti specie operari non posset,
vbi per Piperarios ex capite liberationis prae-
tenderetur euictio. Quandoquidem hanc actio-
nem intentare nō possent aduersus D. Caffinos,
cùm bona praedicta tanquam feudalia ab eisdem
de Piperarijs mediantibus eorum auctoribus e-
merint. Vnde ipsis imputandum veniret, quod
bona per eos liberata, vt praetendunt, tanquam
feudalia distraxerint, minus vero aduersus mo-
dernum successorem in Episcopatu, cui mala fi-
38 des † praedecessorum, si qua intercessisset, cùm
tamen nullam adfuisse demonstrauerimus, mi-
nimè obesset ex traditis per Peregr. dicto cons.
19. nu. 14. lib. 1. Rota coram Penia decis. 103.
num. 15.

In scriptura tandē relationis nouissime S. C.
factae duo addebantur, alterum quod à feudali-
tate Episcopatus hob. 139. vigore Breuis Apo-
stolici liberatae extiterint, quodque sint nunc
controuersiae, verùm cùm ista identitas nec de-
ducta, nec probata appareat, & potiùs de con-
trario constet stante continuata Inuestiturarum
renouatione, ideo fundamentum illud allegari
non merebatur, cùm ab allegante identitas † 39
formiter probari debeat Cyriac. controuers. 145.
nu. 10. & controu. 192. nu. 1.

Alterum quod loco feudalitatis D. Piperarius
iugera 29. subiugauerat, quod quidem funda-
mentum prosternitur propter euictionem secu-
tam de praedictis terris, vt admittit etiam auctor
ipsius relationis, seu magis, quia nunquam di-
cta subrogatio effectum habuerit, quod tamen
ex abundanti dictum sit, quoniam illae replica-
tiones intrarent vbi identitas istarum ad illas
terras demonstraretur, cùm tamē manifesta ad-
sit diuersitas, sicque eiusdem relationis funda-
menta solidam in facto non habentia basem, ac
radicem corruunt.

Nec allegatae preces conferunt ad causam,
cùm concernant terras à subfeudalitate per D.
Marchionem Maximilianum Gonzagam libe-
ratas, quae quidem liberatio, nec ipsa perfectio-
nem aliquam recepit, cùm D. Marchio Sigis-
mundus succedens in Curia vigore fideicom-
missi recuperauerit per sententiam ab Illustrissi-
mo Senatu Mantuę latam testibus Caephal. cons.
272. & Riminald. Iun. cons. 9 per totam, à qua
quidem sententia, tametsi reclamauerint Do-
mini Piperarij, & reuisionem causae a S. C. re-
portauerint, vt indicant responsio Laderch. 101.
& Bertazol. in ciuil. 75. attamen adhuc succu-
buerunt, Curiamque ipsam non obstante asser-
ta liberatione haeredes eiusdem D. Marchionis
Sigismundi adhuc pacificè possident, vt in hac
patria cunctis patet. Quapropter cùm per octua-
ginta annos in feudum continuando praeceden-
tes Inuestituras huiusmodi terrae fuerint ab E-
piscopatu recognitae, & quod magis est tanquā
feudales praeisè in hāc familiam modo extin-
ctam Caffinorum intrauerint, tria sequuntur,
quòd in effectu reputentur feudalia, quod qua-
tenus libera essent actio aliqua non competeret
D. Commissae, quodque attendi debeat vltimus
status † feudalitatis. Natt. cons. 367. n. 18. Ma- 40
nent. decis. 56. nu. 35. Rota decis. 67. n. in. apud
Merlin. de legitim. Lauren. Visell. concl. 154.
sub num. 2. vers. verùm quia.

Quibus tamen adhuc cessantibus cum Breue
Apostolicum si euidenter, † non nisi longè post 41
obitum Papae concedentis Commissarijs praesē-
tatum appareat. Ideo liberatio subsecuta irrita,
sic instante Episcopo, reputata extitit. Rota de-
cis. 493. nu. 3. par. 2. recent. Durand. decis. 397.
n. 6. & 12. Fulgin. de emphyt. tit. de contract.
emphy. quaest. 21. nu. 21.

Quare &c. Saluo &c.

ARGVMENTVM.

Fructus feudalium præsertim à solo non separati, qualiter in hæredes extraneos transeant, & naturales filij à feudalium successione arceantur:

SVMMARIVM.

1 Naturales in feudis non succedunt.
2 Fructus feudi in totum spectant ad hæredem in allodia vassallo post kalendas Martij defuncto.
3 Ius accrescendi habet locum in feudalibus.
4 Hæres sine inuentario tenetur etiam erga creditores de fructibus feudi.
5 Hæreditas dicitur, quod superest ære alieno detracto.
6 Patruus alere tenetur nepotes etiam illegitimos pauperes.

Allegatio LXVIII.

Adsit Deus.

NVpertimè nimirum in fine mensis Martij proximè fluxi D. Ioannes Baptista Fachinus ex hac vita migrauit condito per eum coram septem testibus scribente illius Parocho, quorum postea decessit testamento, in quo duobus eius filijs naturalibus mobilia, se mouentia, ac fructus pendentes reliquit, instituto hærede vniuersali D. Iulio Cæsare Fachino eius fratre. Qui bonam agnoscens fidem non tam intendit dictum testamentum in authenticam redigi formam, verùm pro viribus hæreditarijs, & quatenus de Iure tenetur contenta in eo obseruare. Vnde petit à nobis, an illius frater potuerit relinquere fructus pendentes super stabilibus in feudum ab Abbatia felloniæ recognitis, & an ex mobilibus legatis debita testatoris prius detrahi debeant.

Dico igitur, filios ipsius testatoris etiam minimè legitimos capaces esse legati etiam respectu fructuum feudalium, quamuis enim definitum,
1 absolutumque sit naturales † filios in feudo non succedere, c. 1. §. naturales, vbi feudistæ si de feud. defunct. milit. Peregr. cons. 10. n. 1. 7. & 11. lib. 5. Milans. decis. 1. num. 47. part. 1. cum adductis per Ginth. de success. feud. §. 1. gloss. 9. num. 3. Ciarlin controuers. 6. num. 13. & 53. Fulgin de emphy. titul. de diuers. quæst. qu. 26. num. 2. & de contract. emphyt. qu. 34. num. 3. & seq. latissimè Vrsin de success. feudor. par. 1. quæst. 2. art. 1. nu. 7. cum sequentibus Io: Baptista Biloct. conclus. feudal. 79. nu. 1. Rota in Aquen. 27. Martij 1638. coram Virili num. 3. Attamen fructus in facti contingentia considerantur tanquam mere allodium. Quoniam vassallo mortuo post Kalendas Martij † in totum 2
fructus spectant ad eum, in quem ipse vassallus moriens disposuit, non secus ac si omnino allodiales essent, c. 1. §. his consequenter hic finitur lex, vbi notant feudistæ, & tradiderunt Rosental, de feud. cap. 10. conclus. 42. sub nu. 49. versic. Attamen Fachin, controu. Iur. cap. 95. in fin. libr. 7. Io. Baptista Biloct. conclus. feud. 9. num. 5. Concludo igitur feudalitatem fundi in hoc casu non tollere, quominus fructus pro allodialibus reputentur, ac de eis, quemadmodum de cæteris bonis liberis iudicari debeat.

Ad secundum verò quæsitum replicatur D. Iulium Cæsarem hæredem institutum posse feuda capere Iure accrescendi, † seu non decrescendi, ac successionis feudalis, tanquam in antiquis 3
Inuestituris comprehensum. Mortuo namque coinuestito feudum ipso Iure ad conuassallum spectat Surd. cons. 549. sub nu. 11. versic. præterea Io. Anton. Bellon. cons. 30. n. 26. 27. & 28. Larath. in Theatr. feudal. par. 12. dilucidat. 50. nu. 5. & 6. Cyriac. controu. 79. nu. 9. vbi quod neque inuestituram renouare cogatur ob mortẽ fratris conuassalli, tametsi hic Mantuæ prætendatur, ac in effectu obseruetur etiam isto in casu renouatio inuestituræ Fulgin. de emphy. tit. de success. in bon. emph. quæst. 20. per totam, & de contract. emphy. quæst. 34. nu. 24. & seq. Rota in Portuen. Stagni 10. Iunij 1641. num. 27. & seq. & 16. Decembris 1641. nu. 8. & seq. coram Panzitolo. Vel etiam potest ad ea succedere tanquam hæres † fratris, & tunc vt sibi con- 4
sulat aduersus creditores, & legatarios necesse est, quod hæreditatem agnoscat cum beneficio legis, & Inuentarij, aliàs quasi cum legatarijs, & creditoribus contraheret, & consequenter etiam vltra vires hæreditatis teneretur Cyriac. controuers. 5. num. 34. & in terminis censuit Senatus Excellentiss. contra Stephanum de Butijs quæ nunc est alleg. 22. huc volum.

Hinc ergo ad omnem bonum finem D. Iulius Cæsar hæreditatem ex testamento fratris in authenticam, & probantem formam prius redacto, & cum beneficio legis, atq; Inuentarij adire poterit, tum ne grauetur vltra vires, tum vt satisfacere possit ex bonis allodialibus, & liberis prius creditoribus, deinde si quid supererit legatarijs. Hæreditas † enim, & bona defuncti 5
dicuntur, quæ ære alieno ipsius detracto supersunt l. subsignatum 39. §. bona, ff. de verb. signific. l. quantitas 72. ff. ad l. falcid. l. fin. §. sin autem, Co. de bon. quæ liber. cum iuribus cumulatis per Cyriac. controuers. 222. num. 76. & sequ. Barbos. axiomat. 37. num. 1. quod si solutis debitis nil amplius ex bonis liberis supererit,

Digitized by Google

rit, absque alienum absorbeat non tam mobilia, & semouentia, quàm etiam fructus pendentes super feudis, seu eorum valorem.

Bene verum est, quòd D. Iulius Cæsar tamquam Patruus † erga istos nepotes quantumuis naturales obligatus erit ad alimenta ex Surd. de aliment. tit. 1 quæst. 5. num. 31. & seq. Mastrill. decis. 85. nu. 15. & seq. Duran. decis. 95. nu. 1. & seq. Rota decis. 30. nu. 4. & 5. & decis. 193. nu. 51. par. 7. recent. vbi post alios volunt quod frater non solùm fratri, sed etiam filijs fratrum naturalibus, & è contra stante paupertate teneatur alimenta præstare. 6

Quare &c. Saluo &c.

ARGVMENTVM.

Declarata feudi deuolutione ob aliquam causam si de nouo concedatur Inuestitura prætendentibus illud non amplius antiquum, sed nouum feuuum euadit.

SVMMARIVM.

1 *Feudum aliàs antiquum vbi ex noua causa conceditur comprehensis efficitur nouum, & quando comprehensi ex gratia inuestiuntur num 9. Amplia vt nu. 10. Declara vt nu. 17.*

2 *Transuersales in feudo nouo non succedunt, nisi expressè vocentur; fallit in feudo iure antiquo concesso num. 3.*

4 *Inuestitura noua non facit feudum nouum, quando est facta comprehensis de bonis antiquis.*

5 *Clausula, & de gratia speciali quatenus opus sit, in concessione feudi nihil operatur, quando inuestitus non indiget gratia, & tunc habetur pro non apposita nu 6. & adhibita ad maiorem cautelam nocere non debet nu. 7.*

8 *Fœmina à successione feudi semel exclusa semper remanet exclusa.*

11 *Monialis est capax feudi Ecclesiæ.*

12 *Religiosi in feudis secularibus regulariter*

13 *Abbatissa pro feudo laicali obligata præstare iuramentum per se ipsam cum honesta societate egredi potest ad illud subeundum dummodo incontinenti reuertatur.*

14 *Renunciatio facta vniuersaliter à profitente in Monasterio comprehendit etiam feudalia. Realis facit ne persona renunciantis habeatur amplius in consideratione nu. 15. Amplia stante feudi alienabilitate, num. 16.*

Allegatio LXIX.

Adsit Deus.

Dvbitationes eleuatę per Illustriss. Dominos Iudices Compromissarios, seu amicabiles compositores consistunt in eo, quod feudum de quo agitur, nouum in personas DD. Iolij, & Gulielmi fratrum de Delphinis per transactionem enunciatam in instrumento diei 21. Inoij 1644. qui cùm decesserint sine descendētibus dederunt locum illius deuolutioni, & omni in casu, quod in renouatione dictæ inuestituræ non fuerit facta mētio de Admodum Reu. Moniali, quæ nec etiam sit capax istorum bonorum.

Tres præsens alteratio inspectiones habet prima quarum facillimæ esset resolutionis, vbi simpliciter, & absolutè dicti fratres vigore transactionis inuestituram suscepissent ea ratione, quia vbi feudum † conceditur alicui ex noua causa, & non ex antiqua inuestitura dicitur nouum, & non antiquum, quando maximè in inuestitura exprimitur, quo iure, quoque titulo ad eum pertinuerit, tametsi in vnum, vel plures ex comprehensis in inuestitura conferratur. Bald. in c. 1. nu. 19. in fin. vers. idem si simpliciter in fin. tit. an agnat. vel fil. defunct. Cionag. cons. 14. nu. 17. lib. 1. cum adductis per Cyriac. controuers. 4. num. 27. & seq. quos reassumpsit Illustriss. Dominus Senator Paraleonus in causa Serenissimæ D.N. contra Bonattum nu. 58. & 59. quibus accedunt Menoch. cons. 504. nu. 8. & cumulati per nos allegat. 20. nu. 101. fol. 160. lib. 1. & faciunt tradita per Rosentral. de feud. cap 2. conclus. 25. per totam, & per Io. Anton. Bellon. cons. 45. num. 68. Quo stante necessariò sequitur à successione dicti feudi Dominam ipsorum sororem nunc monialem professam arceri, quia in feudo nouo transuersales † expressè non vocati non succedunt c. voic. § fin. de success. feud. cum iuribus cumulatis per Larath. de feud. par. 9. diluçid. 3. nu. 6. & per Cæphal. cons. 173. nu. 3. Gall. cons. 8. nu. 2. Fachin. cons. 29. n. 30. lib. 1. & alios congestos ab eodem D. Senatore Paraleono in dicta iuris allegat. n. 60. Giouagn. cons. 24. num. 19. lib. 2. Giurb de success. feud. prælud. 6. nu. 25. & seq. Cyriac. controuers. 1. num 1. 1 2

Secunda verò plus dubietatis secum affert, dum enim inuestitura cantat auctoritate renouatæ concessionis, & inuestituræ, perindeque sit ac si dictum foiset iura feudi paterni, & antiqui, ex quo in idem coincinduot; quando autē conceditur per renouationem inuestituræ, seu

cum

3 cum clausula iure feudi antiqui, vel alia forma
idem importanti, quod in eo etiam transuersa-
les succedant Iuris indubitatissimi videtur per
ea quæ in terminis tradunt infiniti propemodũ
doctores relati per Io. Anton. Bellon. consil. 9.
à nu. 11. vsque ad 25. Peregr. decis. 7. per totam,
Giouagn. cons. 24. & 25. lib. 2. ratioque est in
promptu, quia renouationes fiunt ad confirma-
tionem præcedentium inuestiturarum. Bursat.
cons. 150. nu. 6. Giouagn. cons. 60. num. 20. in
fin. lib. 1. & d. cons. 25. nu. 14. libr. 2. Cyriac. in
tract. legitim. success. Ducis Caroli art. 3. nu. 8.
Gratian. discept. forens. 913. nu. 23. & 24. La-
rath. de feud. par. 4. dilucid. 36. num. 1. Præter-
4 quamquod noua inuestitura † non facit feudum
nouum quando est facta comprehensis de bonis
antiquis, sed remanet antiquum. Roland. con-
sil. 60. nu. 8. lib. & cons. 41. nu. 15. & 21. lib.
2. Decian. cons. 90. nu. 4. & 5. lib. 3. vbi id ma-
ximè procedere ait in feudo Ecclesiæ, in quo ve
ritas simpliciter attenditur, & si in veritate feu-
dum est antiquum, & paternum pro nouo con-
cessio fieri nequit, Iacob. Gall. cons. 38. nu. 62.
in fin. & seq. Giouagn. d. cons. 60. num. 20. &
cons. 25. nu. 10. Neque perplexitatem aliquam
generat subsequens clausula, & de gratia spe-
5 ciali, † quatenus opus sit, quoniam dicti fratres
gratia speciali minime indigebant ex præcedē-
ti præsupposito, quod Dominus voluerit eisdē
renouare præcedentes inuestituras; id enim fa-
cere potuisse vix est, vt in controuersiam dedu-
ci possit. Schrader. de feud. par. 2. cap. 3. n. 48.
& latius examinat Giouagn. d. cons. 25. nu. 41.
cum tribus sequ. lib. 2. Rota decis. 176. nu. 36.
& 37. par. 5. recent. & ad rem latius exornat in
Mediolanen. emphyteusis, seu bonorum 15. A-
prilis 1641. nu. 12. coram Merlino. Vnde resol-
uitur concessio ex gratia speciali, quippe quia
dicti fratres præsupposita renouatione non am-
6 plius indigebant gratia speciali, & proinde est
ac si dicta conditio non fuisset apposita, vt ad
rem optimè examinant, & exornant Luduuis.
decis. 555. nu. 2. Duran. decis. 83. nu. 18. Rota
decis. 12. nu. 37. & seq. par. 6. recent. & coram
Martin. Andr. decis. 5. num. 8. & in terminis
7 Bardellon. cons. 54. nu. 23. ac tanquam † adhi-
bitas ad maiorum cautelam nocumentum affer-
re non debet Felin. in c. cùm ordinem n. 3. de
rescript. Rota decis. 36. num. 56. par. 5. recent.
& in Tolosana territorij 30. Martij 1648. n. 10.
coram Octobono.

Quia autem obiectum istud non officit in Iure, seu
retorquetur constito in effectu quod prædicti
Domini fratres de Delphinis noua feudi conces
sione indiguerint. Hinc igitur in facto præmit-
tendum venit, quòd feuda de quibus nunc agi-
tur spectabant ad Dominos Zaffardos, & ad quæ
partim ipsorum descendentes masculi, partim
verò hæredes vtriusque sexus ad successionem
illorum vocati essent, Vnde cùm ipsi postmodū
decesserint nullis post se relictis masculis super
extante dumtaxat ipsorum sorore matre DD. de
Delphinis aduersus ipsam, & eius filios decla-
rata extitit caducitas, seu feudorũ intentata de-
uolutio quoad masculina ob lineam finitã quo-
ad fœminina ex regula quod fœmina semel † ex- 8
clusa semper remaneat exclusa ad latissimè tra-
dita per Cyriac. controuers. 112. num. 14. ac per
totam, à quo tanquam Commissario Episcopa-
tus, & iudice in hac causa ad omnimodam D.
de Delphinis ab hisce feudis exclusionem iudi-
catum extitit; quibus attentis negari non potest
quin dicti fratres indigerent gratia, ac feudum
euaserit vndique nouum, Bald. in c. Imperialem
§. insuper nu. 8. de prohibit. feud. alienat. per
Federic. Clar. in § feudum, quæst. 8. in fin. Bur-
sat. cons. 252. nu. 8. & per totum Stephan. à S.
Georg. de contract. lib. 2. cap. 54. nu. 6. in fin.
alios cumulat Bardellon. d. consil. 54. num. 22.
quamuis in contraria opinione resideat ob cir-
cumstantias huic casui minimè applicabiles. Et
propterea de feudo nouo, ac de gratia speciali
inuestiti censentur, quoniam sine speciali gratia
ad feuda prędicta admitti non poterant. Duran.
dicta decis. 83. num. 28. maximè cum Inuestitu-
ra præcisè emanauerit in ordine tantummodo
ad conuentionem inter ipsas partes secutam,
qua seclusa res erat valde in ancipiti pro dictis
fratribus de Delphinis, & iam Venerabilis Epi-
scopatus sententiam fauorabilem obtinuerat.
Vnde etiam si Episcopus realem † non accepisset 10
possessionem feudi, nec eam sibi incorporauerit
nihilominus concedendo nouam inuestituram
cum remissione deuolutionis per sententiã an-
tea declaratæ dicitur de nouo concedere volu-
isse Alex. cons. 34. num. 6. lib. 1. Clar. in §. feu-
dum, quæst. 8. num. 6. per medium, vers. secus
autem. Rosental. de feud. cap. 2. conclus. 18. n.
2. cum adductis per Rotam in Portuen. Sragni,
10. Iunij 1641. in fin. Panzirol. & in eadem 16.
Decembris 1641. num. 20. coram eodem, & in
Rauennaten. domus 17. Martij 1631. nu. 13. &
14. coram Roias.

Tertia demum inspectio seclusa † renuncia- 11
tione, quæ feudi refutationem realem importa-
ret, ex quo versamur in feudo Ecclesiæ resolu-
ta remanet ex traditis per nos allegat. 9. nu. 6.
ac per totam lib. 1. vbi etiam Rota in decisione
post eandem allegationem impressa Gratian di-
scept. forens. 481. num. 64. vbi quod Monialis
possit succedere ad feudum, ad quod succedit fę-
mina. Giurb. de success. feud. §. glos. 7. nu. 23.
& sequ. vbi quod Monasterium capax successio-
nis gaudeat commoditatibus feudi vita Mona-
chi durante. Barbos. de vniuers. iur. Eccles. lib.
3. cap. 31. nu. 10. Cyriac. controuers. 475. n. 28.
& iterum, ac latius dixi pro Monialibus Sanctæ
Mariæ Carminini optima id fundatur ratione,
quia non est verisimile, quòd Ecclesia in con-
cessione feudorum voluerit excludere personas
militia Ecclesiasticæ deditas. Afflict. decis. 320.
sub num. 4. versic. nec obstat, vbi quòd si fœ-
mina succedat ex dispensatione monialium suf
fragetur, secus verò quando vti in facti contin-
gentia admittitur ex pacto inuestitura ad feudũ
Ecclesiasticum; nam & tunc monialis professa
dicitur

diditur capax. Io. Baptista Bilo... conclus. feu-
dal.65. nu.9. Dum ergo ... aliqui ex feudistis tra-
12 dunt religiosos no... succedere in feudo, vt vi-
dere est pen... Afflict. dicta decis. 310. & Capy.
decis. 10. n...m. 32. & per Staiban Senior. cons.
55. nu... & Iun. resolut. 33. num. 1. 2. & 3. ac
per totam intelligi debet de feudo laicali, quod
nec semper verum est; nam Monasterium Mo-
nialium etiam in feudo seculari succedit. In tan
13 tum quòd vbi Abbatissa, vel Priorissa † propter
feudum tenetur præstare iuramentum fidelita-
tis alicui domino sæculari, si illud per procura-
torem præstare nequit, tunc potest cum honesta
societate exire, modo statim præstito iuramento
reuertatur, vt probat textus in c. 1. §. verum de
statut. regul. in 6. Tambur. de iur. Abbatiss. di-
sput. 20. qu. 2. nu. 5. Sanchez. in præcept. Recl.
lib. 6. cap. 15. nu. 51. & 60. Bonacin. de clausul.
quæst. 1. punct. 9. nu. 9. Barbos. de vniuers. Iur.
Eccles. lib. 1. qu. 44. nu. 79. Francisc. Pellizzari.
in tract. de Monial. cap. 5. nu 63.

Ex eo igitur, quod esset monialis, & professa
in Monasterio bonorum capaci nullum prorsus
fundamentum facere pro Illustrissimo, & Reue-
rendiss. DD. N ad eam excludendam à succes-
sione feudalium, sed in præsupposito, quod v-
14 niuersaliter renunciauerit eius bonis † ac conse-
quenter feudalibus ad tradita per Gallerat. de
renuncias. lib. 4. cap. 2. sub num. 48. vers. non
comprehenditur præterea, quæ quidem quoad
15 feuda renunciatio, seu refutatio † realis facit, ne
amplius eius persona habeatur in consideratio-
ne. Cyriac. controuers. 113. n. 19. & 20. & con-
trouers. 223. num. 17. & seq. maximè cùm simus
16 in feudis ex consuetudine alienabilibus, in qui-
bus non cadit refutatio personalis, ex Manens.
cons. 43. nu. 81. & seq.

Quod vbi in facto verificaretur, neque enim
nobis hactenus constat an & qualiter ipsa Mo-
nialis renunciauerit eo fortius Iura Episcopatus
comprobarentur, tametsi in concursu existant
ex eo, quia dicti fratres ad feuda huiusmodi as-
pirare non poterant, nisi ex gratia speciali, &
ita iudicatum, ex quibus si excludebatur soror,
tanto magis excludebatur D. Marchionissa Ar-
rigona de Bellencinis, aliiq; prætendentes tan-
quam altius eorum descendentiam ab illis de
Zaffardis repetentes, non solùm quia maior pars
feudalium acquisita apparet ab illis de Zaffar-
dis, à quibus ipsa, & consortes de Bellincinis
non descendunt, verùm etiam quia adsunt feu-
da masculina, & quod magis est omnia in per-
sonas DD. fratrum de Delphinis effecta fuerunt,
tanquam concessa declarata iam deuolutione,
ac possessionis per sententiam confirmatione
subsecuta. quicquid esset, si versaremur in sim-
17 plici remissione caducitatis, † quæ non induxis-
set nouam concessionem, sed antiquam in sua
primæua natura, & forma conseruasset, in qui-
bus terminis procedit Rota in Mediolan. em-
phyteusis, seu bonorum 15. Aprilis 1641. Mer-
lino inter eius nunc impressas.

Quare &c. Saluo &c.

ARGVMENTVM.

Ob cessationem biennalem in solutione canonum emphyteusis ecclesiastica incidit in commissum, & quando emphyteutæ caducitas remissa non censeatur.

SVMMARIVM.

1 *CAducitas censetur remissa non solùm per expressam, sed etiam per tacitam Domini voluntatem. Si per voluntatem Domini cessauerit protestatio in contrariũ non suffragatur nu. 2.*

3 *Emphyteuta est facienda remissio ad rationẽ diminutionis fructuum, quando pensio illis corrispondet; & ob alios casus, vt nu. 4. & 5. & de ratione nu. 6. & 7.*

8 *Emphyteuta liberatur à canonis præstatione, si tota res emphyteutica pereat. Qui non soluit non priuatur si habet creditum cum Domino num. 12. Tenetur petere renouationem Inuestitura, nu. 16. Declara vt nu. 17. Ob non solutum canonem Ecclesiæ per biennium cadit ab emphyteusi nu. 23. Solutiones canonum tenetur probare, nu. 24. & de ratione n. 25. Soluit canones non ratione fructuum, sed pro recognitione directi dominij nu. 26. Non liberatur à canonum solutione, eo quòd fructus non percipiat nu. 30. Si prætendit canonem fructibus respondere probare tenetur nu. 31.*

9 *Canonis simplex solutio non concludit pernecesse fructuum perceptionem.*

10 *Soluens indebitum per errorem potest repetere.*

11 *Repetenti indebitè solutum magis fauendum.*

13 *Laudimium non debetur ex dispositione, quæ non habuit effectum, & non nisi perfecto contractu, & impleta condictione num 14. contra num. 41. Solutum tamen si contractus resoluatur non repetitur nu. 38 debetur propter hæreditatis renunciationem, num. 39.*

15 *Caducitatem excludit quælibet causa etiam iniusta.*

18 *Emphyteusis ob non renouatam Inuestituram non deuoluit. Noua Inuestitura si non sustinetur prima reuiuiscit nu. 20*

19 *Error vbi est ibi deficit consensus.*

21 *Domino directi agenti ad deuolutionem non competit via executiua, quando deuolutio est turbida.*

22 *Pactum de associando, vel ingrediendo propria auctoritate non operatur contra emphyteutam, nisi cùm constat eum esse destitutum omni defensione, & nu. 42.*

27 *Clausula, & non alias, nec alio modo conditionem*

Digitized by Google

tionem importat. Adimit consensum ab actu num. 8. facit, vt actus in totum acceptari debeat nu. 29.

32 *Facta multa tenent, quæ fieri prohibentur.*
33 *Canonum pro solutione vnius anni sterilitas cum alterius vbertate compensatur.*
34 *Hæres tenetur seruare factum defuncti.*
35 *Rei suæ quilibet est moderator & arbiter.*
36 *Vidua per transitū ad secundas nuptias priuatur hæreditate à priori marito, sibi relicta.*
37 *Transactio inter alios inita tertio non præiudicat.*
40 *Patiens alium inuestiri de emphyteusi ad se spectante sibi præiudicat.*

Allegat. LXX.

Adsit Deus.

RECOGNOSCEBAT in emphyteusim ab
Ecclesia Collegiata S. Andreç Mantuæ D. Iacobus Sibonus prædium
formigatæ Iugerum censum circiter, & apothecas ad soluendum annuatim pro
his libras septuaginta duas pro illo libras quadringentas quadraginta; qui cùm diem clauserit extremum sibi instituit hæredem vniuersalē
D. nunc Comitissam Isabellam, tunc illius vxorem donec vidualem traduceret filijs tacitatis
in ipsorum competenti legitima, quibus vita
functis mater ad secundas conuolanit nuptias,
& de prædictis bonis emphyteoticis formigatæ
soluto laudemio librarum tercentum triginta
obtinuit inuestituram. Postmodum super hæreditate ejus viri orta controuersia, illam renunciauit D. Luciæ Sibonæ dicti eius mariti sorori
vna cum omnibus iuribus ad dictam hæreditatem spectantibus. Quę cùm per plures annos
in canonum solutione defecerit nomine dicti
collegij contra ipsam, declarata extitit caducitas, ad cuius confirmationem nunc agitur, ideò
requisitus, quid de iure sentiam respondeo capitulum fouere optimum Ius, tam & si plura ex
aduerso in contrarium excitentur.

Iuuari in primis se putat D. Lucia ex recessu
à iam declarata caducitate in actis facto nomine collegij, ac per ipsam acceptato, quoniam
ita demum caducitas confirmari potest, nisi ab
ipsa quomodolibet recedatur, quod contingit
1 non solùm per expressam, † sed etiam tacitam
Domini voluntatem. *Ias.* in l. 2. num. 4. & seq.
ff. si quis caut. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 22.
tit. 27. num. 71. Bardellon. cons. 54. nu. 5. Stephan. à Sanct. Georg. lib. 2. cap. 48. nu. 14. Buratt. decis. 617. num. 4. & sub nu. 8. vbi quod caducitas remissa censeatur per receptionem canonis Castill. decis. 72. nu. 24. Pen. decis. 368.
nu. 12. latè Niger. de except. cap. 1. §. 18. num. 1.
& per totum, Clar. in §. feudum q. 31. num. 13.
Surd. decis. 189. nu. 13. Vnde cùm caducitas per
voluntatem Domini cessauerit † protestatio subsecuta non suffragatur, vt benè per Guidonem 2
Pap. decis. 171. & decis. 172. Rota decis. 218. n.
6. par. 5. recent. Mantic. decis. 200. nu. 2. Clar.
in §. emphyt. qu. 10. vers. secut. latè Ferentil. ad
Buratt. dicta decis. 617. sub nu. 8. versic. secundo ampliatur, & decis. 624. nu. 10. & decis. 640.
num. 8. Raudens. var. resolut. 17. num. 28. latè
Niger de except. cap. 1. §. 15. nu. 24. & seq. Sed
blode presupponit esse locum repetitioni finalium
lorum indebitè solutorum pro annis 1630. &
1631. Quia cùm versemur in emphyteusi, pro
qua soluitur pensio correspondens fructibus illis non perceptis pro dicto biennio, sicuti remissio † per Collegium facienda erat, nec em- 3
phyteuta tenebatur soluere Bart. in l. 1. in secūda oppositione, & ibi *Ias.* col. 44. nu. 88. C. de
Iur. emphy. Socin. in l. Gallus 29. §. etiam si parente sub nu. 6. ff. de liber. & posth. Alex. cons.
112. nu. 2. lib. 1. Neuizan. cons. 92. n. 12. & sui
Aretin. cons. 55. & cons. 110. Bolognet. consil.
49. Gozadin. cons. 83. Bellon. cons. 21. nu. 10.
Dec. consi. 161. Ruin. consil. 127. lib. 1. Cyriac.
controuers. 440. num. 7. Surd. decis. 198. nu. 1.
Viu. decis. 100. sub num. 2. Thesaur. decis. 20.
num. 5. Io. Francisc. Andreol. controuers. 119.
nu. 7. Rota apud Statil. Pacific. de Saluian. decis. 187. nu. 6. vbi istud limitat quando fructus
percepti sufficiunt pro integra canonis solutione. Raudens. var. resolut. 17. nu. 1. Thesaur qu.
forens. 51. num. 50. lib. 1. Gail. pract. obseruat.
23. num. 25. lib. 2. Manent. de contract. liuell.
pact. 4. sub num. 42. vers. etiam in emphyteusi.
Gratian. discept. forens. 916. nu. 42. Eoque magis stante hostium incursu de prædictis annis, † 4
& biennio, ex quo solùm emphyteuta liberatur
à canonum solutione. Alex. & alij in l. interdum
21. §. quod ex naufragio, ff. de acquir. possess.
Alex. cons. 112. per totum lib. 1. Gratian. discep.
forens. 195. nu. 19. Gail. pract. obseruat. 23. nu.
23. lib. 2. Stephan. à S. Georg. de contract. lib.
2. cap. 49 nu. 5. Quemadmodum si fundus emphyteuticus fuerit per biennium ab aquis inūdatus † emphyteuta ad nihilum tenetur, pro eo 5
saltem tempore quod res ita submersa manet,
ad tex. in l. cùm vnus 12. §. fin. ff. de bon. auctor.
iudic. possiden. & in l. si in venditione 10. §. 1.
ff. de pericul. & commod. rei vendit. Alex. dicto cons. 112. lib. 1. Corbul. de iur. emphyt. de
caus. priuat. ob non solut. canon. limitat. 18. in
princ. & limit. 19. Afflict. decis. 84. n. 12. Mantic. de tacit. & ambig. libr. 22. tit. 27. num. 45.
Mart. medic. decis. Senen. 22. num. 21. Gratian.
disceptat. forens. 195. nu. 20. ea mouetur ratione † præcitati Doctores, quia in illis casibus perinde est, ac si res non extaret, vel non possideretur. Gratian. dicta discept. 195. nu. 19. Steph. 6
à S. Georgio lib. 2. de contract. cap. 49. num. 5.
in fin.

in fin. Comitol. decis.78. num.1. vbi quod emphyteuta ob non solutionem canonis pro tempore, quo non possedit non incurrat caducitatem, quia paria sunt rem esse inundatam, † vel
7 chasmate per emptam, aut ab hostibus occupatam l. 3. §. labeo, ff. de acqu. vel amitt. possess. Gail. pract. obseruat.23. nu. 23. in fin. lib. 2. Atque re in totum perempta emphyteuta sol-
8 uitur † ab onere canonum soluendorum iuxta illos versus in hac materia decantari consuetos.

Si res perit tota liberabitur emphyteota,
Sed si pro parte nulla liberabitur arte.

Anani. in c. potuit 4. extra locat. Natt. consil, 377. nu.2. Valasc. de Iur. emphy. qu.27. nu. 3. Clar. in §. emphyt. quæst.8. nu. 8. Gratian. discept. forens.195. num.18. Matt. medic. ad decis. Senen. examinar.12. num. 22. Io. Francisc. Andreol. controuers.119. num.6. Stephan. à S. Georg. de contract. lib. 2. cap.49. num.4. Ergo ab eadem solutione exempta similiter dicitur D. Liuia, quæ citra illius culpam possidere tunc, ac fructus percipere destitit.

Nec dicatur nullibi apparere, quod tunc fructus non fuerint percepti, cùm nonnulli tempore pestis, & belli in Mantuana ditione, vt notorium est, agriculturam non deseruerint, & solitas ex prædijs fruges perceperint, quod vtique vehementer præsumitur ex solutione facta per hæredes D. Iacobi Siboni de annua, & integra præstatione, etiam pro ea temporum calamitate, quam sanè vel non fuissent, vel dubia nunc intempestiuè excitata, opportunè in medium attulissent. Quandoquidem canonis simplex
9 pensitatio † non concludit per necesse fructuum perceptionem, vt optimè considerauit Rot. decis.254. nu.6. par.6. recent. sicque fundamentum fieri nequit ad inducendam fructuum recollectionem in solutionibus pro illis duob. ab hærede emanatis.

Sicuti inquam, D. Liuia soluere non tenebatur
10 non secus indebitè solutum † repetere poterit, l.1. ff. de condict. indebit. l. cum quis 10. C. de Iur. & fact. ignorant. Gratian. discept. forens. 501. nu.2. Canaler. decis.460. per totam. Staiban. Iun. resolut.83. nu. 20. vbi ampliat etiam in dubitante, an debeat soluere, vel non Leoncill. decis. Ferrar.69. nu.7. Rota Ian. decis.104. nu.14. Burat. decis.592. nu. 3. & 6. vbi requirit concludentem erroris probationem Niger. de except. cap.1. §.19. num. 14. & seq. vbi limitat in eo, qui scienter indebitum soluit, cùm potius
11 fauendum sit repetenti † pecunias, quàm illi, qui tractat de eas acquirendo ad euitandum odiosum lucrum, Gratian. disceptat. forens.710. num.17.

Vel saltem ad euitandam caducitatem in terminis postea decursis, quicquid de pluri appa-
12 ruerit solutum † veniet compensandum, quæ compensatio ipso Iure fit, etiam si exceptio per aduersarium non fuerit opposita, l. si constat 4. & ibi Bald. num.3. vers. item si lex, C. de compensat. Ias. in leg. 2. num.60. C. de Iur. emphy. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 22. tit. 17. nu.61. Io. Francisc. Andreol. controuers.183. nu.15. Stephan. à S. Georg. lib.2. de contract. cap 49 nu 8. Niger. de except. cap.13. §.2. nu. 30. & §.4 nu. 41 & seq. & §. 14. num. 23. Ciarlin. controu. 8. num.93.

Ab hac conclusione repetendi indebitum, vel saltem compensandi infertur idem statuendum de laudemio per D. Comitissam Isabellam ob susceptam ab ea, seu eius viro Inuestituram eronec soluto; etenim cùm prædicta inuestitura non habuerit effectum, seu habere non potuerit ob transitum ipsius D. Isabellæ ad secundas nuptias non debebatur laudemiũ, † quod pro nullis, & inutilibus, ac effectum non sortientibus dispositionibus non præstatur. Io. Fabr. in l. vltima col.2. in verbo, in irritum, C. commun. de legat. & in l. 1. C. quando non liceat ab empt. disced. Tiraquel. de retract. lignager. §.1. glos. 2. nu.7. & de retract. conuentional. § 6. glos.2. n. 6. Gratian. discept. forens 746. nu.5. & discep. 180. nu.5. Thesaur. quæst. forens. 51. n.4. lib. 4. Cyriac. controuers.70. nu.3. Cald. de emphyt. extinct. lib.4. cap.16. nu.67. & seq. ad ord. text. tit. 36. Ratio esse potest, quia non nisi sub conditione viduitatis bona emphyteutica penes D. Comitissam permanere poterant. Vnde infertur
pendente huiusmodi conditione laudimium † 14
malè solutum fuisse cùm tantummodo debeatur completa conditione, ac perfecta dispositione. Guid. Pap. quæst.47. 116. & 411. & consil.126. Bonint. decis.104. nu.13. Amad. à Pont. quæst. laudem. 36. Thesaur quæst. forens. 51 num.1. libr. 4.

Confirmantur prædicta ex regula vniuersali,
quod quælibet causa etiam non iusta excuset à ca- 15
ducitate Dec. cons.630. num.13. Burat. cons. 26 nu.35. Menoch. cons.460. n.4. Garp. decis. 38. sub num. 1. Cyriac. controuers.368. num.7. Ludouis. decis. 388. nu.4. Burat. decis. 24. nu. 7. Leoncill. decis. Ferrar. 8. nu. 5. Ciarlin. controuers.8. num 94. Rota in Mantuana feudi 17. Iunij 1641. in fin. coram Rojas. Vnde cùm ex prædictis D. Liuia haberet iustam causam credendi se tutam à pœna caducitatis dubio procul excusanda venit.

Et quamuis infra tempus in ipsis Inuestituris præfixum non susceperit inuestituras, seu eas non renouauerit, adeo vt inde quoq. vtilis cum
directo † prætendi posset consolidatio per glos. 16
in c. longinquitate 12. quæst. 2. de probat. c. 1. vbi Abb. in vlt. verbis post Hostiens. de præscr. Bero. cons.119. nu.9. & 10. lib.1. Dec. cons. 389. Corbul. de caus. priuat. ob non petit. Post. consil.111. num.5. & consil.113. num.10. sub n. 7. Rot. decis.378. nu.1. par.3 recent. alias allegatur par.1. Posth. Farinac. Attamen istud nihil releuat, quia quando emphyteusis conceditur in perpetuum, prout in casu præsenti, cum pacto renouandi de certo tempore in certum tempus, tunc ad euitandam contrarietatem renoua-
tio † de tempore ad tempus censetur adiecta ad 17
faciliorem probationem directi dominij, non

autem

autem pro substantia contractus. Butr. in cap. 1. num. 3. ad fin. de præcar. Alciat consil. 42. in fin. tom. 3. lib. 8. Bero. cons. 116. num. 19. lib. 1. Corbul. de caus. priuat. ob finit. temp. num. 17. Rota decis. 450. no. 4. in fin. par. 4. recent. aliàs par. 1. Posth. Farinac. Et non desunt, qui voluerunt ob non suscept. iam inuestituram nunquam
18 emphyteusim deuoluere, cùm iure aliquo istud non repetiatur cautum, vt ponderat Thesaurus qu. forens. 23. nu. 4. 5. & seq. lib. 1. Bardellon. cons. 45. num. 66.

Prædictis omnibus commodè addi posset Inuestituram factam D. Comitissæ Isabellæ per errorem emanasse, perindeque esse, ac si consensus inoes dicetis nô interuenisset ex regula, quod
29 vbi est error † ibi deficit consensus, l. si per errorem, 15. ff de iurisd. omn. iudic. Hieron. Boccafer. cons. 40. nu. 6. Bardellon. cons. 71. n. 9. Rota decis. 188. nu 3. par. 6. recent. Pen. decis. 60. nu. 4. Stagn. dec. 5. Bonon. l. n. 123. nu 8. & ita in puncto argumentatur Rot. Roman. decis. 396. num 6. par. 5 recent. vbi adducit alteram rationem ex cessante causa, quod effectus desinat, & propterea cùm D. Comitissa inuestiretur ex suppositione, quod esset hæres, hoc præsupposito cessante corruit similiter ipsa inuestitura. Quibus accedit, quod ex quo inuestitura facta D. Comitissæ viribus non subsistebat ipso iu-
30 re prima fauore comprehensorum reuiuiscebat, arg. l. voluntate 10. in fin. ff quib. mod. pign. vel hypoth. soluat. Rota decis. 196. nu. 8. par. 5. recent. ita vt D. Liuia inuestiri amplius non indigeat, sed tamquam vocatâ pro inuestita haberetur. Hinc igitur cùm intentata caducitas reddatur admodum turbida nô competebat collegio, via execu tua assotiationis in tenuta bonorum
21 emphyteuticorum, sed via ordinaria † procedendum erat. Rota penes Marchesan. de commiss. tom. 1. fol. 595. & apud Posth. de manuten. decis. 336. nu. 7. Quoniam pactum in inuestitura
22 insertum de ingrediendo † possessionem propria auctoritate nunquam operatur suos effectus, nisi tunc demum, quando constat emphyteutam destitutum omni defensione. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 22. tit. 22. num. 14. Ludouis. decis. 205. num. 18. Rota in Fanen. seu Senogallien. bonorum super immissione 14. Martij 1646. coram Melzio.

Sed præmissis nequaquam obstantibus intentatæ caducitati locum fuisse, ac tenutæ confirmationem impetrari debere pluribus de causis existimo.

Cùm enim ex cessatione in solutione cano-
23 num biennali emphyteusis ecclesiasticæ † inducatur caducitas, c. potuit 4. extra locat. c. hoc Ius, 5. qui rem, C. de sacrosanct. Eccles. §. si verò quis auth. de alienat. & emphyt. Gabr. cons. 84. sub nu. 5. vers. nam quod solutio, lib. 2. Cephal. cons. 709. nu. 4. Clar. in §. emphyt. qu. 9. Bardellon. cons. 55. num. 2. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 22. tit. 2. nu. 38. Rota decis. 420. nu. 5. in fin. par. 3. recent. aliàs par. 1. Posth. Farin. Duran. decis. 402. nu. 5. Thomas decis. Macerat. 60. nu. 16. Stephan. à S. Georg. de contract libris. capit. 48. num. 8. & appareat D. Liuiam etiam vltra duos annos libellorum debitricem. Ideo euitare non potest caducitatis pœnam incursam, & declaratam.

Tantoque magis, quia dobletatem non recipit quin ad emphyteutam † spectet probare ra- 24
tionum solutionem glos. in l. 2. in verbo repellere, vers. item quis probabit, C. de Iur. emphy. Roland. cons. 87. num. 3. lib. 1. Surd. cons. 86. nu. 1. & cons. 288. nu. 1. Bursat. cons. 254. nu. 25. Corbul. de caus. priuat. ob non solut. canon. quæst. 4. nu. 1. Cyriac. controuers. 239. n. 24. & controuers. 519. nu. 15. Paclan. de probat. cap. 22. nu. 8. in fin. & nu. 46. Clar. de emphyt. qu. 10. in fin. Redoan. de reb. Eccles. non alienan. quæst. 20. num. 34. Pistor. quæst. 28. in fin. Gratian. discept. 152. nu. 27. Zucat decis. Lucen. 43. nu. 41. Pen. decis. 19. nu. & seq. Schrader. de feud 2. par. 9. par. princ. sect. 12. nu. 24. Rosental. de feud. cap. 12. conclus. 19. num. 44. & 45. Andr. Koh. de seru t. feudal. titol. de amiss. feud. ob seruitutem præstit. par. vlt. nom. 12. & fol. 419. Capan. de iur. releu. part. 3. quæst. 14. num. 5 Etenim eo ipso quod per emphyteutam
† canon non probatur solutus præsumitur non 25
solutus. Riminald. Iun. cons. 432. nu. 4 & 22. lib. 4. Corbul. dicta quæst. 4. Quapropter cùm pro parte Dominæ Liuiæ sufficienter non doceatur de solutione controuerti non potest, quin in ea non defecerit per plures annos.

Quæ canonum responsio fit per emphyteu- 26
tam non ratione fructuum, sed in recognitionem directi dominij, l. 1. C. de Iur. emphyt. Doctores in cap. potuit 4. extr. locat. Roman cons. 369. num. 32. Valasc. de iur. emphy. qu. 4. nu 5. Gail. pract. obseruat. 21. nu. 25. lib. 2. Corbul. de caus. priuat. ob non solut. cano. ampliat 12. in fin Rota decis. 699. nu. 1. par. 3. recent. aliàs allegatur parte pr. posth. Farinac. Gratian. discept. 703. nu. 17. Rota in Tiburtinen prætensæ deuolutionis 18. Decembris 1614. & 19. Ianuarij 1618. coram Verospio.

His sic præfactis superest nunc remouere oppositiones ad impediendam tenutæ confirmationem in medium allatas. Nô obstat ergo collegium post declaratas caducitates denuò admisisse D. Liuiam ad purgandam moram, quoniam istud non fuit simpliciter, sed cum conditione, & plica, dummodo ipsa infra triduum satisfaceret cum clausula † & non aliàs nec alio modo, 27
quæ importat conditionem, in cuius defectum perinde est, ac si nihil actum fuisset. Ial. in l. fin. nu. 142. C. de Iur emphyt. Capuraque decis. 87. nu. 3. par. 3. cum infinitis cumulatis per Intrigl. decis. Sicil. 21. nu. 12. per Rotam decis. 115. nu. 6. par. 1 recent. per Barbos. de claus. 81. nu. 11. Quibus addo Cyriac. controuers. 110. nu. 4 & me ipsum allegat. 5. num. 7. & 8. lib. 1. vbi alios recensui Staiban. iun. res. lut. 36. nu. 15. & admis consensum ab actis, † vnde non secuta solu- 28
tione canonum infra illud tempus non secus est, ac si à declarata caducitate per collegium recessum

recessum non fuisset. Glos. Bald. & alij in leg. si
quidem 9. C. de except. Neuiz. cons. 87. nu. 13.
Barbos. de claus. 81. nu. 3. Rota decis. 115. nu. 6.
ad med. par. 1. & decis. 104. nu. 34. par. 6. recent.
Inde sequitur, quod stante recessu à caducitate
cum dicta clausula non potuerit D. Liuia acce-
ptare in eo, quod faciebat pro se, nisi etiam ac-
29 cepiasset † quod faciebat contra se, & sic soluis-
set infra triduum sibi in dicto recessu præfixum,
ad tradita per Cyriac. controuers. 35. numer. 13.
& 14.

Quemadmodum neque obstat prætensa re-
missio canonum pro annis 1630. & 1631. eo sub
prætextu, quod emphyteuta nõ percipiens fru-
ctus non teneatur ad solutionem canonum, quo
niam potius contrarium suadetur, & quod em-
30 phyteuta, ex quo fructus non percipit † non li-
beretur à solutione canonis, tradunt Thesaur.
quæst. forens. 322 nu. 24. lib. 1. & decis. 20. per
tot. Viuian. decis. 500. libr. 3. Surd. decis. 198.
Gail pract. obseruat. 23. num. 25. lib. 2. Præter-
quam quod contrarium tuentes procedunt in
emphyteusi, pro qua soluitur pensio fructibus
æquiualens, cuius qualitatis, & conditionis re-
putari emphyteusim, de qua controuertitur non
sufficit affirmare, nisi etiam probetur, quando-
31 quidem emphyteutæ † cùm sit fundamentum te-
netur illud probare, & ostendere qualiter fru-
ctus per canonem singulo quoque anno absor-
beantur. Magon. decis. Lucen. 12. nu. 18. Surd.
decis. 198. nu. 27. Mart. Medic. examinat. 12 nu.
33. Vnde cùm istud articulatum, & multo mi-
nus probatum non extiterit non iuuatur prop-
pterea D. Liuia regula, in terminis cuius non
probat se existere, maximè cùm ista remissio ca-
nonia non fuerit petita tempore debito, ex quo
quatenus potuisset prætendere ab initio remis-
sionem, nunc denegari legitimè posset solutio-
ne iam facta, quæ etiam si fieri non debuisset, at-
tamẽ iam facta tenet, ex vulgari axiomate mul-
32 ta facta † tenent, quæ fieri prohibebentur, l. pa-
tre furioso, vbi latè Ias. ff. de his qui sunt sui,
vel alien. iur. l. circa, ff. de inoffic. testam. l. 1.
§. biduum, ff. quando appellan. sit c. ad apposto-
licam 46. de regul. r. Barbos axiomat. 93. n. 30.
Cyriac. controuers. 93. nu. 11. Fenzon. ad Sta-
tut. Vrb. cap. 58. num. 17. Fontanell. decis. 251.
nu. 19. dixi allegat. 9. nu. 2. lib. 1.

Pro quarum confirmatione plura vlterius se
sese offerrunt consideranda ad conuincendum,
nullam fieri debuisse canonum remissionem. Et
primo quod Senatus Mantuæ pluries pronun-
tiauit teneri emphyteutam ad solutionem ca-
nonum etiam tempore belli, & pestis decurso-
rum. Deinde quod liuelli fuerunt soluti à Do-
mina Comitissa Isabella, dum penès ipsam exi-
stebat legitimè hæreditas. Tertio, quia quando
annua præstatio est facienda ex redditibus rei, si
vno, vel duobus annis fructus non extant, ex-
33 pectatur vbertas † anni sequentis, & sic dein-
ceps sterilitas cum vbertate compensatur, præ-
sertim quando præstatio consistit in pecunia, l.
ex eo 13. ff. de vin. trit. & oleo legat. & le. fir-
mio 26. in princ. ff. quando dies legat. ced. Gi-
gas. de pens. quæst. 62. nu. 7. Cene. de cens. p. 1.
cap. 3. quæst. 2. art. 3 num. 12. & 13. Nec faces-
sunt negotium authores in contrarium conge-
sti, illorum namque traditiones, vt ex eorum le-
ctura datur intelligi, procedunt quoties pensio
fructibus commensuratur, non autem quando
pro vt hic canon soluitur in recognitionem do-
minij, & quando res adhuc integra existit. Cùm
autem ex actis appareat per receptionem à par-
tibus acceptatam, & in processu registratã col-
legium pro satisfactione totius anni 1632. ob
possessionem formlgatæ fuisse creditorem de
summa in eadem contenta, & quod subsequen-
ter pro dicto anno receperit integralem satisfa-
ctionem frustra nunc contendit pars aduersa,
quod iam legitimè factum fuit, infectum redi-
re, & redire ad antiquas cantilenas. Quoniam
contra ipsam Dominam Liuiam agitur solum-
modo, & acquisita fuit actio à die, quo transe-
git, & sibi renunciari procurauit hæreditatem
eius fratris, occasione cuius transactionis effe-
cta fuit debitrix erga collegium de liuellis, tam
ante acceptationem hereditatis decursis, & non
solutis, quàm postea & cùm repræsentet perso-
nam fratris, & D. Comitissæ, in cuius locum in-
gressa fuit cessionem hæreditatis sibi factã; per-
peram contendit impugnare, quod ab ipsis ge-
stum fuerat, tum quia hæres † facto defuncti oc- 34
currere neutiquam potest, sed custodire tenetur
l. cùm à matre 14. C. de rei vendicat. leg. ex qua
persona 92. ff. de regul. Iur. Cyriac. contr. nu. 11.
nu. 22 Rota decis. 176. num. 4. part. 5. recent.
Hieron Buccafer. cons. 1. num. 48. & cons. 50.
num. 63. Mauiit Apicell. allegat. 14. nu. 55. vbi
limitat in actu lege prohibente facto Gratian.
discept. 878. nu. 12. & discept. 916. nu. 30. Stai-
ban. Iun resolut. 29. num. 41. & seq. Leoncill.
decis. Ferrar. 64 nu. 10 Burat. decis. 154. nu 4.
& in annot. nu. 7. & seq. vbi pluribus modis li-
mitat, & decis. 326, num. 3. Rot. decis. 185. nu.
16. & 17. par. 6. & decis. 164. num 38. par. 7. re-
cent. Coccin. decis. 37. n 1. Caualer. decis. 430.
num. 5. Sanfelic. decis. 88. num. 3. & decis. 202.
nu. 22. Pen. decis. 315. num. 6. vbi quod hæres
non obstante inuentario dispositionem testato-
ris seruare teneatur, in his, quæ ex eius bonis ad
ipsum peruenerunt, dixi allegat. 9. nu 18. lib. 3.
Tum quia cùm vnusquisq; sit propriæ re † mo- 35
derator, & arbiter, l. in traditionibus 49. ff. de
pact. l in re mandata 21. C. mandat. Barbos. A-
xiomat. 19. nu. 1. Camuncul. decis. 51. num. 8.
Rota decis. 126 nu. 21. part. 7. recent. Niger. de
except. cap. 3. §. 1. num. 25. potest collegium di-
cere D Liuiæ, quid ad te, si D. Comitissa de tem-
pore, quo hæreditas ad ipsam spectabat voluit
soluere canones.

Neque obstat, quod per transitum ad secun-
das nuptias D. Comitissæ Isabellæ † se reddide- 36
rit indignam hæreditatis, & perinde fuerit ac si
ab initio hæres non fuerit, vt euentus postea in-
dicauit Cuman. In l. peto 69. in princ. circa fin.
primæ lecturæ, ff. de legat. 2. Doctores in l. Tua

34. §. Titia cum nuberet, ff. eod. Cyriac. con-
trouer. 243. num. 12. Quandoquidem transactio-
37 nes † inter ipsas initas tanquam res inter alios
acta collegio præiudicare nequit, l. de vno quo-
que 47. ff. de re iudicat. cum Iur. cumulat. per
Barbos. Axiomat. 199. nu. 11. Pen. decis. 121. nu.
9. & decis. 84. nu. 1.

Prout neque resistit, quod laudimium solu-
tum per D. Comitissam Isabellam debeat com-
pensari fauore D. Liuiæ cum liuellis postea de-
uersis, & nunc per collegium prætensis. Nam
solutum occasione contractus, vel cuiuscunque
alterius dispositionis inducentis mutationem
emphyteutæ, si postea ab ea recedatur, vel quo-
38 quomodo † rescindatur, nunquam repetitur Sal-
lon. tract. de laud. cellul. 8. nu. 39. Maur. Burg.
cod. tract. par. 3. inspect. 8. Cost. de retrotract.
cas. 11. cap. 8. nu. 8. Thesaur. qu. forens. 51. sub
num. 5. vers. qui quoad restitut. libr. 4. vide ta-
men Fontanell. decis. 63. nu. 9. & seq. Et tantũ
abest, quod collegium debeat in extinctionem
liuellorum computare laudimium prædictum,
quin potius Domina Liuia vltra omnes liuellos
à die declaratæ caducitatis citra decursos cogi-
39 tur impendere aliud laudemium propter renũ-
ciationem hæreditatis sibi factam, vt optimè in
proposito animaduertit Cancer. var. resol. cap.
15. nu. 167. & 174. par. 3. Hinc videmus per ad-
uersarium confundi terminos, dum vult idem
esse de laudimio soluto, & de soluendo, vltra
quod cùm collegium sinendo possidere D. Co-
mitissam sciente, & patiente D. Liuia approba-
uerit eandem, & laudauerit in emphyteutam
laudimium, propterea sicuti indebitè solutum
dici non valet, ita neque repetendum venit.
40 Nam patiens alium inuestiri † de emphyteusi ad
se spectante sibi præiudicat Castren. in cons. 84.
nu. 1. lib. 2. Honded. cons. 16. & 17. libr. 2. Gra-
tian. disceptat. 511. num. 12. Rota in Fanen. seu
Senogallien. bonorum super bonis iure 14. Mar-
tij 1646. coram Meltio. Maximè cùm laudi-
mium debeatur tametsi contractus, vel quæli-
bet alia dispositio, intuitu cuius efficitur nouus
emphyteuta sint conditionales, & plures deci-
sum testatur Thesaur. quæst. forens. 51. sub n. 1.
vers. ego iam notaui, lib. 4. ex quibus manifestè
etiam constat Do. Liuiam excusationis nullam
habere causam, quin ab vtili dominio ceciderit.

Sicuti neque officit, quod non dicatur ceci-
disse ob non susceptam legitimo tempore inue-
stituram, quoniam collegium intentauit solùm
caducitatem ob nõ solutos canones. Vnde cùm
notorie constet de non solutione, & D. Liuia ad-
mittat se recognoscere bona in emphyteusi ab
Ecclesia pactum de ingredienda possessione pro
pria auctoritate suum operari debet effectum;
41 adeò vt via † executiua potuerit per collegium
in causa progredi contra ipsam tamquam omni
legitima defensione destitutum. Rota dicta de-
cis. 336. nu. 8. apud Post. de manuten. Gratian.
discept. forens. 378. nu. 27.

Concludo igitur D. Liuiam teneri ad liuellos
non solutos per D. Comitissam, stante quod ac-
ceptauit renunciationem hæreditatis cum ho-
noribus, & oneribus, & laudimium per ipsam
D. Comitissam solutum cadere non posse com-
modo ipsius D. Liuiæ, quæ pariter propter dictã
renunciationem teneretur ad aliud laudimium,
quatenus collegium vellet illam inuestire, &
non incidisset in commissum, & per consequens
tenutam, vt in actis aptam omninò confirman-
dam; & ita iudicatum.

Quare &c. Saluo &c.

ARGVMENTVM.

Emphyteusis ecclesiastica quando di-
catur ad extraneos transitoria, ita vt etiã
in alteram Ecclesiam transire valeat, &
quid in ea pactum affrancandi opere-
tur.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum speciale requiritur ad de-
clarandam caducitatem emphyteutæ.*
2 *Clausula, & non aliter, nec alio modo, an
præseruet alienantem emphyteusim à ca-
ducitate. In perpetuum, & ad habendum,
&c. efficit emphyteusim transitoriam ad
extraneos num. 6.*
3 *Pactum affrancandi an præseruet à caduci-
tate emphyteutam alienantem sine assen-
su quando in emphyteusi operetur num. 8.*
4 *Ecclesia dicitur manus mortua, in quam non
transit emphyteusis alterius Ecclesiæ. Fal-
lit in emphyteusi transitoria ad extraneos
num. 5. Et quando Ecclesia directaria non
contradicit nu. 7. Non agit ad pœnam con-
uentionalem dupli nu. 9.*

Allegatio LXXI.

Adsit Deus.

IN pctè agunt Tuentes Iura Venerabilis Ca-
pituli Sanctæ Barbaræ ad Commissum do-
mus venditæ per D. Carolum de Allarijs
RR. Patribus Sancti Thomæ, siue ordinẽ
ab ipsis obseruatũ attendamus, siue merita cau-
sæ inspiciamus.

Quoad ordinem reperio apud nostrates tran-
sire absque vlla dubietate, quod caducitas † nõ 1
nisi

nisi cum speciali mandato declarari valeat Be-
ro. consl.151. nu.18. lib.1. Ioseph Ludouic. con-
clus.30. vers. Decimo requiritur. Surd. decis.
281. nu.14. cum adductis per me allegat.3.n 1.
lib.3. Niger. de laudim. quæst. 31. nu. 22. Ful-
gin. de emphyt. tit. de var. caduc. quæst.12. nu.
23. & dixi allegat.24. num.12. hoc volumine.
Vnde cùm nec D. Demus, nec D. Caratina ha-
beant ad id mandatum aliquod. Ideo huiusmo-
di declarationis interim nihil est curandum.

Quoad merita multò minus præsupposito e-
tiam mandato sufficienti, potuisset declarari ca-
ducitas aliqua, ex quo D Allatius vendidit, ac
possessionem tradidit rei emphyteoticæ adhibi-
ta protestatione, ac reseruato beneplacito do-
2 mino directi cum clausula, non aliter &c. per
quam euitari pœnam caducitatis resoluunt Cla-
rus in § emphyteusis quæst. 13. sub num.5. ver-
sic. Bene verum est. Latè Mantica de tacitis,
& ambiguis lib. 22. tit.28. num.18. & sequen-
ti cum sexcentis, quos nouissimè cumulat Bar-
bos. de claus.81. num 18. & latissimè post alios
articulo in vtramque partem maturè discusso
Fulgin. de emphyt. tit. de alienat. quæst.1. nu-
mer.10. & sequenti. Circa quod in facti specie
non adest aliquis scrupulus, cùm ita demum
vendiderit si obtineretur licentia, & propterea
stante, quod venditio euasit conditionalis, ideò
licentia non obtenta perinde efficitur, ac si vē-
ditio non esset secuta, vt optime ad rem nostrā
ponderat Mantic. de tacit. & ambig. lib.22. tit.
28. num.18. & seq.

Accedit vlterius nos versari in emphyteusi con-
3 cessa cum pacto affrancandi, † in qua per alie-
nationem in consulto D. factam non amittitur
propterea ius affrancandi ad tradita per Gratia-
num discept. forens.745 à num.72. quod qua-
tenus admitteret difficultatem, inducit tamen
probabilem credulitatem, quod consensus non
esset necessarius, quæ credulitas excusat omni-
no à caducitate ad tradita per Gratian. discept.
675. nu.31. & seq.

Hisce se habentibus non obstat, quod oppo-
nebatur Dominum Allatium incidisse in com-
4 missum, eo quia alienauerit in Ecclesiam, † quæ
dicitur manus mortua ex Ruin. consil. 143. sub
num.10. versic. Secundo etiam, lib 1. Lodouis.
decis.520. num.11. in fin. Fulgin. de emphyte.
tit. de alienat. quæst.1. num.221. Rota in Caie-
tana bonorum 3. Decembris 1646 num.19. co-
ram Cerro.

Dupliciter enim obiectum istud euitatur, &
5 primò quia conclusio† non procedit in emphy-
teusi transitoria ad extraneos, Rota decis. 262.
num.7. & decis.280. num. 3. par. 1. recent. Gra-
tian. discept. forens.481. num.61 & seq Burat.
decis.394. num.5. vbi annot. Ferentill. litt. B.
Beltram. ad Ludouis. dicta decis.520. sub nu.1.
vers. Limit. primo; quod autem emphyteusis,
de qua agimus, sit transitoria ad extraneos sua-
detur ex eo, quia concessa fuit in perpetuum
6 cum clausula, ad habendum &c. & cum pacto
affrancandi, vt latimè prosequitur Buratt. decis.
87. per totam, vbi addent & Rota decis.381. n.
5. 9. & seq. par.5. recent. anno 1636. impres-
sarum dixi allegat 14. num.5. fol. 241. & sequ.
lib.1. Rota in Mediolanen. emphyteusis, seu
bonorum 17. Iunij 1641. num.7. coram Merlin.
Secundo, quia alienatio facta in Ecclesiam ha-
bet implicitum statum validitatis, nec impedi-
tur Ecclesia † retinere emphyteusim, Ecclesia 7
proprietaria volente Menoch. cons.216. nu.43.
Surd. cons.521. sub nu.10. vers. quartò respon-
deo. Buratt. decis.394. num.6. Gratian discep.
481. num.67. 68. & 69. Beltram. ad Ludouis.
decis.520. sub glos.D. in fin. Fulgin. de emphy.
tit. de alienat. quæst.1. nu.223. Niger. de lau-
dem. quæst.12. art.3. per totam, vbi in vniuer-
sum profitetur Ecclesiam capacem emphyteusis
alterius Ecclesiæ, cuius tamen opinio tuta non
videtur, nisi quantum ad acquisitionem, secus
quoad retentionem; nam Ecclesia in quam em-
phyteusis deuenit eam extra manus suas ponere
obstringitur Rota in Romana domus 3. Martij
1625. coram Dunzetto. Quapropter cùm capi-
tulum hodie recuset admittere dictos RR. suf-
ficit hodie affrancationem facere, & hæc dixis-
se sufficiat in extrema temporis angustia. In re-
liquis autem, ac simpliciter loquendo pactum
affrancandi † in concessione emphyteusis simul 8
taneæ conceptum in tantum operatur, in quan-
tum emphyteusis aliqua ex causa non finitur, vt
post alios animaduertit Fulgineus de emphyte.
tit. de var. caduc. quæst.1. num.30. & 31. & de
solut. can. quæst.5. per totam. Ecclesiam † de- 9
nique ad pœnam dupli agere nō posse post alios
latius dixi allegat.42. num.4. hoc volumine; &
nunc addo Fulgin. de emphyt. tit. de solut. ca-
non. quæst.1. num.77. in fin & ita iudicatum;

Quare &c. Saluo &c.

ARGVMENTVM.

Fœmina in feudo improprio in pari-
tate gradus cum masculis succedit, & re-
motiores excludit, nisi Statutum, renun-
ciatio, aut aliquid aliud obstet. Thema-
te tamen concessionis in feudum sem-
per retento.

SVMMARIVM.

1 *Consuetudo extat Mantuæ alienandi feuda.*

2 *Clausula, ad habendum, efficit feudum ad fœminas, & extraneos transitorium. Ad naturam contractus restringitur; num.6. Non operatur vbi adest alienandi prohibitio, num 7. & 36. Nisi inter comprehensos, num.10. Declara vt nu.31. & 37. Quid operetur in diuisione feudi, num.34.*

Operatur tantùm secuta alienatione, nu. 38. Limita, vt num. 39. Caterata nihil operatur, num. 40. Pro se, & haredibus in concessione feudi nouiter facta, tanquam de antiquo successionem in feudo modificat, num. 60.

3 *Dictio, in perpetuum, pracipuè geminata efficit feudum in extraneos transitorium.*

4 *Feudum ex translatione omnium actionum efficitur improprium. In pluribus alteratum admittit faminas, num. 5. Antiquum deuentum ad comprehensos ex alia causa, quàm successionis nouum euadit, nu. 15. Sed contra, num. 17. Curia Podij Nobilium alienabile tam quoad agnatos, quàm respectu Domini, nu. 36. Acquirens qualiter statuti dispositioni se conformasse censeatur, num. 56.*

8 *Feudi alienatio est prohibita sine Domini assensu.*

9 *Agnati feudum alienatum reuocant. Etiam à remotiore, & quando, num. 13. Contra num. 14.*

12 *Pactum in modernis Inuestiturie appositum ad restrictionem prima concessionis feudi non attenditur.*

16 *Protestatio, quod feudum remaneat antiquum intelligitur quoad bona, & praterquam in expressis.*

18 *Extraneus is dicitur in feudo, qui prater ordinem Inuestitura succedit.*

19 *Pars vna Inuestitura alteram declarat.*

20 *Reseruatio Iuris facta per venditorem feudi quid operatur. In casum extinctionis alicuius ex lineis intelligitur de singulis, & quousque extent masculi, & famina, numero 21.*

22 *Linea appellatione in feudo pro haredibus vtriusque sexus veniunt tam masculi, quàm famina.*

23 *Feudo per plures acquisito, acquisitio à singulis censetur facta prius pro eorum descendentibus tam masculis, quàm faminis, & nu. 55. Masculi ex vno descendentes non excludunt faminas ex altero primogenitae num. 26.*

24 *Linea initium non ducit ab eo, qui nec actu, neque potentia feudum occupauit.*

25 *Ius accrescendi intrat in feudo concesso cum hoc, quod non reddeat donec ex lineis capaces extiterint.*

27 *Diuisio inter descendentes à primo acquirēte non alterat naturam feudi quoad successionem, quin famina vnius linea excludatur à masculo alterius. Declara vt n. 28.*

29 *C. 1. de natur. success. feud. explanatio Cyriaci, qua impugnatur, nu. 30. Quas concessiones afficiat, num. 33.*

31 *Determinatio vna plura respiciens determinabilia ea pariformiter determinat.*

32 *Famina ad feudum ex pacto aliquando ita vocatur, vt succedat cum masculis. Et etiam in feudo Ecclesia inferioris in pluribus alterato, nu 44. Extantibus masculis propter Statutum arcetur à feudi successione, num 48. Semel exclusa ad feudi successionem reintegratur, num. 51. & 52.*

41 *Inuestitura prima semper attenditur. Simultanea plurium non tribuit plus Iuris, quàm competat, num. 57.*

42 *Inuestitura alteratio vt praiudicet quid requiratur.*

43 *Consuetudo particularis feudi, & non generalis in decisione causarum feudalium attendenda.*

45 *C. si cui Militi in extraordinarijs recitatur. Est legale, & authenticum nu. 46.*

47 *Consuetudinem qui allegat, probare obstringitur cum suis qualitatibus.*

49 *Testatoris dispositio regulatur à causa, qua motus fuit ad legandum.*

50 *Testati causa causam intestati cessare facit.*

53 *Cyriac. controuers. 112. declaratur procedere in feudo recto.*

54 *Statutum non alterat feudi successionem.*

58 *Dictio, vt supra est repetitiua qualitatū pracedentis dispositionis.*

59 *Status vltimus pro regulanda in feudis successione attenditur.*

61 *Clausula in feudum antiquum explanatio.*

Allegatio LXXII.

Adsit Deus.

PRæter alienabilitatem feudis ex consue-
tudine † Mantuana insitam, vt dixi al- 1
legat. 4. num. 14. fol. 67. lib. 1. Bononiæ
impresso, & alleg 13. & alleg. 18. lib. 2.
Veronæ impresso, peculiarem quoque, amplis-
simamque in origine, seu primæua concessione
feudi Curiæ Podij Nobilium nuncupatæ, dispo-
nendi facultatem de eadem inuestiti nacti sunt.
Per clausulam, Ad habendum, † tenendum, & 2
possidendum, & quicquid supradicto Domino,
suisque hæredibus deinde placuerit faciendum,
sine contradictione ipsius D. Episcopi, successo-
rum suorum, Episcopatus, & Ecclesiæ Mantuę,
quæ æquipollet clausulę, & quibus dederit, feu-
dumque tam ad extraneos, quàm ad fœminas si-
mul cum masculis saltem ex dispositione vassal-
li transitorium efficit, ad latissimè tradita per nos
allegat. 8. num. 23. & seq. fol. 127. & alleg. 14.
nu. 4. & seq. ibique in fine Rota Rom. fol. 241.
& allegat. 26. num. 8. fol. 473. lib. 1. & alleg. 1.
num. 4. & allegat. 28. per tot. lib. 2. & tunc cu-
mulatis addo Marescot. var. resol. 2. nu. 1. lib. 3.
per tot. Fab. de Ann. cons. 53. ferè per tot. lib.
1. tametsi ipse resideat in contraria opinione

ex eo,

ex eo, quia in Regno fœminæ ad feuda succe-
dunt vigore cuiusdam ampliationis inuitantis
fæminas ad successionem feudi in defectū maſ-
culorum, & conſ. 86. num. 1. & 2. cod. l. 1. Rota
decis. 741. num. 16. p. 4. recent. tom. 3. & coram
Millinu decis. 330. num. 4. & 5. & in Mediola-
nen. emphyteusis, seu bonorum 15. Aprilis 1641.
num. 4. coram Merlinu, & in Ciuitatis Castelli
emphyteusis 23. Februarij 1643. nu. 8. Meltio,
& in Rauenaten. domus. 17. Martij 1651. num.
1. Roias. Quam clausulam præcitati Doctores
volunt operari effectus prædictos contempora-
neæ successionis fœminarum, ac transmissibilita-
tis ad extraneos promiscuè in feudis, atque em-
phyteusi ab Ecclesiasticis recognita, latissimè
Monach. de rect. feudi interpretat. cap. 38. no.
38. cum pluribus seq. & cap. 40. num. 3. & seq.
vbi quod in feudo alienabili succedāt cum ma-
sculis expresè vocatæ; & vbi concurrunt clau-
sulæ generales.

At idem etiam plurimum confert geminata,
3 atque inculcata dictio, in perpetuum, † perpe-
tuò, & in infinitum, in concessione huiusmodi
adiecta, nimirum ibi, in feudum honorificum
in perpetuum inuestiuit dictum D. Aloysium de
Gonzaga pro se, & filijs, ac liberis suis mascu-
lis, & fœminis in infinitum, & ibi, & quicquid
supradicto Domino, eiusque hæredibus deinde
placuerit perpetuò faciendum &c. & ibi promi-
sit dicto D. Aloysio recipienti pro eo, & suis hę-
redibus masculis, & fœminis firma, rata, & in-
commutabilia habere, perpetuò, & tenere &c.
ob illam namque feudum egredi eius terminos
quoad successionem, eaque propter illius tam
fœminas, quàm extraneos in simili concessione
comprehendi, post alios, deducebam in præce-
denti Iuris allegat. nu. 33. nunc 21. lib. 2. Mart.
dicto cons. 57. num. 21. Capyc. Latr. consult. 75.
num. 99. Quam geminationem dictionis in per-
petuum, pluries ponderauit Rota, & signanter
decis. 294. num 4. par. 2. recent. & in Cremon.
bonorum 5. Iunij 1624. num. 7. coram Vbaldu,
impressa inter meas allegationes fol. 147. lib. 1.
& in Mediolanen. emphyteusis, seu bonorum
17. Iunij 1641. num. 7. Merlino, vbi aliæ decisio-
nes recensentur; & in Rauennaten. domus 17.
Martij 1651. nu. 1. Roias.

Improprietas feudi insuper, ac consequenter
fœminarum concursus cum masculis ad illud
deducebatur, non solùm ex eo, quia Episcopus
Mantuæ in inuestitum omnes, & quascumque
4 transtulit actiones, † ibi, Iuribus, & actionibus
quibuscunque, &c. verùm etiam quia in locum
suum omninò subrogauit, ibi, ponens cum in
locum suum, & successorum suorum, & Episco-
patus, & Ecclesiæ Mantuæ, vt in rem propriam
&c. Rota in Brixien. feudi 1. Iulij 1592. num. 5.
ac per totam, coram Pamphilio, impressa inter
meas allegationes fol. 338. & dixi alleg. 16. nu.
9. fol. 269. lib. 1. Mart. cons. 57. nu. 12. & 13. &
faciunt tradita per Rot. in Meleuitana feudi 2.
Martij 1635. num. 12. Merlino, in quantum sci-
licet Rota censuit per translationem in vassal-
lum Iuris vltra vtile feudum quidem remanere,
sed degenerare à recto.

Tandem aliàs à nobis ponderatum extat, &
nunc quoque replicatur feudi concessionem hu-
iusmodi ex necessitate reficiēdi aggeres, atq; cui
dentissima vtilitate Episcopatui exinde prouе-
nienti, præter obsequia, & seruitia à prædeces-
soribus inuestiti Episcopis pro tempore impen-
sa emanasse, pacto insuper adiecto restituendi
omnes expensas, quæ fierent in dictis rebus In-
uestiturarum defendendis, pro quarum liquida-
tione dictum ipsius Aloysij absque iuramento
sufficere conuenerunt. Et quemadmodum latiùs
in eadem Inuestitura exprimitur. Ob quas sanè
circumstantias † in concessione feudi adhibitas, 5
tametsi non desinerit feudum esse quoad fideli-
tatem, commissum, deuolutionem, ac necessi-
tatem adhibendi assensum in illius alienatione,
vt dixi in alia allegatione num. 44. quę nunc est
21. lib. 2. & mordicus sustinuit Rot. in dicta Me-
leuitana feudi 2. Martij 1635. per tot. Merlino.
Nihilominus quantum ad hoc, vt ad illud ma-
sculus cum fœmina in paritate gradus, & vt pro-
ximior fœmina masculos excludat, omnes in eo
conueniunt, quod in hoc à recto feudo declinet,
vt dixi allegat. 21 num 37. 38. & 41. lib. 2. vbi
alterius num. 36. satis feci oppositionibus, quæ
fieri possent ex clausula, saluo Iure feodi, bis in
eadem Inuestitura repetita, ad eamque pro re-
solutione erit recurrendum.

Neque obstaret, si replicaretur, quod clausu-
la, ad habendum, &c. & in perpetuum, vel in
infinitum, secundum subiectam materiam in-
telligi debeant, ita vt censeatur concessa facul-
tas disponendi † inter comprehensos, atque ad 6
feudum ex ordine concessionis vocatos, sicque
ad naturam contractus restringatur, Rota decis.
794. num. 8. & decis. 415. nu. 21. par. 4. recent.
tom. 2. Coccin. decis. 75. nu 10. eadem Rota de-
cis. 74. num. 8. & seq. & decis. 211. nu. 12. ac per
tot. part. 6. recent. & nouissimè in Caetana bo-
nor. 3. Decemb. 1646. num. 8. & 9. Cerro, eoq;
magis quia in modernis Inuestiturarum renoua-
tionibus pactum peculiare adest, ne inuestiti de
feudo contractum aliquem, vel distractum sine
Domini assensu facere valeant, per quam alie-
nationis prohibitionem † vires prędictarū clau- 7
sularum eneruatur, Dec. cons. 500. num. 6. latè
Grasc. decis. 164. num. 5 Rota d. decis. 294. nu.
8. par. 2. recent. & dicta decis. 74. nu. 15. & di-
cta decis. 211. num. 7. & sequ par. 6. recent. im-
pressa etiam apud Marin. resolut. 305. in fine,
libro 1.

Quoniam huic obiectu facillimè satisfieret,
quamuis enim iuxta consuetudines, ac Iura feu-
dorum omnis illorum alienatio † prohibita ap- 8
pareat, nisi Domini assensus accedat, Rosental.
de feud. cap. 9 conclus. 7 Larath. de feud. part.
8. dilucid. 4. Io. Bapt. Biloct. concl. feudal. 54.
Georg. repet. feud. cap. 5. nu. 24. Marin. resolut.
23. no. 5. lib. 1. & resolut. 121 nu. 1. & 2. lib. 1. &
resolut 123. nu. 5. lib. 1. Quo etiam supposito de
stricto † iure feudorum illud agnati reuocant; 9

Mart. conf. 110. nu. 10. ac per tot. Sanfelic. decis.
100. nu. 81. cum sequ. Capyc. Latr. consult. 27.
nu. 43. & consult. 28. nu. 1. & seq. & nu. 15. Ga-
leot. controu. 1. nu. 105. lib. 1. vbi quod de Iure
feudi alienari tam fauore domini, quàm agna-
torum prohibeantur. Nihilominus hic in patria
Mantuana etiam fœminis notoria inductū fuit,
quod solo assenso domini interueniente irreuo-
cabilis feudorum euadat alienatio. Vnde sequi-
tur, quòd non tantùm facultas amplissimè dis-
ponendi de feudo inuestitis impertita naturæ
eiusdem repugnet, quin potiùs plurimum fauet.
Præterquam quod vbi etiam admitteremus feu-
dum huiusmodi quoad alienationis prohibitio-
nem strictè accipiendum, adhuc tamen duplici-
ter pro nunc obiectioni occurreretur, & primo
10. illas clausulas etiam in feudo inalienabili suum
producere effectum, vt saltem per illas facultas
disponendi inter. comprehensus concessa cen-
seatur, Calcan. cons. 51. num. 5. Rub. Alex. con-
sil. 110. num. 5. Becc. cons. 88. num. 12. quos in
terminis huius feudi adduxit Rota in Mantuana
dotis. 10. Iunij 1637. Coccino. Marescot. var.
resolut. 2. nu. 15. & 16. lib. 3. quod pro nunc no-
bis sufficit, cùm nil aliud prætendatur, nisi quòd
vigore dictarum clausularum D. Marchio Aloy-
sius in sororem de feudo disponere potuisset.
Deinde, quia pactum alienationis cuiuscunque
prohibitiuum modernis renouationibus appo-
situm tamquam absolutè, neque simpliciter cō-
ceptum, nec vetans indifferenter alienationem,
quin potius eam cum Domini licentia expresè
concedens non includit contrarietatem, aut re-
pugnantiam ad dictas clausulas, sed optimè inā
11 simul combinantur: itaut quælibet dispositio †
in extraneos absque domini assensu prohibita
ex pacto huiusmodi censeatur, concedatur autē
cum Domini licentia, & sic vtrumq; tam clau-
sulæ, quàm pactum in suo robore, & efficacia
persistunt. Rota decis. 294. num. 5. & 6. part. 2.
recent. Giouagn. cons. 44. num. 78. lib. 2. Rota
decis. 741. nu. 17. & 18. par. 4. recent. to. 3. cum
adductis in prima allegat. num. 36. & nunc ad-
do Marescot. var. resol. 2. nu. 5. lib. 3. vbi quod
clausula, ad habendum, eo magis operetur effe-
ctum addita clausula, saluo Iure feudi. Quæ ta-
men ex abundanti dicta sint, nam quod pactum
12 huiusmodi † restringens facultatem disponendi
in primordiali Inuestitura concessam, attendi
non debeat super hoc eodem feudo resoluit Ro
ta decis. 187. sub nu. 6. versic. & quod pactum,
deinde in sequentibus Inuestituris appositum
prohibens alienationem, super quo potissimùm
se fundat Episcopus in ista Inuestitura non tene-
at, sed attendenda prima Inuestitura parte 2.
diuers.

Hinc apertissimè concluditur nostram Prin-
cipalem ad exclusionem partis aduersæ admit-
tendam in portionem feudi in hæreditate eius
fratris repertam, siue naturam illius, & circum-
stantias concessionis inspiciamus, siue fa-
cultatem disponendi de feudo huiusmodi inue-
stitis pro tempore concessam attendamus, cuius
intuitu non ambigitur, quin proximiore, † seu 13
aliàs successuro relicto, remotiorem vassallus ad
feudi successionem inuitare valeat, vt latius cō-
probat Senatus Mantuæ in eius decisione nu-
perrimè edita in causa Gonzaga, Spoluerina. Ga-
leot. controu. 31. nu. 72. Marin. resolut. 126. nu.
75. lib. 1. vbi in terminis quod feudatarius pos-
sit excludere immediatam feminam à feudi suc-
cessione, & instituere masculum in gradu suc-
cessibili. Quæ quidem decisio in facti specie ob
amplissimā disponendi facultatem in Inuestitu-
ra Aloysij expressam nullatenus controuerti pos-
set; neque agnato proximiori reuocatio feudi
in remotiorem dispositi competeret, at viceuer-
sa facultate disponendi seclusa de feudo in re-
motiorem dispositio viribus non subsisteret, a-
gnato, atque proximiori reuocatio feudi dene-
gari non posset, per ea, quæ in terminis alterius
feudi Episcopatus idem Excellentissimus Scoa-
tus censuit apud Surdum decis. 345. per totam,
quam sequuntur congesti per Giurb. de feud. §.
2. glos. 3. nu. 105. neque traditiones Feudistarū
Regnicolorum resistunt tamquam fundatæ in
quibusdam Regni illius constitutionibus. Ratio
autem in promptu se se exhibet, siquidem alie-
nationis, siue cuiuscunque dispositionis prohi-
bitionem † de Iure feudali in fauorem agnato- 14
rum inductam, consuetudo remouet, & omne
impetrandi assensum à Domino clausula, ad ha-
bendum &c. etiam sine contradictione Episco-
pi abstulit. Quo stante proximior de feudo di-
spositionem in remotiorem factam impugnare
nequit, Feudistæ in c. 1. § donare, versic. porrò
qualiter feud. alien. pot. Gozadin. cons. 26. nu.
8. cum adductis per Giurb. de success. feud. §. 2.
glos. 3. num. 10. & latius supra ex mente Rotæ
super hoc eodem feudo comprobaui. In dispo-
sitione igitur facta de omnibus bonis per Do-
minum Marchionem Aloysium vltimò defun-
ctum etiam feuda censentur comprehensa, cùm
de eis in agnatos fallaci ex supposito, quod ad
eos vigore Inuestiturarum ad exclusionem so-
roris deuoluerent, ignoranter ex falsa causa, ac
per errorem disposuerit. Duplici vlterius ex ca-
pite portionē feudi controuersam nostræ Prin-
cipali adiudicandam dicebamus; & primo qui-
dem, quia ab eius patre vnà cum fratre, ac patruo
maior pars feudi in controuersiam deducti non
Iure successionis, aut Inuestituræ, sed titulo ac-
quisitionis ab agnatis conuassallis habita fuit,
cum subsecuta vigore acquisitionis prędictę In-
uestiturę. Adeout feudum huiusmodi in acqui-
rentes etiam alias comprehensos † ex causa ex- 15
trinseca contractus, non autem ex necessitate
successionis peruentum euaserit nouum, vt, prę-
ter adductos in priori alleg. n. 3. quæ est 21. lib.
2. ad rē optimè animaduertit Ruin. cons. 15. sub
n. 11. vers. sed quando quis Inuestiturā petit de
nouo ex alia causa extrinseca superueniente, &
non propter reliquias primæ Inuestituræ, putà
quia emit, vel alio titulo legitimè à feudatario
primo acquisiuit, tunc quia fit ex noua causa di-
citur absolutè, & omissa respectu diuersa à prima;
ideò

Digitized by Google

ideò non retinet naturam primæ, lib. 1. Surd. conf. 440. numer. 50. & 51. Affiict. decisione 112. n. 5. Cyriac. controu. 12. nu. 5. & sequ. Rot. in Portuen. stagni 16. Decemb. 1641. n. 19. Panzitol. vbi quod recipiens feudum non ex antiqua, sed ex noua concessione censeatur de nouo inuestitus.

Quibus neq; resistit, quod venditores feudi, seu contrahentes protestationem emiserint, de qua in Instrumento, ibi, quod per præsentem contractum non volunt, neq; intendunt, quod suprascriptum feudum de antiquo efficiatur nouum, vel quod bona suprascripta sicuti sunt Iuris feudi antiqui efficiantur feudi noui, vel quod mutent naturam, & quinimmò, quod maneat antiquum, prout semper fuit. Quoniam huiusmodi obiectio ex sui facie resoluitur, tanquam ad bona, & feudum præcisè coarctata in nihilo alterans succedendi modum, & formam, ac stipulationem ad heredes duntaxat, & descendentes acquirentium vtriusq; læsos restrictam. Fundamentum ergò prætensæ protestationis cũ relationes ad præcedentes Inuestituras non tollit, quo minus feudo naturam antiqui retinente quoad successionem vnius lineæ ad alteram ità regulari debet, vt non priùs descendentes vnius ex acquirentib. admittantur ad portionem alterius, nisi prius linea in totum hoc est tam quoad masculos, quàm quoad fæminas euacua-
16 ta. Sicq; talis protestatio, † cùm Inuestitura respectu bonorum censetur facta in feudum antiquum eisdem modo, & forma, quibus factæ fuerunt aliæ præcedentes, Raudens. de Analog. ca. 34. num. 65. Burlat. cons. 50. num. 44. Camill. Medic. cons. 2. num. 50. & cons. 3. nume 12. & cons. 76. num. 33. Galeott. contro. 23. num. 48. 53 & seq. lib. 2. Capye Latr. consult. 52 nom. 67. & 68. Rot. decis. 34. sub no. 16 vers. quia in casu præsenti, par. 5. recent. & in Fanen. seu Senogallien. bonorum super bono Iure 14. Martij 1646. nu. 16. & seq. melius, vbi concludunt non ideò quoad personas aliquid censeri alteratum, itaut in feudo huiusmodi naturam feudi antiqui retinente, personæ solommodò, pro quibus apparet stipulatum succedant, vt latiùs examinaui in priori allegat. num. 25. quæ est alleg. 21. lib. 2. & nunc addo Rotam in terminis decis. 191. num. 30. & seq. p. 5. tom. 2. recent. & in eadem causa Mart. cons. 6. num. 51. & eadem Rot. decis. 541. n. 603. per tot. p. 4. tom. 3. recent.

Quibus neq; resisteret, si adhuc inculcaretur pro masculo ad exclusionem fæminæ, nos scilicet versari in feudo antiquo non solùm respectu rei in feudum concessæ, quàm etiam respectu personarum in noua Inuestitura comprehensa-
17 rum, † quia scilicet eædem fuerunt etiam in antiquis Inuestituris comprehensæ, & consequenter intret Iuris dispositio, iuxta quam in feudo antiquo ab initio vni concesso tractu temporis ad plures deuento donec extant masculi fæminarum successioni aditus non patet, vt ad rem optimè ratiocinatus Rot. decis. 541. sub nu. 3. & decis. 603. sub num. 13. p. 4. tom. 3 recent. nam vltra quod in eisdem decisionibus obiectũ remouetur fundatissimi, ac rationibus huic quoque casui applicabilis, accedit insuper, quod partes feudi in acquirentes, tanquam in extraneos, titulo emptionis deuenerant, siquidem in hac materia extraneus † quicunque reputa- 18 tur, qui peruerso ordine successionis Inuestituræ, atq; ex causa ab eadem extrinseca ad feudum admittitur, Lsrath. de feud. p. 9. dilucid. 3. nu. 7. & seq. & faciunt tradita per nos alleg. 13. 14. & 15. lib. 2. Glurb. de success. feud. §. 1. glos. 2. nu. 31 in fine.

Istud autem optimè comprobatur ex clausula reseruationis Iurium facta per venditores, & de qua, ibi, Reseruato tamen ipsis DD. Venditoribus, ac eorum hæredibus, & successoribus in infinitum Iure succedendi in prædictis omnibus bonis secundùm vsum feudi, & dictorum bonorum in euentum, in quem ex lineis Illustriss. D. Emptoris, seu dictorum Illustrissimorum DD. Curtij, Aloysij, & Claudij iunioris, eorumque hæredum, & successorum in infinitum deficerent heredes capaces huius feudi, seu aliàs de illo ante defectum lineæ ijdem Illustrissimi DD. Emptor, Curtius, Aloysius, & Claudius iunior, aut eorum hæredes prædicti in infinitum inter viuos, siue in vltima voluntate per quamcunq; modum legitimè non disposuissent. Ex qua quidem reseruatione succedendi ad feudum in casum extinctionis linearum infertur per protestationem inculcatam, quod feudum remanere antiquum quid intellexerint præseruare, quoquè in casu illius successio ad instar antiqui regulari deberet, nimirùm vt ipsis in casu extinctionis linearum Ius succedendi saluum foret, vna enim pars Inuestituræ † alteram de- 19 clarat, Rota decis. 294. num. 6. in fin. p. 2. recent. Menoch. cons. 61. n. 33. Capye. Latr. consult. 75. num. 46., siquidem nil aliud præseruatum remansit, nisi quod non intendebant omne Ius adeò à se in feudo abdicare, vt vnquã à Domino † siue in casum desolationis, siue commis- 20 si excludi possent, per ea, quæ post alios tradiderunt Rosental. de feud. cap. 2. conclus. 20. per tot. & in lit. D. Gratian. discept. forens. 557. n. 59. & 60. & discept. 719. num. 5. vbi in effectu concludunt, quod huiusmodi reseruatio suũ dũtaxat operetur effectum ad præiudicium Domini qualiterque ad feudi apprehensionem anhelaret.

Ceterum istud quoque eò fortiùs conuincitur, quia in defectum linearum emptorum, vẽditores Ius succedendi ad feudum sibi reseruarunt quod vtriq; ità intelligi debet, vt extincta linea vnius ex emptoribus altera non succe at sed feudum pro illius portione ad vẽditores reuertatur, eùm in singulis lineis † progressus ac- 21 quisitionis feudi in descendentes durante vniuscuiusque, acquisitoris linea verificari in infinitum possit, per resolutionis pluralitatis in suas singularitates, absque Iure accrescendi de vna linea ad alteram, vt rectè declarat Gabr. cons.

conf.87. nu.1. & 31 lib.1. Cald. de Iur. emphyt.
lib. 3. cap. 13. sub nu. 42. vers. cuius tamen Quę
quidem conclusio transit in offenso pede in fa-
cti contingentia, quicquid in oppositum attige-
rit Cyriac. controu. 276. nu. 10. & seq. per do-
ctrinam Speculat. in tit. de locat. aliàs de em-
phy. §. nunc aliqua. num. 88. Nam præterquam
quod istius opinio reprobatur per Rotā in Por-
tuen. stagni 16 Decembris 1641. num. 18. & 19.
Paozirolo, ad præsentem controuersiam appli-
cari non possent, donec enim ex singulis lineis
extant fœminæ, non dicuntur defecisse capaces
feudi pro masculis, ac fœminis concessi ad effe-
ctum non solùm, vt impediatur reuersio feudi
ad venditores, verùm etiam inducendi transitū
de linea ad lineam. Quia lineæ appellatione ve-
22 niunt † tam masculi, quàm fœminæ in conces-
sione pro hæredibus vtriusque sexus emanara,
Corbul. de iur. emphyt. de caducit. ob lineam
finit num. 40. Mart. cons 6. num. 55. & faciunt
tradita per Peregr. cons. 24. sub nu. 6. vers. pri-
mo enim illa verba, lib 2. Rot decis. 270. nu. 2.
& decis. 291. nu. 19. par. 4 tom. 2. recent. & de-
cis. 541. per tot. & decis 603. per tot. par. 4. to.
3. recent. Valenzuel. cons. 97. num. 92. libr. 1.
Barbos. de appellat verb. 135. num. 13. & non
sine misterio contrahentes de lineis in plurali
loquuntur, quippe quoniam vnusquisq; ex em-
23 ptoribus sibi prius, ac eius descendentibus vtri-
usque sexus acquirere intelligebat, ad notata
per Cau-ler. decis. 622. quem allegat, & sequi-
tur Altograd. cons. 25. sub nu. 42. vers. Hoc au-
tem corruit animaduertendo considerari linea-
rum distinctionem, quando emphyteusis pluri-
bus concessa fuit, ratio assignari posset, qu acùm
maiores ipsorum acquirentium stante vendito-
rum præexistentia quoad partes feudi emptas,
24 nec actu, aut potentia † successionem occupaue-
rint, consequens ideo fit, quod ab ipsis linea ini-
tium ducere non potuerit, cap. 1. de gradib suc-
cess. feud. Valenzuel. cons. 97. nu. 10. & 31. Pa-
pon. cons. 117. num. 14. Cyriac. de Iur. legitim.
success. Serenis Duc. Caroli art. 1. nu. 366 Ex
quibus cùm tam ex mente cōtrahentium, quàm
etiam ex nostrorum traditione tot sint lineæ,
quot acquirentes, & acquisitio exprimatur facta
in infinitum, & quoad vsque linea, & descen-
dentes feudo capaces ab vno quoque superex-
titerint, inde etiam fit, quod propter existentiā
nostræ Principalis feudo capacis, ac expresse
vocatæ linea Marchionis Aloysij eius patris, ad-
huc durare dicitur, nec locus fuit reuersioni me-
dietatis feudi ad eam peruenti fauore masculo-
rum alterius lineæ, atque acquirentia, ac multò
minus in gratiam venditorum, qui certè non ni-
25 si lineis omnibus penitùs euacuatis † ad reinte-
grationem feudi per eos legitimè distracti aspi-
rare valent, secundùm opinionem Rotæ post a-
lios decis. 383. nu. 12. part. 4. tom. 2. recent. Vt
ergo ad inuicem succedant descendentes emp-
torum vniuscuiusque prolis etiam fœmininæ,
extinctio requiritur; venditores autem, ac illo-
rum descendentes non nisi omnibus lineis etiā
quoad fœminas sublatis feudi ad seipsos reuer-
sionem prætendere valent. Hocque modo, ac
ordine per relationem ad antiquas Inuestituras
vigore emptionis inuestiti emptores extiterunt
sub die 2 Februarij 1584.

Hæc autem interpretatio omninò amplectē-
da venit, ne dicamus, quod non extantibus ma-
sculis ex emptoribus, descendentes masculi ex
venditoribus succedere haberent, contra men-
tem ipsorum vtrinque acquirentium, consistens
in eo, quod feudum pro qualibet portione ac-
quirentibus contingente penès vnumquemq;
residere, donec aliquis ex eis vel masculus, vel
fœmina superesset; tenor autem dictæ Inuesti-
turæ habetur sub nu. 57.

Ex quibus cùm ab initio feudum per viriles,
ratas, ac portionea ab emptoribus acquisitum
censeatur, superfluum videbatur, ingredi quæ-
stionem ex diuisione de anno 1604. emanata re-
sultantem, & de qua etiam diximus in altera Iu-
ris allegatione in hac eadem causa conscripta.
Ea quidem, & optima ratione, quia quando ab
initio plures sunt inuestiti, † seclusa etiam qua- 26
cumque feudi diuisione, masculi ex vno non ex-
cludunt fœminas ex altero, Gabr. cons. 70. n. 10.
lib. 2. & latiùs exornat Surd. cons. 502. num 14.
vers. nec mouet, Senatus Mantuæ in causa vtrin-
que Gonzaga nu. 110. Rota decis. 270. num. 1. &
decis. 291. nu. 1. & 18. tom. 2. & decis. 541. nu. 1.
& decis. 603. nu. 1. tom. 3. par. 4. recent.

Verùm tamen admisso etiam, quod versare-
mur in feudo vni tantùm ab origine concesso, &
postea inter descendentes diuiso, adhuc natura
feudi inspecta, illiusque in plura corpora diuisi-
bilitate, quicquid in oppositum regulariter lo-
quendo tradiderint Feudistæ, quod nimirùm di-
uisio, quæ fit de feudo inter descendentea à pri-
mo acquirente non possit alterare ordinariam
feudi successionem. † stant in feudo, in quo suc- 27
cessiuè fœminæ succedunt per diuisionem, extā-
tibus masculis ex aliquo diuidentium, fœminæ
masculos excludant. Bron. cons. 78. nu. 9. Cra-
uett. cons. 664. nu. 15. Surd. dicto cons. 502. sub
nu. 14. vers. nec monet, in fin. vers. diuisio enim,
Senatus Mantuæ dicta decis. in causa vtrinque
Gonzaga nu. 111. Caualer d. decis. 622. nu. 2. &
3. Altograd. dicto cons. 29. sub nu. 42. & latiùs
deduxi in altera allegat. n. 14. & seq. quæ est 31.
lib. . . Menoch. cons. 974. per tot. Peregr. cons.
101. per tot. lib. 1. Ferentil. ad Buratt. decis. 88.
sub glos. B. vers. in qua firmatur conclusio, Ma-
rescot var. resol. 58. per tot. libr. 2. Ex pluribus
tamen feuda Mantuæ tamquam alienabilia, ac
in plures partes diuisibilia, quarum vnaquæque
feudum integrale, ac contradistinctum consti-
tuit, contraria succedit conclusio; Primo, quia
per diuisionem de feudo initam pars feudi vni
ex diuidentibus obtenta, veluti feudum de per
se omnino consolidatur in personam ipsius di-
uidentis, hocque independenter penitùs à con-
diuidente, † quo casu non est locus successioni 28
masculorum alterius lineæ, donec ex linea illius
in quo feudum est consolidatum extat fœmina,

quæ

quæ sit capax feudi, ad text. in c. 1. de natur. succeß. feud. Ruin. conf. 9. sub nu. 5. verſ. quinimmò, lib. 5. Bero. conſ. 93. num. 26. libr. 1. Surd conſ. 577. nu. 18. & benè explicat Caualer. deciſ. 622. ſub nu. 3. verſ. ad textum autem, Riminald. ſen. conſ. 259. nu. 39. Mantic. de tacitis, & ambig. lib. 22. tit. 34. ſub nu. 12.

29 Secundo, quia † textus in dicto c. 1. de natur. ſucceſſ. feud. quatenus diſponit, quod feudum non tranſeat ad aliam lineam, niſi prius euacuata ea, ad quam peruenit, non poteſt intelligi, vt ſatis euacuata dicatur, dum amplius ex ea non ſuperſunt maſculi, ex quo fęminæ etiam in feudo antiquo pro fęminis conceſſo, donec extant maſculi à primo inueſtito, deſcendentes ſuccedendi ad feudum incapaces exiſtunt, de quo eſt textus præciſus in c. 1. de eo, qui ſibi, & hæred. ſuis, & proinde text. in dicto c. 1. de natur. ſucceſſ. feud. cum myſterio loquitur in ſexu maſculino, ibi, ſi ille, qui feudum habet deceſſerit nul lo relicto filio, includens tantùm maſculum ad excluſionem aliarum linearum in feudo paterno, vel antiquo, non autem fęminas, cùm probè ſcirent compilatores in ſimili feudo fęminas nõ excludere maſculos aliarum linearum, per dictum textum in c. 1. de eo, qui ſibi, vel hæred. ſuis, ſicque in prædicto formali verboſum contextu tradidit Cyriac. de iur. legit. ſucceſſ. Duc. Caroli art. 5. num. 78. 79. & 80. quem ſequitur Senatus Mantuæ in caſu vtrinque Gonzaga nu. 118. & ſequ. vbi inſuper redditur ratio, quia in feudis maſculinum non concepit fęmininum, & appellatione hęredum intelligitur de maſculis. Quoniam quicquid tradiderit Cyriacus, &

30 † reſolutum fuerit coram Senatu, ſenſum compilatores habuerunt diſtinguẽdo caſum, de quo in c. 2. de eo, qui ſibi, & hæred. ſuis, vbi ſanxerunt donec extat maſculus deſcendens ab eo, qui de feudo originaliter fuit inueſtitus, fęminas non admitti, rametſi agatur de excludendo fęminam vnius colonelli à maſculo alterius, progrediente feudo abſque vlla diuiſione in deſcendentes à caſu, in quo feudum per diuiſionẽ apud vnum, vel plures ex deſcendentibus conſolidaretur, tunc enim ſiue feudum maſculinum ſit, ſiue fęmininum, ex eo, quod proueniat à fœmina, aut pacto vocata extiterit ab vna linea pro toto feudo, vel parte conſolidata ad alteram non tranſit, niſi qui feudum habet nullo penitùs relicto filio deceſſerit, & ſic in totum euacuata linea tam quoad maſculos, quàm reſpectu fęminarum; & ad deciſionem huius quæſtionis emanauit text. in d. c. 1. de natur. ſucceſſ. feud. ex ſuppoſito enim, quod textus iſte comprehendat etiam feuda materna, & quæ ex pacto fęminas admittunt, quodque nos in feudo pro hęredibus vtriuſque ſexus conceſſo verſemur, ratiocinatio illa Senatus, quod appellatione hæredũ non veniant fęminæ, minuſve maſculinum non concipiat fœmininum in materia feudali in abſtracto procedit, at præſuppoſita conceſſione etiam pro fœminis ſibi locum non vindicat, eiſdem de fundamentis, de quibus ſupra num.

adeout inter regula, determinatio † vna plura 31 reſpiciens, diſpoſitiones æqualiter determinationi obnoxiæ, eas pariformiter determinat, l. nam hoc Iure, 4. ff. de vulgar. l. quamuis, 4. C. de impub. Cyriac. controu. 9. nu. 43. aliàs ſequeretur, quod in feudo materno deueniente ad duas filias, & in vtraque proportionabiliter per diuiſionem conſolidato, ſi vna decederet cum fæmina, & altera cum maſculo, iſte excluderet illam, vti fœminam, quamuis feudũ ab Auia, & ſucceſſiuè matre proueniret, quo nil abſurdius excogitari poſſet. Quemadmodum ſequeretur, quod vbi fęmina † ita feudum ex pacto vocarẽ- 32 tur, vt ſimul cum maſculis ſuccederet, Schrader. de feud. par. 7. cap. 4. num. 73. & ſeq. & plures conceſſionum formulas, iuxta quas fœminæ ſimul cum maſculis in feudo ſuccedunt indicat Rolental. de feud. cap. 7. concluſ. 41. per totam, quia feudo apud plures, vel vnum per diuiſionẽ conſolidato, vnoq; ex eis vita functo nullis ſuperſtitibus maſculis, ſed tantùm fęmina, à maſculo alterius lineę contra expreſſam conceſſionis, ac Inueſtituræ formam excluderetur. Neque litera† ipſius textus in dicto c. 1. de natur. ſucceſſ. 33 feud. controuerſi patitur, quin illius diſpoſitio vniuerſaliter afficiat feuda maſculis tantùm cõceſſa, fęminea origine, atque etiam illa, in quibus fœminæ ex pacto poſt maſculos, vel ſimul cum illis ſuccedunt.

Tertiò, ac demum, quia ex clauſulis generalibus, & potiſſimum illa, ad habendum, † cenſe- 34 tur traſlatum omne Ius, & abdicatum ab vno ex diuidentibus in alium, itaut quoad partem condiuidentem peruentam, diuidena habeatur, ac ſi de medio ſublatus eſſet ſaltem quoad deſcendẽtes omnes ipſius condiuidentis, cui Ius dumtaxat reſeruatum ceſſetur ad præiudicium Domini, hoc etiam ex peculiari reſeruatione exteoſo, ac militante fauore venditorum. Addito maximè, quod vltra prædictas clauſulas, alienabilitas quoque ipſius feudi conuenit. Quibus ſimul iunctis ceſſat omnis difficultas, auctoritates in oppoſitum congeſtæ retorquentur, quodq; omne Ius in portione renunciata ab ipſo diuidente abdicatum cenſeatur, latiùs comptobant Gionagn. conſ. 100. num. 6. ac per tot. lib. 1. Altograd. conſ. 25. ſub nu. 41. verſic quando per diuiſionem, Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 195. num. 11. Clauſulæ verò eiuſdem diuiſionis per extenſum hic regiſtrantur.

INter alia contenta in Inſtrumento diuiſionis ſecutæ inter Illuſtriſſimos DD. Claudium Gonzagam, & Marchionem Aloyſium Gonzagam, cum fine reciproca, & alijs, de quo rogatus extitit q. D. Camillus Amigonus olim Notarius, &c. ſub die 6. Decembris, anni 1604. Apparet ſicuti prædictæ partes ſibi inuicem ſtipulantes dixerunt, declararunt, & confeſſæ fuerunt, vtramque ipſarum habuiſſe ſuam debitam portionem bonorum mobilium, ſupellectilium, & ſemouentium generis cuiuſcunque.

Ad habendum, tenendum, & poſſidendum, ſaluis

saluis iuribus quorumcunque DD. dictorum ipsorum bonorum, ab habitisque prius, & obtentis ab eisdem in scriptis licentijs præsentem faciendi diuisionem, quatenus requirantur, & non aliter, nec alio modo, ad quas licentias habendas, impetrandas, & obtinendas se se ad inuicem receptantes procuratores constituerunt irreuocabiles, etiam post mortem duraturos, & quicquid, saluis Iuribus, vt supra, vtrique ipsarum partium de parte sibi obuenta, deinceps de illis perpetuò placuerit faciendum, vna cũ omnibus, & singulis, quæ dicta bona, vt supra, diuisa habent supra se, intra, seu infra se, in integrum, omnique iure, & actione, vsu, seu requisitione sibi ex ipsis, vel pro ipsis, aut ipsis bonis, vt supra, diuisis, & respectiuè obuentis, modo aliquo spectante, & pertinente, & cum omnibus, & singulis, quæ intra suos continentur cõfines, accessibus, ingressibus, & egressibus, suis vijs, viantijs, & pertinentijs vsque in viam publicam, & quæ bona, iura, & alia dictis Illustrissimis DD. respectiuè in diuisione præd. cta obuenta, vna pars scilicet ad instantiam, & nomine alterius, & è conuerso tenere, & possidere constituit, donec illorum tenutam, & corporalem respectiuè acceperit possessionem, quam accipiendi, & in se de cętero retinendi sibi ipsis ad inuicem licentiam omnimodam contulerunt, & si quàm habent, vel habebant, illam sibi nouiter & plenissimè confirmarunt, vel confirmãt.

Dantes, cedentes, transferentes sese ad inuicem, vt supra, omnia iura, & actiones reales, & personales, vtiles, & directas, mixtas, mixtas, tacitas, expressas, ac hypothecarias, omnesq; alias, & alia generis, & maneriei cuiuscunque, quæ, quas, quales, quantas, & quot vtraque ipsarum partium habet, habebat, tenebat, & possidebat, sicq; Iuris erant, & esse poterant in parte alteri ipsarum, & è conuerso, respectiuè, vt supra, obuenta.

Facientes se se ad inuicem accep antes, vt supra, procuratrices suas irreuocabiles, vt in rem propriam, ponentesque se se ad inuicem in locum, & vniuersum Ius suum respectiuè, ita quodammodo Iuribus, & actionibus, vt supra, cessis, & renunciatis, ac alijs quibuscunque vtraq; ipsarum partium, sic possit, & valeat de parte, vt supra, respectiuè sibi obuenta agere, petere, excipere, experiri, prosequi, consequi, vendicare, litemque mouere, & se legitimè defendere, & tueri in iudicio, & extra, prout, & quemadmodum vtraque ipsarum partium poterat, & potuisset ante præsentem diuisionem, & Iurium cessionem.

Declarantes dictæ partes se se à dicta diuisionis scriptura confectione citrà, reperiri in possessione, & tenuta partium prædictarum, quasq; vtraque pars penès se habere dixit, scilicet vtraque suam partem eidem, vt supra, obuentam, promittentes sibi ipsis ad inuicem, & vicissim, mihique Notario infrascripto, vti publicæ, & authenticæ personæ, quatenùs opus sit, respectu dicti pupilli, & hæredum suorum, nomine, & vice ipsius pupilli, & vt supra, stipulantibus, & acceptantibus pro se, & hæredibus suis de dictis portionibus, vt supra, ipsis partibus respectiuè obuentis, vel earum parte aliqua vllo vnquã tempore litem, causam, vel quæstionem aliquã non inferre, vel mouere, inferentique, vel mouenti, aut inferre, vel mouere volenti non consentire, quinimmo se ad inuicem, & vtramq; ipsarum portionum legitime defendere, auctorizare, & desbrigare in Iudicio, & extra, ab omni, & quacunque persona, Communi, Collegio, & Vniuersitate, vnam scilicet ipsarum partium inquietante, seu molestante, inquietareve, siue molestare volente, tam in proprietate, quàm in possessione siue euicta fuerit in totũ, vel in parte, siue non, omnibus ipsorum Communibus, sumptibus, damnis, interesse, & expensis, sine aliqua exceptione Iuris, vel facti, & sub obligatione bonorum infrascr pta.

Pacto inter partes facto, & solemni stipulatione firmato, quod in casu molestiæ euinscendæque inferrendæ, vel quæ inferri posset Illustris. D. Claudio præd. cto occasione additionis hæreditatis tam semel per eum factæ Illustrissimi D. Curtij, teneatur dicta Illustris. D. Turris, vt supra, & ipse Illustris. D Marchio futuro tempore prodimid a conseruare indemnem, & penitùs sine damno ipsum Illustrissimum D. Claudium à prædicta molestia.

Quibus stantibus partes prędictę vocantes se se esse tacitas, & contentas sibi ipsis ad inuicem & vicissim, mecum Notario infrascripto, vt supra, stipulante, ac stipulantibus, & acceptantibus, vt supra, fecerunt, & faciunt fidem generalem, & generalissimam quietationem, absolutionem, remissionem, cum pacto perpetuo, & irreuocabili de vlterius aliquid non petendo, nec peti faciendo, & pro omni eo, & toto, quod vna pars ab altera, & è conuerso petere, habere, & cõsequi p isset, poterat, & potuisset, tam casis, & occasionibus prædictis, quàm, &c. Liberantes se se ad inuicem per Aquilinam stipulationem præcedentem, & acceptilationem subsequentem legitimè interpositas. Cassantes, remouentes, & annullantes omne Instrumentum, omnemque aliam scripturam, tam publicam, quàm priuatam, & præcipuè dicta donationis, testamenti, primogenituræ, innestituræ, & inuentarij per d. ctũ D. Claudium de bonis, & hæreditate dicti q. D. Curtij facti, Instrumenta, & alia, de quib. supra, ita quod in futurum sint nullius roboris, valoris, efficaciæ, vel momenti.

Dubitari autem nequit, quin feudum huiusmodi alienabile prorsus, atque ad instar allodiallum penitùs reducetur, ob consuetudinem quo ad agnatos, & quoad Dominum † ob clausulam, 33 ad habendum &c. sine contradict one Episcopi &c. qua stante etiam sine licentia disponẽdi de feudo data facultas intelligitur, præstito iam velut ab initio assensu, vt dixi supra, & allegat. 1. & 2. l. b. a. & nunc addo Gintb. de feud. §. glos. 3. nu. 45. cum adductis per Rotam in Sarsinat.

feudi

feud. prima Iulij 1639. in quarta con. ctura, versic. respon u n. fuit contrariam sententiam, quòd sine licentia possit disponere, præsti. o iam ab initio consensu, esse magis communem, magisque receptam. Quæ quidem effrenata facultas disponendi de feudo, tam in origine feudi, quàm pluriès in emptione, ac diuisione illius impertita, euacuata non dicitur per pactum Inuestituris adiectum alienationis, ac cuiuscunq;
36 contractus † sine assensu Domini prohibitiuum, quicquid dixerint adducti supra n. 7. & tradunt Gratian. discept. 344. n. 11. Barbos. de clauf. 4. nu. 12. cùm non versemur in prohibi[...]ne simplici, & absoluta, sed qualificata ex assensu Domini priùs obtinendo, feudumque rectum sit, & prohibitio inducta ab homine, & non à lege,
37 quo casu alienabilitas † ipsius feudi inconcussa adhuc remanet, vt iam dixi, & latiùs exornat Rota in Cesenaten emphyteusis 14. Nouemb. 1635. coram Merlino, vers. & quamuis, quæ est decis. 741. num. 17. tom. 3. p. 4. recent. & in dicta Saisinaten. feudi. 21. Iunij 1645. versic. quarta coniectura, & 18. Decemb. 1645. versic. dicebant Domini, coram Dunozetto Decano.

Vltimo neque officit, quod facultas disponendi importata per clausulam, ad habendum, &c. ità demum operatur in eum affectu per actum in
38 ter viuos, † seu particularem dispositionem in vltima voluntate sequatur alienatio, ad multos, quos cumulat Fusar. de substit. quæst. 594. num. 29. & seq. Giouan. d. cons. 100. num. 8. & seq. lib. 1. Rota decis. 624. nom. 2. p. 2. recent., quæ est decis. 89. apud Buratt. & decis. 86. num. 4. ac per tot. tom. 3. p. 4. recent. Barbos. de clauf. 4. num. 25. & faciunt tradita per Capyc. Latr. consult. 1. num. 80. Galeott. contro. 2. nu. 16. & seq. lib. 2. siquidem huic obiecto satisfaciebam replicando illud non procedere, seu non applicari, quippè quoniam clausula, ad habendum, &c. in concessione primæua feudi adiecta, atque in emptione à Consortibus de Gonzaga superaddita simulque in diuisione ipsa amplissimè inculcata non coarctatur ad solos inuestitos
39 † acquirentes, & diuidentes, sed vlterius ad eorum hæredes porrigitur, adeout per diuisionem sic conceptam remissum quodcunque Ius, etiã de futuro, minimeque secuta alienatione censeatur, ad tradita per Fusar. de substit. d. quæst. 593. num. 31. & faciunt dedocta per Rotam decis. 294. nom. 8. p. 2. recent. Barbos. de clauf. 4. num 29. quatenùs voluot clausulam, ad habendum &c. restrictam ad inuestitos tantum non operari, quantum extensa ad hæredes præstat. Præterquam quod aliqui ex præcitatis Doctoribus
40 loquuntur in casu existentiæ † eiusdem clausulæ non per extensum, sed ceteratæ, Rota. dicta decis. 622. num. 2. p. 2. recent. quæ est decis. 89. apud Buratt. & decis. 86. num. 8. tom. 2. p. 3. recent. Barbos. dict. clauf. 4. num. 24. Quæ tamen dicta sint disputationis ergo, atque ornatus causa, cùm in effectu Marchio Aloysius alienauerit, ac per legatum peculiarem dispusuerit, non quidem in sororem, quia errore, atq; ex falsa causa ductus feudalia in vniuersali Institutione facta crediderit non venire, adeout perinde habeatur, ac si in sororem non spoliasset, quemadmodum poterat, & suppressa potestate enixè cupiebat, vt iam dixi in priori allegat. n. 21. lib. 2. Concludo igitur ex natura feudi illius originaria, ex qualitate per acquisitionem maioris partis eiusdem feudi assumpta, iuncta consolidatione medietatis feudi per diuisionem resultante, ac fixa in linea D. Marchionissæ independenter à linea patris aduersæ per existentiã masculorum istius illam minime exclusam dici posse, sed omnino cum illius posteritatem admittendam, ex quibus tametsi articuli resoluti in vniuersum remaneant, singulis tamen suam applicari responsionem opportunum non minùs, quàm necessarium duximus, vt nostræ Principalis Iura à quacumque impugnatione illæsa consistant, in dubium ergò reuocatur.

Primo, An sit attendendus tenor Inuestituræ de anno 1622. die 6. Maij simultaneæ concessæ D. Marchioni Aloysio vltimo defuncto, Ludouico Francisco, & Iulio Cæsari nunc viuenti, vel potiùs asserræ Inuestituræ de anno 1332. 16. Maij concessæ Nob. D. Aloysio Gonzagæ primo Mantuæ; Tenor autem Inuestituræ, quantum ad præsentem controuersiam, sequitur.

Feudum Illustrissimi D. Marchionis Aloysij Acquitis, &c. & Illustrissimorum DD. Ludouici Francisci, & Iulij Cæsaris fratrum omnium de Gonzaga, die 6. Maij 1622.

IBi coram, &c. comparuerunt D. Marchio Aloysius, &c. & D. Ludouicus Franciscus &c. tam nomine proprio, quàm etiam nomine, & vice D. Iulij Cæsaris eius fratris, & omnesque, &c. petierunt, & insteterunt, &c. inuestiri ad præcedentium Inuestituram, ac inferiùs memorandæ Leonis formam.

De omnibus, &c. de quibus inuestiti fuerunt eorum maiores ex inuestitura sub die 22. Februarij 1584. rogati per D. Leonellum de Georgijs, & altera sub die 2. Maij 1595. recepta per D. Carolum de Righellis.

Et hoc, &c.

Qui memoratus Episcopus &c. visis dictis Inuestituris superiùs citatis, & præcipuè licentia quadam per olim Marcum Gonzagam Episcopum Mantuanum eisdem DD. eorum maioribus concessa in memorata Leonilli Inuestitura registrata, cuius vigore ijdem et q. Domini, de parte dictarum terrarum, bonorum, ac iurium per eos tunc à Consortibus de Gonzaga acquisitorum, inuestiti fuere de feudo antiquo, & antiquitùs solito concedi.

Considerans, &c. inhærendo concessionibus, de quibus in eisdem Inuestituris, &c. easdem concessiones, &c. prædictis Marchioni Aloysio pro se, & Ludouico Francisco pro se, & pro Dom. Iulio Cæsare fratre suo acceptantibus plenissimè confirmauit.

Et in signum, &c. cum quodam annulo aureo

Digitized by Google

reo, quem in suis tenebat manibus, auctoritate renouatæ concessionis, & Inuestitoræ, perpetuò inuestiuit in feudum honorificum antiquũ ad formam præcitatarũ, ac aliarum antiquarum Innestituraũ suprascriptũ, Illustr. D. Mateb. Aloysium præsentem, & acceptantẽ pro se, & hæredibus suis ex eo legitimè descendentibus, ac suprascriptum Illustriss. D. Ludouicum Franciscum præsentem, & acceptantem nomine suo proprio, ac nomine, & vice suprascripti Illustrissimi D. Iulij Cæsaris eius fratris, ac pro eorum, & cuiuslibet eorum hæredibus ex eis, & vnoquoque eorum legitimè descendentibus, ad formam semper memoratæ licentiæ in antedicta q. Leonelli Inuestitura registrata.

De omnibus, &c.

Ad habendum, tenendum, & possidendum, & quicquid dictis Inuestitis, & eorum hæredibus, vt supra, deinceps perpetuò placuerit faciendum, saluis semper Iuribus dicti Episcopatus, vnà cum omnibus &c.

Item, quod dicti Illustrissimi DD. non possint nec valeant dictas res, Iura, & bona, vt præfertur concessas, vel earum partem aliquam vendere, aut quoquomodo alienare, nec contractum aliquem de eis facere, absque expressa licentia ipsius Illustrissimi, & Reuerendissimi Episcopi Administratoris.

Articulus non per viam ambiguæ quæstionis
sed indubitatæ conclusionis promptam, atque
irrefragabilem habet determinationem, conue-
nientibus in eo Feudistis omnibus, quod in feu-
dis primæ Inuestituræ tenor adeò præcisè atten-
datur, vt si contigat alteratio in subsequentibus
Inuestituris, nec de consensu vtriusque inue-
stientis, scilicet & inuestiti in alterationem ap-
pareat, per errorem, ac per impressionem al-
41 terata præsumatur, itaut prima, † non subseque-
tes in cognoscenda qualitate feudi omninò in-
spici, atque ad vnguem obseruari debeat, vt cẽ-
ties dixi, ac sparsim in primo volumine mearum
allegationum, ad quas recurrendum, idemque
reassumpsi in altera allegat. num. 34. quæ est at.
lib. 2. vbi decisionem Rotæ in hac eadem causa
se super eodem articulo retuli, & tunc conge-
stis accedunt cumulati per Giurb. de feod. præ-
lud. 4 num. 57. vbi quod prima Inuestitura se-
quentium radix, ac fundamentum; & prælud. 5.
numer. 53. vbi quod Inuestitura altera habita
quàm sit originalis ex errore præsumatur, error-
que non noceat, cùm semper reuocari possit;
quod repetit, ac latiùs exornat § 1. glos. 7. nu-
mer. 44. & glos. 14. num. 60. & alibi sæpè, *Io.
Baptista* Bilocț. conclus. feudal. 45. nu. 8. & cõ-
clus. 99. nu. 4. Vrsin. de feud. par. 2. qo. 1. art. 2.
sub nu. 8. vers. nam prima, & originalis inuesti-
turæ tantùm debet attendi, & ideò si reperian-
tur plures inuestituræ diuerso tempore factę, &
prima dicat pro masculis, & fœminis, alia verò
pro masculis tantùm, prima debet attẽdi, Mart.
cons. 6. num. 5. & 19. & cons. 28. nu. 2. & cons.
123. nu. 23. & seq. & cons. 154. nu. 15. & sequ.
vbi quod inuestitura prima attendatur, itaut cõ-
cessa cum clausula, quibus dederit, vel pro ma-
sculis, & fœminas non restringatur per subse-
quens ad solos masculos, Rota decis. 555. nu. 11.
par. 2. recent. & decis. 211. num. 5. & 6. part. 6.
recent. & in Sarsinsten. feudi 20. Decemb. 1638.
vers. quod attinet, coram Coccino, videnda apud
Capye. Latr. consult. 75. num. 156. cum plurib.
sequentib. & in Mediolanen. emphyt. seu bo-
norum 15. Aprilis 1641. num. 13. vbi in emphy-
teusi, quod subsequentes concessiones censean-
tur factæ iuxta tenorem primæ inuestiturę anti-
quæ, quæ tamquam radix influat in sequentes,
nec sinat, vt à pactis primò conuentis credatur
recessum, nisi hoc fuerit expressè dictum, coram
Merlino; & in Caietana bonorum 3. Decembr.
1646. num. 20. vbi quod relatio posterioris In-
uestituræ ad præcedentes operetur, vt in relato
apposita in referente inserta censeantur, Cerro;
& in Rauennaten. Domus 14. Iunij 1649. nu. 3.
vbi quod inuestitura ad pręcedentes relatiua ab
eis interpretationem recipiat, num. 3. ac per to-
tum, & in eadem 17. Martij 1651. num. 7. coram
Roia, Treutler. qui meretur videri, consil. 23.
nu. 49. & seq. Galeott. contron. 51. nn. 28. & seq.
lib. 1. & contron. 23. nu. 8 & seq. lib. 2. Marecl.
de maur. alleg. 6. nu. 1. & 2.

Ratio assignari potest, quia ad effectum, vt al-
terat o inuestituram vocatis, ac successoribus
præiudicet, requiritur, † quod facta appareat a- 42
nimo ad id deliberato, seu de voluntate ipsorum
inuestitorum, immo ad eorum petitionem, & de
consensu Domini, quibus simul iunctis, atque
consensu vtriusque ad interueniente inuestitu-
ra potest mutari, Surd. cons. 5. num. 53. 65. &
66. & cons. 105. num. 26. & cons. 384. num. 28.
Schrader. de feud. par. 5. cap. 2. sub num. 39. &
habetur penès præcitatos Doctores, & apud Cy-
riac. de iur. legit. success. Ducis Caroli art. 2. nu.
53. & latissimè in responso pro de Seraphinis
nu. 1. & seq nunc impresso apud nos in fine pri-
mi voluminis nostrarum allegationum, Censal.
ad Peregr. fol. 74. col. 2. in princ. Galeot. dicta
controu. 23. nu. 12. lib. 1. Marescot. var. resol.
120. nu. 7. lib. 2. in quibus terminis procedunt
tradita per Rotam in Romana domus, seu ap-
partamenti de Capranica 17. Decembris 1635.
num. 4. Dunozetto. Vnde cùm inuestitura anni
1622 relationem habeat ad inuestituram anni
1584. & ista ad præcedentes, inde fit, quod in-
uestitura anni 1582. cunctis præualeat, illaque
quoad comprehensionem fœminarum inspici
debeat, quemadmodum in alio casu super hoc
eodem feudo, vti dicebamus, censuit Rota decis.
187. par. 2. diuers. quam allegat, & sequitur Ro-
ta in Brixien. feudi prima Iulij 1592. coram Pã-
philio, impressa in primo volumine mearum al-
legationum fol. 338. Camill. medic. consil 159.
nu. 6. & seq. vbi omnino videatur, Fab. de Aon.
cons 53. nu. 35. & 36. lib. 1.

Admisso autem, citra veri præiudicium, & sic aggredior secundum articulum, quod quatenùs attendendus veniret tenor ipsius inuestituræ

anni

Digitized by Google

anni 162..ex quo in feudalib. Episcopatus Mātuæ appellatione hæredum veniunt tātum masculi, non fœminæ, excludenda videatur D. Marchionissa à petitis. Non ideò ex generali consuetudine feudorum Episcopatus nō admittendi fœminas expressè vocatas in feudis in forma ordinaria concessis, argui posset ad feudum Curię Podij Nobilium nuncupatæ, contradistinctum ab omnibus alijs feudis, habens formam concessionis, per quam in pluribus à cęteris degenerat, in tantum quòd in causis feudalibus decidendis non generalis loci, sed particularis
43 feudi † consuetudo attendi debet, per ea, quæ in hac eadem causa diximus allegat.26. nu.48. fol. 486. lib.1. Peregr. cons.33. num.24. in fin. lib. 1. Mart. cons.154. n.34. Rosent. de feud. c.9. concl.58. num.38. Cyriac. controuers.23. nu.23. & tangit Ripa Mantuæ in responso pro Oliuo num.6. & seq. impresso post primum volumen meatum allegationum, Galeott. controuers.1. num.110. & seq. vbi de consuetudine famigliæ Gonzagę, lib.2. Cutell. de doostr. pag.572. nu. 110. Veruntamen quod in feudo ab Ecclesia inferiori recognito cum clausulis, de quibus in prima huius feudi concessione, fœmina, quantūuis minime vocata, † incedat simul cum ma-
44 sculis in paritate gradus, & proximiores præferrantur, iam ea mente Rotæ in Brixien. feudi pluries dixi, vt videre est in præcedenti Iuris allegatione in hac eadem causa edita nu.37. 38. & 41. quæ est 21. lib.2. & latiùs examinaut Capye Latr. consult. 75. num.52. & seq. & num. 102. Ripa in dicto responso per Oliuo num.30. cum seqq. Cyriac. in responso per Seraphina n. 21. ac per totum, quæ responsa registrantur in fine primi voluminis nostrarum allegationum; quamobrem in feudo DD. aliàs Comitum ab Arcu Campitelli de Iure directi dominij eiusdem Episcopatus, nunc deuento in Marchiones nostros vigore concessionis, & Inuestituræ, etiam extraneos comprehendendis, sicque vbi adest diuersitas in concedendis feudis, diuersimodè quoque in eis successio regulari debet.

Fundamentum præcedens conclusio, prætter Feudistarum traditiones, ex apertissima Iuris di-
45 spositione assumit, † de qua in cap. si cui militi, in extraordinarijs cuius tenor ità iacet, si cui militi ad certum seruitium feudum fuerit datū; isque relicta ea se descendente fœmina decesserit, id seruitium, iuxta feudi cognitionem, non minùs decenter præstare possit, quàm masculus, & si in Inuestitura minimè cautum sit, & fœminæ ad id aspirare valeant, eum tamen admitti rectum putamus. Quinimmò hoc casu simul cum masculo in feudo eam succedere, quidam putant, quod multò magis dignum obseruantia existimamus, cùm feudum sic datum est, vt nullum pro eo seruitium fiat, vt plenaq, hodie feuda dantur, & in §. fin. eiusd. c. si cui militi, ibi, Quamquam enim superstite masculo ex eo, qui primus feudum acquisiuit, fœminę excluduntur, & si in maribus, & fœminis fuerat acquisitum, feudis regulariter tradi solet, sermonem tamen Inuestituræ, nec non vim verborum, & sensum contrahentium intuentes discretionem sexus in eiusmodi feudi successione non fecimus, ex cuius quidèm textus serie colligitur fœminam in feudo degeneranti à recto etiam non vocata simul cum masculis succedere, quodq; pro regulanda feudorum successione simultanea masculorum, & fœminarum inspici debeant structura inuestiturę, vis verborum, ac mens contrahentium, quo stante sequitur successionem multifariam, multisq; modis in feudalibus regulari, quemadmodum in eorum concessione feudum vnum discriminatur ab altero, & istud cum alijs non conuenit.

Textus † verò prædicti in dicto c. si cui militi, 46
in extraordin. legalitas ampliùs in controuersiā reuocari non meretur, postquam illud, vt authenticum, communiter receperunt cumulati per nos alleg.8. num.54. fol.123. lib.1. quos antea in vnum collegerant, & addnaerant Ripa Mantuæ, & Cyriac. in dictis responsis, ille num. 52. iste num.23. ac per tot. post primum volumen nostrarum allegationum: circa quam textus legalitatem Senatus Mantuæ in prędicta causa dispntare non intellexit, verùm exclusionem fœminæ desumpsit ex consuetudine, iniūcta dispositione Statuti, vt in dicta decisione n. 123. & seqq. quorum certè neutrum huic casui applicationem recipit, non quidèm consuetudo, quia quicquid fuisset obseruatum in alijs feudis nullam omninò cum isto habentibus correspectiuitatem, aut combinationem in isto non attenderetur, præterquam quod non extare huiusmodi consuetudinem † sufficit alle- 47
gare, dùm contrarium non probatur, ea traditis ad rem per Ripam Mantuæ in dicto responso apud nos impresso ex nu.83. nec Statutum, cùm versemur in successione ex testamento, & prætensione D. Marchionissæ, quod in subsistēte legato tanquam ex falsa causa, & per errorem eius parentibus relicto in institutione vniuersali de eius persona facta inculpatur. Ceterum, quod fœminarum exclusio in feudis huiusmodi ad instar allodialium penitùs tedacta à Statuto † duntaxat, & non aliunde prouenire 48
quòties se se obtulit occasio Senatus Mantuæ censuit, vt videre est apud Surd. cons.502. & in causa Spoluerina Gonzaga, & prædicta vtriusq; Gonzaga. Intelligendo semper themate retento concessionis, & forma succedendi ab eadem præscripta iuxta duratione cuiusque lineæ. non autem vt Statutum operetur exclusionem fœminæ propter masculos alterius, contra præsumptam, seu expressam mentem acquirentium, quorum singulis priùs, vti dicebamus, posteritati propriæ tam masculinæ, quàm fœmininę prospexisse censetur, antequā portio feudi vni contingens, alteram lineam transeat, ac proportionabiliter cum methodo succedendi à statuto indocta se conformasse pręsumuntur, itaut masculis extantib. eiusdem feminę excludātur, nō autem à masculis alterius, vtiuon peuaeta

A 2 prius

prius linea etiam quoad fœminas in successibilibus. Quæ eo fortius in præsentiarum militant propter inuestituram plurimum diuersificatam ab alijs, amplissimamque de feudo disponendi facultatem continentem. Verùm quia subsequentes inuestituræ relationem habent præcisam cum geminata declaratione, nuoquam ab eis quoquomodo recedendi,&iuata tenorem primę regulari debent;Ideò magis nostræ Principalis fundata redditur intentio.

Sicq; ex præmissis, eùm sufficienter ostensū fuerit ob qualitatem feudi non minùs, quàm etiam ex eo,quod statutaria dispositio ad præsentem facti speciem non applicatur, feminam in paritate gradus cōcurrere cum masculis, illisq, remotionibus præferendam,indè quoq; tertius articulus resolutus euadit, cuius tenor sic conceptus apparet.

Tertius articulus, quatenùs verò esset attendendus tenor dictæ primæ inuestituræ cantantis pro se, & filijs masculis,& fęminis. An extantibus masculis, siue ex Iure etiam feudali, siue ex Iure statutario Mantuæ, dictus D. Marchio Iulius Cæsar, vti masculus admittendus veniat, exclusa dicta D. Marchionissa Francisca, vti fæmina.

Succedit modò quartus articulus sic extensus. Quartus, maximè sine inspecta dispositione dictiD. Marchionis Aloysij in eius vltimo testamento de anno 1627.die 25.Iunij, in qua sententus fuit opinionem pro masculis, & ideò voluit quatenus ipse decederet sine filijs feudo capacibus,(quo casus euenit)quod dicta bona feudalia transirent ad dictos DD.Marchionē Claudium,& eius filios,vt talis est dictusD.Marchio Iulius Cæsar. Cuius resolutio apertissima redditur, Quoniam testator † ex inani supposito, falsa causa, errore, atque ignorantia capacitatis eius sororis, patruelibus feudum legauit,minimè tamen relicturus vbi naturam, qualitatem, ac ad quoscunq; hæredes feudi transmissibilitatem compertam habuisset. Vndè intrat conclusio, iuxta quam Testatoris dispositio, & legatum ex falsa credulitate in causa finali non sustinetur, vt latiùs in hac eadem causa comprobaui allegat. 26. nu.12. & seq. fol.478. lib. 1. & in altera allegatione mea conscripta n.46. quæ est 21. li 2. & nunc addo Rotam decis. 31. num.12.tom.2 p.4. recent. vbi quod Testatoris dispositio declaretur,& reguletur ex causa, quę ex eis verbis colligitur, & ex qua motus fuerit; Galeolt. contr. 39. n 43. & seq. lib. 1. merend. contro inr.cap.23. sub.n.7. lib.2. vbi quod legatarius petens legatum ex falsa causa sibi relictum, non consequatur legatum, & exceptione doli repellatur; Io: Franc. Andreol.contro. 218. num 26.

Deuenio nunc ad quintum articulum,In quo disceptandum proponitur, An fæmina semel exclusa, semper remaneat exclusa & de exclusione patere videtur ex inuestitura anni 1622. & de dote habita, prout in Instrumento anni 1608. die 2a Februarij. Tripliciter hęc quæstio euitatur, & primo, quia illius exclusio ob incapacitatem cōcurrendi cum masculis ad feudalia non successit, sed quia cùm huiusmodi bona in succedendo non aliter regularentur, nec diuersimodè ab allodialibus, sequitur propterea,quod illius exclusio non à qualitate feudi, sed ab ipso Statuto prouenerit, vt sępius coram Excellentiss. Senatu decisum iam retulimus; vndè eum propter testamentum † cesset 50
successio intestati, l quandiu, 39.ff. de acq.hęred.l. quandiu. 89. ff. de reg. Iur. ac consequenter dispositio Statuti,exclusio quoq;fæminarum ab eo descendens cessare debet Iuribus cuiq; optimè notis. Secundo, quia eadem Dom. Marchionissa dote recepta per renunciationem fauore fratris, eiusq; descendentium emanatam se excluserat. Ideò eo sine descendentibus vita functo, ipsaq; per testamentum vocata ad successionem etiam feudorum † renunciatam reintegranda venit, ad latissimè in terminis tradita 51
per Fab. de Ann. cons.53.nu.37.& 39.lib.1.& cons.109. per tot.lib.2. & per Ripam Mantuæ in dicto responso pro Delphinis nu. 30.& seq. impresso in fine primi voluminis meatum allegationum. Demùm, quia quod fæmina in feudis Mantuanis semel,ac pluries per existentiam masculorum non dicatur perpetuò exclusa, sed cessante fundamento exclusionis ad feuda huiusmodi indifferenter admittatur, conclusio reputatur tam in consulendo,quàm in iudicando 52
verissima, atq; in patria Mantuana communiter recepta,quā amplectimur alleg.18.n.22.fol.31a. l.1.eamq; sequuntur Ripa Mantuæ in dicto responso pro Seraphinis nu.44. post meas allegat. vol.1. Vndè quicquid ipsis in alijs feudis voluerit,nimirùm fæminam semel exclusam, perpetuò excludi etiam fauore Domini, vt illius † 53
contro 112. & de iur. legitim. success Duc.Carol.att.2. n.54.&seq. in feudis huius farinæ residet in nostra opinione pluriès ab eodem Mantuæ Senatu canonizata, & signanter in causa vtrique Gonzaga in quarta decisione nu.21.& seq.præsentia igitur exclusio non officit,quia D. Marchionissa succedere habeat, siue feudum in institutione de eius persona à fratre vniuersaliter facta includatur,siue ex eo, quia Statutum † 54
alterare nequit successionem in Inuestitura pręscriptam, seu ex natura feudi resultantem, vt egregiè animaduertit Ripa Mantuæ dicto responso num. 35. & seq. post meas allegat. vol.1. Quippè quoniam maiores eiusdem Marchionissæ,tam in acquirendo præcipue partem eiusdem feudi, † quàm post illud diuidendo, pro- 55
priæ soboli vtriusq, sexu priùs, quàm aliorū de familia prospexisse censentur, dixi allegat.8.n. 55. fol.124. lib.1.& in alia Iuris allegat. num.4. quæ est 21. libr. 2. & nunc addo Rotam decisione 541. numero 13. tomo 3. parte 4. recentio. Sanfelic. decisione 99. numero 21. vbi quod feudum recipiens, videatur etiam descendentibus suis prospexisse, & ità lex subintelligit, licèt de illa non sit expressum. Adeout retento quoque eodem succedendi

56 dendi themate, Statuto † le conformasse io acquisitione feudi censeantur, vt post alios indicaui dicta alleg.18. fol.311. lib. t. vt nimirùm vnius ex acquirentibus descendentes masculi ab intestato, succedētes fœminas ab eodem stipite prouenientes excludant, secùs vero quoad masculos diuersæ lineę, qui non nisi altera prius in totum euacuata succedere ad portionem feudi possunt.

Subijciam hic tenorem sexti articuli, qui sic se habet. An bona feudalia, de quibus agitur, vigore diuisionis secutæ, prout in Instrumento anni 1604. die 6. Decembris, potuerint effici, vel effecta sint noua in præiudicium agnatorū, vel potiùs remanserint antiqua, sicut indiuisa remanserunt, & tanquam antiqua fuerunt concessa in dicta Inuestitura anni 1622. referendo se ad antiquas Inuestituras annorum 1584. die 22. Februarij, & 1595. die 2. Maij, non quod agatur aliqua discussione, sed vt vnusquisque cognoscere possit, hanc quæstionem fuisse superiùs exactissimè inblatam; nihil enim releuat, quod post diuisionem simultaneam adhuc receperint, ac pro indiuiso quoad quædam Inuesti-

57 turam, nam simultanea concessio in feudis plus Iuris non tribuit, quàm antea inuestitus ipse habeter, Henning. Goden: cons.16. num.4. & 9. Mysinger. cons.29. num.6. & seq. Treutler. cons.2.3. num.17. & cons.67. numer.10. & seq. Preterquam quod dici nequenot simultaneè in uestiti in præcitata, atque superius extensa inuestitura anni 1622. dum discretiuè, ac per separatas stipulaciones tatam feudum recognouerunt, acceptante D. Marchione Aloysio iuniore pro se, & hæredibus ex eo legitimè descendentibus, D. autem Ludouico Francisco nomine eius proprio, ac processit acquisitio per eorum, & cuiuslibet eorum hæredibus, non secus, ac processit acquisitio per eorum parentes facta, successeritque inter eosdem diuisio. Adeout D. Marchio intellexerit inuestiri de medietate ab eius patre empta, sibique io diuisione obuenta, pariq; ratione de altera medietate feudi eius patruales inuestituram susceperint. Signum euidens, quod ne latum quidèm vnguè à præcedēti diuisione, atque à norma succedendi post acquisitam feudi maiorem partem voluerint. Quę quidèm stipulationum diuersitas in clausula, ad habendum, &c. per dictionem, vt supra, eidem clausulę annexam, non sine misterio præsernatur, importat siquidem eadem dictio, vt supra,

58 † relationem præcedentium qualitatum, vt post alios animaduertit Barbos. de diction. 441. per tot. itaut sensus tam inuestiendi, quàm inuestituram suscipientium fuerit, quod marchio Aloysius, eiusque hæredes facultatem disponendi de portione feudi ad ipsos vigore diuisionis acquisitionis, ac renouationis inuestiturę spectāte nanciscerentur, seu antea nactam conseruaret, D. D. autem Ludouicus Franciscus, & Marchio Iulius Cæsar, eiusq; hæredes liberum de altera portione haberent, seu retinerent arbitrium.

Tenor ergò dictę inuestituræ anni 1584. die 22. Februarij, extensus cum assensu Episcopi hic dimittitur.

Feudum M. Ill. & Reuerendiss. DD. Claudij Gonzagæ Abbatis, & Ill. D. fratris sui, ac Nepotum, ab Episcopatu Mantuæ.

IBIq; coram &c. comparauit Mag. D. Ioannes Franciscus Crema, vti, & tanquam Procurator ad hæc specialiter constitutus M. Ill. & Reu. DD. Claudij Gonzagæ Abbatis S. Mariæ Felloniciæ, & ipsi Ill. D. Commissario exhibuit, & præsentauit Instrumentum vnum licentiæ prędicto Reuerendiss. D. Abbatis, ac alijs Nobilibus de Gonzaga concessæ per olim Reuerendiss. D. Marcum Gonzagam Episcopum Mantuanum, petens, & requirens humiliter, & deuotè se ipsū dicto procuratorio nomine inuestiri ad formam dictæ infrascriptæ licentiæ de omnibus, &c. Et quas terras, & Iura ipse M. Ill. & Reu. D. Abbas emit, & acquisiuit à prędictis Ill. DD. consortibus pro se, ac pro Ill. DD. Curtio eius fratre, & Aloysio, & Claudio iuniore nepotibus nepotibus suis ex q. Ill. D. Siluio eorundem D. D. Claudij Abbatis, & Curtij fratris, vt de emptione constare dicitur Instrumēto publico rogato per egr. D. Iacobum Antonium Tragnolum Notarium Mantuanum die 3. mensis Martij anni 1583. qui memoratus Ill. D. Commissarius, & Locotens, ac Procurator antedictus vice & nomine prędicti, &c. Certificatus prius de prędictis per exhibitionem dictę infrascriptę licentiæ, & dictarum pręcedentium inuestiturarum ibi coram eo præsētarum. Considerans petitionem, & requisitionem, &c. eundem D. Ioannem Franciscum, vti procuratorem antedictum, præsentem stipulantem, & acceptantem pro dicto M. Ill. & Reu. D. Claudio Abbate, & dicto Ill. D. Curtio eius fratre, prædictisque Ill. DD. Aloysio, & Claudio iuniore eorum nepotibus, & pro eorum, & cuiuslibet eorum hęredibus, & successoribus, & ad formam dictę infrascriptæ licentiæ, attentaque emptione prędicta illius virtute sequuta, vt supra dictum est, cum quadam carta, quam in suis tenebat manibus, in feudum antiquum, & honotificum, modisq; & formis, quibus ipsi Ill. DD. Consortes immemores, & eorum maiores inuestiti reperiuntur, ac iuxta tenorem antiquarum inuestiturarum, sicut & suorum prædecessorum, ad formamque dictæ infrascriptæ licentiæ, de prędictis terris, Iuribus, actionibus, vt supra emptis & acquisitis, actualiter, legitimè, perpetuò inuestiuit, &c. Ad habendum, &c. & tenutam, &c.

Tenor licentiæ, de qua supra, talis est, videlicet Licentia M. Ill & Reu. D D Episcopi Mantuæ concessa M. Ill. & Reu. D. Claudio Gonzaga Abbati, ac alijs Ill. Nobilibus de Gonzaga.

IBIq; personaliter constitutus, & iacens in lecto M. Ill. & Reu. D. D. Marcus Gonzaga, Dei, & Apostolicæ Sedis gratia, Episcopus Mantuanus.

tuanus. M. Ill. & Reu. D. Claudij, & Illustr. DD. Nob. de Gonzaga dedit, & concessit licentiã Ill. D. Paulo Camillo patri, & Ill. DD. Federico omnibus Consortibus de Gonzaga, vendendi, & respectiuè renunciandi, & cedendi valdè Ill. & Reu. D. Claudio omnes, & quascunque terras, & quolibet etiam in futurum cõpetere possent virtute Inuestiturarũ suarum, & suorum prædecessorum in iufrascripta pet. ter seu eius causa, quæ iura fuerunt, & sunt feudũ antiquum prædicti Episcopatus Mantuæ, & ab eo cognoscuntur pro indiuiso per supradictos Ill. Consortes, vt in supradictis Inuestituris, & ipso Reuer. D. Claudio Abbati prædicto emendi à prædictis DD. pro se, & per Ill. DD. Curtio eius fratre, & Aloysio, & Claudio iuniore nepotibus ex q. Ill. D. Siluio eorumdem DD. Claudij Abbatis, & Curtij fratris omnibus viuentibus in cõmunionem bonorum, cum pactis, reseruationibus, & conuentionibus inter ipsos factis, & conuentis, cunque alijs pactis, conditionibus, modis, vt supra, quæ de nouo inter eos forsan conuaniri contigerit, sic ità tamen, vt per ea pacta conuẽta, & conuenienda nullum omninò preiudiciũ geretur prædicto Reuerendiss. D. Episcopo, & successoribus suis, & pro ea non alteretur natura feudi, nec tenor inuestiturarũ Antiquarum; Volens ex certa scientia; mandans idem Reuer. Dominus, Ill. Deius in temporabilibus Cõmissario generali, quatenùs dictum Ill. & Reu. D. Claudium Abbatem, & etiam dictos DD. Curtium, & fratrem, Aloysiumque, & Claudium iuniorem nepotes iuxta tenorem supradictarũ Inuestiturarũ inuestiat de dictis terris, & iuribus in feudum antiquum, talemque primum inter ipsos Claudium seniorem, Curtiumq; fratres, & eorundem nepotes, eorum, & cuiuslibet eorum hæredes, & successores, iuxtaq; tenorem supradictarum inuestiturarum, citra procedat dictũ feudum, & in eo succedatur pro, prout in feudo antiquo, deindè in defectum ipsorum omnium procedat inter prædictos DD. Venditores, ac eorum, quemlibet, & omnium, singulorumque successores, prout feudo antiquo vt supra, non obstante, etiam præsenti per eos facta venditione, & iuxta tenorem supradictarum antiquarum Inuestiturarum, vt supra, non obstantibus quibuscunq; & hoc sine præiuditio quorũcunq; iurium dicti Episcopatus; Decimam autẽ, siue laudemium huiusmodi contractus causa debitum, dictus Reu. D. Episcopus eidem Reuer. D. Claudio, ac supradictis omnibus remisit, & remissam esse voluit, & mandauit super quibus omnibus, & singulis mandauit per me Notariũ hoc præsens publicum confici documentum ad perpetuam rei memoriam, &c.

Vltimus deniq; articulus. An Primogenitura erecta per D. Marchionem Curtium Gonzagã in instaumento anni 1599. die 24. Maij, accedente maximè licentia tunc Ill. & Reuer. D. D. Fratris Francisci Gonzagæ sanctæ memoriç, & deindè subsecuta inuestitura anni eiusdem, die prima Iunij, & sic D. Marchio Iulius Cesar, tanquam Primogenitus, sit admittendus ad exclusionem supradictæ D. Marchionissæ Franciscæ: Excitari ampliùs non merebatur, stante quod ob subsecutam primogenituræ rescissionem, susceptas in ordine ad istam inuestituras, & tradita per eos allegatione 5. per tot. fol. 77. lib. 1. huic obiecto luculentissimè satisfactum appareret, quodq; in materia successionis feudalium vltimus status præualeat, resolutum apparet in 59
Rota apud Merlin. de legitim. decis. 67. nu. 10. & 11. Laut. Vrsell cons. 154. sub. num. 2. & in verbo assensus. Sicq; pro regulanda successione in præsẽti causa, principaliter inspici debet noua acquisitio præcipuè partis istius feudi, vna cum illius diuisione, itaut descendentes masculi ex vno, non excludant fœminas alterius, quãtumuis concessio emanauerit tanquam de feudo antiquo, † nam intelligitur adhuc illius succes- 60
sio coarctata ad descendentes vtriusque sexus vniuscuiusq; ex acquisitoribus, & diuidentibus ob clausulam, in assensu, & Inuestitura, annexam se, & hæredibus ex eis, ac vnoquoque eorum descendentibus, vt præter adductos in prima allegat. n. 5. Cort. iun. cons. 1. n. 13. & sub n. 14. Menoch. cons. 400. sub n. 59. vers. nec dicatur, Socin. cons. 10. n. 11. in fin. & cons. 180. nu. 16. lib. 2. Bec. cons. 56. sub n. 26. Hierony. Buocafer. cons. 7. n. 37. Cæphal. cons. 131. sub nu. 28. vers. nam licet, latissimè Riminald. sen. cons. 96. nu. 34. ac per tot. Peregr. cons. 2. n. 44. lib. 1. Ruin. cons. 5. nu. 3. & cons. 45. n. 12. in fine, lib. 1. Ossalc. consil. 6. numer. 2. & plena manu Raudensis de analogis capit. 34. numer. 541. ac per tot. Io. Anton. Bellon. consil. 9. numer. 13. in fine, & num. 14. & consil. 45. num. 65. & seq. & nu. 73. idem Peregr. decis. Patauin. 7. ac per totam Panzirol. cons. 92. num. 19. & consil. 104. num. 20. Riminald. iun. cons. 313. num. 90. vsque ad 100. Magon. decis. Florent. 14. sub nu. 34. vers. quinimmò nec frater, latissimè Alba consil. 774. per totum. Cæpol. consil. 31. per tot. libr. 1. & cons. 24. num. 29. ac per totum, lib. 2. quos allegat Bardellon. consil. 48. num. 28. & 29. Sacca consil. 40. num. 184. & sequenti, & dixi allegat. 2. nume. 17. in altera causa eiusdem feudi Curiæ Podij nunc ad Serenissimum spectantis. Verùmtamen etiam in facto omnis prorsùs ambiguitas remouetur, dùm in Inuestitura anni 1622. per relationem ad inuestituram anni 1584. exprimitur, in quem sensum, tanquam de feudo antiquo, successerit concessio, † nimi- 61
rùm antiquitùs concedi solita, quod etiam in dubio ita explicandum veniret, Alex. consil. 10. num. 3. & seq. lib. 3.

Quare, &c. Saluo, &c.

ARGV.

Digitized by Google

ARGVMENTVM.

Per receptionem canonis à quacunque persona facultatem habente factam caducitas ob non solutos canones, & ex qualibet alia causa incursa remissa censetur.

SVMMARIVM.

1 *CAducitas emphyteuta censetur remissa receptionem canonis, etiam si proueniret ex alia causa, quam ob non solutos canones, nu. 2. & 3.*

4 *Emphyteusis concessio necessariò requirit scripturam.*

5 *Emphyteuta tenetur canonem soluere tametsi Dominus agat ad nullitatem contractus.*

6 *Protestatio contraria facto nihil operatur.*

7 *Pœna dupli per Ecclesiasticos conuenta non exigitur.*

Allegat. LXXIII.

Adsit Deus.

AB extraneo canones recipiens, dum habet facultatem remittendi caducitatem, nunumque agnoscendi emphyteutam censetur non solùm remissa qualibet caducitas, sed etiam emphyteuta approbatus, adeout ex qualibet causa ad priuationem non amplius agere Dominus valeat, quinimmo & laudemium censetur remissum.

1 Quod autem ea caducitas censeatur remissa receptione canonis ab habente facultatem remittendi, quæ proueniit ea causa non factæ per plures annos canonum solutionis omnes indifferenter admittunt, per textum in l. e. post diem 7. ff. de leg. commiss. & in l. 4. C. de pact. inter empt. & vendit. glos. in c. potuit in verbo expelli extra locati, & ibi Io: Andr. & Imol. Speculator in tit. de locat. §. nunc aliqua, versic. 23. num. 34. Doctores in l. 2. C de Iur. emphy. Alex. cons. 14. nu. 10. lib. 2. cons. 113. sub num. 3. versic. vbi volunt, lib. 4. Dec. cons. 185. nu. 10. Roland. cons 87. nu. 32. Gigas de pens. qu 73. num 1. & 5. & 77. Gambar. de potest. legat. à lat lib. 6. nu. 473. Menoch. de recuperand. remed. 9. nu. 152. Afflict. decis. 129. nu. 10. Paris. de resignat. lib. 6. quæst. 2. num. 30. Marcscot. var. resolut. lib. 2. cap. 38. num. 5. Corbul. de caus. priuat. ob non solut. canon. limit. 21. Panciol. cons. 31. num. 5. Menoch. lib. 3. præsumpt. 112. & cons. 106. nu. 123. Surd. decis. 317. n. 14. & seq. & cons. 104. nu. 8. Ruin. cons. 120. nu. 4. & cons. 151. nu. 12. lib. 1. Clar. in §. emphyteusis quæst. 10. post princip. Mantic decis. 100. Rota decis. 896. nu. 4. & 5. par. 4. diuers. Cyriac. controuers. 266. num. 10. Cæphal. cons. 25. num. 25. ac per tot. Curt. jun. cons. 142. nu. 14. Torniol. cons. 90 num. 37. Buratt. decis. 617. num. 4. & ibi Ferentill. nu. 8. & decis. 624. num. 10. Amic. in tract. de Iur. emphyt. quæst. 33. Bardellon. cons. 45. num. 29. & cons. 54. num. 5. Card. de extinct. lib. 4. cap. 11. num 16. Alex. Trentacinque lib. 3. var. resolut. tit. de Iur. emphyt. resolut. 4. sub nu. 4. Boer. decis. 309. sub nu. 5. Gratian. discept. forens. 152. nu. 12. & seq. & discep. 301. num. 45. & cons. 302. num. 11. Hodiern. ad Surd. decis. 6. num. 8. Altograd. cons 85. nu. 46. faciunt latissimè tradita per eumdem Cyriac. in tract. legitim. success. Ducis Carul. art. 7. num. 325. & 326. vbi quod offensa etiam in crimine Læsæ maiestatis dicatur remissa à Domino si recipit vassallum ad seruitia, & post hæc scripta visus Fulgin. de emphyt. tit de alienat. qu. 1. nu. 324. & tit. de var. caduc qu. 14. num. 1. ac per tot. Nig. de laudem quæst 26. nu. 14. par. 1. adeò vt Dominus, † seu ab eo mandatū sufficiens habens, si post alienationem factam rei emphyteuticæ absque consensu ipsius reciperet canonem scienter ab emptore, tunc etiam caducitatem remitteret, Corbul. de caus. priuat. ob alienat. limitat. 40. Alex. dicto cons. 113. nu. 12. Amad. de Pont. quæst. laudem. 16. num. 5. Cyriac. dicta controuers. 266. nu. 11. Gratian. dicta discep. 301. num. 45. Surd. decis. 6. nu 6. & 7. & ibi Hodiern. num. 9. & 10. dicens ex mente Amod. à Pont. quod per receptionem canonis factā scienter per directum dominum à nouo emptore absque eius licentia inducitur approbatio, & consensus noui emphyteutæ, ac etiam remissio laudemij, & latius examinat Rota in Fanen. seu Senogallien. bonorum super immissione 14. Martij 1646. vers. Et quod per receptionem, Meltin. Et in Mutinen. emphyteusis 28. Maij 1638. n. 4. coram Dunozet. & dixi allegat. 41. num. 1. & 2. hoc volum Quapropter cùm Dominus Predella sufficiens mandatum haberet ad remittendam caducitatem, & scienter receperit canones a penitùs extraneo, inde fit, quod omnino censeatur approbata eius persona, & admissus in emphyteutam. 2

Nec turbaret, si diceretur saltem ob non susceptam inuestituram ipsum incidisse in commissum, quippequoniam licèt ex receptione canonum † censeatur remissa etiam caducitas, dimanens ex non susceptione Inuestiture, ex Roman. cons. 113. nu. 5. & adductis per Cyriac. d. controuers. 266. nu. 12. Surd. decis. 342. per totam. Attamen dicta conclusio non videtur procedere in facti specie, ex quo non agitur de te- 3

nouã Io Inuestituram comprehensis; sed de nouiter concedenda extraneis, quod cùm fieri non 4 possit nisi per scripturam, † ideò caducitas non potuit tacitè remitti ex sola canonum receptione, Bero. cons.116. nu.8. Bursat.cons.181.n.50. post Bald. in l. vnica num. 13. cum apostill. C. quando non peten. part. Magon. decis. Florent. sub nu 16. versic. verùm replicabat, Bardellon. cons.46 nu.15. & faciunt tradita per Surd. dicta decis.342 per totam

Veruntamen, quia in actu receptionis canonum requisitus D. Predella pro concessione Inuestituræ replicauit se nolle eam impertiri, nisi facto prius verbo cum cæteris de Congregatione, adeout potius videatur recipisse in recompensationem fructuum ab indebito occupatore perceptorum ex re emphyteutica, quam quod 5 eundem in emphyteutam approbare intellexerit, vt post alios animaduertunt Folgin. de emphyt. tit. de contract. emphyt. quæst.21. nu.20 & tit. de solut. canon. quæst.1. nu.120. Manent. decis 32. nu.9. Hodiern. ad Surd. decis.6. n.11. & 12. Ideo crederem iura eiusdem Congregationis illęsa adhuc remanere ad effectum consequendi condignam compositionem à D. Gamberto, non tamen eidem denegandi prælationẽ, 6 & saltem † in hoc D. Prędellę suffragabitur protestatio, quæ aliàs tamquam contraria facto ad nihilum prorsus deseruiret, ad tradita per Mantic. dicta decis.200. n.2. Quantum verò ad prętensam dupli pœnam in casu non solutionis canonum expressè in Inuestitura, & concessione emphyteusis conuentam non dubitabatur, quin & ipsa per receptionem canonum remissa cen7 seretur; quatenus tamen ad eam actio † competeret, aut ab ecclesiasticis exigi potuisset, atque attento potissimum Iure canonico non prohiberetur, vt dixi allegat.43. hoc volum. & pluribus comprobat Iperell. decis.131. per totam, & priùs decis.71. nu.35. & 36. & ita iudicatum.

ARGVMENTVM.

Statutum de dote per maritum lucranda in feudalibus fauore filiorum primi, aut secundi matrimonij ad præiudicium mariti in tertio matrimonio, saltem eius vita durante nihil operatur. Quando de feudalibus sibi ab vxore in dotem traditis, seu à Domino concessis de nouo fuit inuestitus.

SVMMARIVM.

1 *Filius agens ad hæreditatem matris, se hæredem esse probare tenetur.*

2 *Dos materna debetur filijs tanquam filijs, & non tanquam hæredibus. Inter filios diuersi matrimonij cum marito diuiditur in virilei, numer. 5.*

3 *Agens ex non existentia filiorum eam probare tenetur, sed vide nu.4.*

6 *Dotis fructus maritus in præiudicium filiorũ alterius matrimonij lucratur.*

7 *Cyriac. controu.271. confutatur.*

8 *Donationis propter nuptias fructus vxor etiam bibuba lucratur.*

9 *Statutum ad feuda non extenditur, nisi de feudis expressè disponat, & nu.10. De lucranda dote non habet locum quoad dispositiones inter viuos in præiudicium filiorũ emanatas, nu.26.*

11 *Lucrum dotale in feudis non militat, sed tunc datur prætendenti actio ad interesse.*

12 *Iudex extra petita officium non impertitur. Feudorum quando sit competens, nu.13.*

14 *Feudorum naturæ repugnat, quod in dotem tradatur cum pacto lucrandi quoad extraneos ab Inuestitura.*

15 *Feudum filijs illius matrimonij à quo prouenit reseruari debet. Concessum marito, & vxori simul recipientibus pro eorum filijs, intelligitur de filijs, & descendentibus cuiuscumque matrimonij, nu.16. Concessum marito in secundo, vel ulteriori matrimonio non defertur filijs matrimonij prioris, nu.18. Ad maritum omnino spectat, quando cum assensu Domini in dotem ab vxore ei traditum fuit, nu.19.*

17 *Filij viuentibus parentibus in feudo nunquam succedunt.*

20 *Mariti ob felloniam feudum marito viuente apud Dominum residet.*

21 *Mulier dans in dotem feudum alienabile cũ clausula, ad habendum, &c. & assensu Domini, à successione feudi aliàs à marito non descendentes exclusisse censetur.*

22 *Feuda ex consuetudine alienabilia effici nequeunt inalienabilia, nisi quatenus non sequatur alienatio.*

23 *Fideicommissi bona etiam feudalia alienans tenetur de suo recompensare fideicommissarium.*

24 *Inuestitura primi vassalli non attẽditur post concessionem feudi extraneo legitimè factam, & nu.25.*

Allegatio LXXIV.

Adsit Deus.

EX supposito, quod sint matris hæredes Domini Franciscus ex primo matrimonio filius, & Domina Eleonora de Fridapaleis ex secundis nuptijs filia ad restitutionem

rutionem bonorum, seu prætensæ dotis mater-
næ aduersus D. Marcum de Tagliaferris D. Lu-
cretiæ de Piperarijs in tertio coniugio virum a-
gunt. Qui tamen ob non præmissam legitima-
tionis personam ab huiusmodi actione exclu-
1 dendi veniunt, quia filius † ad hæreditatem ma-
tris agens, non nisi probato prius se hæredem
admittitur. Magon. decis. Lucen. 62. num. 13.
Chartar. decis. 54. num. 20. ac per totam. Gail.
practic. obseruat. 128. lib. 1. Cyriac. controuers.
181. num. 12. Mart. Medic. ad decis. Senen. 50.
à nu. 13. ad 14. & decis. 79. sub nu. 8. vers. item
quod. Mantic. decis. 198. nu. 7. Rot. apud Post.
de manuten. decis. 637. num. 65. & 66. Et hæc
opinio indubitanter procedere in præsentiarū
videbatur, ex quo agebatur de matre filijs iam
prædefunctis, vt aduersantes admittunt, super-
stite, ac consequenter præter dotem successio-
nes, seu legitimas filiorum habente, adeo aduer-
santes non possint prætendere hæreditatem ab-
sque alia probatione, quam filiationis quippe
2 quoniam dos † filijs tanquam filijs, & non tam-
quam hæredibus debeatur, ex Thomat. decis.
Macerat. 18. nu. 14. & Post. de manuten. ob-
seruat. 87. sub num. 6. Thesaur. qu. forens. 29.
nu. 13. lib. 1. Io. Angel. Boss. de matrim. cap. 11.
num. 330.

Cæterum omni in casu cùm ad vniuersam do-
tis successionem ex supposito quod sine filijs ex
3 † tertio matrimonio susceptis decesserit, aduer-
santes aspirent admitti nequaquam debent, nisi
formiter eandem sine filijs in tertio matrimo-
nio decessisse probent, ad tradita per Seraphin.
decis. 1458. num. 1. Gratian. discept. forens. 78.
nu. 8. Caualer. decis. 558. ferè per totam Fulgin.
de emphyt. tit. de var. caduc. quæst. 11. nu. 3. &
ab hac opinione existimarem non recedendum,
quicquid esset si ageretur de purificatione fidei-
commissi, seu conditionis si sine liberis, tunc
4 enim valde controuertitur; nam agens † ad si-
mile fideicommissum deficientiam liberorum
probare teneatur, vt inquiunt Caualer. d. decis.
558. nu. 3. Fachin. controuers. Iur. libr. 6 cap.
44. Fusar. de substitut. quæst. 436. per totam.
In quorum vtroq; cum aduersantes defecerint,
dum non probarent se hæredes minusve, quod
D. Lucretia filijs ex tertio matrimonio non su-
perstitibus obijerit; consequens ideo fit, quod
tamquam legitimi contradictores admitti, aut
audiri nequeant.

Quo etiam prætermisso, vel agunt ad dotis
restitutionem, quatenus consistebat in scutis
bismille quinquecentum, & tunc non nisi por-
tionem à statuto præfixam prætendere possent,
5 Quod essent tertia pars pro vnoquoque filio, &
tertia pro marito matrimonij, in quo ipsa deces-
sit, vt expresse disponit Statut. sub rubr. de dot.
per marit. lucran. & cauetur in l. hac edictali
6. C. de secund. nupt. Interim vero dum maritus
6 † viuit molestari nequit, cùm totius dotis fru-
ctus lucretur dicta l. hac edictali 6. §. his illud C.
de secund. nupt. ibi, vsufructu dumtaxat vitæ
suæ temporibus potiatur. Et latius examinat Io.
Angel. Boss. de matrim. dicto cap. 11. num. 325.
iuncto nu. 347. Castil de vsufruct. cap. 2. nu. 50.
& 51. Ex quibus cauendum † omnino à doctrina 7
Cyriac. in controuers. 271. nu. 20. ac per totam,
quatenus sustinere contendit, quod maritus vi-
tra suam portionem proprietatis fructus habere
non possit. Hoc enim videtur contra textum in
dicta l. hac edictali 6. §. his illud C. de secundis
nupt. arguendo ab vxore ad maritum. Sicuti
enim illa donationis † propter nuptias sibi a pri- 8
mo viro, seu vlterioris matrimonij factę eius vi-
ta durante fructus lucratur, ita quoque & istum
dotis fructus lucrifacere statuendum venit. Pre-
dicta autem pretermitti poterant, cùm non ver-
semur in dote in pecunia consistente.

Vel agunt ad tertias feudales, de quibus Do-
minus Tagliaferrus absolutè, atque independē-
ter à quocunque ex prioribus matrimonijs filio
inuestitus apparet, & tunc magis ab actione hu-
iusmodi omnino excludendi veniunt. Siquidem
Statutum Mantoæ sub rubr. de dote per marit.
lucranda &c. in feudo ex pacto, & prouidentia,
seu mixto non transitorio ad extraneos locum
non habent. Ex generali non minus, quam com-
muniter à feudistis recepta opinione, seu ratio-
ne, quod † statutum nisi expressè de feudis dis- 9
ponat, ad ea non porrigatur, ad notata in c. 1.
§. fin. de inuestit. de re alien. fact. Camill. Medic.
cons. 144. num. 47. Io. Andr. Georg. in repetit.
feudal. cap. 40. nu. 17. addent. ad Io. Baptistam
Bilinct. conclus. feudal. 96. nu. 11. Cæphal. cons.
29. nu. 10. & seq. Laiath. de feud. par. 10 diluc.
69. nu. 11. Rot. decis. 513. in fin. part. 1. recent.
Fulgin. de emphyt. tit. diuers. quæst. emphyt.
quæst. 6. num. 3. Niger de laudim. quæst. 18. nu-
mero 6.

A qua quidem generali, & abstracta à facti
specie ratione descendēdo ad peculiarem, & co-
arctatam ad casum nunc in controuersiam de-
10 ductum, quod statutum † de lucrāda dote in bo- 10
nis feudalibus non militet, post plures relatos
animaduertunt Bero. cons. 66. nu. 17. lib. 1. Ru-
land. à Vall. de lucro dot. quæst 54. num. 14. &
28. Fulgin. de emphy. tit. de success. in bon. em-
phyt. qu. 24. nu. 2. ac per totam. Quicquid sit in
feudo simpliciter hæreditario, in quo statutum
de dote lucranda intrat Bursat. cons. 32. nu. 22.
nec obstaret si diceretur, quod quatenus aduer-
santes exclusi essent, à successione, ac lucro re-
spectu feudalitatis bonorum, ac ipsorum inca-
pacitate tanquam non vocati, quod saltem ex
conuentione, † seu stipulatione restituendi do- 11
tem ad formam statuti actionem aduersus pro-
mittentes haberent. Coccin. decis. 43. & decis.
213. Fulgin. dicto titulo de success. in bon. em-
phyt. dicta qu. 24. num. 7. Quoniam dupliciter
huic obiecto occurritur, & primo hanc actionē
non fuisse propositam, nec introductam, ideoq;
Illustrissimus Dominus Iudex super ea officium
suum impertiri non debet, cùm Iudex † prudens 12
non nisi iuxta partis petitionem pronunciare
consueuerit, l. fin. C. de fideicom. libert. Surd.
decis. 296. nu. 20. Cyriac. controuers. 237. n. 14.

Secundo

Secundo ad id ipsius Iudicis feudorum Iurisdi-
13 ctionem † non extendi, cùm non concernat fe-
udum, neque ad feudum deducatur actio; quem-
admodum requiritur, ad latissimè tradita per Cy
riac. controuers. 181. nu. 19. ac per totam. Vltra
14 quod naturæ † feudorum repugnat quod feudũ
acquisitum cum pacto lucri erga extraneos ab
inuestitura præsumatur ad tex. in c. 1. §. donare
ibi, nec pro dota vbi Affl. & num. 3. qua lit.
olim feud. alienat. pot. Crauett. cons. 236. nu.
5. cum adductis per Burat. cons. 132. num. 21.

Neque obstaret, seu non applicaretur,
quod si mater habens feudum, seu emphyteu-
sim post iam dotem constitutam maritum insi-
mul inuestiri patiatur, tunc si decedat mater, &
maritus ad alias nuptias transeat, atque ex vtro-
15 que connubio filios susceperit, feudum † seu em-
phyteusis filijs ex priori matrimonio superstiti-
bus reseruari debeat Alex. cons. 119. num. 3. &
4. lib. 5. Tusc. practic. conclus. 112. n. 34. tom.
5. in verbo mater. Thesaur. quæst. forens. 29. n.
15. lib. 1. Cyriac. controuers. 377. num. 23. &
27. siquidē hæc disceptatio ex dispositione sta-
tuti decidenda non venit, sed ex natura, ac qua-
litate concessionis ordinem succedendi reassu-
mit. Ideoque feudum, siue emphyteusis conces-
16 sa † marito, & vxori coniunctim, ac eorum fi-
lijs, & descendentibus, intelligitur concessa
pro filijs cuiuscunque matrimonij Bald in au-
then. qui rem numet. 5. C. de sacrosanct. eccles.
Menoch. cons. 41. num. 25. Surd. cons 72. nu.
11. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 22. tit. 9. nu.
7. quos, & alios allegat, & sequitur Fulgin. de
emphyt. tit. de contract. emphyt. quæst. 43. n.
2. ac per totam. Ita tamen quod non prius filij
17 † succedant, quā vterq; parens decesserit. Cum
ipsis viuentibus pro extraneis habeantur Affli.
cap. 1. num. 107. de success. feud. Giurb. de suc-
cess. §. 2. gloss. 11. n. 18. Præterquam quod ver-
samur in feudo simpliciter, & absolute marito
per inuestituram concesso, & ad quod non nisi
descendentes ex eo succedere possunt, pro qui-
bus etiam obligatio illud restituendi stipulata
censetur. Quia D. Marcus acquirendo feudum,
18. seu illud in dotem recipiendo cum assensu Do-
mini solutione laudemij, ac susceptione inuest-
ituræ pro eius filijs dumtaxat acquisiuisse in-
telligitur; adeo vt feudum huiusmodi non per
naturam feudi, sed ex particulari contractu, &
inuestitura omnino attendenda exclusis alte-
rius præcedentis matrimonij filijs ad filios eius-
dem, pro quibus stipulatum apparet, transire
debeat, vt egregie examinat Larath. de feod.
part. 1 dilucidat. 77. num. 25. & seq. & faci-
unt tradita post alios per Cyriac. controu. 377.
19 nu. 28. dum voluit feudum † in dotem ita con-
stitui vt ad maritum omnino spectet, illudque
retinere possit si Domini interueniat assensus,
quemadmodum hic euenit.

Omnique in casu vbi vnquam dici posset,
quod filij precedentium matrimonium ad feu-
dum controuersum quoquomodo aspirare pos-
sent, aliquamue portionem consequi deberent,
istud ita demum è viuis sublatò D. Marco pro-
cederet, quoniam viuente ipso inuestito nun-
quam feudum ad vxorem, minusue prædefun-
cta ad eius hæredes reuertitur, quod probatur,
nam si maritus † committat feloniam, seu deli- 20
ctum aliquod feudale in dominum perpetra-
uerit, ratione cuius feudo priuatur; si illud sit
dotale apud dominum, quoad ipse maritus vi-
xerit, permanet, vt latius examinat Schrader.
de feud. 2. par. 9. par. princip. sect. 9. nu. 75. &
seq. cum adductis per Larath. de feud. par. 10.
dilucidat. 73. per totam, vbi ampliat, quando
feudum præuia æstimatione in dotem traditur;
tunc enim fauore Domini absolute in commis-
sum incidit. Niger. de laudem. par. 2. quęst. 34.
num. 6. Roscotal. de feud. cap 10. concl. 5. n. 7.
ac per totam. Rota in Romana prætensæ deuo-
lutionis 18. Februarij 1636. vers. Hinc & tertio
videmus, Dunzetto Et faciunt tradita per Fui-
gin. de emphy. tit. de solut. canon. qu. 1. num.
164. & 165. & in tit. de laudim. quæst. 7. num.
5. & 6 Quolibet ergo in casu maritus feudo
post susceptam de nouo cum consensu Domini,
& solutione laudimij inuestituram durante eius
vita priuari nequit.

Omnem tamen in præmissis amaritudinem
remouebat, quod in facti contingentia non so-
lùm maritus feudum in dotem receperat, verùm
etiam se de nouo inuestiri obtinuit, vocata eius
posteritate, ac consequēter exclusis alijs in præ-
cedenti inuestitura comprehensis, nec est du-
bium, quin stāte Mantuana consuetudine alie-
nandi feuda vocatis in præcedenti Inuestitura
præiudicare potuerit. Quando enim dotans † 21
alijs ad feudum vocatis præiudicare potest, sim-
pliciter dando feudum in dotem, videtur dedis-
se omne Ius, quod poterat dare, & sic cum præ-
iudicio aliorum comprehensorum aliàs non de-
disset simpliciter, sed in vita tantùm ipsius dan-
tis, aut recipientis. Quod eo fortius in præsen-
tiarum sibi locum vindicat, cùm absolutè ius su-
um concessit, ac se dotauit cum clausula, ad ha-
bendum, tenendum, possidendum, & quicquid
ipsi marito placuerit faciendum, quia tunc cer-
tum est, dotantem voluisse alijs præiudicare,
Capr. Io. de Mont. Sperell. & Corn. consil. 5.
nu. 5. 6. & 11. lib. 3. Fulgin. de emphyt. tit. de
alienat. quæst. 1. nu. 263. & tit. de laudim. q. 7.
nu. 3. & per totam.

Quemadmodum neque resisteret si replica-
retur tam ex censura statuti, quàm etiam ex cō-
uentione filijs aliarum nuptiarum præiudicari
non potuisse quoad portionem eisdem in dote
materna debitam. Quibus attentis inalienabi-
le † feudum tanquam dotale euaserit; siquidem
stante prædicta consuetudine alienandi feuda,
in tantum vinculari possunt, atque effici inalie-
nabilia in quantum non sequatur feudi aliena-
tio, vel quælibet alia dispositio, Cyriac. contro-
uers. 324. nu. 22. Nec vocatus ad feudum vigo-
re prohibitionis alienandi, si sequatur feudi a-
lienatio, aliam actionem contra acquirentem
feudum pro illius reuocatione habet, sed agna-
tus,

23 tus, † seu quilibet alius feudum alienans, seu illius hæredes pro valore feudi distracti reintegrare tenetur eum, cuius fauore feudi alienatio interdicta fuerat. Manent. cons. 106. num. 29. & 30. cuius doctrinam pluribus in causis Senatus Mantuę secutus est. Vnde cum aduersantes eorum matris, quæ feudum distraxerat se hæredes faciunt, ideo in vanum laborant, cum intus habere dicantur, quod foris expostulant. Eoque
24 magis quia pro portione feudi † masculos dumtaxat admittentis illud immediate, atque independenter ab vxore non habente illud obligatum tanquam ob non existentiam masculorum ex vocatis deuolutum à Domino recognoscit, illiusque aduersantes etiam ex hoc capite incapaces existunt. Cyriac. controuers. 82. nu. 1. & controuers. 112. num. 1. Manent. decis. 56. num. 39. Quod idem pariter dicitur de residuo feudi quantumuis fœminei ex noua omnino concessione spectātis ad D. Marcum, in cuius successio-
25 ne propterea capacitas ex alia Inuestit. † si quæ adesset fauorabilis aduersantibus, minime attēditur Marescot. var. resolut. cap. 26. numer. 14. & 15. Manent. dicta decis. 56. num. 36. Cyriac. controuers. 14. num. 21.

Tandem cum nulla lege, statuto, aut consuetudine vestitum inueniamus, & cautum reperiatur quod mulier habens feudum per actum inter viuos fauore mariti in totum disponere valeat, itaut ipse, eiusque descendentes ad illorum quorumcunq; exclusionem tantummodo succedere valeant, non video quorsum aduersantes prætensionem istam inuexerint. Dato enim nunquam tamen admisso, quod statutū
26 † Mantuæ sub rubr. de dot. per maritum lucran. &c. etiam ad feudalia suos porrigeret effectus ad præsentem controuersiam non applicaretur, ex quo Dominus Marcus feudum ad se spectare prætendat, non quod ita illius vxor per actum vltimę voluntatis disposuerit, sed intuita concessionis, & inuestituræ, per quam feudū ab initio irreuocabiliter, & cum consensu Domini acquisiuisse dicitur. Quo casu non intrare statutum defendunt Io: Andr. Georg. allegat. 26. numer. 18. Surd. decis. 179. per totam, ibique optime animaduertit Hodiern. Quæ tamen ex abundanti dicta sint, si quidem dicti aduersantes in principio eorum petitionis dotem aliter, quam in feudalibus controuersiis constitutam, & receptam fateantur, neque illius restitutionem petunt, aut deducant; ideo sine Iure, & actione dum insistunt, interim reuocatio Inuestituræ denegari non potest.

Quare &c. saluo. &c.

ARGVMENTVM.

Vltimus ex vocatis ad feudum prole desperatus de eo disponere nequit, etiā si consuetudo alienandi feuda vigeat.

SVMMARIVM.

1 *VAssallus sacris ordinib. initiatus feudum alienare non potest, etiamsi adsit consuetudo alienandi.*

2 *Fraus præsumitur ex actu non afferente commodum.*

3 *Hæres factum defuncti etiam in feudis obseruare tenetur. fallit vt nu. 4. Quando ad feudi reuocationem admittuntur n. 16.*

5 *Agnatus ad feudi reuocationē facilius admittunt, quam filius.*

6 *Consuetudo reducens ad Ius commune dicitur fauorabilis, debet probari in terminis de quibus agitur nu. 8. Mantua alienandi feuda non procedit in vltima voluntate n. 21.*

7 *Feuda alienari prohibentur fauore Domini, & agnatorum, fallit ex consuetudine Mantuana n. 10. Alienari nequeunt in potentiorem nu. 12. nec manum mortuam num. 13.*

9 *Feudum in aliquo alteratum in reliquis proprij feudi naturam retinet. Alienans ius tantum, quod habet alienare censetur numer. 24.*

14 *Fauori suo quilibet renunciare potest.*

15 *Licentiam alienandi feudum Dominus rite denegat, si denegandi subsit causa.*

17 *Princeps sacularis quoad res Ecclesiæ solam habet reuerentiam, & protectionem, & numer. 18.*

19 *Compromissum ab Ecclesiasticis fieri non prohibetur in laicum fieri potest de feudo inter comprehensas nu. 21.*

20 *Alienatio feudi in comprehensas fieri potest absque assensu.*

22 *Actus indiuiduus in totum acceptari, vel reprobari debet. Approbatus ab authore non potest impugnari ab habente causam ab eo, numer. 23.*

Allegat. LXXV.

Adsit Deus.

REsponsum per sapientissimos Vniuersitatis Patauinæ Legū interpretes in hac causa editū adhuc nos nō retrahit ab opinione alias firmata, ac per nos duobus potissimum nixa fundamentis alias fauore Illustrissimæ Dominæ Marchionissæ Marię Cattarinæ Qualeæ de Carbonellis,

vt in

vt in processo, & Iurium allegationibus, adductis, comprobata, quorum alterum consistit in eo, quod desperatus prole de feudis etiã si hic exter consuetudo ea alienandi disponere nequeat. alterum vero residet in eo, quod instrumentum promissionis in actis exibitum quamcunque de eisdem feudis distractionem impediat.

Primum ex prædictis fundamentis quod nimirum ratione ætatis morbi, ordinis, vel alterius impedimenti siue moralis, siue physici incapax, † suscipiendi prolem, eaque destitutus de
1 feudis etiam ex consuetudinem alienabilibus contractum aliquem facere nequeat; probatum liquido, resultat, ex traditis per glos. in c. 1. §. sed etiam res, per quos fiat Inuest. & per Alex. in cons. 15. num. 8. lib. 5. vbi quod constitutus in sacris de feudo ditionis Mantoanæ in præiudicium vocatorum inite non possit cum in fraudem præsumatur, quantumuis de sub inuestitura feudi ageretur. Curt. Iun. cons. 26. num. 8. & 9. vbi respondet in feudo Mantuano non valere alienationem feudi factam à proxime moriturо, & fauore comprehensorum in Inuestitura irritam censeri, idem in alio feudo Mantuæ sequendo præcitatas auctoritates Alex. & Curt. Iun. latius comprobat Menoch cons. 2?6. num. 73. cum seq. & in alio feudo Mantuæ Bursat. cons. 40 nu. 75. vbi quod sexagenarius sub clypeo consuetudinis alienare feudum nõ possit. & cons. 127. num. 69. & cons. 256. sub num. 5. versic. attamen Dec. cons. 269. num 3. Surd. cons. 382. sub numer. 51. versic. vbi loquitur in eo, qui erat in sacris, & cons. 384. nu. 56. Soc. Iun. in feudo pariter Mantuano post Franciscũ de Boldrinis cons. 4. num. 34. lib. 4. Fab. de Ano. cons. 129. num. 81. & seq. Larath. de feud. part. 8. diluerdat 66. num. 1. versic. ideo vbi quod si Rex concedat assensum alicui non habenti filios, neque successores vt feudum alienet in habentem filios assensus non valeat, & faciunt tradita per Io. Baptistam Bilocam conclus. feudal. 41. num. 1. & seq. Corbul. de caus. priuat. ob non solutum canon. ampliat. 8. num. 12. Rim. Iun. cons. 572. num. 23. Giurb. de success. feud. §. 2. glos. 3. num. 117. late Fulgin de emphyt. tit. de renunciat. quæst. 4. numer. 8. tom. 1. & tit. de alienat. quæst 1. num. 62. part. 2. Ex quibus cùm plurimi vt videre est penes ipsos in præcisis terminis nostris loquantur parum aut nihil curandum de contraria opinione manent. ex aduerso allegati de contractu liuell. part. 7. numer. 21. maxime cùm sententiam nostram in feudis Mantuanis amplectantur præter adductos Gioogn. cons. 45. per totum lib. 2. Merlin. de legitim. l. 2. tit. 1. quest. 8. num. 8. & 9. vbi ex eo concludit prædictam assertionem procedere etiã supposita consuetudine alienandi, dum præcitati doctores eorum traditiones ad feuda ex cõsuetudine potissimum Mantuæ alienabilia applicant, qua ratione in causa Episcopatus contra dominum marchionem Scipionem Arrigonum ita iudicatum mox extitit, eoque magis nunc

sic pariter censendum venit; quippe quoniam sub inuestitura, seu concessione nonne controuersa non solum D. Episcopo Nouerti vtilitatem aliquam attulit, quin potius in eius graue damnum cessit, adeout nil aliud in omnino per huiusmodi alienationem habuisse dicatur, quam fraudare † agnatos spe successionis feudi ex ne- 2
cessitate ad eos deuoluendi per ea, quæ ad rem tradunt Rimінald. dicto cons. 572. num. 31. & 32. Gioogu. dicto cons. 45. n. 44. lib. 2. Surd. dicto cons. 382. num. 64. & 65. Giurb. de feud. §. 2. glos. 3. sub. nu. 119. versic. si sine vtilitate alienauerit, in commodum vero controuersam alienationem attulisse ex eo suadetur, cum ex scutis centum decem septem, & solidos 54. penès se retinuerit, aliaque bona subingauerit. Hoc iacto fundamento meo quidem iudicio vndequoque corruunt mod ... in oppositum deducta. In primis non refragatur principali nostræ quod hæres † extiterit patrui, ac consequenter 3
eius factum, sicque feudi distractionem approbare teneatur late Vult. de feud. lib. 1. cap. 9. n. 576. Roland. à vall. cons. 44. nu. 8. lib. 3. Alex. cons. 28. sub num. 18. vol. 5. Surd. cons. 63. nu. 3. Menoch. cons. 89. num. 67. Ruin. cons. 1. nu. 13. & 14. lib. 1. & cons. 25. num. 10. lib. 2. apud quos sunt plurimi alij idem affirmantes, quemadmodum per Collegium Vniuersitatis prædicta subiungebatur. Quoniam huic obiecto prius per ipsum exeitato replicando, quod hæres possit contrauenire facto defuncti ad fraudandum † 4
hæredem tendenti Iure aliquo sibi ex lege, statuto, vel alia prouisione competenti satisfaciebat in terminis, vt aiunt terminantibus post alios Surd. dicto cons. 382. numer. 100. & dicto cons. 384. no. 66. cui addo Cyriac. controuers. 312. num. 107. & seq. Mart. de successión. legal. part. 4. quest. 32. art. 6. à num. 10. ad 18. Quæ eo fortius procedunt, ex quo domina Marchionissa cum legis, cautela, atque beneficio Inuentarij se heredem dixit, nec versamur in filia agente ad reuocationem, sed in agnata, † quæ facilius 5
admitteretur ad feudi reuocationem, Surd. cons. 63. num. 22. Rosental. de feud. cap. 2. conclus. 33. num. 40. nisi ex capite nullitatis omnimodę contractus veniret reintegranda.

Nec officit quod consuetudo alienandi feuda fauorabilis † dicatur tanquam reducens nos 6
ad terminos Iuris communis, iuxta quos vnicui que de rebus proprijs disponere licet ex Dec. cons. 586. nu. 10. & Manent. de contract. liuellar. quæst. 17. nu. 11. & seq. huic namque obiecto facillimè occurritur, si quidem Ius commune, seu consuetudines feudorum † contrarium 7
euidenter disponunt, ex eisque feuda duplicem alienandi induunt prohibitionem alterã fauore domini, agnatorum fauore alterã in c. 1. de alienat. feud. patern. e. 1. §. Titios si de feud defunct. &c. c. imperialem. de prohibit. feud alienat. per Frideric. Trentl. cons. 1. no. 152. Surd. cons. 108. num. 19. in fin. & n. 20. Rosental de feud. cap. 9. conclus. 28. num. 4. Io. Andr. Georg. in repetit. feudal. cap. 5. nu. 28. Larath. de feud. part. 8. diluci-

18. dilucid. 14. cum infinitis, qui adduci possent. A qua quidem feudalium consuetudinem dispositione, cum exorbitet Mantuana consuetudo.
8 Hinc propterea generalis consuetudo† non applicatur ad præsentem controuersiam ob peculiares eius circumstantias, & qualitates ad tradita per Surd. cons. 382. nu. 41. & Nigr. de laudem. qu. 4. art. 1. & seq. & ita nouissime in proposito consuetudinis Mantuę censuit idem Collegium Patauinum in Causa Curiæ Podij.

Istud autem optima cōprobatur ratione desumpta ex regula, iuxta quam feudistæ communiter tradunt feudum † in aliquo alteratum in reliquis propriam feudi naturam retinere Rosental. de fæud. cap. 2. conclus. 54. num. 2. cum adductis per Cyriac. controuers. 112. num. 28. Rota apud Merlin. de legitim. decis. 67. n. 18. & in Sarsinaten. feud. 22. Iunij 1645. coram Dunozet. Decano vers. nec releuat responsio. Cum igitur ex consuetudine Mantuana, circa inalienabilitatē feuda † recipiant alterationem, vt existentia apud habentem actu vel potentia probabili, atque etiam legitimam prolem in præiudicium agnatorum per actus dumtaxat inter viuos alienari queant, dummodo ad id Domini assensus accedat, neque dicta actio feudi fiat in feudo incapaces, vel aliter à Iure prohibitas personas, quemadmodum etiam exaduerso supponebatur pro constituti, atque indubitato ex Manent. de contract. liuell. part. 9. num. 8. & part. 14. num. 6. & 33. & quæst. 17. num. 11. & alibi pluries Cyriac. controuers. 324. num. 1. & controuers. 377. num. 2. omnes, ac singulos eandem consuetudinem approbantes mox in causa Curię Podij collegimus: Inde propterea fit, quod feuda huiusmodi qualitatem inalienabilitatis, & quoad alias personas retineant, & ideo
11 dicta consuetudo † in vltima voluntate nonquā obtinuit Curt. Iun. cons. 171. num. 10. vsque ad fin. Natt. cons. 502. num. 37. Rosental. de feud. cap. 9. conclus. 58. sub num. 43. Giouagn. dicto cons. 43. Giouagn. dicto cons. 45. numer. 21. lib. 2. & Cyriac. dicta controuers. 324. no. 35. cum adductis pro Domina Marchionissa de Spolvertinis Sicque non militat feudi existente penes eum, qui omnino caret non solum prole actuali, verum etiam & spe eam suscipiendi, vt superiùs diximus, Quemadmodum nec pro-
12 cedit, † si agatur de distrahendo feudum in potentiorem aignm. l. fin. §. si autem, C. de Iur. emphyteut. Clar. in §. emphyteusis quæst. 22. Mar. Anton. var. resolut 98. sub. n. 4. versic. quarto addebatur. lib. 1. Beltram. ad Ludouis. decis. 510. sub. num. 14 versic. & quod ecclesia, & decis. 529 num. 5. alios cumulaui in prædicta causa Curiæ Podij. neque etiam permittitur alienatio
13 † in manum mortuam veluti collegium, ecclesiā, Monasterium, vniuersitatem, ac similia. Butrar. cons. 199. num. 12. alios refert. Manent. de contract. liuell. quæst. 18. num. 40. Ex tot ergo exemplis, in quibus feuda Mantuæ non degenerant à rectis quoad prohibitam illorum distractionem simul stare possunt, quod in vno casu consuetudo alienandi in cæteris, & potissimum, in eo quem nunc discutimus, nequaquam vigeat.

Sententiæ ad fauorem Dom. Farroni sacris ordinibus non initiati, minusue in religione tunc professi promulgata, aliter sane ferri non poterat; dimissio namque clericali habitu, neque emissa professione habilis adhuc ad posteritatem dicebatur, & per consequens eidem assensus alienandi denegari non poterat, & concessas ex libito voluntatis D. Boldini Sacerdoti, ac senio confecto nostræ intentioni non afficit. Quoniam cum assensus denegatio fauorem, ac comoodum Episcopi concerneret renunciando eius fauori † cum concedere potuit. l. pen. C. de 14
pact. Cyriac. controuers. 328. n. 4. Et hæc conclusio fortius militat in dicto casu ob mortem, & finitam generationem eiusdem Boldini sub eodem Episcopo, à quo licentiam alienandi feudum impetrauit, si enim sub successore obijsset, quæstio intraret, an assensus in casu non permissu concessus successori in Episcopatu officeret, quia de re vbi eueniret casus inquirendum esset, nunc vero eam cum non sit instituti nostri, ommitimus. In facto igitur cum in casibus prædictis domini feodorum alienationibus consensum præbere renuant, ac in Iure subsistens huiusmodi retinentia pluries declaratum extiterit; ideo superinde amplius non insistendum, Iuxta namque subsistente causa † non at- 15
tenta consuetudine alienandi dominus feudi licentiam denegat Ludouis. decis. 117. num. 8. & 9. cum adductis per Vrsell. conclus. 154. n. 107. in verbo assensus.

Aggredior nunc, aliud fundamentum insurgens ex Instrumento promissionis factæ ab Episcopo in executione laudi per Ser. olim Ducem Ferd. promulgati, ab ipsisque partibus emologati, & per quod eudentissime resultat ipsum Episcopum etiā ex censura dispositiorum in eo Ius nō nisi finitorum morte in feudis habuisse, adeout Iure proprietatis ad illius sorores spectarent, In tantum quod Domina Marchionissa de Carbonellis illius hæres beneficiata † illius bona Iure 16
potius proprio, quam hæreditaris titulo possidens ad feudi recuperationem admitti debet, vt post infinitos indicatum profitetur Osasc. decis. 180. num. 11. Peregr. cons. 9. sub num. 14. versic. in hac re admodum dubia lib. 1. lo. Anan. cons. 48. nu. 43. & 44. Larath. in Theatr. feudal. part. 8. dilucidat. 25. sub. n. 14. vers quod vbi hæres cōficeret inuentarium, & feudum esset mixtum, & nu. 15. & 16. Surd. cons. 63. sub num. 18. 20. ac per totum, & cons. 353. num. 7. vbi quod hæres cum beneficio inuentarij reuocare possit feudum vbi vires hæreditatis, & allodialium deficiunt pro reintegratione, latissimè Rosental. de feud. cap. 9. conclus. 71. & 72. quæ tamen ex abundanti dicta sint, siquidem actus nolliter à defuncto celebratus per illius hæredem etiam in causa opulentiæ hæreditatis obseruari non debet.

Contra quod simpliciter opponitur impedire non

re non potuisse alienationem feudalium Epis-
17 copatus; primo quia decretum Principis laici † non afficit personas Ecclesiasticas, secūdo quia non habet Iurisdictionem, nec imperium circa res Ecclesiæ Princeps secularis, sed tantum quādam protectionem Leoncill. decis. Ferrar. 86. n. 2. Salgad. de Reg. protect. part. 1. cap. 1. prælud. 3. à nu. 209. demum, quia ex quo Princeps
18 laicus † quicquam decernere non poterat, per impressionem, atque per importunas preces sic decreuisse præsumatur, adeoque decretum illud iure merito obseruantiam non habuerit. l. pen. C. de prec. Imp. offer. cum Iuribus pro Dominis Grandis latius deductis.

Sed disposita in præcitato promissionis Instrumento iuribus subsistere suadetur ex eo, quia Princeps laicus non habet Iurisdictionē in Clericos. verum à partibus in ipsum remittentibus differentias requisitus, vt legitur in eodē laudo ibi, *le quali si sono con loro Scrittura totalmente rimesse al nostro giudicato*, onus arbitrandi assumpsit. Vnde cum nullo Iure cautum reperitur, seu vetitum existat ecclesiasticis in laicos
19 compromittere, † quin potius permissum appareat in c. per tuas 9. de arbitr. atque admittant plures congesti per Barbos. de offic. Episcop. allegat. 108. num. 8. & faciunt tradita per Vrsell. conclus. 134. num. 149. in verbo arbiter. Ideo ex primo capite transactio, & laudum omnino etiam super feudis substinentur. neque altero capite infringentur, quando quidem agebatur
20 inter comprehensos, † inter quos absque domini assensus sicuti fieri potest absoluta alienatio Isern. in c. 1. §. & si libellum col. 11 de alienat. feud. patern. Ripa l. qui Romæ 122. §. duo fratres num. 87. ff. de verbor. obligat. Rouit. cons. 31. num. 7. Capic. Latr. decis. 34. num. 16. Surd. decis. 343. num. 12. Milan. decis. 7. num. 8. Laurent. Vrsell. conclus. 154. num. 64. & 65. mul-
21 to magis fieri permittitur compromissum † inter eosdem, ex quo tunc de interesse Domini non agitur. Larath. de feud. part. 12. dilucidat. 80. num. 13. dixi allegat. 1. num. 95. & seq. li. 1: Quemadmodum ex voluntaria executione laudi in omnibus prout iacet, tam ex latere ipsarum sororum, quàm etiam ex latere ipsius Episcopi inducta fuit obligatio illud semper obseruādi ex regula ab initio voluntatis, quę fuot, ex post necessitatis fiunt nec amplius ab eis resilire quisquā potest & acceptatus in parte actu
22 tanquam indiuiduus † in totum censetur approbatus per ea, quæ alij cumulatis fusius tradidit Cyriac. controuers. 90. num. 13. cum seq. Ita vt dicta acceptatio operetur ne Domini Grandi ab Episcopo immediate causam habentes, & sub inuestiti à contentis in directo valeant reclama-
23 re ea ratione, quia approbatio † auctoris non potest ab habētibus causam ab eo reijci, aut impugnari l. Pomponius 10. ff. de negot. gest. Rota decis. 185. num. 43. part. 6. recent.

Quare cum tam vigore promissionis in ordine ad decretum Ducale, quàm inspecta ętate,
24 ac statu ipsius Episcopi in feudis Ius † dum taxat eius morte finiturum haberet, consequens ideo fit, quod non plus Iuris per subinuestituram in Dominum Grandum transferre potuerit aut intellexerit §. profecti de leg. Corrad. Frec. de subfeud. lib. 1. quæst. 12. sub num. 12. latè Schrader de fud. part. 8. cap. 8. sub. n. 6. versic. & in alienatione, & n. 7. & 8. vbi quod alienans feudum Ius tantum quod habet censeatur alienasse Manent. cons. 43. n. 17. & hęc inoffenso pede transeunt, ex quo acquirens, non solū erat Iurisperitus, & Senator, verùm etiam in materia feudorum, & quantum extendi posset cōsuetudo alienandi feuda optimè instructus, & ita iudicatum.

Quare &c. Saluo &c.

ARGVMENTVM.

Feudum antiquum deueniens ex noua causa in comprehensos in antiquis Inuestituris nouum efficitur, & in feudo improprio fœminæ in paritate gradus vbi alid non obstet, succedunt vnà cum masculis, & remotiores masculos excludunt. Dispositio feudi in masculos per errorem, & ex falso supposito incapacitatis fœminæ proximioris ei nō preiudicat, & est responsum D. Marci Antonij Eugenij in Romana Curia Aduocati celeberrimi in causa præcedentis allegationis.

SVMMARIVM.

1 *FEudum etiam antiquum si ex noua causa diuersa à titulo Inuestituræ transeat ad aliquem ex comprehensis in antiquis Inuestituris fit nouum, amplia vt num. 2.*
2 *cum facultate alienandi diuisum, & alijs amplissimis clausulis afficitur ad instar allodialium num. 15. Concessum non gratuito est improprium nu. 21. Recognitum à Prelato inferiori à Papa facilius iudicatur improprium nu. 28.*
3 *Fœmina descendens ex linea eius, ad quem feudum peruenit in totum, vel pro parte præfertur ijs, qui descendunt ex alia linea etiam si sunt masculi in feudo concesso pro masculis, & fœminis. Amplia vt nu. 4. Vt succedat in feudo est contra naturam feudi nu. 20.*
5 *Frater in feudo nouo fratri non succedit.*
6 *Clausula in feudum antiquum, & Iure antiqui intelligitur solum respectu bonorum, & non personarum. Nec impedit quin fœmina in feudo succedat ad exclusionem masculi in feudo nouiter concesso nu. 7. earum,*

& cuius-

Digitized by Google

& cuiuslibet eorum heredes, & successores in feudis operatur, quod pars deficientium superstitibus accrescat num. 11. & quod donec aliquis masculus, uel fœmina superexistat, descendentes ex altera linea non admittantur num. 12. Ad habendum &c. efficit feudum ad fœminas transitorium etiam in concursu masculorum num. 24. & nu. 29 & nu. 30. saluo Iure feudi, quid operetur in feudo improprio num. 27.

8 *Lineę appellatione in concessione feudi pro masculis, & fœminis ueniunt tam masculi, quàm fœminę*

9 *Masculi vnius lineę attenta concessione facta duobus de feudo non excludunt fœminas alterius. fallit in cōcessione feudi facta vni tantum num. 10.*

13 *Feuda sunt diuisibilia de consuetudine totius Italię.*

14 *Diuisione feudi facta pars diuidēti obuenta, adeo in eius personam consolidatur vt fœmina ex eo descendens excludat masculū alterius condiuidentis.*

16 *Alienandi feudum prohibitio per licentiam Domini colligitur. Facultas inducta per clausulas ad habendum &c. & similis nō operatur, nisi secuta alienatione num. 17. contra num. 18. Apposita in sequentibus Inuestituris non habetur in consideratione nu. 32. Non impedit alienationem feudi in comprehensos num. 33.*

19 *Fœmina in feudo proprio admittuntur vna cū masculis, & proximiores excludunt masculos remotiores*

22 *Honorificum idem est, quod francum, & improprium*

23 *Census solutio impropriętatem feudi arguit.*

25 *Dictiones geminatæ in perpetuum, perpetuo, & in infinitum in Inuestitura feudi comprehendunt etiam fœminas non vocatas.*

26 *Actionum omnium translatio in feudi concessione inducit feudi impropriętatem.*

31 *Inuestitura prima sunt atendende.*

34 *Feudi dispositio in remotiores sustinetur.*

35 *Legatum ex falsa causa corruit.*

Allegat. LXXVI.

Adsit Deus.

EX duplici potissimum fundamento contendimus Dominam Marchionissā esse admittendam ad feudum controuersum Curiæ Podij olim possessum per Ludouicum patrem, & in hæreditate Ludouici fratris repertum, ad exclusionem D. Marchionis Iulij Cæsaris fratris patruelis filij Claudij iunioris fratris germani dicti Ludouici patris D. Marchionissæ.

Et primò, quia feudum, de quo agitur, & si antiquū, saltèm pro partibus ad vocatos in antiquis concessionibus ex noua acquisitione cū licentia Domini peruentis mutauit naturam, ac veluti habitum ex noua causa, nouum feudum fuit effectum, maximè cùm fuerit in noua Inuestitura expressum quo Iure, & titulo ad inuestitos peruenit, Bald. in cap. 1. num. 19. in fine, Ao agnat. vel filius, Honded. cons. 36. num. 22. lib. 2. Manent. cons. 43. sub num. 64. Surd. cons. 351. nu. 19. & 21. & cons. 446. num. 17. in fine, Cumia in cap. si aliquem. de success. feud. verb. maritata, nu. 37. cum seq. Mareian. cons. 69. num. 15. 16. & 17. lib. 2. Mart. cons. 14. num. 7. & seqq. Gratian. discept. 557. num. 52. & seqq. Cyriac. contro. 4. num. 27. cum duobus seqq. & contro. 146. nu. 31. & contro. 223. num. 17. & post Afflict. decis. 112. num. 15. & alios, Capie. Latr. tom. 2. consult: 80. num. 71. & seq. Rota in Putuen. Stagni 16. Decembris 1641. coram bon: memor: Cardinale Panzirolo.

Et quod feudum efficiatur nouum quotiès ob contractum de feudo initū deuenit ad aliquos, ad quos intuitu Inuestitura pro parte tantùm spectare poterat, firmarunt ex Feudistis Larat. in theatr. feudal. pert. 12. dilucid. 70. num. 3. Ioan. Andr. de Georgio repetit. feudal. cap. 54. nu. 23. qui id comprobat exemplo feudi refutati in manibus Domini, vt filius inuestiat, quod nihilominūs sit reputandum nouum feudum, cùm primum sit resolutum per refutationem, sequitur Giurb. de success. feud. § 1. glos. 12. sub nu. 7. vers. sin autem pater ad hoc refutauerit, Rota decis. 186. num. 5. p. 3. recent.

Ac proindè cū ab indè in descendentes Claudij iunioris, nimirū in partē aduersā pro dimidia & pro altera medietate in lineā Aloysij illius fratris, ex quo descendit D Marchion. nostra Principalis feudum hoc occasione dictæ acquisitionis intrauerit, vtiquè necessariò erit asserendum, quod prædicti duo fratres nouiter acquirentes feudum propriæ soboli, ac posteritati tam masculinæ, quàm fœmininæ priùs prospicere voluerit, quàm vtriusque, vel alterius portio migraret de vna in alteram lineam, prout in fortioribus terminis, nulla facta distinctione An feudum per nouam Inuestituram fuerit alteratum, nec ne imò adhuc illo naturam antiqui retinente, per text. in cap. 1. de nat. success. feud. & cap. 1. de duob. fratribus, firmarunt Mantic. de tacit. & ambig. lib. 22. tit. 18. nu. 32. in fine, & lib. 23. tit. 23. num. 15. & tit. 34. num. 21. & seqq. Thes. iun. lib. 2. forens. quæst. 12. nu. 52. Sanfelic. decis. 99. num. 21. Rota decis. 541. nu. 13. p. 4. tom. 3. recent. Vndè multò magis hoc erit admittendum, dùm indubitanter feudum † per nouam Inuestituram fuit effectum nouum, ad tradita per Peregrin. cons. 24. nu. 12. & seqq. lib. 2. Mart. cons. 6.

num. 6. Bardellon. conf. 63. nu. 15. Et generaliter, quod in feudo nouo frater † fratri non succedat Bartol. de Bofc. conf. 263. nu. 1. verf. respectu verò, Papon. conf. 1. num. 33. Bellou. jun. de Iur. accrescen. cap. 6. quæst. 37. num. 230. Ioseph. Vela dissertat. 25. nu. 100. vbi etiam si fuerint simul inuestiti, Ronit. decis. 94. nu. 35.

Nec in præsenti mæretur attendi, quod concessio huiusmodi quantumuis ex noua causa, & cum licentia Domini emanauerit nihilominùs appareat concepta in feudum antiquum, & iuxta præcedentes Inuestituras, ideoq; in illo nunc succedant, iuxta modum, & formam primæuam quia cùm stipulatio pro hæredibus, & successoribus immediatè subnectatur, & per illam ordo succedendi ad personas expressè vocatas coarctetur, interim existentibus fœminis in vno columnello, vtique ad alium transitus per saltus fieri non potest, dùm vnusquisque ex acquirentibus suæ posteritati etiam fœmininæ prospe-
6 xisse præsumitur, ac per illam clausulam † ad explicitè vocatos successionem restrinxisse, & verba Iure antiqui, & vti antiquum intelligùntur solùm respectu bonorum, non respectu personarum, Castren. conf. 10. per tot. lib. 3. Alexand. conf. 10. nu. 5. lib. 3. Monald. conf. 147. num. 6. lib. 2. Manent. conf. 45. nu. 71. Crauet. in conf. pro Genero num. 321. Menoch. conf. 513. num. 9. Mart. conf. 3. num. 29. & conf. 6. num. 51. Rota decis. 191. num. 30. & seqq. & decis. 541. per tot. p. 8. recent. & in Fanen. seu Senogallien. bonorum super bono Iure, 14. Martij 1646 coram R. P. Meltio.

7 Quod quidem licèt de Iure indubitantèr obtinere, † vt egregiè ad fauorem fœminæ respectu successionis feudi concludunt Riminald. sen. conf. 96. per tot. Rauden. de Analog. cap. 34. ex nu. 48. & 281. Casanat. conf. 47. nu. 116. & conf. 56. num. 23. Becc. conf. 56. num. 26. Manent. dicto conf. 43. nu. 61. Cyriac. contro, 4. num. 40. cum seqq. & in tract. de legitim. success. Ducat. Mant. art. 2. num. 75. voluerunt tamen peculiari pacto acquirentes corroborare, dùm tam in assensu Domini, quàm in Inuestitura expressè circa ordinē succedendi conuentum apparet, vt scilicèt venditores, vel eorum descendentes. Ità demùm ad feudum alienatum reintegrarentur si in totū acquirentium lineæ extinguerētur, quippè quod intellexerint etiam de fœminis, vt scilicèt præferri deberent masculis transuersalis alterius lineæ dubitari nequit, vt quàm minùs possibile sit à iure communi recedatur, vt ex traditis per Olasc. decis. 25. num. 30. Rosental. de feud. cap. 2. conclus. 15. num. 10. & latiùs cap. 7. conclus. 39. num. 5. & 7. vbi hoc dicit verum, etiam si feudum Iure antiqui acquiratur, & meritò quia clausula in feudum antiquum cū relatione ad præcedentes Inuestituras, nihil operatur contra beneficium inuestiti eiusq; successoris, Bursat. conf. 5. num. 24. Thesaur. decis. 227. num. 15. Rota in Sarsinaten. feudi, 18. Decembr. 1645. verf. concessio facta, coram Reu. D. meo Dunozeto Decano.

Adeout cùm in singulis lineis, donèc extant fœminæ, non possit dici defecisse personas capaces feudi, ea quo in concessione pro hæredibus vtriusque sexus, imò & appellatione lineæ † 8
in hac materia veniant tam masculi, quàm fœminæ, vt ait Corbul. de iur. emphit. tit. de caducit. ob lineam finitam, num. 40. Mart. conf. 6. num. 52. Valenzuel. conf. 97 num. 92. lib. 1. Peregr. conf. 24 num. 6. verf. primò enim illa verba, lib. 2 Rota inter recent. decis. 270. num. 1. & decis. 291. nu. 19. p. 4. tom. 2. & decis. 291. num. 19. p. 4. tom. 2. & dicta decis. 541. & decis. 603. per tot. p. 4. tom 3. Inde est, quod dum ea præsumpta mente emptorum tot sint lineæ, quot acquirentes, omninò in vna linea ex ipsis fœmina existente, ipsa ad feudum admitti debet, iuxta opin. Rotæ decis. 383. nu. 12. p. 4. tom. 2. recent. & in dicta Fanen. seu Senogallien bonorū super bono iure, 14. Martij 1646. § neque agnatus, verf. maximè cùm talis emphiteusis, vbi innumeræ cumulantur coram R. P. D. Meltio, & nouissimè coram eodem in Cesenaten. emphiteusis, 18. Martij 1652. circa fin. & regulare est in hac materia attendi debere lineam emptorum, Rota decis. 182. num. 1. cum tribus seqq. p. 6. recent.

Id, quod absq; difficultate admitti debebit, attenta Inuestitura facta non vni, sed duobus, † 9
quo casu masculi ex vna linea non excludunt fœminas ex altera, nisi illa penitus euacuata, ne aliàs successio deferatur per saltus, prout distinguendo inter Inuestituram factam vni, vel pluribus, per text. in cap. 1. de duobus fratrib. firmarunt Fulgos. conf. 229. in princ. & nu. 1. & 2. Andr. de Iliern. in cap. 1. §. & si libellus, num. 11. de alienat. feud. patern. Aluarott. in §. denique, nu. 10. verf. octaua conclusio, quæ fuit prima caus. benefic. amitten. Scrader. de feud. p. 7. cap. 4. ex num. 73. Affl. ct. decis. 393. nu. 5. & ibi Add. Olasc. decis. 3. n 34. & innumeris congestis, ità in puncto distinguendo Altograd. conf. 25. ex num. 84. verfic. qua propter in hac disceptatione, cum sequentibus, vbi licet in casu suo concludat pro masculo, id tamen rectè explicat venisse, quia acquisitio erat facta ab vno, † quod tamen secùs esse conclu- 10
dit quando acquisitio est facta à duobus, quia tunc fœminæ vnius lineæ nō excluduntur à masculis alterius, quam etiam distinctionem probauit Rota apud Caualer. decis. 623. num. 1. & 2. cum seqq. & inter recent. decis. 270. nu. 1. & dicta decis. 291. num. 1. & 18 p. 4. tom. 2. & d. decis. 541. num. 1. & dicta decis. 603. nu. 1. p. 4. tom. 3.

Ponderando præsertim † verba illa distributiua, *eorum, & cuiuslibet eorum heredes, & successores*, quæ cum faciant censeri acquisitionem ab vnoquoq; in solidum, esse factam adeò, quod pars deficientium superstitibus accrescat, iuxta tradita per Zuccar. decis. Lucen. 25. per tot. Monac. decis. Florent. 63. ex nu. 14. cum seqq. & fuit tentum in Bononien. bonorum de Romantijs, 22. Maij 1651. in §. altera quoquè, co- 11

ram

ram R. P. D. Vetospio; indè est, quod donec
12 aliquis siuè masculus †, siuè fœmina superexistat
descendentes ex altera linea non admittantur,
Seradee. de feud. p. 7. cap. 15. num. 16. & seqq.
Paris. cons. 13. num. 9. & 15. lib. 1. Cephal. cons.
345. num. 14. & seqq. & num. 26. Lanat. cons.
13. num. 2. Bursat. cons. 151. num. 11. & 12. Ludouic.
Sacca cons. 50. num. 39. 40. & 107. cum
seqq. Giouagn. cons. 35. nu. 21. & per tot. lib. 2.
Laderch. cons. 40. nu. 7. Ioseph. Ramon. cons.
100. nu. 507. Ioan. Bapt. Bilotta conclus. feud.
59. num. 2. & 3. Gratian. discept. 272. num. 20.

Quinimò etiam si Inuestitura feudi, de quo
agitur, fuisses facta vni, attenta tamen consue-
13 tudine Mantuæ; secundùm quam feud. † sunt
diuisibilia, quam cõsuetudinem esse generalem
in tota Italia, excepto Regno vbi viuitur Iure
Francorum, testantur, Crauet. cons. 995. num.
29. vers. septimo respondetur, Clar. in §. feu-
dum, quæst. 44. n. 2. Bellon. iun. de iur. accre-
scen. cap. 6. quæst. 37. n. 106, ac etiam attenta
14 diuisione † inter aequirentes facta cum amplis-
simis clausulis, omninò sequitur, quod pars vni
ex diuidentibus obuenta adeò in persona illius
eorumq; successoribus consolidetur, vt ad aliam
lineam transire non possit, nisi penitùs extincta
illa, in quam per diuisionem fecit ingressum,
ad text. in c. 1. de natur. success. feud. vbi Bald.
num. 1. Afflict. num. 77. Rosental. de feud. c. 7.
conclus. 41. per tot. Andr. de Isern. in cap. 1. §.
hoc quoque, vers. & olim, de success. feud. Bardellon.
cons. 14. num. 43. Ruin. cons. 9. num. 5.
vers. quinimò videtur, lib. 1. Surd cons. 316. nu.
37. & 38. & cons. 577. nu. 18. Menoch. cons.
587. n. 11. & seqq., vbi quod ille, cui per diui-
sionem obuenit emphyteusis, habeatur pro pri-
mo stipite, ideòq; fœmina ex illo excludat mas-
culos alterius lineæ, Laderch. cons. 1. num. 9.
Decian. cons. 127. nu. 14. lib. 3. Beio. cons. 93.
num. 26. lib. 1. Rimin. sen. cons. 259. num. 39.
Mantic. de tacit. & ambig. lib. 22. tit. 34 nu. 22.
latissimè Caluan. cons. 11. per tot. & in præcisis
terminis Rota in dicta Cesenaten emphiteusis,
18. Martij 1652. §. cessare præterea, coram R. P.
D. meo Meltio, vbi enumerantur clausulæ am-
plissimæ ad habendum, &c. tenendum, &c.,
quæ omnes hìc concurrunt, adeout per viam
abdicationis alter ex diuidentibus remaneat ex-
clusus, vt, præter adductos, latissimè Giouagnon.
in præfata decis. Cesenaten. allegatus
cons. 100 num. 6. & per tot. lib 1.

Accedit, quod per præfatas clausulas amplis-
15 simas in Inuestitura, & in diuisione appositas,
cum facultate etiam alienandi, &c. feudum †,
de quo agitur, ità diuisum remansit ad instar
allodialium. Giurb. de feud. §. 1. glos. 3. n. 45.
Flamin. de Rub. cons. 78. nu 323. cum seqq
Dexart. decis. Sardin. 28. nu. 20. Rota in dicta
Sarsinaten. feudi, 22. Iunij, & 18. Decembris
1645 corã R. D. meo Dunozetto Decano; Quod
habet locum, vt supra dixi, etiam si post dictas
16 clausulas fuisset apposita prohibitio alienandi †,
quia adhuc prohibitio, cùm in præsenti non
fuerit simplex, & absoluta, sed qualificata, ex
assensu scilicet Domini priùs obtinendo, non
officit facultati alienandi, dùm non concurrit
prohibitio legis, sed tantùm hominis, quæ per
licentiam antea obtentam tolli potest, vt latis-
simè Rota in Cesenaten. emphiteusis corã Mer-
lino, quæ est decis. 741. num. 17. & 18. p. 4.
tom. 3. recent.

Neque in præsenti est attendendum, quod
facultas † disponendi inducta per præfatas cla- 17
usulas non operetur effectum suum, nisi secuta
alienatione, Fusar. de substitut. quæst. 593. nu.
29. & seqq. cum alijs per Rotam apud Busatt.
decis. 89. Quia non solùm fuit apposita in pri-
ma Inuestitura, sed etiã in diuisione, quo casu † 18
censetur remissum omne Ius, etiam de futuro
adhuc etiam non sequuta alienatione, vt per
eundem Fusar. dicta quæst. 595. nu. 31. Barbos.
dicta claus. 4. num. 29., & indistinctè hanc opi-
nionem esse tenendam deducitur per Rotam
decis. 294. num. 8. p. 2 recent. & per Adden.
ad decis. 25. ex nu. 11 cum pluribus seqq p. 3.
recent., quæ tamen in præsenti nõ possunt esse
in disputatione, cùm D. Marchio Aloysius iàm
disposuerit, licèt non in sororem, motus ex falsa
causa, vt supra fuit demonstratum.

Secundò, principaliter etiã admisso feudum,
de quo agitur, esse antiquum; Dicimus successio-
nem illius spectare ad D. Marchionissam, quia
feudum Curię Podij pro rata Nobilibus conces-
sa non est verum, proprium, & rectum feudum,
sed improprium, & conditionatum, & vniuer-
saliter à recta natura feudi degnerans. In feudo
enim improprio fœminæ † admittũtur vnà cum 19
masculis, & fœminæ proximiores excludunt
masculos remotiores, Laurent. de Pin. cons. 4.
n. 35. vers. est ergò, Bartol. de Bosco cons. 379.
nu. 1. vers. in datis verò, Decian. cons. 58. nu.
36. cum duobus seqq. lib. 3. Motor. cons. 30.
nu. 3. vers. secundo, Flamin. de Rub. cons. 77.
num. 275. vers. vt ecce si feudum, cum seqq. &
cons. 78. nu. 79. 80. & 143. lib. 3. Andr. Capan.
de Iur Adohes. quæst. 7. num. 5. cum seqq. Ia-
cob. Heineichman. cons. 29. num. 1. & seqq. &
num. 22. lib. 2. Matt. cons. 155. nu. 5. & duobus
seqq. & probat text. in cap. si cui militi, in ex-
traordio., quem textum legalem esse, & proce-
dere quando feudum est improprium, ostendit
Pio. dicto cons. 4. num. 46. & seqq. Impropri-
etas autem huius feudi deducitur Primò ex vo-
catione expressa fœminarum † contra feudi pro- 20
prij naturam, cap. 1. §. hoc autem notandum de
his. qui feud. dat. possunt, cap. 1. § filia, de su-
ccess. feud. Rosental. de feud. cap. 7. conclus.
33. num. 8 Cyriac. contro. 112. nu. 24. Anton.
Bellon. cons. 44. nu. 48. Ioseph. Cumia in cap.
si aliquem, de success. feudal. in prælud. nu. 73.
Dexart. dicta decis. Sardin. 14. num. 8.

Secundò, quia nõ fuit hoc feudum gratuitò † 21
concessum, sed ob seruitia Episcopatui pręstita,
& cum quibusdam oneribus reficiendi, ac ma-
nutenendi aggeres, quæ etiam improprietatem
significant, Gratian. discept. 736. nu. 79. cum

Digitized by Google

duobus seqq. Thob. Non.cons.1.nu.37. Franc.
Autonin. Costa cons. 80. num.17. Rota in dicta
Sarsinaten feudi, 22. Iunij 1645. coram Reu.
Dunozet. Decano, § *Quoniam Leo feudum con-
cessit, vt satisfaceret plurimis, & eximijs Alberti
meritis, &c.* confirmata 18. Decembris 1645.
coram eodem, & 3. Iunij 1651 coram Eminen-
tissimo D. Cardinale Otthobono.

Tertiò, quia concessum fuit in feudum ho-
22 norificum, † idest francum, quod etiam impro-
prietatem designat, vt latè designat Rota in Bri-
xien. feudi 14. Aprilis, & 1. Iulij 1592. coram
bon. mem: Eminentiss. Cardinale Pamphilio,
& in dicta Sarsinaten. feudi, 1. Iulij 1639 coram
bon: mem: Coccino, impressa post primum to-
mum consultat. Capic. Latr. consult. 75. n. 197.
Quartò, quia Nicolaus Quintus in actu subse-
quutæ approbationis circa diuisionem initam
inter Marchiones, & Nobiles de Gonzaga cum
retentione decimarum, iniunxit onus soluendi
23 annuum censum †, lib. 25. Quod est proprium
signum improprietatis feudi, Peregr. cons. 5.
num. 5. &. cons. 6. nu. 7. lib. 1. Surd. cons. 407.
num. 19. Ludouic. Bell. cons. 1. ex num. 115. &
cons. 3. num. 150. cum seqq. Laurent. de Pinu
dicto cons. 5. num. 55. Flamin. de Rubeo dicto
cons. 77. nu. 163. 264. & 265. & dicto cons. 78.
num. 68. & seqq. lib. 2. Andr. Capan. de Iur.
Adohel. quæst. 7. sub num. 4. Capic. Latr. dicta
consult. 75. num. 97. & 98. lib. 1. cum alijs in
dicta Sarsinaten. feudi, 22. Iunij 1746. coram
Reu. Dunozetto Decano.

Quintò, Improprietatem ipsam feudi, & con-
sequentèr fœminæ admissionem arguunt clau-
24 sula, ad habendum, † tenendum, possidendum,
& quicquid supradicto Domino, suisq; hæredi-
bus deinceps placuerit faciendum, sine contradi-
ctione ipsius D. Episcopi, Successorum suorum
Episcopatus, & Ecclesiæ Mantuæ, quæ quidèm
verba indubitantèr feudum transitorium ad fœ-
minas reddunt, etiam in concursu masculorum,
Flamin. de Rub. dicto cons. 77. num. 300. cum
duobus seqq. lib. 2. Morot. cons. 29. nu. 6. vers.
& primo respondeo, & nu. 8. Decian. cons. 58.
nu. 53. cum duobus seqq. lib. 3. Marescot. var.
resol. lib. 3. resolut. 2. nu. 1. Mart. cons. 57. per
tot. Monach. de recta feudi interpretatione cap.
38. Rota decis. 741. nu. 16. p. 4. tom. 3. recent.
& apud Millin. decis. 330. nu. 4. & 5. & in Me-
diolanen. emphiteusis, seu bonorum, 15. Apri-
lis 1641. coram bon: mem: Merlino, & in Ci-
uitatis Castelli emphiteusis, 23. Februarij 1643.
coram R. P. D. Melzio, & in Rauennaten. do-
mus, 17. Martij 1651. coram R. P. D. Roias;
cum innumeris alijs adductis per Adden. ad de-
cis. 26. ex num. 11. cum pluribus seqq. p. 3. re-
cent., vbi quod tales clausulæ generales æqui-
pollent clausulis, & quibus dederit, &c. Ideoq;
indubitantèr reddunt feudum, vel emphiteusim
transitoriam ad extraneos, & nouissimè Duxart.
decis. Sardin. 28. num. 25.

Sextò, magis conuincunt hanc ipsam feudi
25 improprietatem geminatæ dictiones † *in perpe-
tuum, perpetuò, & in infinitum*, in eadem Inue-
stitura adiectę, quæ indubitantèr extraneos, ac
fœminas comprehenderent, etiam si non fuis-
sent expressè vocatæ, vt hic Mart. cons. 57. nu.
21. Capic. Latr. dicto consult. 75. nu. 99. lib. 1.
Cyriac. dicta contro. 146. nu. 10., iuncta præ-
sertim amplissima facultate alienandi, Petr. de
Gregor. de concess. feud. p. 4. quæst. 3. num. 13.
Giurb. de success. feud. prælud. 4. nu. 25. & seqq.
& §. 1 glos. 2. sub nu. 30. vers. in hac defertur
feudum, & sub num. 31. vers. in hac succedunt
etiam fœminæ, Larat. de feud. p. 8. dilucid. 13.
Merzod. contro. iur. lib. 16 cap. 13. Rota apud
Seraphin. decis. 1105. num. 10. & p. 5. recent.
decis. 93. nu. 78. & 79. & in Mediolanen. em-
phiteusis, 17. Iunij 1641. coram bon: mem: Mer-
lino, confirmata 4. Aprilis, & 27. Iulij 1642.
coram R. P. D. Peutingerio, cum alijs apud Ad-
den. ad dictam decis. 26. num. 15. & 16. p. 3. re-
cent. vbi præcipuè ponderatur geminatio præ-
fatarum dictionum *perpetuum, &c.*, & in idem
Rota decis. 294. nu. 4. p. 2 recent. & in decis.
Rauennaten. domus, 17. Martij 1652. coram R.
P. D. Roias.

Septimò, quia Episcopus Mantuæ in Inuesti-
tum omnes, & quascunque transtulit actiones †, 26
ibi *Iuribus, & actionibus quibuscunque, &c.*, &
inferiùs, *ponens illum in locum suum, & successo-
rum suorum, & Episcopatus, & Ecclesia Mantuæ,
vt in rem propriam*, quod rectè considerat Marta
dicto cons. 57. nu. 12. & 13., & conferunt addu-
cta per Rot. in Meleuitana feudi, 2. Martij 1635
coram bon: mem: Merlino, vbi egregiè fuit di-
ctum, quod per translationem Iuris in vassal-
lum, vitra vtile, remanere quidèm feudum quo-
ad fidelitatem, commissum, deuolutionem, ac
necessitatem adhibendi assensum in illius alie-
natione, & in hoc verificatur clausula †. Conser- 27
uatiua in Inuestitura geminatè apposita, ibi, Sal-
uo iure feudi, Natt. cons. 464. num 20. Rota
decis. 435. num. 12. p. 1. & decis. 394. num. 5.
p. 2 recent. & apud Caualer. decis. 219. nu. 13.
sed degenerare à recto quantum ad hoc, vt ad
illud masculus cum fœmina in paritate gradus
concurrat, & vt proximior fœmina masculos re-
motiores excludat, vt egregiè demonstrat etiam
Giurb. de success. feud. §. 1. glos. 2. num. 31.

Cumq; indubitantèr quælibet ex prædictis
qualitatibus feudũ valeat efficere improprium,
à fortiori hoc erit in præsenti affirmandum tot
vnitis concurrentibus, & potissimùm, quod
feudum, de quo agitur, ab inferiore † à Papa 28
recognoscitur, vt in his terminis animaduertit
Ossalc. decis. 27. num. 18., vbi quod hoc casu fœ-
minæ faciliùs admittantur, Menoch. cons. 65.
num. 30. latissimè Capic. Latr. consult. 75. per
tot. & signantèr ex nu. 75. cum pluribus seqq.
lib. 1. vbi loquitur in fortioribus terminis, ac ad
omnia contraria respondet, & num. 102. Rota in
dicta Sarsinaten. feudi, 22. Iunij, vers. Præterea,
confirmata 18 Decembris, vers. formula verò,
1645. coram Reuerendiss. Dunozetto Decano.

Non obstat, quod post clausulam *ad haben-
dum,*

Digitized by Google

26 dum,† &c. legatur prohibitio alienationis, ideoque prædictarum clausularum virtutes censeantur restrictæ iuxta deducta in Caietana bonorum, 3. Decembris 1646. confirmata 10. Iunij 1648. coram R. P. D. Cerro, cum alijs decisionibus impressis, & cumulatis penes Donatum Antonium de marinis quotidianar. cap. 305. in fine. Ideoq; feudum non fuerit effectum transitorium ad extraneos.

Quia obiectum procedit, quando res Ecclesiæ nec sui natura, nec consuetudine est transitoria ad extraneos, tunc enim clausula illa non operatur, secùs in præsenti, dùm in Ciuitate Mantuana notorium est, quod feuda transeunt

30 ad extraneos, & fœminas, † eorumq; alienatio in fœminas, accedente consensu Domini, efficitur irreuocabilis, & consequentèr amplissima illa facultas alienandi in Inuestitura tributa, dùm fauet consuetudini Regionis, à fortiori extraneos, ac fœminas comprehendit, sicuti innumeris cumulatis Rota dicta decis. 16. nu. 2. & 3. & ibidem Adden. ex nu. 5. cum pluribus seqq. p. 3. recent. maximè dùm facultas ipsa dispo-

31 nendi fuit concessa in primis Inuestituris, † quæ sunt attendendæ, Capic. Latr. consult. 75. num. 256. & seq. lib. 1. Galeot. contro. 51. n. 28. li. 1 & cont. 23. n. 8. & seq. lib. 2. Marcell. de Mauro allegat. 6. nu 1. & 2. Rota dec. 555. n. 1. p. & decis. 211. n. 5. & 6. p. 6. rec. & latissimè Adden. ad dictam decis. 26. nu. 2. 3. p. 3. recent. Adeoque

32 prohibitio † apposita in sequentibus Inuestituris non habeatur in consideratione, fuit egregiè dictum super hoc eodem feudo per Rotam decis. 187. n. 6. vers. & quod pactum, &c. p. 2. diuers.

Et tamèn vbi etiã prohibitio apposita in sequentibus Inuestituris sustineretur, non tamen per hoc Inuestitus fuisset prohibitus inter com-

33 prehensos † in Inuestitura, & sic in Dominam nostram Principalem, disponere Calean. consi. 51. num. 5. Becc. cons. 88. num. 11. vers. sed secundùm naturam feudi, & num. 12. Mastrillo. var. lib. 3. resolut. 2. nu. 15. & 16. & in terminis huius feudi dixit Rota in Mantuana dotia, 10. Iunij 1637. coram bon: mem: Coceino.

Vndè ex prædictis remanet sublatum alterũ aduersæ partis obiectum deductum, ex quo Marchio Aloysius in suo vltimo elogio Iure Institutionum, & legati eius Patruelibus feudum cum melioramentis reliquit, hocque sufficiat ad ex-

34 clusionem sororis, † etsi proximioris, iuxta deducta per Cyriac. contro. 2. nu. 23. & 43. contro. 324. n 7. Surd. decis. 343. nu. 9. & seq. & cons. 305. per tot.

Cessat, inquam obiectum, quia legatum emanauit cum supposito, quod nostra Principalis esset incapax ad succedendum in feudo, de quo agitur, dùm se retulit ad Inuestituras, ibi, *Dichiarain oltre detto Sig. Testatore, che si come li beni feudali da lui posseduti, mancando egli senza figlinoli, spettanti, e sideuone all'Illustris. Sig. Marchese Claudio, e suoi figlinoli, conforme alli decreti, priuilegi, & Inuestiture, cosi, &c.* quippè cùm ex Inuestiturarum forma, stante feudi improprietate iam demonstrata, D. Marchionissa non sit exclusa, indubitantèr cessante incapacitate veluti causa, † & supposito legati opus est, 35 & ipsum legatum euanescere, Ciarlin. contro. 142. num. 4 Menoch. cons. 231. n. 17. vbi quod legatum ex falsa causa, non debeatur, & tunc dicatur Testator ductus ex falsa causa ad legandum, quando apparet in ea fecisse fundamentum Gabr. cons. 132. num. 9. lib. 1. Cyriac. contro. 65. num. 19. & seqq. Mart. conf. 181. num. 15. & 16. Dexarte decis. Sardin. 96. num. 1. & seqq. Gratian. discept. 824. num. 44. & seqq. Altograd. cons. 52. ex nu. 64. latissimè Rota in Bononien. nullitatis Concordiæ, 12. Iunij 1645. coram R. P. D. Cerro, nàm per verba illa, *si come, &c.* fuit relicta successio quoad feudalia in eodem statu, quo erat ante legatum, Gozadin. cons. 8. nu. 18. Barbos. de dictio. diction. 366. n. 3. Rota decis. 555. numer. 6. vers. *si come, &c.* part. 2. recent. Proindèque in dispositione facta per D. Marchionem Aloysium vltimo loco defunctum, ad fauorem D. Marchionissæ de omnibus bonis, comprehensa censeri debebunt bona feudalia in fœminas transitoria, nulla habita ratione legati, quod emanauit sub falso incapacitatis supposito, Merend. contro. iur. lib. 2. cap. 23. numer. 7. Galeot. controuer. Illustr. controuer. 59. ex nu. 43. & seqq. lib. 1. Rota decis. 31. num. 1. p 4. tom. 2. recent.

In reliquis immorandum non censeo, cùm satis eorum resolutio ex deductis appareat, sed longè magis, & exuberantissimè ex doctissimis allegationibus D. Melij.

Ex quibus, &c.

ARGVMENTVM.

Iusta subsistente causa, & cum licentia superioris, si nouitius se receperit extra nouitiatum, ibique per aliquot menses commoratus fuerit, non per hoc annus probationis dicitur interpelatus. Prelationem, quam Domina habet in distractione emphyteusis quoad vtile, non habet emphyteuta quando Dominus distrahit directum.

SVMMARIVM.

1 *Probationis annus in nouiciatu debet esse continuus. Non interrumpitur vbi subest causa absentiæ, & licentia superioris num. 2.*

3 *Dominus directi prefertur in emptione emphyteusis.*

4 *Emphyteuta prafertur volente Domino alienare*

nare directum contra num. 5.
6 *Prælatio in alienatione Emphyteusis necessaria non militat, fallit vbi prouenit ex principio voluntario, num. 7.*

Allegatio LXXVII.

Adsit Deus.

Duo petijt à nobis R. Pater N. & primo, an vigore Breuis Apostolici per eum obtenti non obstante professione per eum solemniter emissa è religione egredi posset, eo quod per duos menses, circiter anno probationis causa infirmitatis, ac de licentia superioris à nouitiatu abfuerit. Id enim de Iure sibi licere prætēdebat ex eo, quia cō-
1 tinuus † necessario debeat esse huiusmodi probationis annus, non autem interpellatus Sanchez. in præcept. Decalog. lib. 5. cap. 4. nu. 31. tom. 2. Barbos. de offic. & potest. Episc. allegat. 101. nu. 23. & de vniuers. iur. Eccles. lib. 1. cap. 42. num. 121. Gratian. discep. forens. 166. num. 14. Rot. decis. 175. num. 2. part. 1. recent. At in facti contingentia cùm iste Reuerendus ea iu-
2 sta causa infirmitatis † è nouitiatu ad domum paternam se receperit, deque licentia superiorum per duos menses, vt deponunt testes ad eius instantiam examinati ibidem continuauerit, exinde propterea anni probationis interpellatio non insurrexit, cùm perinde haberetur, ac si semper præsens fuisset. Sthephan. Gratian. dict. discept. 166. sub num. 14. verificetamen. Quando de licentia, & in addit. ad decis. march. 35. n. 2. Bonacin. de clausur. quæst. 1. punct. 10. disput. 2. §. 2. num. 26. Barbos. de vniuers. Iur Eccles. lib. 1. cap. 42. num. 125. & 126. Sanchez. in præcept. Decalog. lib. 5. cap. 4. numer. 28. tom. 2. Dian. resolut. 84. per totam. part. 2. tract. 2. fol. 334. Pellizzar. de Monialib. cap. 2. num. 49. in fin. Bordon. var. resolut. 54. num. 210. & resolut. 99. n. 39. quibus intellectis dictus Reuerendus ab vsu Breuis destitit.

Alterum in eo consistebat, an quemadmodum
3 Dominus directi † prælationem habet, quando emphyteuta rem emphyteuticam vendere intēdit. l. fin. C. de Iur emphy. Guidop. decis. 411. Gratian. discept. forens. 460. n. 35. & discept. forens. 460. n. 35. & disc. 903. n. 1. & 3. vbi quod Ius prælationis à Domino cedi possit, & discept. 957. n. 28. fulgin. de emphyteut. tit. de alienat. quæst. 1. num. 5. & tit. de laudim. quæst. 24. nume. 1. Niger. de laudim quæst. 21. num. 19. tom. 2. & de subhast. cap. 6. §. 1. num. 12. fol. 155. Mangil. ad tract. quæst. 108. num. 10. faciunt tradita per Cyriac. controuers. 253. num. 14. & controuers. 254. nu. 24. & controuers. 309. ou. 1. latissime Anton. de Amat. var. resolut. 16. per totam. & resolut. 54. pariter per totam Rot. decis. 243. num. 25. part. 5. recent. Post. de subhast. inspect. 36. n. 1. ita pariter emphyteuta in alienatione directi per D. facienda extraneis præferri debeat. In quo quidem quæsito licet non desint affirmantes ad seruandam æqualitatem, eandem quoque prælationem † competere emphyteutæ 4
vbi Dominus directum alienare intendit. Surd. cons. 43. sub num. 12. Gratian. discept. forens. 460. num. 2. & 3. cum pluribus alijs in ratione dubitandi relatis per Antonin. Amat. dicta resolut. 54. n. 22. Attamen iuxta veriorem, magisque in iudicando receptā opinioōē † nulla prior- 5
sus prælatio emphyteutæ competit, cumque Dominus requirere non tenetur, quando extraneis eius directum alienare vult. vt infinitis propemodum adductis animaduertit Antonin. de Amat. dict. resolut. 54. numer. 24. ac per totam Niger. de laudem quæst. 25. numer. 23. Rot. decis. 547. in fin. part. 2. recent Fulgin. de emphy. tit. de alienat. quæst. 1. nu. 305. Larath. in Theatr. feudal. part. 1. dilucidat. 20. num. 4. ac per totam. Nec obstabat, non tollere prælationem ex supposito, quod versaremur in distractione emphyteusis necessaria † per ea, quæ tra- 6
diderunt Rot. decis. 184. num. 10. part. 2. recent. Fulgin. de emphyt. tit. de alienat. quæst. 1. num. 160. eadem Rota in Mediolanen. emphyteus. seu bonorum 4. Aprilis 1642. Peotingero. Quoniam conclusio procedit dummodo venditio necessaria initium non habuerit voluntarium, † vt 7
puta si facta sit ea necessitate eris alieni, quod emphyteuta contraxit, quia etiam hoc casu Domini assensus requiritur, ac præferri debet, vt bene post alios ratiocinatur Fulg. de emphy. tit. de alienat. quæst. 1. num. 314.

Quare &c. Saluo &c.

ARGVMENTVM.

Dotis constitutio per vassallum de feudo fieri potest absque assensu, & solutione laudemij non obstante statuto, per quod marito lucrum dotis defertur, ex quo ad feudalia illius dispositio non extenditur, & in solutione laudemij respectu quantitatis consuetudo attenditur.

SVMMARIVM.

1 *Laudemium debetur, & assensus requiritur dum feuda in dotem dantur æstimata, fallit vt nu. 2. & num. 3. & num. 4. & n. 19. Pro lucro dotis non debetur n. 5. Nec ex alienatione necessaria n. 6 neque si extraneus succedat ex feudi n. 13. In alienatione conditionali non soluitur nisi purificata cōditione n. 17. In feudalibus circumscripta consuetudine non debetur num. 18. Exigere*

Digitized by Google

gere quando non debetur extorsio est. num 21.

7 *Veritas determinata de futuris contingentibus non datur.*

8 *Mulier vassalla absque solutione laudemij feudum in dotem licite constituit.*

9 *Statutum de dote lucranda capit feudum ad extraneas transiturum, fallit in feudo non hareditario num.*14.

10 *Statutum laicale non comprehendit feudalia Ecclesiæ, declara vt num.* 11.

11 *Clausula ad habendum &c. efficit feudum ad extraneos transitorium etiam sine assensu Domini.*

15 *Quarta vxori debita propter inopiam ex auth. præterea C. vnd. vir. & vxor. non debetur. in feudalibus.*

16 *Inuestituram de feudo, solutionem laudemij, nec quicquam aliud lite pendente Vassallus præstare tenetur.*

20 *Minor in integrum restituitur aduersus nō susceptam Inuestituram, seu solutionem laudemij &c.*

22 *Laudemij in solutione consuetudo attenditur.*

Allegat. LXXVIII.

Adsit Deus.

DVxit in vxorem Illustrissimus D. Marchio Iacobus Spolnetinus del Verme, Nobilissimus Veronēsis Illustrissimam D. Annam Mariam Gonzagam ex primarijs huiusce Ciuitatis matronam, quæ cum ingenua, ac grande habetet patrimonium oriebatur controuersia, num respectu feudalium, partim ab Episcopatu, partim à Curia Podij recognitorum pro illis in dotem constituendis, licentiam petere, & laudemium soluere teneretur. Circa quod, quid sentiam scriptis demandare decreui.

Illud suppono, quod verè in facto successit nempe feudalia, cæteraque bona stabilia in præsentiarum fuisse data in dotem absque vlla æstimatione, ne res videatur omni prorsus carere difficultate. Quoniam si præcessisset æstimatio, cum sit instar venditionis, vtrumque licentia videlicet, & laudemiū requirerentur c. i. §. donare, vbi feudistæ qualit. olim feud. alien. poter. Bursat. cons. 132. nu 21. Rosental. de feud. cap. 9 num. 7. & in glos. 6. late Mastril. decis. 149. num. 1. & per totam Fontanel. de pact. nuptialis. claus. 5. glos. 8. part. 13. num. 22. pag. 269. tom. 2. Cald. de extinct. emphyt. lib. 4. cap. 16. tit. 38. numer. 23. fol. 208. Redoan. de rebus Ecclesnon allen. quæst. 79. cap. 8. nume. 11. Amad. de Pont. quæst. 29. de laudem. Capan. de Iur releu. part. 1. quæst. 11. numer. 7. fol. 30. Scot. respons. 2. & num. 5. tom. 1. lib. 4. Gutierez. de Gabell. quæst. 25. num. 20. & 26. Tiraquel. de ret. lignager. §. 1. glos. 14. num. 45. & 108. Bertrand. cons. 57. n. 3. Borell. de magis. edict. lib. 4. cap. 2. n. 87. Niger. de laud. quæst. 34. n. 6. tom. 1. Fulgin. de emphy. tit. de laud. quæst. 7. per tot. Nisi forsan æstimatio † intercessisset causa designandi valorem dotis, & rerum dotalium de tempore initi matrimonij, prout in dubio æstimatio magis videtur facta ad prædictum effectum, quā ad inducendam venditionem. l. cum post 70. §. cum res ff. de iure dotium l. æstimatia 51. ff. solut. matr. l. seruos. 35. ff. fam. ercīscun. Cald. de emphyt. extinct. lib. 4. cap. 16. tit. 38. sub numer. 23. vers. quo in loco fol. 209. Fulgin. de emphyt. tit. de laudem. d. quæst. 7. n. 8. Quo casu nullum est soluendum laudemium. 2

Quæ tamen dicta sunt ex abundanti, Nam eū bona feudalia in præsenti casu in dotem assignētur nulla prçuia æstimatione, † certe nec licentia requiritur, neque solutio laudemij à Dominis directi prætendi valet. Speculat. in tit. de emphyt. § nunc aliqua vers. 10. Aufrer. ad Capell. Tholosan. decis. 279. n. 3. Amad. à Pont. quæst. laudemial. 29. vers. aut. datur in æstimatum post Princ. Paseth. cons. 137. num. 1. Tiraquel. de retract. lignag. glos. 14. num. 108. Bertrand. dicto cons. 57. n. 2. vol. 7. Atesm. Tepat. tit. 389. vers. res emphyteutica fol. 94. to. 1. Mastr. dict. decis. 149. num. 1. & per totam Fontenel. de pact. nupt. claus. 5. glos. 8. part. 13 num. 22. fol. 269. tom. 2. Borel. in sum. decis. tit. 35. n. 51: & seq. part. 3. Fulgin. dicta quæst. 7. quicquid in contrarium videatur affirmare Marcabr. de Anguil. cons. 103. num. 24. 3

Cæterum & si præcedens distinctio ab omnibus communiter recipiatur, nihilominus stante statuto Mantuæ sub rubr. de dot. per marit. lucran. Vxot. defunct. fine liber primo vt aiunt aspectu videbatur dicendum necessariam adhuc fore licentiam dādi feudalia in dotem ac solutionem laudemij traditioni præcedere, cum possit contingere D. Annam Mariam prædecedere eius sponso, quo casu feuda transirent inscio Domino in personam in antiquis Inuestituris non comprehensam, & quod stante huiusmodi statuto † obtineri debeat licentia, & solui laudemium, etiam assignatis in dotem bonis feudalibus inęstimatis, voluerunt Iseīn. Bald. & alij in c. 1. §. donare qualit. olim feud. poter. alien. Bald. & Ias. in auth. res quæ num. 26. C. comm. de legat. Cuia. Iur. de feud. 4. par. princ. regul. 1. quæst. 4 Clarus §. feudum, quęst. 35. Roland. de Iner. dot. quęst. 54. Amad. de Pont. quæst. 29. vers. & pactum lucri dotis, quos allegat, & sequitur Surd. decis. 278. n. 3. quibus adde Bald. cons. 476. circa fin. vers. de lucro volum. 4. Beto. cons. 66. n. 17. lib 1. Cyriac. contro forens. 377. nu. 18. Gratian discept. forens. 367. nu. 3. 4

Hęc non parum vrgere fateor, ac in præcedentem inclinarem sententiam; nisi ab ea ex infra rimandis remouerer, & primo quia non desunt plures alij doctores affirmantes pro lucro dotis

5 dotis † laudemium non deberi Purpur. cons. 3.
num. 2. Amad. à Pont. dicta quæst. 29. versic.
& consequenter sol ad antiq. constit. Sabaud.
glos. 1. tit. de Iur. emphy. num. 17. fol. 31. 8. De-
inde cum simus in causa necessaria dotis consti-
tuendæ possunt liberè tradi feudalia absque eo
quod soluatur laudemium, quod in translatio-
6 tione dominij feudorum † ex necessitate contin-
gente non soluitur arg. l. fin. C. de Iur. dot. & l.
qui liberos 19. ff. de rit. nup. Crauet. con. 215. n.
7. Cald. de emphyt. extinct. lib. 4. cap. 16. tit. 38.
num. 22. & 25. Fulgin. de emphy. tit. de laudem.
quæst. 8. nu. 47. & 48. Niger. de laudem. quęst.
4. num. 5. tom. 2 & dixi allegat. 77. hoc lib. Vl-
terius quod D. Marchio Iacobus nō tam præce-
dere debeat eius sponsæ, quam sine filijs diem
claudere extremum reputatur de raro contin-
gentibus; de quibus non est determinata veri-
tas l. ventre 83. ff. de aqu. hęred l. si putatur. 31.
ff. ad l. aquil. D. Thom. 1. par. quæst. 14. art. 13.
& lib. 1. contra gentes cap. 67. cum alijs per Bar-
bos. Axiomat. 104. num. 1. & propterea ex hoc
non debet statui regula certa, quod nempe, ob
istud futurum contingens teneatur ad solutio-
nem laudemij, quod ita demum requiritur in
dotis constitutione; si feudum tradatur marito
æstimatum, secus autem dum assignatur inæsti-
matum, alias huiusmodi distinctio pænitus de-
struetur, si etiam laudemium deberetur ex lu-
cro dotis, cùm regulariter homines ducant vxo-
res pro consequenda dote ab vxoribus, & illis
pręmorientibus lucranda. Quare cum Domina
Marchionissa Anna Maria sit de compræhensis
8 in Inuestitura † Iure optimo absque laudemij so-
lutione potuit secum afferre in dotem feudalia
per text in c. 1. de Inuest. quam Titius accept.
Cald. de Iur. emphy. lib. 4. dicto cap. 16. num. 26.
tit. 38. fol. 209. Ias. in l. fin. num. 109. C. de Iur.
emphy. Curt. Iun. part. 4. num. 93. de feud. Ro-
sental. de feud. cap. 9. conclus. 9. nu. 6. cum in-
finitis, de quibus in glos. F. Tusch. pract. con-
clus. 15. nu. 16. lit. l. Cod. Fabr. lib. 4. tit. 43. de
finit 55. num. 1. fol. 498. Riminald. cons. 737. n.
2. Bertrand cons. 380. nu. 2. volum. 2 part. pri-
or. Redoan. de reb. eccles. non alien. quæst. 66.
num 38. & 39. Thesaur. decis. 139. num. 3. Ba-
cbouius in Chiliade ad decad. 99. in error. 1. Fa-
br. pag. 444. Masttil. decis. 148. per totam Ca-
pan de Iur. releu. quæst. 12. part. 4. num. 9. fol.
9 241. Eaque lucrabitur eius sponsus † tanquam
transitoria etiam ad extraneos, vt optimè consi-
derat Roland. de Luer. dotis quæst. 54. num. 19.
Menoch. cons. 127. n. 22. quod autem transeat
ad extraneos videatur passim in nostris allega-
tionibus lib. 1.

Præsupposita igitur pro indubitabili, quod
mulier vassalla possit constituere dotem in feu-
dalibus absque Domini licentia, & solutione la-
udemij, non obstaret statutum de lucranda do-
10 te, quod vti laicale † non compręhendit bona i-
sta, quæ partim mediate, partim immediate,
recognoscuntur in feudum ab Ecclesia Grat.
consil. 110. numer. 36. lib. 2. & in puncto di-
xit Rot. in Mantuana Iuris pascendi in de-
cisionibus impręssis post 7. allegat. nostrarum
lib. 1.

Et quamuis etiam compræhenderet saltē ex
præsumpta mente † contrahentium, quod volue- 11
rint se conformare statuto disponenti in mate-
ria dotis ex traditis per Rotam decis. 305. sub n.
9. vers. Sed de Statuto in criminal. Farinac. de
quo tamen valde dubito ob pręiudicium Eccle-
się, quod indè emergeret, si teneretur admittere
absque licentia, & laudemio in vassallum ratio-
ne Inuestituræ penitus extraneum, quare cum
intersit Ecclesiæ, & habentibus cautam ab ea,
quod laudemia soluantur, & non nisi in vassal-
los recipere personas sibi beneuisas, ne stante
prædicto statuto feuda Ecclesiastica transirent
in extraneos ipsa inscia, & in emolumentis de-
bitis lęderetur. Ideo firmandum dubio procul
venit statutum in hac parte non officere domi-
no ex traditis per Rot. dicta decis. 305. sub nu.
9. vers. non lædit Ecclesiam in Criminal. Farin.
Adhuc nihil officeret cum eueniente casu, quod
verè feudum irreuocabiliter transiret in Mari-
tum propter mortem vxoris sine filijs, tunc v-
tique & licentia obtineri, & laudemium exbur-
sari posset.

Tantoque magis, quia hęc feuda conceduntur
tur cum clausula, ad habendum, † tenendum, & 12
quicquid inuestitis perpetuo faciendum placue-
rit, quæ efficit, vt absque vlteriori licentia tran-
sire valeant in extraneos Cyriac. controue. 324.
n. 18. Gratian. discep. fore. 23. n. 18. cum adductis
per nos alleg. 8. n. 23. & seq alleg. 14. n. 4. lib. 1.
Etquoad feudalia Curiæ Podij præsens articu-
lus minus inuoluit difficultatis, quia tam in con-
cessione principali facta illustrissimis, & Excel-
lentissimis Marchionibus Gonzagis, quàm etiam
in inuestitura, seu donatione facta per Serenissi-
mum Marchionem Mantuæ Ioannem Franciscū
Gonzagā Domino Felippino, à quo causam ha-
bet, & descendit Illustrissima Domina Marchio-
nissa Anna Maria Spoluerina Gōzaga, vltra clau-
sulam mox recensitam adest quoque clausula si-
ne contradictione Domini, quę plurimum circa
transmissionem feudi ad extraneos, tam in con-
tractibus, quàm per vltimam voluntatem opera-
tur ad tradita per nos plena manu allega. 26. lib.
1. allegat 21. & allegat. 72. hoc volum. quibus
clausulis disiunctim consideratis multoque for-
tius simul concurrentibus nulla amplius in quo-
cunque feudi distractu requiritur licentia La-
derch. cons. 1. num. 18. & per totum Gratian. di-
scept. forens. 580. nu. 10. & seq. & discept. 73 in
num. 53. plenissimè Rot. decis. 167. à n. 21. part.
5. recent. alios cumulaui allegat. 1. n. 4. lib. 3.

Licet autem non valeat illatio à præcedenti
conclusione inducta per Cæphallum in consil.
699. quod nempe ex concessione alienandi, cen-
seatur remissum laudemium † ex Surd. decis. 13
206. nu. 4. & 5. Gratian. discep. forens. 180. sub
num. 5. vers & quod non quoniam istud intelli-
gitur iuxta distinctionem per nos alias exagita-
tam videlicet Cæphal. opinionem procedere in
lucra

Digitized by Google

licentia concessa in origine feudi, & quando feudum transit ad extraneos potius vigore successionis, quam contractus. Quia cum maritus succedat vxori, licèt sit extraneus propter naturam feudi, ac illius qualitatem, etiam admittendi quoscunque extraneos dicitur maritus capere feodum non tanquam extraneus, sed tanquam vocatus ad huiusmodi feudalem successionem, & vti comprehensus in antiquis Inuestituris, quo casu neque laudemium soluitur, neque assensus perquiritur Salicet. in l fin. numer. 15. Iason. numer. 41. Cod. de Iur. emphyt. Cald de emphyt. extinctio. lib. 4. cap. 10. num. 26. & 41. tit. 38. Seclusa vero transmissibilitate
14 feodi in extraneos, quod feuda † non cadant sub statuto de dot. per marit. locran. dixi allegat. 73. per totã hoc volum. Quem neque vxori quarta, † de qua in aoth. prætereæ C. vnde vir. & vxor
15 ob paupertatem in feudalibus non debeatur, animaduerrunt Butlat. cons. 92. num. 22. Mangil. de imputat. quæst. 174. per tot.

Addo prædictis vtraque feuda per D. Annam Mariam nunc possessa litigosa esse pluresque pati controuersias tom ab Illustrissimo, & Reuerendissimo Episcopo, tum ab agnatis, quamuis iuxta nostrum sentire indebite illatas; Vnde ex hac dum taxat, & donec lis indecisa manebit, non tenetur D. Marchio Iacobus petere licen-
16 tiam, † nec laudemium soluere, neque Inuestituram suscipere Clar. io § feudum quæst. 49. nu. 8. Surd. decis. forens. 707. numer. 20. & 21. vbi ampliat siue molestia detur à Domino, siue à tertio.

Vlterius pondero, quod per assignationem feudalium nulla prævia æstimatione, ita demum (& hæc ratio meo quidem iudicio inexurabilis videtur) transfertur irreuocabiliter dominium
17 in maritum sub conditione, † quatenus scilicet decedat vxor sine filijs iuxta dispositionem statuti sub rubrica de dote per mar. &c. at qui in alienatione conditionali non priua soluitur laudemium, quam purificetur conditio in Bertran. cons. 221. nu. 4. lib. 1. Pacific. de Saluian. inspect. 3. cap. 4. num. 587. Tiraquel. de retract. glos. 2. §. 1. num 23. Cald. de Emphyt. extinct. lib. 4. cap. 16. nu. 4. tit. 43. de Iur emphyt. definit. 28. num. 82. pag. 489. & definit. 30. n. 14. fol. 490. ad quod videatur omnino Bachou. in chiliade error Ant. Fabr. error. Decad. 99. per totum vbi eleganter eo copiose demonstrat non deberi laudemium, nisi tunc cum veneris casus dotis lucrare Fulgin. de emphyt. tit. de laudem. quæst. 8. num. 42. Vnde Iuribus Domini Marchionis Iacobi satis consultum dicetur, si petat licentiam ad cautellam cum oblatione soluendi laudemium in euentum, in quem eius sponsa eidem prædecedat nullis susceptis, seo post se relictis filijs, quatenus de Iure renetetur maximè, quia
18 versamur in materia feudali, † in qua propter alienationes circumscripta consuetudine nullum deberur laudemium Guido Pap. quæst. 485. Valasc. de Iur emphy. quæst. 39 Cald. simil. tract. lib. 4. cap. 16. nu. 98. alias n. 86. tit. 38. cum adducta per nos allegat. 5. num. 80. & 82. lib. I. Quibus accedunt Amad à Pont. de laud. quest. 3. Menoc. cons. 444. num. 16. Treutler cons. 74. num. 39. Peregr. cons. 5. num. 48. lib. 1. Niger de laudem. quæst. 40. art. 1. num. 27. & per totam tom. 1. nullibi verò vnquam constabit de aliqua consuetudine quod in feodo huiusce qualitatis,
† quoties in dotem traditur, solui debeat laudemium, nec quandocunque propter amplissimã alienandi facultatem à Domino in origine feudi concessam Gozadin cons. 65. num. 9. quidquid esset si versaremur in bonis emphyteusis, in quibus difficilis exitus à solutione laudemij ex doctrina Socio Iun. in cons. 70. nu. 12. & 13. quem sequitur Menoch. cons. 297. num. 35 pacifice de Salu. inspect. 13. cap 4. num. 598. & alijs cumulatis Cost. de ratioo. rat. quæst. 11 24 num. 21. & 26. licet contrarium teneatur Tosch. pract. conclus. 15. num. 10. & 12. lit. L. 19

Confirmantur superius ducta plurimum ex eo quia Domina Marchionissa Anna Maria adhuc reperitur in minori ætate, qua durante, præsertim cum, & illius spõsus illi coetaneus sit, poterit vt beneficio minoribus † concesso, quod est 20
non petendi Inuestituram, soluendi laudemium, & similia, vel saltem restituendi in integrum vsque ad vigesimum quintum annum Rosental. de feod. cons 6. conclus. 40. nomer. 4. cum infinitis de quibus in glos. E. Et interim Deo dante susciplet liberos, sicque penitus eximetur & à solutione laudemij.

Nihilhominus ne lites ex litibus oriantur, & quia consuetudo † extorquendi laudemia abijt 21
in iniquam exactionem iuxta meotem Menoch. de contract. liuell. part. 9. num. 12. & seq. quem in simili adduxi allegat. 14. nu. 34. lib. 1. & dixi dicta allegat. 33. per totam hoc volum. consului pro mei ingenij tennitate Illustrissimum Do. Marchionem Franciscum Spoluerinum del Verme patrem, & socerum respectiuè sponsi, & sponsæ, vt honestam Domino directis recognitionem tunc facere vellet pro inuestitura communi fauenda in sponsos pro se se, eorumque hæredibus vtriusque sexus ad formam antiquarum inuestiturarum me semper remittendo saniori iudicio, quemadmodum ad compositiones satis honestas deuentum fuit habita ratione ad quantitatem laudemij, quę iuxta consuetudinem huius patriæ in rationem septem cum dimidio solui sueuit, quatumvis de Iure non nisi in rationem duorum pro singulo centenario debeatur, cum in materia solutionis laudemij † 22
consuetudo attendatur ex Rota in Cesenaten. seu Sarsinaten. emphyteusis 27. Iunij 1640. Ghisletio. Et videnda sunt quæ scripsi allegatione. 33. hoc eodem volum. Niger de laudem. quæst. 3. per tot. tom. 1. Fulgin. de emphy. tit. de laudem. quest. 33 num. 3.

Quare &c. Saluo &c.

ARGVMENTVM.

Ius accrescendi non habet locum in feudis maximè vbi similis viget consuetudo.

SVMMARIVM.

1 *IVs accrescendi militat in feudis. Amplia vt num. 2. & num. 5. & n. 8. & n. 29. Contra. nu 9. & nu. 10. & nu. 13.*

3 *Dictio cuiuslibet tribuis vnicuique actum in solidum eorum, inducit Ius accrescendi con inuestitos nu. 4. Contra numer. 15. & numer. 25.*

6 *Inuestituram petere non tenetur succedens in feudo per Ius accrescendi.*

7 *Consuetudo quibus concurrētibus inducatur. Quod in solidum inuestiti ob mortem alterius teneātur renouare inuestituras, valet numer. 19. Particularis praualet generali, nume. 21. Praponderat Inuestitura, numer. 24.*

11 *Feudi per concessionem omnibus vocatis Ius irreuocabiliter, acquiritur.*

12 *Consuetudine Mantuana alienandi feuda stante feudum antiquum non differt à nouo.*

14 *Inuestitura alteratio per errorem prasumitur.*

16 *Vassallus licet ex consuetudine feudum possit alienare, tamen si illud non alienat venit in restitutione fideicommissi.*

17 *Contingentibus de futuris non est determinata veritas.*

18 *Feudale Ius nil aliud est, quàm consuetudo.*

20 *Inuestitura simultanea quænam sit.*

22 *Consuetudinis probatio ex quibus resultet in feudi reuocatione.*

23 *Argumentum ab obseruantia circa renouationem Inuestitura plurimum attenditur.*

26 *Feuda antiquitus concedebantur cum pacto, vt essent ad beneplacitum reuocabilia*

27 *Principes non curant de caducitatibus iniquis, & odiosis.*

28 *Frater Franciscus Gonzaga Episcopus Mantua munificentissimus.*

Allegatio LXXIX.

Aadsit Deus.

IN articulo propositæ caducitatis per Agentes Venerabilis Episcopatus Mantuæ aduersus DominumCrespellanum ob non renouatam Inuestituram portionis feudi ad se deuolutam ob mortem, & lineam finitam D. Caroli eius fratris in eadem præcedenti Inuestitura comprehensi in primis duabus instantijs ad fauorem Episcopatus emanarunt sententiæ fauorabiles, pro quarum confirmatione dum pendet causa coram Illustrissimo D. Senatore Zanacco in vltimo appellationis gradu iudice delegato dubitat de validitate dictarum sententiarum, ac de subsistentia prætensionis eiusdem Episcopatus, eo quia reuocatio huiusmodi non videretur necessaria, quippe quia portio feudi vnius † ex conuassallis deficientis ex quo sumus in antiquo feudo accrescat ipso Iuri portioni alterius vassalli superstitis Doman. cons. 1. 1
numer. 6. & adden. ad eundem cons. 315. lit. C. Rosental de feud. cap. 6. quæst. 93. num. 1. cum adductis in gloss. A. Scrader. eodem tract. part. 7. cap. 1. numer. 7 Ruin. cons. 159. nume. 15. vol. 1. Mozz. de natur. feudor. numer. 70. versic. fallit in feudo antiquo, Curt. Iuo. de feud. fol. 216. numer. 74. Gail. de pace publ. lib. 2. cap. 4 nu. 15. Clar. in §. feudum quæst. 77. versic. secundo principaliter, Io: Franciscus Schenard. in simili feudo Episcopatus cons. 45. nume. 4. Andreas Capan. de Iur. releu. part. 4. quæst. 25. n. 1. Lanar. cons. 14. nume. 3. vbi quod in feudo concesso ab Imperatore, vel Rege habt locum Ius accrescendi. Rota decis. 176. numer. 5. part 5. rec. vbi quod emphyteusis concessio quando est facta vt solidum inter Ius accrescendi inter vocatos. Iacob. Gall. cons. 38. n. 41.

Maxime quia in concessione ipsis fratrib. renouata aderāt verba distributiua, † scilicet Dominis Francisco, & Carolo, & eorum, & cuiuslibet eorum hæredibus ea eis, & vnoquoque eorum legitimè descendentibus. quæ verba important, vt portio vnius vbi sine descendentibus moritur alteri accrescat Schrader. de feud. part. 7. cap. 1. numer. 16. & 17. cum seqq. Paris. cons. 13. num. 9. lib. 4. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 23. tit. 34. num. 28. in fin. Ruin. cons. 159. nu. 9. & seqq. lib. 1. Soc. iun. sen. cons 66. nume. 14. vol 3. cum dictio, cuiuslibet, † tribuat vnicuique actum in solidum l. hoc articulo 20. ff. de hæred. instituen. l. si pluribus 45. ff de legat. 2. Alciat. in l. si mihi, & Titio 110. numer. 27. ff. de verb. obligat. Soc. sen. cons. 50. num. 1. & seq. lib 1. & fuit resolutum in Foroiulie. bonorum 4. Decembris 1618. coram Remboldo, & in eadem 13. Martij 1620. coram Pirouano, & in Rauennaten. emphyteusis 15. Iunij 1626. coram Pirouano impressa inter meas allegat. fol. 131. lib. 1. & 15. Martij. & 14. Iunij 1627. & 22. Maij 1628. coram Coccino, quæ est decis. 176. num. 7. part. 5. recent. late Gratian. discept forens. 272. nu. 29. & per totam disceptationem. Lanar. dicto cons. 13. num. 2. Io: Baptist. Bilock. conclus. feudal. 59. num. 2. & 3. Giouagn. cons. 35. num. 11. & per totum libr. 2. Rauden. de Analgia libr. 1. cap. 34. num. 62. Laderch. cons. 40. nu. 11. Burat. cons. 251. numer. 5. 11. & 12. & cons. 252. num. 19. Sacc. cons. 56. num. 39. 40. 107. cum seqq. & à num. 110. vsque ad 117. Dusan. decis. 301. numer. 2. Olasc. decis. 23. numer. 11. cum adductis per 2
3

Digitized by Google

ctis per Barbos. de diction. 320. nume. 4. Quod
4 demum suadetur propter dictionem, † eorum in
concessione, seu renouatione feudi bis repeti-
tam, ob quam repetitionem induci omnino
inter plures conuassallos ius accrescendi tra-
dunt Aldobrand. consil. 68. numer. 8. cum se
quentibus Bardellon. consil. 198. numer. 13. Ro-
sental. de feud. cap. 6. quæst. 75. sub. glos. G. ver
sic. ego hoc quinimo, quod simplex relatiu-
um, eorum expressum in renouatione feudi
addat ius accrescendi voluerunt Gabr. cons. 66.
num. 22. 15. & 18. lib. 2. & cons. 88. num. 6. lib.
1. Gratian. discept. forens. 272. numer. 26. Rao-
dens. de Analgis. lib. 1. cap. 34. numer. 6. Et
5 quatenus dubium † oriretur, ad feudum huius-
modi importaret, ac censeretur concessum cum
Iure accrescendi pro affirmatiua esset respon-
dendum Curt. sen. cons. 49. numer. 46. & seqq.
Sacca. cons. 50. numer. 42.

Succedens autem in portionem feudi per Ius
6 accrescendi non tenetur petere inuestituram, †
nec fidelitatem facere pro ea parte, quæ accre-
scit Isern. in c. 1. §. sed rea circa medium, per quos
fiat Inuestitura vbi Aluarot. Afflict. Præposit. &
alij feudorum interpretes Scrader. de feud. par.
6. cap. 1. n. 10. Crauet. cons. 965. n. 8. Loffred.
cons. 15. n. 13. & seqq. Mantic. de tacit. & ambig.
lib. 23. tit. 38. n. 10. & seqq Surd. cons. 548. n.
6. 7. & 8. Bardellon. dicto cons. 198. nu. 5. cum
sequentibus Annell. Amat. cons. 14. nume. 20.
Schenard. dict. cons. 45. n. 15. Andreas Capan.
de Iur. relen par. 4. quæst. 29. numer. 3. & nu.
4. vbi assignat rationem, quia per feudi defe-
cta non accrescit personæ, sed alteri parti.

7 Neque suffragari consuetudinem † Episcopa-
tui ex eo deducebatur in motiuis, quasi non vi-
debantur concurrere requisita ad eã inducendã,
& de quibus Hercules Ripa Mantuę pro D. Oli-
uo aduersus eundem Episcopatum, cuius alle-
gationes habentur impressæ post nostras alle-
gationes lib. 1. In quorum comprobationem po-
terat ętiam considerari, quod dicti fratres viue-
8 bant in communione † bonorum; & conse-
quenter etiam in feudalibus inter ipsos locum
habebat Ius accrescendi ex traditis per Bursat.
cons 81. à numer. 2. Cyriac. pro Domina Hiero-
nyma Delphina num. 45. cuius responsum ha-
betur impressum post meas allegat. lib. 1. Gra-
tian. discept. 707. nu. 12.

Sed pro resolutione prędictorũ animaduer-
9 tendum proponitur Ius accrescendi † in feudis
nullatenus locum sibi vindicare ex doctrina
Bartol. in l. si mihi, & Titio 110. num. 4. versic.
quandoque conceditur, & ibi Ias. num. 10. ff.
de verb. obligat. Gabr. cons. 87. num. 1. & cons.
88. numer 8. lib. 1. Iacob. Gall. dicto cons. 38.
numer. 7. Schenard. dicto cons. 45. numer. 2.
& 3. & 4. Bursat. cons. 181. numer. 7. Mantic.
de tacitis, & ambig. lib. 2. tit. 35. numer. 30
vbi quod non admittitur quispiam per Ius ac-
crescendi post Ius defuncto quęsitum Buratt.
decis. 838. numer. 10. & 11. Alex. Randen. de
Anagl. lib. 1. cap. 34. numer. 167. & seqq. alios
cumulat Giouagnon. cons. 35. nu. 1. lib. 2. Gail.
de pac. publ. cap. 14. num. 15. lib. 2. Boer. decis.
214. sub. num. 3. Io. Baptista Biloct. conclus. fe-
udal. 59. num. 1. Borell. in sum. decis. tit. 34. nu.
577. part. 1. & numer. 578. vbi aliorum fretus
auctoritate improbat eos, qui sentiunt in feu-
dis locum habere Ius accrescendi, ex quo ratio-
nes per eos adductæ non faciunt ad materiam
iuris accrescendi, sed concernunt pacta latissimè
Ruger. cons. 4. à nume. 103. lib. 1. Gratian. dis-
cept. forens. 272. num. 21. & 22 Menoch. cons.
464. à num. 4.

Quare simpliciter loquendo neque in feudo
† antiquo in portionem deficientis succedit su- 10
perstes vassallus ex Iure accrescendi, sed succes-
sionis ex ordine inuestituræ Bald. in c. 1. §. & quia
vidimus numer. 4. Aluarot. num. 15. de his qui
feud. dar. poss. cum adductis per Borell. in sum.
decis. dicto tit. 34. num. 580. part. 1 Bec. cons.
230. num. 49. Menoch. cons. 464. num. 17. cum
adductis per Corbul. de emphyteu. tit. de caus.
priuat. ob renouat. numer. 41. fol. 37. verso, &
tit. de caus. priuat. ob lineam finit. numer. 120.
fol. 68. & ratione quia per concessionem factam
efficitur quæsitum Ius omnibus ex primo inue-
stito descendentibus, † atque in inuestitura 11
vocatis irreuocabiliter de Iure feudorum in c. 1.
de alienat feud. & c. 1. qualit. olim. feud. alien.
poterant. Io. Andrea Georgina repetit. feudal.
cap. 5. num. 24. Rosental. de feud. cap. 9. quæst.
28. per totam vbi quod feudum alienatum de
consensu domini per agnatos reuocari, & alie-
natio retractari valeat, cum adductis per Sac-
cam cons. 50. numer. 16. vbi quod feudum anti-
quum, & paternum transeat ad descendentes
in infinitum, & donec aliquis à communi sti-
pite proficiscens superest, nunquam reuerta-
tur ad dominum nec in totum, nec in parte,
neque in extraneos alienare possit. Quod non
sic se habet attenta consuetudine Mantuana, † 12
iuxta quam nihil differunt à feudo nouo, feuda
antiquissima etiam ex pacto, & prouidentia
teste Manent. cons. 40. 41. & 42. & de con-
tractu liuellario quæst. 18. num. 53. & 54. quæ
intelligas secundum notata per nos ad dicta
cons. eiusdem Manent. se habent enim tan-
quam quid diuiduum, & ad instar allodialium,
maximè ad pręiudicium agnatorum, adeout suc-
cedentibus in huiusmodi feudis seu illorũ por-
tione acquiratur Ius irreuocabiliter cum facul-
tate distrahendi priuatiue omnimodo quoad a-
gnatos Domini assensu intercedente, in quem
magis libuerit feudi nulla cõsiderari potest diffe-
rẽtia quoad feudum nouum, seu paternum, hinc
propterea in neutro ius accrescendi locũ habe-
bit, ex quo enim feuda Mantoæ transeunt in
vocatos cum qualitate alienabilitatis pro sin-
gulorum portione quantumuis auita, & pater-
na sint, ideo reputantur tanquam prorsus no-
ua, & diuidua, in quibus non cadit ius accre-
scendi Ripa in l. re coniuncti 87. num. 161. ff. de
leg. 3.

Quemadmodum ergo ad effectum vt Ius ac-
crescendi

crescendi admittatur in præsenti casu solidum fieri nequit fundamentū eo sub prætextu, quod versemur in feudo ātiquo, ita nec habēda erit ratio clausularū, de quibus in Inuestituris postea renouatis degenerantibus quoad dictas clausulas à prima concessione, vt sub illarum clipeo introducatur Ius accrescendi alias non permissū attenta qualitate feudorum Episcopatus Mantuæ, illa namque inuestituræ alteratio dum non constat de consensu Illustrissimi, & Reuerendissimi D. D. N. præsumitur per errorem, seu impressionem emanasse, eique non præiudicat Surd. cons. 105. n. 26. Rosental. de feud. cap. 6. quæst. 69. num. 14. Cyriac. controuers. 28. numer. 82. & 83. dixi allegat. 10. numer. 94. fol. 160. & allegat. 26. nume. 5. fol. 476. lib. 1. Iure igitur merito sub pœna caducitatis tenebitur
15 agnatus ob mortem conuassalli † de portione feudi ad se obuenta reuocare inuestituram, ac debitum præstare fidelitatis Iuramentum, quippe quia feuda huiusmodi, seu feudorum portiones dicuntur esse penes singulos agnatos pro rata non secus, ac sint alia feuda penes quoscunque extraneos alias incurrabile, sequeretur absurdum in perniciem Episcopatus, siquidem contingere posset, quod vnus ex agnatis distraheret portionem feudi ipsi contingente sub tutamine Inuestituræ ab alio agnato susceptæ, absque eo quod in notitiam Episcopatus deueniret, præterquam quod si Ius accrescendi in huiusmodi feudis ex consuetudine alienabilibus intraret, ac consequenter conuassallorum spes succedendi in portionibus deficientium, ita in eis radicata euaderet, vt per alienationem diuelli nequiret, nec dicatur, quod Ius accrescendi, seu succedendi spes in istis feudalibus Man-
16 tuæ ita demum locum habeat in conuassallus † non alienet, cum agnati dicantur vocati casu quo alienatio non sit stante consuetudine alienandi agnatis permissa in præiudicium agnatorum Manent. cons. 106. numer. 16. prout. alij diuinarunt de fideicommisso super feudis ordinato, quod scilicet si grauatus huiusmodi bona non alienauerit, eaque in suis bonis, & hæreditate reliquerit sustineatur fideicommissum inter comprehensos factum, si vero ea alienauerit fideicommissum cum alienatione ipsa euanescat, & extinguatur Manent. dicto cons. 109. n. 21. & 29. Cyriac. controuers. 324. num. 22. quo nescio, an quicquam absurdius excogitari posset, sic enim in feudalibus penderent resolutio-
17 nes à futuris contingentibus, † de quibus non habemus determinatam veritatem Barbos. Axiomat. 104. nume. 1. Vel consuetudo alienandi conditionatam in hoc reddidit vocationem agnatorum si non præcederet alienatio purificationi successionis, ita potuit superaddere alteram fauore domini si de portione non alienata, & Iure accrescendi quæsita suscipiatur Inuestitura.

Vbi vero prædicta, aliquam reciperent dubietatem, omnis prorsus remoueretur attenta consuetudine renouandi inuestituras per Agnatos, & fratres de portione ad ipsos deuoluta ob mortem, & lineam finitam alterius conuassalli circa quam consuetudinem, seu eius subsistentiam non est modo indagandum an habeat, seu intercesserint requisita pro introducenda consuetudine; neque enim agitur de Iure feudali † 18
abrogando, cum illud nil aliud sit quam consuetudo. Gionagn. cons. 45. num. 11. lib. 2. Non eundo enim per mendicata, vt aiunt suffragia quod valeat induci consuetudo, † vt etiam in- 19
uestiti in solidum teneantur renouare inuestituras ob mortem conuassalli tradunt Io. Schonet. disput. feudal. 5. Thesi 64. & Thes. 112. li. 1. Andr. Rochi de seruit. feudal. part. 3. num. 26. alijque ab eis relati vbi volunt, quod simultaneæ inuestiti teneantur ex consuetudine vbi alias de Iure non obligarentur, renouare inuestituras ob mortem conuassalli, dum simultanea inuestitura † illa reputetur, quia dominus 20
vnum, vel plures cum consensu possessoris feudum vel ferētes, & volentes cum proprie inuestiro aliquo de feudo inuestit eo pacto, vt feudum simul habeant, & inuicem succedant Io. Schoner. disput. feudal. 5. Thes. 61. lib. 1. Quæ consuetudo quantumuis particularis † ecclesiæ 21
præualet etiam generali consuetudini ciuitatis, in qua feudum datur Scrader. de feud part. 6. numer. 5. in fin. Corn. cons. 250. num. 3. vol. 3. Riminald. Iun. cons 257. numer. 27. Rosental. de feud. cap. 4. quæst 22. num. 3. & 4. vbi alios cumulat in glos. A. B. & satis, superque censetur probata in specie casus controuers. ex quam pluribus inuestiturarum Instrumentis in processu registratis optime comprobantibus fuisse ob mortem fratrum, seu agnatorum ob alijs vocatis ad portiones defunctorum reuocatas Inuestituras, ac contumacibus remissa caducitas, alijsque ad renouationem huiusmodi remedio restitutionis in integrum admissis, adeout nunquam euenerit casus similes, quin fuerint renouatæ inuestituræ, alias contra vassallos declarata caducitas, & prout fusius habetur in fidibus instrumentorum in actis dimissia, per quæ sufficienter probationem consuetudinis † 22
induci voluit post alios Mascard de probat. cōclus. 424. per totam. Bursat. cons. 49. num. 66. & cons. 50. num. 26. quibus in locis ad probandam consuetudinem inquiunt sufficere instrumenta executioni demandata absque eo quod quicquam aliud præstetur Rosental. de feud. cap. 9. quæst. 58. num. 18. & 19. cum sequentibus, ad quod optime facit ab obseruantia secura † super Iure accrescendi inter vassallos sumi interpretationem pro futuris casibus, vt in 23
eis similiter ius accrescendi locum non habeat quando paria casus euenerint, & Domini assertiones multiplicatæ cum patientia in antiquis renouationibus Inuestiturarum super Iure accrescendi, quod inter coinuestitos locum non habuerit, quando alias se se obtulerunt occasiones probant contra omnes eiusdem Domini vassallos per ea, quę in casu huic contrario tradiderunt Doctores cumulati per Saccam dicto cons. 50.

conf. 50. à num. 57. ad 62.
Hinc propterea sequitur nil esse curandum de
verbis, seu clausulis in ipsa concessione feudi in-
sertis importantibus inter coinuestitos fratres,
seu eorum descendentes ius accrescendi, quo-
24 niam consuetudo † prędicta sic attendi debet, vt
prçualeat, ac pręponderet Inuestituræ Manent.
cons. 44. num. 35. Præterquam quod si recte ad-
uertatur, si clausula pro Dominis Francisco, &
25 Carolo, & eorum, & cuiuslibet † eorum heredi-
bus &c. tanquam adiecta heredibus, & descen-
dentibus dictorum fratrum vbi posset operari
Ius accrescendi, extendenda non veniret ad ip-
sos fratres, quorum personis distributiua ali-
qua non erat annexa, quę fuit originalis opinio
Anchar. in cons. 245. Alex. cons. 13. num. 8. vers.
sed non oportebat, & cons. 17. num. 12. lib. 5. late
N. col. Belon. cons. 20. num. 3. & 4. Curt. Iun.
de feud. part. 2. num. 29. fol. mihi 131. Menoch.
cons. 464. sub num. 17. versic. non obstat tertium
argumentum, idem Curt. Iun. cons. 55. num. 13.
Ruin. cons. 47. nu. 5. lib. 1. Gabr. cons. 87. nu. 3.
lib. 1. late Cephal. cons. 345. à num. 14. Aldo-
brand. cons. 1. num. 284. & num. 296. Mantic. de
tacit. & ambig. lib. 22. tit. 34. nu. 29. Gratian.
discept. forens. 272. num. 32. 33. & 34. & dis-
cept. 707. nu. 15. & 16. Corbul. de iur. emphy. tit.
de caus. priuat. ob lineam finitam num. 88. &
num. 91. Rota in Rauennaten. emphyt. impressa
inter meas allegat. num. 3. fol. 133. lib. 1. & in di-
ctis forojulien. bonorum 14. Decembris. 1618.
Remboldo, & in eadem 13. Martij 1602. Pirouano.
ea ratione quia salua intelligentia recti ser-
monis dictio distributiua non potest referri ad
illos, inter quos dictum ius accrescendi esse prę-
tenditur, sed refertur vel ad primos receptores
tantum, quo casu ius accrescendi locum non ha-
bet inter receptorum filios, vel refertur ad eo-
rumdem & receptorum filios prout accidit in ca-
su nostro, & tunc non operatur quoad ipsos re-
ceptores, ad quem effectum necesse erat quod
dictio qualibet distributiua adiungeretur ipsis
Francisco, & Carolo fratribus de Crespellania
concipiendo inuestituram hoc modo videlicet
pro D. D. Carolo, & Francisco, ac pro quoli-
bet eorum.
Ex quibus sublata omnino remanent motiua
à præstantissimo D. meo Iudice delegato acutis-
simè excitata, siquidem ius accrescendi dedu-
ctum ex qualitate feudi paterni, & antiqui remo
uetur ex consuetudine legitimè introducta, ac
concludenter probata, quod scilicet ita demum
habeat locum ius accrescendi si conuassallus su-
perstes renouet inuestituram portionis sibi deuo-
lutę ob mortem fratris, seu agnati, illinsque li-
neam finitam, quæ consuetudo tanquam coar-
ctans feudorum successionem eo magis ample-
ctenda venit, cum reducat nos ad limites pri-
mææ consuetudinis diù in feudalium concessio-
26 nibus obseruatæ, feuda † enim reuocabilia ce-
perunt oriri, deinde processu temporis, Domi-
norumque munificentia etiam hæreditaria, &
ad posteros transitoria effecta sunt c. 1. §. & quia
vidimus de his qui feud. dar. possunt. Io. Andr.
Georg. in repetit. feudal. lib. cap. 53. num. 17. in
fin. & nu. 18. latissime Rota decis. 200. à nu. 22.
part. 7. recent. Adeo vt mirandum nequeat si in
feudis Episcopatus succedendi modus præfectua-
tus extiterit germanus ordini, quo antiquitus in
feudis omnibus succedebatur. Qui saltem quo-
ad ipsos fratres neque censetur sublatus per ver-
ba concessioni, seu renouationi annexa ex sui
natura simultaneam successionem cum iure ac-
crescendi importantia, nam procederet obiec-
tum vbicunque fuissent apposita ad qualifican-
dam successionem ipsorum fratrum, quam cum
non respiciant, sed personas ex eis descenden-
tium dumtaxat pro non appositis habentur, quin
potius tanquam alterantia ordinem succedendi
ex inuestitura, vel consuetudine præscriptum
omnino essent reijcienda, vti per impressionem,
errorem, ac Notarij ignauiam emanata.
Ista vero consuetudo firmitatem recipit in-
concussam ex qualitate personarum, à quibus
emanauit. si enim verum est, prout verissimum
existimamus Principes† non curare caducitates, 27
& gratiose agere ęrga vasallos, quando dolose
non deliquerunt Roland. à Valle con. 64. nu. 40.
lib. 2. Peregr. cons. 8. num. 31 lib. 3. ita quoque
in praxi experientia docuit munificentissimos,
ac religiosissimos huius patriæ Antistites non
consueuisse caducitates odiosas affectare, vt de
Francisco Gonzaga † prædecessore Episcopo te- 28
statur Manent. de contract. liuelli quæst. 17.
num. 38. & de moderno Illustrissimo, ac Reue-
rendissimo præsule testimonium perhibent no-
torium innumeræ propemodum caducitates, ac
deuolutiones ob præteritas calamitates occur-
sæ, ac concessiones subordinatę proximioribus
vasallorum, vel de Ecclesia benemeritis tanta
cum generositate, ac munificentia impertitæ, ve
vix quicquam emolumenti notabilis reporta-
uerit. Adeo vt nil amplius prę oculis habere in-
tellexerint, quã iura episcopalia omni conatu, ac
pro iniuncti muneris splendore defendere ac
manutenere. Hinc propterea mensibus proxi-
me effluxis in casu huic simili non obstante me-
morata consuetudine, ac sententia fauorabili
superinde obtenta, quam benignè egerit cum
Domino Crescino indicant conuentiones mox
cum ipso initæ, quales etiam reportasset Domi-
nus Crespellanus in calculo ferendæ tertiæ sen-
tentiæ, si animum tractatui per eum proposito
ea, qua decebat diligentia applicasset, prout
tandem successit, si quidem in limine pronun-
ciandi in tertia instantia deuentum fuit ad con-
cordiam, quam existimaui fauorabilem Domino
Crespellano, qui ad Feudum veniebat non iure
accrescendi, sed successionis, & propterea te-
nebatur pro portionibus sibi obuentis ex feudo
diuisibili ob mortem fratrũ † renouare Inuestitu- 29
ram ad tradita per Genuen. in prax. eccles. Tri-
cen. 1. quæst. 31. sub num. 1. versic. item qui suc-
cedit, & per totam.
Quare &c. omni, &c.

Digitized by Google

ARGVMENTVM.

Vassallo vita functo obtineri in præiudicium successorum in feudo à creditore, nequit assensus neque ad feudalia regressus pro credito competit, nisi prius allodialibus principalis, & fideiussorum excussio legitima præcesserit.

SVMMARIVM.

1 *Sententia iniusta non transit in iudicatū, nec est exequenda nu. 2. & 16. contrariū qui tenoant numer. 3. sine actis nihil probat num. 17. cum clausula stantibus prout stant, an sit diffinitiua, vel interloqutoria num. 18.*

4 *Assensus Domini non operatur super feudo, quando Vassallus debitor iam decessit, amplia vt num. 7. Ex statuto Mantua requiritur tanquam modus nu. 5.*

6 *Statutum laicale non ligat quoad feuda Ecclesiæ. De prohibita alienatione in forenses strictissime interpratatur n. 12.*

8 *Alienatione feudi prohibita, & illius hypotheca prohibita censetur, & num 13. in forenses per statutum prohibita, & hypoteca prohibita non censetur.*

10 *Argumentum à statuto ad pactum, & è contra valet.*

11 *Feuda absque Domini assensu alienari non possunt.*

14 *Mandatum procur. duraturum post mortem aliàs validum in feudis non operatur.*

15 *Allodialium excussio requiritur ante regressum ad feudalia.*

19 *Actio subsidiaria ad feudum non datur, quando ex actis de existentia allodialium liquet.*

20 *Contumax verius non dicitur, qui non fuit personaliter citatus.*

21 *Tempus ad appellandum, quando incipiat currere, non currit absente iudice nu. 22.*

23 *Vicarius capitularis sede Episcopali vacante in feudalibus quam Iurisdictionem habeat.*

24 *Capitulum sede Episcopali vacante potest facere ea, quæ Episcopo competunt Iurisdictione ordinaria, non autem delegata.*

Allegatio LXXX.

Adsit Deus.

Sententiæ, vt asseritur latæ aduersus Dominum Horatium Anguscolam tanquā
notoriè, atque euidenter iniustæ † in io- 2
dicatum transire nequaquam potuerunt
ad textum in c. inter cæteras cum ibi notatis
de re iudicat. Scac. de appellatione quæstione
15. numero 206. & de sententia, & re iodicat.
glos. 14. quæstione 11. numero. 59. Ciarlin. controuers. 5, numero. 48. Gratian. disceptation.
forens. 166. numero 14. & 15. Thomat. decissione Macerat. 59 nuumero 9. vsque ad 13. Altograd. consilio 99. numero 26. & sequenti, ac
per totum, vbi quod non egeat reuocatione,
idemque iudicetur de sententia notorie iniusta
ac de sententia nulla, perinde sit, ac si non esset lata, non exequenda † ab ea opus non sit ap- 3
pellare, immo reuoceror post lapsum fatalium,
& Reuerendissimus Dominus Vicarius poterit iudicare prout in prima Rota decisione 132
numero 10. parte 7. recentior Antoninus Niger, de executione rei iodicat. capite 4. § 12.
numero 24. Beltram. ad Ludouisiom decisione
1. nomero 6. Laurent. Vtell. conclusione 128.
numero 751. in verb. appellatio. Burattus decisione 293. numero 2 & decisione 823 numero 2. Mart. Medic. decisionibus senens. 32. per
totam Fontanell. decisione 287. numero 12. &
sequenti Leoncill. decisionibus Ferrar. 9. n. 17.
& decis. 25. n. 9. & decis. 7. n. 15. à qua quidem
opinione non esse recedendum existimo, tam &
si non desint, qui contrarium tueantur † nimi- 4
rum, quod etiā sententia notorie iniusta, si ab
ea non appelletur transeat in iudicatū, & plures huius opinionis cumulant Io: Fran. Andreol. controuers. 79. n. 46. & 47. Cyriac. controuers. 186. nu. 25. eoque magis præcedens assertio sibi locum vindicat ex eo, quia vt inferius
demonstrabimus in tempore appellatio dicitur
interposita.

Notoria autem ex actis iniustitia colligitur,
quia de anno 1512. propter obitum patris D. D.
Horatius, & Ferdinandus fratres de Anguciola
renouarunt inuestituram feudalium Episcopatus, eaque obligauerunt in subsidium tamen, &
defectum bonorum allodialium, & non aliter
nec alio modo. Vnde talis assensus † tanquam 5
obtentus post obitum debitoris in præiudiciū
filiorum, qui iam successerant in feudalibus
creditori non suffragatur, vt ex alias dixi coram
Illustrissimo Domino Senatore Porta pro eodem Domina Anguciola contra eundem

Capt.

idem Capitulum Sanctæ Barbaræ ex Manent.
conſ.88. n.31. & de contract.liuellar. quæſt.18.
ex num.55. vbi ita pluries iudicatum firmat e-
tiam ſtante cōſtitutione procuratoris poſt mor-
tem debitoris duratura larath. de feud. part.8.
dilucidat. 74. num. 5. Franc. deciſ. 86. & deci-
ſio. 620. vbi limitat. fauore dotis tantùm Giz-
zarel. deciſ.2. num. 7. eum adductis per Io:
Baptiſt. Bilottam concluſ. feudal. 39. num.1. &
concluſ.40. num.1. Io: Andr. Georg. repetit.
feud. cap.43. nu.46. A. Pont. conſ. 10. num.26.
ſurd. deciſ.189. à num.19. & conſ.526. num.20.
Maurit. Apicell. allegat. 14. nu. 51. Bardellon.
conſ. 100. per totum.

Obiectioni vero, quæ ex ſtatuto ſub rubr.
quod feud. ead. in obligat. fieri poterat eo quia
licentia Domini requiratur tantum quam mo-
5 dus † ſic quæ in vim, eiuſdem ſtatuti ab initio
obligati ſuſtineatur, ex traditis per eundem
Manent. de contract. liuelli quæſt. 18. à nu. 75.
cum adductis in cauſa vtrinque Gonzaga deci-
ſione prima per totam, & dixi allegat.4. & alibi
ſæpe hoc volumine occurrebam dupliciter, &
6 quia ſtatutum laicale † non ligat quoad feuda
Epiſcopatus, vt in terminis tradiderunt Cyriac.
controuerſ. 186 num. 3. & ſeq. Rota in Man-
tuana Iuris paſcendi Coram Duran. deciſ.193.
num.3 & dixi allegat.1. num.20. lib.1. & quia
partes ipſę in obligatione feudalium noluerunt
vti, & gaudere beneficio ſtatuti; ſed ſub con-
ditione habendi prius licentiam à Domino feu-
da in hypothecam deduxerunt, ibi, ab habita
prius licentia. Vnde tanto magis, instant con-
cluſiones approbatæ poſt alios à Manent. de
contract. liuelli d. quæſt. 18. à num. 55. ad oſten-
dendum quod obligatio feudalium ſub condi-
tione impetrandi aſſenſum nil releuet fauore
creditoris in odium ſucceſſoris in feudo, quo-
ties licentia non conſequitur viuente ipſo debi-
tore feuda obligante. Omnique in caſu quate-
nus accedi debuiſſet huiuſmodi licentia nulli-
ter, ac inualide impetrata, vtique ſuum opera-
retur effectum à die illius impetrationis, non
autem pro decurſis ante aſſenſum, cum tunc
feuda non caderent ſimpliciter in hypothecam,
7 & aſſenſus † ipſe non retrotrahatur in præiudi-
cium ſucceſſoris, cui interim in feudo ius quæ-
ſitum fuit ad tradita per Burſat. conſ. 45. ex
num. 7. vſque ad finem vbi teſtatur fuiſſe iudi-
catum prout ipſe conſuluit faciunt notata per
Coſtam de retrotract. cap. 8. caſ.11. ſub num.11.
vbi admittit non dari retrotractionem quando
feudum ex pacto ſine Domini aſſenſu nequit
hypothecari, quod repetit ac latius exornat Ma-
nent. de contract. liuelli dicta quæſt. 18. ſub
num. 91. verſic. & quia loquuntur ac per totam
quæſtionem, in qua defendit, quod aſſenſus
poſt obitum vaſſalli debitoris obtentus non
præiudicet hæredibus in feudo, quando in in-
ueſtitura ineſt pactum negatiue conceptùm, ne
vaſſallus poſſit alienare, aut contractus facere
ſine ſpeciali, & expreſſa licentia Domini que-
madmodum ita ſpecialiter cautum reperiebatur
in inueſtitura Domini Alexandri de Anguiciola,
ibi, item quod dictus Dominus inueſtitus
infraſcriptas pet. terr. vel earum partem aliquā
vendere aut quomodocunque alienare, nec de
eis quouiſmodo contractum aliquem facere ſi-
ne Speciali, & expreſſa licentia dicti Illuſtriſſi-
mi & Excellentiſs. Domini Per quam ſanæ a-
lienandi prohibitionem † vniuerſaliſſimè, ac 8
cum inculcata verborum geminatione præſcri-
ptam pignus quoque, & hypothecam cenſeri
prohibitam tradiderunt Aluarot. in c. 1. §. 1. n.4.
per quos fiat inueſt. Afflict. in c. 1 §. aut ſi libel-
larii quibus mod. feud. amitt. Fuſar. de ſubſtit.
quæſt. 703. num. 2. vbi infinitos cumulat, qui-
bus addo mart. Medic. ad deciſ. ſenen. exami-
nat. 3. num. 45. Coccin. deciſ. 50. num. 5. &
deciſ. 56. num. 1. Rotā apud Statil Pacific. de
Saluian. deciſ.76. num. 9. & ipſe in tract. in-
ſpect. 3. cap. 2. num. 45. Laurent. Vrſell. con-
cluſ. 84. num. 96. in verbo alienatio Beltram.
ad Ludouiſ. deciſ.749. nu.29. vbi plures Rotæ
deciſiones refert quibus addo Rota in Romana
Vineæ 28. Februarij, & 16. Iunijs 1628. Co-
ram Verili, & in Romana dotis an. Aprilis 1643.
Carillo vbi inſuper animaduertetur quod pa-
ctum de non alienando concernat ſolum fauo-
rem Domini quando conceſſio eſt mere hæredi-
taria. & plures ex præcitatis Doctoribus; &
præſertim Rota loquitur in alienatione prohi-
bita etiam alienationis late ſumpto vocabulo;
attamen eorum traditiones caſui noſtro appli-
cantur; quippe quia ex pacto huiuſmodi in in-
ueſtitura appoſito non ſolum prohibetur quæli-
bet alienatio, verum etiam quæcunque contra-
hendi non facultas omnino interdicitur, at qui
obligat contractum gerit, ergo ſine licentia
Domini id facere nequit.

Nec turbat, quod prohibita per ſtatutum
alienatione in forenſes, quomodocunque alie-
nationis † ſumpto vocabulo, non ideo vetitum 9
cenſetur, quominus forenſibus in ſtabilibus
acquiratur hypotheca ex traditis per Altograd.
conſ. 3. per totum, à Statuto autem ad pactum † 10
valet argumentum; & è contra Barbos loc.
com. 81. & 105. quoniam ſtatutum huiuſmodi
tanquam correctorium iuris communis, iuxta
quod vnuſquiſquè eſt rei propriæ moderator, &
arbiter, adeout in quoſcunque liceat alienare,
ſtrictiſſimam † recipit interpretationem, vt ra- 11
tiocinatur Altograd. dicto conſ. 3. At vice verſa
pactum in inueſtitura inſertum iuris communis
aſſiſtentiam habet, iuxta cuius terminos feuda † 12
alienari minime poſſunt abſque Domini per-
miſſu c. 1. de prohib. feud. alien. per feder.
c. 1. §. donare qualit. olim feud. alien. pot. ſurd.
deciſ. 11. ad Fil. Giurb. de ſucceſſ. feud. præ-
lud. 6. num. 14. Camilli Larath. de feud. diluci-
dat. 4. part. 8. vbi quod omni iure etiam diuino
feudi alienatio prohibeatur. Per prohibitionem
vero alienationis † explicant feudiſtæ intelligi,
ſeu comprehendi in ipſā prohibitione quoſcun-
que actus, per quos ius aliquod in re feudali
conſtituitur Camill. Larath. de feud. part. 8. di-

Digitized by Google

lucidat. 77. nu.1. & pluribus exornat Andr.
Capan. de Iur. releu. part.4. quæst.6. alegat.1.
nu.2. 5. 20. Seclusa igitur ex prædictis dispositione
statutaria, ac consequenter traditione
eiusdem Manent. d. quæst.18. ea nu. 75. intrat
conclusio superius firmata, quod videlicet assẽsus
domini post obitum vassalli debitoris obiẽtus
creditori in nihilo suffragetur, siue attendamus
pactum alienationis prohibitiuum, de
quo in Inuestitura, siue inspiciamus obligationem
ipsam feudalium sub conditione emanatam,
quibus attentis communiter tradunt no-
14 stri constitutionem procuratoris † duraturam
post mortem alias validam ex Rota post alios
coram Comitolo decis.61. nu.4. vti directam in
tempus inhabile irritam censeri, seu nullum
Iuris operari effectum in præiudicium successoris
in feudo.

Resultat insuper notoria, ac magis patens
iniustitia ex eo, quia nulla prorsus allodialium
15 præcedente excussione † omnino tam ex natura
bonorum, quam etiã vigore assensus requisita.
Cyriac. controuers. 328. nu.28. & 29. Rota in
terminis in Mantuana dotis 6. Iunij 1636. Coccin.
Iudex concesserit decretum immissionis in
possessionem bonorum feudalium, & sic nulliter,
16 ac iniustẽ adeo vt talis sententia, † nec in
iudicatum transierit, neque executioni demandari
valeat Manent. d. decis.28. per totam Rota
in dicta Mantuana dotis 6. Iunij 1636. & 10.
Iunij 1637. coram Decano Coccino. & tamen
in eadem Mantuana dotis hic in patria bis fuerat
iudicatum competere regressum ad feudalia
sententiæ transitum fecerant in iudicatum, atque
in illis exequendis iam ceptum fuerat, Eoque
magis notoria, atque euidens iniustitia arguitur
ex eo, quia ex actis constabat potius de
contrario, nimirum quod adessent bona libera,
17 nam sententia † de qua in processu fol. 38. sine
actis nihil prorsus probabat Gratian. discept.
65. n.64. & 65. Leoncill. decis. Ferrar. 53. sub
nu.8. versic. & sententia, Burat. decis.834. n 8.
cum alijs, quos sciens non refero, omnique in
casu cum appareat affecta clausula stantibus rebus
prout stant non uidebatur facere ad rem
nostram, quippeque ex nouiter deducendis potuisset
forsan retractari, & per consequens valde
18 dubium cadebat, an vim diffinitiuæ † seu
potius interlocutoriæ haberet per ea, quæ in
terminis tradunt Altograd cons.2. n.7. 8. & 9.
Thesaur. decis.81. & Leoncill. decis. Ferrarien.
3. nu.22. tam & si videantur inclinare in opinionem,
quod similis pronunciatio vim sortiatur
diffinitiuæ. Vnde super hoc non insisto, sed
super eo, quod adesset per.ter. censui obnoxie,
& de qua in processu fol. 20. & cuius fructus
annuatim collecti pro censibus de anno in annum
decursis prius erant excutiendi, antequam
manus apponerentur ad feudalia aderant etiam
plures consideiussores principaliter ac in solidum
obligati, quorum personæ, ac bona pro solutione
censuum erant prius in iudicio pulsan-
19 da antequam remedium, & actio subsidiaria, †
institueretur. vt colligitur ex Rota in d. Mantuana
dotis 6. Iunij 1636. Coccin. vbi quod quando
ex actis constat adesse bona allodialia non detur
actio subsidiaria ad feudũ. Afflict. decis. 312.
per tot. vbi quod, quando adsunt correi non cõpetat
actio subsidiaria quantumuis principalis
non sit soluendo. Quapropter cum hic vtronque
concurrat nimirum existentia fundi censibus
obnoxij, & fideiussores in solidum, ac principaliter
obligari cessat propterea recursus ad
feudalia, & ex prædictis duobus fundamẽtis sufficienter
notoria sententiarũ colligitur iniustitia,
& ideo sententiæ retractari poterũt, maxime cũ
ex eisdẽ actis de iniustitia eccidenti cõuincãtur.

Verum tamen dato etiam citra veritatis præiudicium,
quod tam patens, clara, atque ineuitabilis
non intercessisset iniustitia, non ideo
sententiæ transitum in iudicatum fecissent, aut
impedimento essent, quo minus grauamina ex
eis prouenientia, tam per viam appellationis,
quam ex beneficio restitutionis in integrum ob
clausulam generalem reparari possent. cũ enim
principalis ad sententiam non appareat citatus,
nec ei notificata fuerit sententia post illius promulgationem,
sed vtrunque executum prætendatur
domi procuratoris Pittoni dimissa copia
præcepti ad sententiam, & notificationis eiusdem,
vt in currenti processu fol. 120. & 525.
fac.2. inde propterea sequitur neutrum ex ipsis
dici posse verum contumacem † tanquam non 20
personaliter citatum, prout alter ex ipsis in personam
citari debebat ad inducendã veram contumaciam,
& necessitatem appellandi intra decendium
à die latæ seu notificationis sententiæ,
Scac. de apel. q.1 a n.120. Sufficit ergo quod D.
Anguisciola habita sententiæ notitia † ab ea in- 21
terposuerit appellationem, quoniam ipsi antea
tempus ad appellandũ currere non potuit. Scac.
de appellat. quæst.12 nu.7.

Quæ eo fortius procedunt propter absentiã
D. Senatoris Natte qui lata sententia se recepit
in lõginquas regiones, neq; hic Mantuæ adesset
iudex, † ad quẽ, corã quo apellari potuisset, ma- 22
xime attento quod tunc sedes Episcopi, ad quẽ
vigore Breuis Clem. Octaui facultas delegandi
iudicem spectabat, erat vacans, adeo vt tẽpus ad
appellandũ interim remanserit in suspenso, &
D. Anguisciola iuuari debeat protestationibus
per eũ in processu passim emissis, atque appellatione
coram honestis viris interposita, etiam si
admitteremus lapsos esse antea decẽ dies Scac.
de appell. q.6. sub n.38. vers. contra istam per
Doctrinam Bart in l.1. §. dies in princ. & n.4. ff.
quand. appell. præterquã quod cũ à die scientiæ
corã honestis viris intra decẽdiũ fuerit interposita
appellatio, cessat propterea dubitandi ansa.

Neq; huic ponderationi resistit, quod cap. sede
vacante tã Episcopali, quàm Põtificia facultatẽ
haberet delegandi causas feudales, ea quo
iura Episcopatus apud ipsũ residebant. nã conclusio
† respectu feudaliũ non procedit. c. verũ, 23
de foro cõpet. per quẽ text. canonistæ tradunt
quæstiones de feudis Eccles. mortuo Episc. & donec
sedes Episc. vacet remanere in suspẽso quousq;
eligatur successor. Vltra q regu. gene. q cap.
sede va-

Digitized by Google

vacãte possit omnia facere, quę sunt iurisdictionis, nisi expressè prohibita reperiantur, intelligenda venit, vt procedat in ijs, quæ competunt Episcopo iure proprio, non autem alieno, hoc
24 est iurisdictione ordinaria, † non autem delegata, Sbroz. de offic. Vicar. lib. 1. qu. 16. n. 1. & lib. 2. qu. 133. nu. 4. Barbos. de offic & potest. Episcop. par. 3. alleg. 92. nu. 7. & de vniuers. Iur. Eccles. lib. 1. cap. 31. nu. 104. Vnde cùm Episcopus Mãtuæ delegatam à Sede Apostolica auctoritatem habeant ex confidentibus patrium eligere Iudicem appellationis in feudalibus, inde fit, delegationes factas à Capitulo Cathedralis, dum sedes Episcopalis vacabat, nullius roboris fuisse, atque momenti, & interim D. Anguisciolæ non cucurrisse tempus ad appellandum.

Quare &c. Saluo &c.

ARGVMENTVM.

Ex defectu citationis, & terminorum substantialium sententia dicitur insanabiliter nulla. Dominus directi non admittitur ad caducitatem, nisi per eum probata concludenter emphyteusis dominio, cuius probatio non resultat ex pluribus Inuestituris. Dotis fauore sine assensu Domini, & expressa mentione emphyteoti ca cadunt in obligationem. Existens in possessione emphyteusis pro suo credito non tenetur probare allodialium deficientiam.

SVMMARIVM.

1 *Sententia si non fuit lata in ea die, ad quã fuit pars citata est nulla. Lata in die executa citationis est nulla, nu. 2. Nulla ex defectu citationis reuocanda est, nu. 9.*
3 *Nullitas ob defectum citationis dicitur insanabilis. Quemadmodum, & quæ prouenit ex defectu terminorum, nu. 4.*
5 *Dilationes in iudicijs abbreuiari possunt, sed non in totum tolli.*
6 *Citatio noua requiritur in prorogatione termini. Extenditur ad diem iuridicam, num. 7.*
8 *Dies esse feriatos allegans tenetur probare.*
10 *Iudex confirmando sententiam nullam, facere alsam nullitatem.*
11 *Nullitates tollere, & confirmare sententiam nullam Princeps solus potest.*
12 *Citationis defectum non supplet clausula arbitrio Iudicis.*
13 *Dominium emphyteusis probare tenetur agens ad caducitatem. Probatur ex reuonationib. inuestiturarũ iunctis adminiculis.*
14 *Inuestitura dominium inuestientis non probat. Fallit concurrentibus adminiculis; præsertim contra habentem causam ab eo, cui fuit facta concessio, num. 16.*
17 *Singula, quæ nõ prosũt, multa collecta iuuãt.*
18 *Emphyteotica in patria Mantua. ex communi obseruantia veniunt in obligatione fauore dotis sine licentia D. directi non obstante statuto prohibẽte bona obnoxia hypothecari sine assensu domini.*
19 *Assensus Domini reseruatio, vbi non est necessarius, pro non apposita habetur.*
20 *Emphyteusi aperta Domino omnes hypotheca euanescunt. Præterquam fauore dotis, nu. 22. Declara vt nu. 23.*
21 *Dos detrahitur de emphyteusi in subsidium, fallit vt nu. 25.*
24 *Caducitas non declarata contra defunctum declarari nequit contra heredes.*
26 *Ignorantia excusat à caducitate. Maximè de iure canonico nu. 27.*
28 *Actio quem tenet de euictione, agentem repellit exceptio.*

Allegat. LXXXI.

Adsit Deus.

Omnem fratres de Cozzanis adhibent conatum pro euocandis terris, aliàs per eorum matrem venditis Do. Carolo de Phelippis; dum ipsi, eorumque familia necessitate laborabant extrema, & prout latiùs ex processu prouisionali in actis exhibito; Cæterum à limine iudicij tanquã actione, & iure carentes, ac nullitter procedentes veniunt per Illustrissimum D. Iudicem repellendi. Tum ex dictis per nos coram Illustriss. Senatu, tum ex inferiùs exarandis.

Clarè enim constat ex deductis in processu sententiam † latam à Reu. D. Vicario esse nullam non solùm in defectu citationis, ex ipso lata fuit extra horam, & diem citationis. Vant. de nullit. ex defectu citat. nu. 73. Gratian. disceptat. forens. 156. nu. 33. & 34. vbi quod sustineatur, si die immediatè sequenti feratur, dummodo iudex prorogat promulgationem sententiæ in alteram diem, & in causa Mantuana Rota decis. 340. nu. 1. & decis. 409. nu. 1. par. 1. recent. dixi alleg. 24. nu. 48. fol. 388. lib. 1. faciunt notata per Post. de manuten. obseru. 102. nu. 36. Buratt. decis. 71. nu. 2. Quod procedit etiam quando sententia † fertur in ipsa die executæ citationis ad sententiam, nam pariter dicitur nulla, 2
Post de manuten. obseru. 12. nu. 73. & post tract. decis. 110. nu. 3. Quæ quidem nullitas † ex defectu citationis adeo legibus odiosa est, vt insanabilis reputetur Ferret. consil. 109. nu. 8. & sequ. Rota apud Post. de manuten. decis. 192. nu. 4. & inter meas allegat. in Cremon. bonor. nu. 4. fol. 247. & seq. lib. 1. Buratt. decis. 337. nu. 31. Verũ 3

4 etiam defectu † terminorum substantialium.
Cùm non fuerint assignatæ dilationes ordina-
riæ de substantia iudicij, ob quam omissionem
prouenit altera insanabilis nullitas resultans
ex non seruata forma iudicij Ferentil. ad Burat.
dicta decis. 337. nu. 34. Cyriac. controuer. 498.
à num. 3. & per totam, vbi quod etiam in cau-
sis executiuis, ac summarijs requirantur dila-
5 tiones, † quæ & si abbreuiari possint, in totum
tamen tolli nequeunt.

Prædictis autem nequaquam resisteret, si
opponeretur terminum fuisse prorogatum,
sententiamque potuisse validè ferri in termino
prorogato; nam præterquam quod nec ad ter-
minum prorogatum, idest ad diem 21. Ianua-
rij subsequentem iuridicam iudex tulit sen-
tentiam, sed distulit promulgationem senten-
tiæ in diem vigesimam tertiam eiusdem men-
sis, & sic omninò extra dies, quibus cadebat
citatio, accedit insuper, quod dicta prorogatio
non suffragatur, ex quo non intercessit noua
citatio, seu dictæ prorogationis notificatio,
6 quæ † ad euitandam sententiæ in termino pro-
rogato latæ nullitatem omnino requirebatur
Gonzal. ad regul. 8. cancellariæ in annot. con-
tr. nullitat. num. 58. & 59. Buratt. decis. 506.
num. 5. negari igitur non potest, quin dicta
sententia ex defectu totalis citationis, vel sal-
tem ex eo, quod promulgata fuerit extra dies,
quibus cadebat citatio, & prorogatio nulla pe-
nitùs, ac insanabiliter dicatur.

Quemadmodum neque officeret aduersarij
prætensio, quod videlicet dies intermedij, à
die decretæ, & executæ citationis ad diem
promulgatæ sententiæ omnes, & singuli essent
feriati in honorem Dei, pro quibus suspende-
7 batur effectus † citationis, ad primam, quæ in-
telligebatur, & extendebatur in diem iuridi-
cam. Post. de manuten. obseruat. 84. num. 40.
Buratt. decis. 927. nume. 2. Huic enim obiecto
dupliciter satisfieri posset. Et primo, quia ex
processu aliter apparet; nam sub die 18. Ianua-
rij, qua cadebat citatio, reddebatur ius in fo-
ro Episcopali, quod euidenter demonstrat pro-
rogationem eadem die per Iudicem facta, vt bene
in facto deducitur. Secundo, quia ex aduerso
8 probatum non extitit, quod dies † medij inter
citationem, & sententiam essent feriati in ho-
norem Dei, quod tamen erat necessariò pro-
bandum ad sustinendam dictam sententiam, ne
remaneat sine citatione: vt fuit in terminis di-
ctum in Mantuana bonorum in Rota Romana
decisione 340. numero 2. in fine. par. 1. recen-
tior. quæ refert antea ita quoque decisum in v-
na Taruisina pensionis.

Recta igitur ratio iudicandi stantibus præ-
9 dictis dictat, atque requirit, vt iudex pronun-
tiet, seu renouet sententiam nullam, ex defe-
ctu citationis, ac terminorum substantialium.
Clem. sæpe. §. sententiam de verbis significa-
tione, & in terminis Rota decisione 365. nu-
mer. 2. par. 1. recent. & num. 6. & 8. vbi respõ-
det statuto disponente, quod in causa proceda-
tur summariè, & de plano, & statuto, quod non
possit dici de nullitate, nisi infra decem dies, ex-
plicans illius dispositionem nõ procedere quo-
ties, prout nunc versamur in nullitate notoria
ex eisdem actis.

Quod sibi locum eo maximè in præsentiarũ
vindicat attenta oppositione, & instantia, de
quibus in actis, quod priùs cognoscatur super
nullitatibus, antequam merita attingantur, si
enim Iudex † omitteret cognitionem nullitatis, 10
& pronuntiaret, super meritis aliam nullita-
tem, & iniustitiam faceret, Gratian. disceptat.
forens. 208. numer. 25. Amat. decis. march. 94.
num. 3. latissimè Giurb. consil. crimin. 19. num.
17. ac per totum. Cuius sanè conclusionis ratio
assignari potest, quia tollere nullitates, † & cõ- 11
firmare sententiam nullam spectat ad solũ Prin-
cipem. Vant. post alios de nullitate tit. quibus
modis reparet num. 23. & 24. & fuit dictum in
Perusina de Alfanis 6. martij 1623. coram Coc-
cino Decano, & in Barchinonen. Vicariæ 6. Iu-
nij 1625. coram Buratt. inter impressas decisio-
nes 871. nu. 8. Attento igitur partium consen-
su, quod procedatur in causa, perinde ac si nul-
la adesset desertio: consequens est iuxta ordina-
rios iuris tramites, quod ab Illustrissimo Do-
mino meo Iudice priùs decidatur articulus nul-
litatis antequam deformetur sententia, ex ca-
pite iniustitiæ.

Quæ adeò vera sunt, vt stante defectu cita-
tionis Iudex, † cui committitur à Principe cau- 12
sam cognosci super meritis eius arbitrio, adhuc
teneatur pronuntiare sententiam nullam, quia
dicta clausula defectum citationis non supplet,
nec tollit, quominus nullitas remaneat insana-
bilis. Rota decision. 365. sub numero tertio,
versic & propterea, alias Rota par. 1. recentior.
Barbos. claus. 10. nu. 15. & prædicta transeunt
in offenso pede, ex quo principalis Noster etiam
in meritis optimum fouet ius.

Agenti enim ad caducitatem, & rem emphy
teoticam prætendente incumbit onus proban-
di non solùm emphyteusim, sed etiam il-
lius dominium † plenè, & omninò con- 13
cludenter Thomat. decision. Macerat. 60 nu-
mer. 1. cum infinitis ibidem cumulatis, &
alijs, quos sciens prætereo, & in alia si-
mili allegatione adduxi, sed sic est, quod
ex parte Domini Cozzani dominium proba-
tum non extitit, ergo in actione caduci-
tatis per ipsum intentata, & quàm anxiè
prosequitur, obtinere non valet. Etenim illi
ad effectum prædictum probationis dominij nõ
suffragantur fides inuestiturarum † in actis re- 14
latatarum, ex eodem Thomat. dicta decisione
60. num 2. cum sequent. Quamuis non nega-
mus, vehemens desumi adminiculum † ex sæ- 15
piùs reiteratis inuestitus. Marc. Anton. variar.
resolution. 70. numer. 9. lib. 1. Rota apud Post.
de manuten. decis. 271. nu. 3. & penès Caualer.
decis. 93. nu. 3. in fin. & nu. 4. Ferent. ad Burat.
decis.

decis. 602. num. 11. cum adminiculum istud sumat fomentum ab alijs coniecturis. Rota in Auximana Prædij 15. Maij, 1645. Dunzet & in Perusin. emphyteusis 13. Februarij 1640. nu. 1. coram Dunzet. in tantum quod ad probationem Dominij concludentem pluralitas inuestiturarum, non minus requirit adminicula, quam faciat vnica concessio Rota apud Post. dicta decis. 271. num 5. eoque magis cum D. Vincentius de Felippis causam habeat, à D. Laura Caballa matre ipsius Rectoris, & non ab illis quibus concessa extitit inuestitura. Hinc propterea

16 ex huiusmodi inuestituris † tanto minus contra ipsum probatur Dominium ad tradita per Ripam, in l. si alienam rem 28. sub num. 40. versic. intellige, vt non probetur. ff. de acqu. possess. Cavaler. decis. 105. num. 2. Rota apud Post. dicta decis. 271. num. 4. & decis. 290. num. 2. par. 1. recent. Hic autem potius concurrunt adminicula ad exclusionem, quam ad probationem dominij. Quoniam primum, & præcipuum est quod terræ fuerunt expresse concessæ cum facultate affrancandi infra tantum tempus, quod iam fluxum est, adeo vt præsumantur affrancatæ; secũdo quia in testamento Aui ipsius Rectoris de illis disposuit sicuti de cæteris allodialibus, demum quia ab ipso eum eius fratre, & matre vẽditæ fuerunt tanquam allodiales, & quod magis est ab annis vigenti, & vltra nunquam, ac nullibi constat de canonum solutione, quæ omnia vbi singula non prodessent ad ostendendum terras controuersas non esse emphyteoticas, saltem simul iuncta istud operarentur ex regu-

17 la, singula † quæ non prosunt simul collecta iuuant iuribus congestis per Barbos. axiomat. 209. num. 1. & per totam, & in puncto Rota decis. 94. num. 104. & seq. part. 5. recent.

Verum tamen dato nunquam admisso, quod sufficienter appareret de emphyteusi, istud nihilominus non obesset iuribus D. Vincentij de Felippis, in quem transierunt iura, & actiones D. Lauræ competentis in bonis eius Viri Patris Aduersarij pro restitutione suarum dotium, pro quibus eidem c. nsebatur hypothecata emphy-

18 teotica, † & ad illa pro satisfactione recursum habere poterat, & ramensi non intercessert Domini assensus, neque de illis in instrumento expressa facta fuisset mentio Surd. decis. 160. per totam, & ibi Hodiern. num. 3. & ad decis. 93. num. 8. & 9. Cyriac. controuers. 328. num. 26. Manent. de iur. liuellr quest. 16 sub num. 39. & sub num. 42. Vnde istud tanto magis sibi locum vendicat, quippe quia in dotis constitutione maritus in casum restitutionis obligauit etiam obnoxia ab habito assensu, qui cum non esset

19 necessarius † ea propter illius reseruatio pro non apposita habetur dixi allegat. 5. num. 9. fol. 79. lib. 1.

Nec prædictæ conclusioni resisterent duo, quæ in præsentiarum occurrunt, alterum quod

20 per reuersionem emphyteusis † ad Dominum ratione caducitatis incursæ ob non solutos canones, & distractionem factam irrequisito Domino, & non susceptum, nec renouatam inuestituram omnes hypothecæ super ea existentes euanescunt Bald. in l. lex vectigali 31. nu. 1. ff. de pignor. Burlat. cons. 80. num. 31. Surd. decisione 286. num. 12. Chartar. decis 87. num. 13. Hodiern. ad Surd. dicta decis. 160. num. 3. cum sexcentis, quos sciens omitto, & videri poterunt passim apud Doctores, & præsertim in nostris allegationibus. Alterum quod pro restitutione dotium † non detur regressus ad emphyteoticas 21 nisi in subsidium, ac bonis allodialibus, & liberis non existentibus Cyriac. dicta controuers. 328. num. 28. Bardell. cons. 14. num. 39. Vtrumque enim facillime remouetur; nam ad primum adest in promptu responsio, ex quo quicquid sit in alijs fauore dotis deuoluta emphyteusi † ad Dominum, mulieri nihilominus 22 conseruatur actio ad repetendam dotem teste Cyriac. controuers. 446. in fin. Vltra quod cum dotis assignatio præcesserit declarationem non militat argumentum ex traditis per eundem Cyriac. dicta controuers. 446. num. 4. vbi quod res obnoxia † deuoluat ad Dominum sine onere. 23 si deuolutio consumetur antequam creditori satisfiat. Præterquam quod D. Cozzanus successor in beneficio non habet facultatem declarandi caducitatem incursam de tempore, quo vacabat beneficium, ne aderat persona à qua peti posset assensus: Quia caducitas † non de- 24 clarata contra Carolum de Felippis eius vita durante, neque declarari poterat ex deffectum legitimæ personæ, declarari non potest nunc, à successore in beneficio contra D. Vincentium de Felippis illius fratrem, ac successorem Ludouis. decis. 529. num. 17. & 24 Ferentil. ad Buratt. decis. 617. num. 9. Rota in Mantuana feudi 17. Iunij 1641. num. 12. coram Roias & latius in Romana prætensæ deuolutionis 18. Februarij 1636. Danzetto versic. circa primam caducitatem. Ad secundam vero replicatur dum noster principalis reperitur in possessione in eadem quoque tueri debere absque eo quod probet allodialium deficientiam, ea ratione quia D. Emphyteusis † probare debet extare bona al- 25 lodialia pro restitutione dotis emphyteutæ, non autem mulier, seu habens causam ab ea, quod non extent quando, prout nunc eius conuentus reperitur in possessione emphyteusis Cyriac. cõtrouers. 5. num. 113. & 114 & controuers. 447. num. 2. cum adductis per Nos pro eodem de Felippis contra Cozzanos coram Excellentissimo Senatu, & quæ repetiuntur in manibus Illustrissimi D. mei Iudicis, tanquam Relatoris in illa causa.

Tutus insuper redditur Dominus Vincentius de Felippis, quia de tempore factæ emptionis per eius fratrem a prædicta de Caballis, nulla aderat in ipsis contrahentibus scientia, quod res alienanda recognosceretur in emphyteusim: Quin potius suberant præsumptiones, ex quibus dabatur intelligi rem in contractum deducendam liberam esse, atque allodialem. Quare succedit conclusio ab omnibus approbata, quod scilicet

26 scilicet attenta contrahentium ignorantia † impune contractum inierint de re emphyteusi, quā allodialem existimabant nullo adhibito, nec requisito Domini assensu Bald. in C. si vassallus num. 3. si de feud. fuerit controuers. inter Dom. & agnat iur. emphy. Bimiua cons. 135. fere per totum, & cons. 392. num. 18. vbi quod non solum ignorans, sed etiam titubans excusetur à caducitate cum adductis pro fratribus de Beuilaqua contra Collegiatam Sanctæ Barbarę Rota in dicta Mantuana feudi 17. Iunij 1641. num. 9. coram Roias. Et hæc eo fortiùs procedere habent cum simus in personis Ecclesiasticis ad caducitatem anhelantibus; in quibus, ac in foro Episcopali plurimùm exuberat æquitas canoni-
27 ca † iuxta quam, quicquid esset de rigore iuris, ignorantia procul à dubio excusat à commisso, Clar. in §. emphyteu. quæst. 8. num. Corbul. de caus. priuat. ob non solutum canonem limit. 20. num. 1. Thomat. decis. macerat. 116. nume. 32. Cùm igitur omnia processerint sine fraude, palam, & ab ignorantibus ideo, quatenus vnquam constaret dictas terras esse emphyteoticas, excusaretur Noster principalis, atque ad inuestituram veniret admittendus.

Excluditur tandem Reuerendus iste ab inani eius prætensione, in qua vbicunque obtineret, tanquam Rector beneficij, seu capellæ, pro indemnitate erga D. Vincentium de Felippis teneretur vti filius, & hæres Dominæ Lauræ eius matris, quæ in amplissima forma, se obligauit de euictione, & sic contra ipsum intraret regu-
28 la, quem de euictione tenet actio, † eundem agentem repellit exceptio. l. vindicantem 17. ff. de euiction. In tantum quòd D. Vincentius de Felippis excusaretur à solutione canonum, donec beneficiū permanebit apud ipsum de Cozzanis, sibique erit consultum pro eius indemnitate; maximè cùm dictus de Cozzanis hæreditatem matris addiuerit nullo confecto Inuentario, quo casu tenetur vltra vires hæreditarias. Huc conferunt, quæ in proposito adduximus supra allegatio. 49. hoc vol. & nunc addo Rotam in Romana dotis 20. Aprilis. 1643. coram Caxillo vbi quod pro dotis restitutione emphy-
29 teusis † transitoria ad extraneos comprehendatur sub generali bonorum obligatione.

Quare &c. saluo, &c.

ARGVMENTVM.

Per obitum emphyteutæ, qui obligauit emphyteusim irrequisito Domino eius tamen assensu reseruato cum constitutione procuratoris etiam post mortem irreuocabiliter duratur, obligatio extinguitur fauore successoris, adeout non amplius in eius odium licentia obtineri possit, inspecto præsertim Statuto Mantuæ sub rubr. Qualiter Inuestit. ad affict. &c.

SVMMARIVM.

1 Assensus petitus à Domino obligandi emphyteusim denegatus habetur pro præstito. Declara vt num. 2. & num. 4 Præstitus lite pendentem non attenditur. num. 9. Hypothecam non supplet num. 19.
3 Fauore alicuius inductum in eius odium non retorquetur.
5 Statutum Mantuæ qualit. Inuestit. ad affict. &c. circa obligationem emphyteusis declaratur & num. 14. Procedit in emphyteusi Ecclesiæ num. 8.
6 Statutum laicalem an comprehendat emphyteusim Ecclesiæ.
7 Emphyteutica bona veniunt in generali obligatione bonorum etiam si non intercedat Domini assensus, dummodo exprimantur.
10 Conditio petendi assensum in emphyteusi tanquam potestatiua habetur pro impleta, fallit ob statutum Mantuæ num. 11.
12 Mandatum collatum post mortem morte mandatis non expirat fallit, vt num. 15.
13 Regressus à priuatione ad habitum non datur.
16 Hæres in emphyteusi mixta tenetur seruare factum defuncti pro bonis in Inuentario descriptis.
17 Iure datoris resoluto, resoluitur hypotheca emphyteusis sine Domini assensu contracta.
18 Hypotheca super emphyteusi prohibita alienari, & obligari est nulla non adhibito prius Domini assensu.

Allegat. LXXXII.

Adsit Deus.

INter cęteras conclusiones, quas amplissimus iste ordo amplexus fuit in causa Palperia aduersus miserabiles pupillos de Canistris primum locum obtinuit conclusio; quod petita per vassallum, aut emphyteutam licentia † obligandi emphyteusim si inniusté à Domino denegetur, pro præstita habeatur ex Cald. de emphy. lib. 4. tit. 62. quæst. 7. nu. 11. 13. & 24. & lib. 4. cap. 5. tit. 38. num. 68 & cap. 15. num. 34. Manent. de contract. liuell. quæst. 15. num. 24. & quæst. 17. nu. 20. & seq. & quæst. 18. num. 145. vsque ad fin. Quibus accedunt cumulari per Staiban. Iun. resolut. 98. num. 53 & 54. Laurent. Vrsell. consilio. 154. num. 103. & seq. lic. Assensus Io: Baptista Bilott. conclus. feudal. 55. & 82. Sanfelic. decisio. 135. num. 17. 1

Agno-

Agnouimus istius conclusionis efficaciam,
sed propter ingegnij nostri imbecillitatem per-
cipere non potuimus applicationem, ommisso
enim, & quod præcitati Doctores, cæterique
ab eis congesti transeant in eam opinionem vbi
2 causa iusta † denegandi assensum non subesset,
vt optimè in proposito considerauit post alios
Staiban. Iun. resolut. 1. num. 92. hic autem plu-
res recusandi assensum, & concedendi licentiam
causæ intercedunt, vt inferius dicam, omni in
casu prædicta conclusio emanauit, & introdu-
cta apparet in gratiam, & fauorem vassalli, &
emphyteutæ, vt nimirum maiori cum libertate
de bonis feudalibus, & emphyteuticis dispone-
re, ac contrahere valeant; vnde in eorum odi-
3 um, † & iniuriam retorqueri non debet, l. nul-
la iuris ratio 24 ff. de legib. cum iuribus cumu-
latis per Barbos. axiomat. 96. num. 1. & conse-
quenter reluctantibus, inuitis, ac opponentibus
vassallo, & emphyteuta in eo, quod concessio-
ni assensus ob non præcedentem hypothecam
feudi, aut emphyteusis, seu propter illius reso-
lutionem locus non sit, ad petitionem extranei
omnino assensus concedi debeat, & denegatus
habeatur pro impertito; hactenus enim aliquem
non vidi istud affirmare audentem. Præterquam
quod, vt bene insistebant duo ex Illustrissimis
4 D.D. Senatoribus superinde decretum iudicis
requirebatur, quod etiam animaduertit Mo-
dern. Fulgin. de emphy. tit. de alienat. quæst.
num. 229. si ergo dum res agitur inter dominum
recusantem licentiam, & Vassallum, & emphy-
teutam petentem illam quamuis inter ip-
sos maior vigeat ratio, & necessitas eam conce-
dendi, iudicia seu superioris declaratoria requi-
ritur, quanto magis istud sibi locum vindicare
in præsentiarum debeat, quippe quoniam con-
tentio inter emphyteutas, & extraneum ver-
sabatur.

Neque obstaret; si opponeretur de allegata
auctoritate Manent. dicta quæst. 15. num. 29.
dum ibi tradit normam creditori extraneo circa
petitionem assensus, vt in casu negatiuæ pro cõ-
cesso habeatur, tametsi creditor ipse extraneus,
nec emphyteuta sit. Quandoquidem Iura prin-
cipalium nostrorum non tam ex mox citata do-
ctrina, quam etiam ex dispositione statutaria sub
5 Rubr. qualit. inuestit. ad affict. † &c. firmiora
redduntur; atque inconcussa euadunt; ex quo
stante huiusmodi censura statuti ad actum obli-
gationis feudi; seu emphyteusis deuenire non
potest, nisi prius, & antecedanter petito assen-
su cum oblatione prælationis, & obligatio ali-
ter facta de emphyteusi viribus non subsistat, at-
que irrita censeatur, vt præcise in fine eiusdem
statuti cauetur. Vnde cum in facti spetie non so-
lum ante contractam obligationem emphyteu-
ticorum assensus Domini non appareat petitus,
quinimmo rem in iudicio, atque ad expeditio-
nem causæ deduxerit Domina Palperia, persi-
stendo semper in contumacia, ac contemptu
Domini, consequens ideo fit, quod in censu-
ram, & edictum statuti inciderit, atque ab om-
ni hypotheca facto, ac culpa propria ceciderit,
in tantum, quod doctrina, & auctoritas Ma-
nent. in dicta quæst. 15. num. 29. optime con-
tra aduersariam retorquetur.

Neque hic cadit illa Iuris quæstio, an statu-
tum laicale † bona Ecclesiæ etiam sæcularibus 6
in emphyteusim concessa afficiat, de qua latissi-
me Fulgin. de emphyt. tit. de diuers. quæst. 22.
num. 1. & per totam, & in decisione ibidem
impressa eadem Rota inter meas allegat. num. 9.
fol. 179. li. 1. Niger. de Laudi. quæst. 46. nu. 23.
& seq. Sperell. decis. 99. num. 64. si quidem in
facto contrahentes circa obligationem emphy-
teuticorum expressè statuto huiusmodi se con-
formare intellexerunt, ad illiusque dispositio-
nem se coarctarunt, dum ita demum emphy-
teutica obligare conuenerunt, si prius Domini
licentia accederet:, cum tamen iure communi
inspecto † ad inducendam obligationem emphy- 7
teusis assensus non requiratur, & sufficit quod
per emphyteutam in obligationem simpliciter
emphyteutica deducantur, vt sexcentis relatis
latissimè comprobat Merlin. de pignor. & hy-
potech. lib. 2. quæst. 8. num. 7. ac per totam, &
Fulgin. de emphyt. tit. de allienat. quæst. 1. nu-
me. 238. cum seq. quibus addo Laurent. Vrsell.
cõnclus. 154. num. 122. in verbo assensus. Ve-
runtamen cum huiusmodi statutum iuribus
Ecclesiæ plurimum conducat, nil prohibet quo-
minus Ecclesia † eius beneficio vti valeat Bel- 8
tram. ad Ludouis. decis. 279. num. 24. & in ter-
minis dixi allegat. 6. num. 71. lib. 2.

Quibus etiam scelusis iustam Prælatus dene-
gandi assensum causam habuisse dicitur, qui-
nimmo si illum concessisset, tanquam ob, & su-
breptitius non attenderetur, dum inter contra-
hentes contenditur super existentia, vel non
hypothecæ feudalium, seu empyteuticorum,
quodque assensus non fuerit debito tempore, ac
modo impetratus, ideoque nec minus per Do-
minum directi concedi possit, tunc si hac lite
pendante obtineatur pro non concesso habe-
tur. & præstitus † post litem motam vna ex par- 9
tibus litigantib. nõ audita non operatur. Franc.
decis. 620. num. 1. Lanat. cons. 17. sub num. 9. vbi
istud pro indubitato habet, quando debitor op-
posuit exceptionem carentiæ, & incompeten-
tiæ actionis ante assensum expeditum. Staiban.
Iun. resolut. 1. num. 79. & 80. & num. 97. & 98.
& resolut. 2. num. 53. vbi quod lis mota super
defectu assensus Domino iustam præbeat cau-
sam denegandi assensum. Ea mouentur ratione,
quia in medio litis non sunt faciendæ facti
iussiones.

Ex quibus sicuti conuincitur non esse in po-
testate, & arbitrio emphyteutæ retento præ-
sertim themate statuti quandocunque petendi
licentiam, ita quoque excluditur, quod con-
ditio adiecta contractui accedente tamen Do-
mini assensu sit potestatiua, † atque solum 10
pendeat à potestate petentis, ex quo Dominus
cogatur consentire, proptereaque conditio ha-
beatur pro impleta semper quo vassallus, aut
emphy-

emphyteuta petit ex traditis per Surd. cōs. 382.
nu. 74. vsque ad 80. Manent. de contract. liuell.
dicta quęst. 18. nu. 146. & in decisione ipsa, quę
reuidetur. Quaproptet cum Domina Palperia;
actione careret, atque etiam hypotheca quoad
emphyteusim propter non adimpletas condi-
21 tiones statuti, † ut statutum sub dicta rubr. qua-
liter inuestitus ad affictum &c. expresse præscri-
bit, ideo tanquam actionę carens obaudiri de-
bebat, ex traditis in priori allegatione in hac
collatione reuisionali reassumenda.

Tandem neque resistit, quod Domina Pal-
peria institerit coram Domino pro assensu non
quia talis, sed quia procuratrix tunc ab Auo pa-
terno nostrorum principalium per organū eius
ani pariter paterni irreuocabiliter cōstituta fic-
que fundamenta decisionis omnimodam rece-
perant applicationem, cum præsertim manda-
22 tum † huiusmodi tanquam in rem propriam, &
irreuocabiliter factum, transeat ad heredes, non
expiret morte mādantis, minusue reuocari pos-
sit ex Buratt. decis. 640. nu. 9. & seq. Gratian.
discept. forens. 812. nu. 8 & seq. & discept. 874.
nu. 29. & seq. si quidem huic obiecto tripliciter
replicatur, & primo per istud decisionis funda-
mentum non tolli, aut in aliquo elidi rationes
adductas in contrarium per Surd. cons. 472. &
Bardellon. cons. 100. quæ æqualiter militant in
reseruatione assensus cum constitutione in rem
propriam & irreuocabiliter procuratoris cum
ista semper intelligantur, ac sibi locum uindi-
cent ad præiudicium constituentis dumtaxat,
non autem hæredis uenientis ex eius persona
propria, atque ex pacto, & prouidentia eius
maiorum, & Domini.

Insuper Senatus iuxta allegatam Surd. dicto
cons. 372. & Bardellon. dicto cons. 100. do-
ctrinam admittit, quod obligatio per emphy-
teutam contracta Domini assensu nō adhibito
quantumuis reseruato per obitum eiusdem em-
phyteutæ extinguatur; Contendit vero istud in
præsentiarum sibi locum non vindicare ex eo,
quod emphyteota secum contrahentem consti-
tuerit irreuocabilter procuratorem cū mandato
etiam post mortem duraturo, seu ad hæredes
transitorio. At ego virtutem istius ratiocina-
tionis haud intelligo, minusue qualiter ista ad
inuicem conciliari possint. Quippe quoniam
huiusmodi mandatum præbet quidem faculta-
tem etiā post obitum emphyteutæ petendi li-
centiam à Domino, (quicquid alias etiam ces-
santibus inferius dicendis attenta sepius citati
statuti dispositione an pro illius assecutione suf-
ficeret, seu per Dominum attendi deberet) sed
non supplet hypothecam, nec impedit, quin
obligatio per mortem emphyteutæ ipso iure
resolubilis illico ea secuta irretractabiliter re-
soluatur, nec operatur insufflationem spiritus,
adeo vt ex iam extincta reuiuiscat, quia à pri-
23 uatione † ad habitum non datur regressus iuri-
bus illustriss. D D. meis optime notis, & ad rem
comprobant, Surd. decis. 266. nu. 5. Cyriac.
controuers. 4. num. 79.

Deinde quia structura statuti sæpius adducti † 14
sub dicta rubr. qualiter inuestitus ad affict. &c.
non permittit istas procuratorū constitutiones,
minusue quod petitio assensus pro obliganda
emphyteusi tandiu differatur, cum potius licen-
tiæ impetrationem obligationi contrahendæ
preferri valeat. Vlterius fundamenta decisionis
non procedunt, quando mandans iam decessit,
nec quisquam reperitur hæres, † aut hæreditas, 15
circa quam ministerium procuratoris exerceri
valeat, & ob quam hæres facto defuncti stare
obstringitur, vt in proposito bene ratiocinan-
tur Mantic. de tacit. & ambig. lib. 7. tit. 23. sub
nu. 52. versic. sed hoc intelligitur. Gratian. dicta
discept. forens. 873. nu. 30. versic. intelligen-
do. Atqui ad manus nostrorū principalium nil
penitus peruenit, ratione cuius factum defun-
cti nondum in esse deductum, ac in fieri consi-
stens obseruare teneantur, maxime cum adhuc
in pupillari existant ætate, nec suorum maio-
rum esse velint hæredes, nisi eorum patris vl-
timo defuncti cum beneficio legis, & inuen-
tarij cessantibus hisce molestijs conficiendi,
quo peracto pro hæreditarijs † viribus, demptis 16
tamen emphyteuticis vigore mandati irreuoca-
bilis de ipsius iuribus D. Pendalea experiri po-
terit ad tradita post alios per Fulgin. de emphy.
tit. de renunciat. quæst. 10. num. 16. & per Bar-
dellon. cons. 100. nu. 8. vbi post Bursat. inquit
quod filius nō dicitur succedere in emphyteusi
mixta vti hæres, sed quia hæres idest filius, &
descendens. Io: Anton. Bellon. cons. 48. à nu.
44. ad 58. quatenus tamen superius dicta, ac
inferius subiungenda eius intentioni omnino
non resistant. Postremo quia præsens contentio
non concernit reuocabilitatē mādati ex natura
eiusdē mandati, nec ex persona mandantis, sed
ex qualitate bonorū, quæ afficiūtur quidē hypo
theca, seclusa dispositione statuti, absq; eo, quod
Do. assensus requiratur, intercedat, vel subse-
quatur, verū illa ipso iure resoluitur resoluto iu- 17
re emphyteutæ illā cōstituentis ob mortem il-
lius interim subsecutam Surd. decis. 204. nu. 14
& decis. 286. nu. 9. Laurent. Vtsell. dicta con-
cl. 154. nu. 22. in fin. in Verbo assensus. Cyriac.
controuers. 25. nu. 15. Corbul. de cans. priuat.
propter alienat. lim. 33. nu. 4. & seq. Ferentill.
ad Buratt. decis. 749. nu. 26. & ad id post alios
prosequitur Niger de laudim. quęst. 32. nu. 61.
part. 2. latissime Sperell. decis. 130. nu. 11. cum
pluribus seq. Quæ tamen ex abundanti dicta
sint, nam cum ex statuto sub dicta rubr. qualit.
inuestit. ad affict. &c. absque præuio Domini
assensu etiā hypotheca † sub censura nullitatis 18
prohibeatur, inde propterea fit, perinde, ac si
nulla penitus intercessisset obligatio, Cen. de
cens. quęst. 22. nu 6 & 7. qua seclusa licentię
petitio, illiusque consecutio nihil operarentur.
à Pont. cons. 5. nu. 49. lib. 1. & cons. 150. nu. 19.
lib. 2. Manetr. cons. 88. sub nu. 4. & 5.

Cōcludo igitur ex prædictis quoad bona em-
phyteotica Primiceriatus pupillis retentionem
cōpetere, & quoad bona Emphyteutica Duca-

Digitized by Google

lis Cameræ raintegrationem concedendam, ex quo à Domina Pendalea spoliati apparent cum Iure, actione, atque hypothecâ careret, & causa agitari debuisset coram Illustriss. Ducali Magistratu, penes quem priuatiue respectu cuiuscunque alterius Tribunalis in huiusmodi bonis Principi Sereniss. obnoxijs Iurisdictio resideat.

Quare &c. Saluo &c.

ARGVMENTVM.

Ex pacto caducitatis minori temporis spatio, quam biennij incurritur, neque aduersus illam minori pluries contumaci restitutio competit

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuta ecclesiæ ob cessationem biennalem in solutione canonum cadit ab emphyteusi. Nisi pacto aliter conuentum appareat. num. 12. Expellitur ob canones non solutos etiam si adsit pœna dupli n. 18.*

2 *Minor restitutio aduersus caducitatem ob non solutos canones incursam. contra n. 15*

3 *Caducitatem causa qualibet etiam iniusta excusat.*

4 *Caducitas non declarata contra defunctum declarari non potest contra heredem, Declara vt nu. 13 & n. 14. Per receptionem canonis remissa censetur. nu. 7.*

5 *Pœna conuentionalis facit cessare legalem.*

6 *Via vna electa alteri renunciatam censetur. & num. 19.*

8 *Paria sunt petere, & recipere canonem ad effectum remissionis caducitatis.*

9 *Dominium ad effectũ caducitatis plene probandum est.*

10 *Confessio probat emphyteusim contra confitentem, illiusque heredes eoque magis concurrentibus adminiculis nu. 11.*

17 *Scientia obligationis soluendi canones, ex quibus arguatur.*

20 *Canonis petitio remissionẽ caducitatis quando inducat.*

21 *Emphyteutica bona alienari nequeunt sine domini assensu.*

Allegat. LXXXIII.

Adsit Deus.

VEnerabile Monasterium Carmelitarũ & duo Rectores Beneficiorum aduersus Dominam Elisabeth Fantinam ob non solutos canones per octennium, declarauerunt vtile dominium consolidatũ directo in fauorem Ecclesiæ, & tenutam bonorũ ab eadem in emphyteusim recognitorum Iudicis decreto adepti sunt vna cum ipsius tenutæ confirmatione. Quæ bona postmodum in emphyteusim concesserunt Domino Rasio qui, seu illius hæredes dum in pacifica reperirentur possessione habita notitia iudicij cepti super hereditate Domini Fantini in eo comparuerunt ad effectum obtinendi declaratorium Senatus Excellentiss. quod videlicet in eo non venirent bona ipsi Rasio, & eius hæredibus sic vt supra concessa, sed interim ipsa pupilla de Fantinis aduersus caducitates, & quæcunque præiudicialia obtinuit restitutionẽ in integrum ex pronuncia eiusdem Senatus, vnde queritur an tale remedium eidem concedi potuerit, & impertitum quicquam ipsi opituletur.

Primo igitur, vt aiunt aspectu, non tam videbatur concedenda restitutio in integrum ad iura sua deducendum aduersus rem iudicatam,
sed etiam optimum Ius fouere quandoquidem
ad effectum, vt emphyteusis ecclesiastica † ob 1
non solutos canones incidat in commissum requiritur cessatio in solutione per biennium C. potuit de locat. l. 2. ff. de iur. emphy. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 24. tit. 4. nu. 15. Cyriac. controuers. 266. n. 15 Rota in Romana pretens. deuolutionis 18. Februarij 1636. Dunozetto. Fulgin. de emphyt. tit. de solut. quæst. 1. sub n. 1. dixi allegat. 47. n. 18. hoc volum. Vnde cum ex receptionibus in actis vltimo loco productis appareat Dominum Octauium Fantinum defecisse tantũmodo in solutione liuelli anni 1629. Hinc propterea ex persona illius nõ dicitur incursa caducitas.

Admisso autem, quod post obitum D. Octauij intercesserit tempus habile ad incurrendam caducitatem detractis etiam duob⁹ annis belli,
& pestis, istud nihil officit attenta pupillari † 2
ætate Dominæ Elisabeth, ob quam aduersus nõ solutionem canonis ipso Iure eidem succurritur ope restitutionis in integrum ad textum in l. si ex caussa to. §. si in commissum ff. de minor. latè post alios Odd. de restitut. in integr. quæst. 89. sub n. 78. vers. sed contrarium vsque ad fin. quæstionis, vbi id ampliat tam & si contractus emphyteuticus fuerit celebratus cum defuncto maiore Fulgin. de emphy. tit. de solut. canon. quæst. 1. nu. 182. & vltra legis dispositionem fuerit initum pactum speciale de incurrenda caducitate, quoties canon solutus non extiterit intra tempus in Inuestitura prefixum, quemadmodum accidit in præsenti casu attenta conuentione, de qua in inuestitura, quod non soluto canone singulo anno per totum mensem Decembris emphyteusis rediret ipso iure & facto ad dominum, qui propria auctoritate ad actualem possessionem accedere posset. Concludit enim cum a ijs per ipsum adductis hoc non obstante restitutionem minori ipso Iure competere, si cessauerit in solutione canonis.

Cæterum cum quælibet causa † quantum uis 3
iniusta excuset à caducitate Cyriac. controuers.

268.

268. nu.7. Ludouis. decis. 388. nu.4. Buratt. decis.624. nu.8. excusari quoque potetit Domina Fantina tanquam hæres, & ignara obligationis soluendi aliquos canones Doctores in l. 2. C. de Iur. Emphy. Gail. practic. obseruat.48. nu.4. lib.2. Gratian. discept. forens. 633. dixi allegat.8. lib.3. Rot. in mantuana feudi 17. Iunij 1641. nu. 9. coram Roias. Fulgin. de emphyt. tit. de alienat quæst.1. nu. 303. sic nullo modo intrare poterat prætensa caducitas non quidem ex persona D.Octauij, quoniam non distulit per biennium soluere pensiones ; nec ex persona eius neptis ob illius ignorantiam , pupillatem ætatem, & preteritas belli, ac pestis calamitates.

Quinimmo etiam si admitteremus Dominū Octauium tandiù moram commisisse in solutione canonum quandiù sufficit ad incidendū in commissum adhuc res non diceretur integra eo vita functo , vt declarari posset caducitas. Quoniam in Iure receptissimū est, aduersus suc- 4 cessorem, † & hæredem agi nequaquam posse ad caducitatem incursam per prædecessorem l. fin. in fin. vbi Bald. Salicet, & alij, C. de Iur. emph. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 22. tit. 27. nu.34. Ludouis. decis. 329. nu.17. & ibi Beltramgolf. E. Buratt. decis.617 nu. 2. Rota in Romana prætensæ deuolutionis 18. Februarij 1636. Dunozetto, & in Mantuana feudi 17. Iunij 1641 nu.12. Coram Roias. dixi allegat. 34. nu 4. hoc volum. dixi allegat. 50. n. 19. lib. 2. & nunc addo Fulgin. de emphy. tit. de vat. caducit. quæst. 8. sub nu. 1.

Deinde ad excludendā caducitatem pro euidenti fundamento allegabatur pactum , de quo in Inuestitura , quod nempe in euentum non solutionis liuellorum emphyteutæ tenerentur in duplum , Quapropter perperam actum videbatur ad caducitatem , dum actio competebat tantummodo ad duplum canonum non solutorum , quando quidem per pœnam conuentio- 5 nalem † recessum videbatur à dispositione legis , ac pœna in Iure præscripta iuxta tex. in l. vltima C. de pact. conuention. late Peregr. cons. 20. nu 22. & seq. lib. 1. Rota in Rauennaten. domus 14. Iunij 1649. nu.12. Roias, ex quo tanto magis inferrebatur per viam restitutionis in integrum Dominam Elisabeth posse audiri , ac in pristinum statum reponi.

Vlterius in idem adducebatur petitio canonum , de qua in actis , quasi cum actum fuerit à solutionem liuellorum nonpotuerit successiue emphyteuta expelli, proinde ac si electa una 6 via † censeretur altera renunciatum l. post diem 7. ff. de leg. comm Barbos. Axiomat. 225. n. 2. & in terminis Gratian. discept. 152. n. 12. Quoniam Dominus non potest expellere , & canonem recipere, seu petere, quasi per exactionem, seu petitionē factā à Domino videatur emphyteutæ mora purgata , & per dominum admissa purgatio Corbul. de priuat. ob non solut. canon. ampliat. 9. nu. 10. & 11. & limit. 22. nu. 11. Gratian. discept. 152. nu. 15. & discept. 633. nu. 37. 38. & 39. Surd. decis. 317. n. 14. Amic. in tract. de Iur. emphyt. quæst. 33. Marescot. var. resolut. 138. in fin. lib. 1. late Blaeard. in notab ad Amod. de laudem. in notab. 16. per tot. , quos allegat, & sequitur Hodiern. ad Surd. decis. 6. n. 9. Rot. in Romana domus 17. Iunij 1619. coram Manzanedo, Ferentill. ad Buratt. decis. 617. sub n. 8. vers. tertio ampliatur. quibus addo Fulgin. de emphyt. tit. de var. caducit. quæst. 14. nu. 3. Nec de hac assertione hæsitandū videtur, sicuti enim Caducitas, † incursa censetur ipso facto remissa 7 per receptionē canonis l. post diem 7. ff. de leg. commiss. l. commissoriæ 4. C. de pact. int. empt. & vendit. Hodiern. ad Surd. decis. 6. nu. 8. Cyriac. controuers. 266. n. 10. Marescot. var. resolut. cap. 138. nu. 5. lib. 1 Ferentill. ad. Buratt. decis. 617. n. 8. Rot. in Aquen. Emphyteusis 27. Martij 1628. nu 9. Vitili, & in Mutinen. emphyteusis 28. Maij. 1638. n. 4. Dunozetto. Fulgin. de emphyt. tit. de alienat. quæst. 1. n. 324. & tit. de var. caduc. quæst. 14. nu. 1. Niger de laudim. quæst. 16. nu. 14. & 15. Ita quoque remissio caducitatis inducitur ex simplici canonū petitione , quia isti duo casus receptionis nempe , atque petitionis canonum æquiparantur ad effectum, quod censeatur remissa caducitas, Paria † enim sunt petere, & recipere l. ad solutio- 8 nem 5. C. de re indic. Salic. in l. commissoriæ 4. vers. & hæc faciunt hęc quod si Dominus C. de pact. int. empt. & vendit. Ruin. cons. 119. n. 4. lib. 5. Surd. d. decis. 317. nu. 1. & a Gratian. d. discept. 152. nu. 3. Cum igitur ex processibus in actis huius causę exhibitis appareat de iudiciali canonum petitione cessabat propterea intentata actio caducitatis, adeo vt nulla haberi debeat ratio confirmationis tenutę, ac distractionis bonorum in emphyteusim recognitorum

Insuper subiungebatur quoad petiam terræ prætensam per Dominum Priccottum minus in esse difficultatis circa inualiditatem commissi, ex quo hactenus nō constat de aliquo illius Iure, nec de aliqua Inuestitura, & tamen ad effectum caducitatis emphyteuticorum , prætendenti illam incumbit onus probandi non solū emphyteusim, sed etiam illius Dominium † ple- 9 ne, & omnino concludenter Speculat. tit. de locat. §. nunc vero n. 72. & seq. Manent. de contract. liuell. quæst. 1. part. 4. nu. 9. & pact. 5. nu. 10. Gratian. discept. 788. nu. 10. & discept. 533. nu. 43. Thomat. decis. Macerat. 60. nu. 1. Rota in Romana deuolutionis 28. Maij 1625. coram Pirouano vers. quia quantum ad primam difficultatem Ferentill. ad Buratt. decis. 602. nu. 14. Rot. in Perusin. emphy. 13. Februarij 1640. Dunozetto. quod cum factum non fuerit ideirco possessio capta , & confirmata sub prætextu non solutionis canonū dicitur spoliatiua.

Tandem non rite intentatam fuisse caducitatem ex aduerso contendit pars demonstrare eo, quia fuerit declarata in pręiudicium Domini Cattabeni cum tamen canones soluerit Dominus Octauius Fantinus, atque existeret in possessione eiusdem petiæ terræ Domini Piccotti, nec nō, & alterius recognitæ à Rectore Sancti

tti Colombani. Vnde infertur necessariu inter-
ueoientes pro dictis RR. non fecisse eorum in-
cumbentia, minuíque iustificasse in tantũ quod
non solum sit locus petitæ in integrum resti-
tutioni, sed etiam victoriæ in meritis causæ.

Re tamen maturius considerata, atque dili-
genter perpensa in eam descendo opinionem,
quod non tantum Ius aliquod amplius compe-
tat Dominæ Helisabeth. sed neque etiam repe
riatur, vel vnquam reperta fuerit in aliquo
grauamine, ob quod in integrum restitui po-
tuerit aduersus declaratas caducitates, & con-
cessiones iam extraneis factas de bonis, quæ in
commissum ceciderant. Moueor ex eo præcipue
quia si veritatem amamus Domina Helisabeth.
nec pro ea interuenientes nunquã habuerunt
in animo aduersus ecclesias prædictas refricare
quæstionem dominij, ita vt plures in processu
emissæ fuerint confessiones cò tendentes, quod
vere bona controuersa recognoscantur in em-
10 phyteusim, quæ inquam confessiones † tam & si
quoad tertij præiuditium nihil releuarent; atta-
men respectu confitentis, & hęredum confessio
regulariter plene probat dominium Rip. in l. si
aliquã 28. ff. de acq. possess. Menoch. consf. 409.
nu. 7. & 8. Gratian. discept. forens. 790. nu. 9.
& seq. Rot. decis 69. nu. 9. & decis. 359. n. 13.
part. 5. recent. quæ est apud Postum de manu-
ten. decis. 293. dixi allegat. 31. lib. 3. vers. &
hæc procedunt, Surd. decis. 20. nu. 8. & 9. & ibi
Hodiern. nu. 12. Buratt. dicta decis. 602. nu. 4.
& 7. Rot. in Romana domus, seu appartamen-
ti de Capranica 17. Decembris 1635. nu. 3. Du-
nozetto. Quod sane eo magis sibi locum vindi-
cat, ex quo dictæ confessiones plurimum admi-
11 niculantur † ex solutione canonum facta per
Dominum Octauium, vt ex receptionibus in
processu registratis. Huiusmodi namque reco-
gnitiones ecclesiarum inseruiunt pro admini-
culo ad probandum dominium directũ contra
recognoscentem, & habentem causam ab eo,
late Rip. in l. si aliquam rem 28. nu. 42. ff. de
acq. possess. Surd. d. decis. 10. nu. 14. Seraph.
decis. 1424. nu 2., & 3. Rot. decis. 193. nu. 2.
& 3. part. 2. recent. Buratt. dicta decis. 602. n. 3.
Præsupposito igitur pro indubitabili terras, de
quibus agitur, realiter esse emphyteuticas,
istudque non nisi calumniose posse negari, reli-
quum est vt singulis oppositionibus ex aduerso
adductis, & per nos superius comprobatis sa-
tisfaciamus.

Ad primum ergo facilis se offert responsio,
quamuis enim Iure communi inspecto ad in-
currendam caducitatem requiratur biennium
integrum cũ simus in emphyteusi ecclesiastica,
nihilominus ex pacto terminus iste legalis po-
test abbreuiari, atque inter partes conueniri,
quod solutio canonum fieri debeat quolibet an-
12 no † sub pœna caducitatis, quod pactum seruari
debet, & ob inobseruantiam res cum tali pacto
in emphyteusim concessa incidit in commissum
Gozadin. cons. 57. nu. 10. Natta cons. 479. n. 11.
Roland. cons. 25. nu. 23. lib. 3. Ludouis. decis.
529. nu. 16. Cùm igitur in Inuestitura Domini
Picotti, & in alia Carmelitarum adsit pactum,
quod emphyteuta non soluente singulo anno,
& infra tempus ibidem præfixum res incidant
in commissum, nil officit, quod aliter ex Iuris
dispositione reperiatur cautum, & caducitas in
longius tempus protrahatur, sed ad effectum
pretensę caducitatis sufficit Dominum Fantinũ
cessasse in soluendis pensionibus per tempus in
Inuestituris expressum, & ex hoc fundamento
tota corruit Machina obiectionum per partem
aduersam mox excitatarum.

Nec applicatur conclusio ex aduerso firmata,
quod nempe caducitas incursa per defunctum
non declarata eo viuente nequeat declarari
contra hæredes; nam pręterquam quod proce-
dit assertio data scientia † in domino caducita- 13
tis incursæ Ruin. cons. 70. n. 13. vers. non obstat
lib. 5. Houded. cons. 55. nu. 92. lib. 1. Ludouis.
decis. 529. n. 18. Ferentill. ad Buratt. decis. 617.
sub nu. 9. vers. limitatur secundo. In dubio autẽ
præsumitur ignorãtia Ludouis. dicta decis. 529.
nu. 19. Ferentill. d. decis. 617. sub nu. 9. limit. at
in fin. alios cumulaui allegat. 8. lib. 3. vers. quã
ignorantiam, sed contrarium defendit Rot. in d.
Romana deuolutionis 18. februarij 1636. Du-
nozetto vers neque obstat quod prædicta pro-
cederent. Accedit vlterius pactum de quo in
Inuestitura, quod nempe in casu non solutionis
emphyteota cadat ipso Iure & facto, nam tunc 14
caducitas potest quandocumque declarari etiã
per hæredes, vel contra hæredes, & successores
Bero. cons 98. nu. 38. lib. 1. Bursatt. cons. 252.
nu. 4 Clar. in § feudum quæst. 65. n. 1 Honded.
cons. 80. nu. 9. lib. 2. Surd. decis. 29. nu. 12. Fe-
rentill. ad Buratt. d. decis. 617. sub nu 9. vers.
limitatur tamen hæc conclus. Beltram ad Lu-
douis. d. decis. 529. in fin. latissime Rot. in Ro-
mana deuolutionis 18. Februarij 1636. Duno-
zetto versic. neque obstat, quod secus est vbi
contrarium optima ratione concludit. Vnde cũ
non tam ex legis dispositione, quã vigore pacti
ob non solutos canones debito tempore adesset
pœna caducitatis, quatenus de Iure circa decla-
ratam caducitatem contra hæredes incursam
per defunctum aliquis adesset scrupulus, potuit
nihilominus vigore pacti, de quo in Inuestitu-
ris aduersus hęredes prætendi commissum, tam
& si in vita defuncti caducitas declarata non
extiterit Corbul. de emphy. tit. de priuat. ob
alienat. ampliat. 10. Ludouis. d. decis. 529. n. 20.
Ferentill. ad Buratt. dicta decis. 617. in fin. an-
not. & quæstionem hanc latius examinat Fulg.
de contract. emphy. tit. de var. caduc. quæst. 8.
per totam. seclusa ergo hęredum culpa, & quod
ex pętensa ignorantia excusarentur nõ propte-
rea cessaret intentata actio caducitatis ipso Iu-
re, ac vigore pacti incursæ.
Sustinetur etiam prædicta caducitas ex persona
Dominæ Helisabeth, quę & si in minori ætate
existeret ac reperiatur, & singulariter eidẽ com-
petat restitutio secundum vnam opinionem ad-
uersus caducitatem incursam ob nõ solutos ca-

nones ex traditis per Odd. in contractis allegatum, vbi profitetur hanc esse communem sententiam. Attamen cū caducitas proposita pendeat præcipue ex pacto inter contrahentes inito, in quod consensit emphyteuta prædecessor ætate maior. Hinc propterea non restitutionis pupillæ non succurritur aduersus commissum, in quod ob non solutos canones incidit Mar. Angusc. cons. 21 a. nu. 5. lib. 1. Barbos. cons. 40. ad fin. lib. 1. Corbul. de Iur. emph. ampliat. 29. nu. 7. tit. de caus. priuat. ob non solut. canon. & hæc opinio meo iudicio est verior, ac crebriori doctorum calculo recepta, quicquid dixerit Oddus dicta quæst. 89. nu. 81. qui subtilizando ex se ipso in contrariam abijt opinionem. Vltra quod cum Domina Fautina fuerit interpellata pluries ad soluendos canones, & dolosè omiserit solutionem gaudere amplius non potest remedio subsidiario restitutionis in integrum, ex quo optime sibi, ac eius iuribus consulere [potuerat] per solutionem liuellor debitam, quia [m]inor † dolose omittens solutionem liuellorū 16 [non] [...]uit postea prætendere aduersus declaratio[nem] caducitatis se repont in pristinum. Specul. in tit. de emphy. § nunc aliqua nu. 24. vers. & [...] vers. [...]um est. lib. 4. Odd. de restit. in integr. d. quæst. 89. nu. 52. Rodoan. de reb. eccles. non alien. quæst. 79. cap. 2. sub nu. 41 vers. quod est verum si sine dolo. Alias Ecclesia debito remaneret defrau[data] obsequio, atque vtilitate si minores, & p[u]pilli etiam interpellati ad solutionem canonum cogi nunquam possent, quod [...] quam absurdum, & alienum à pietate omni[...] improbandam [...]nit.

Quæ sane interpre[ta]tiones tollunt etiā prætensam ignorantiam [q]ualitatis terrarum, præsertim cum pro parte [p]upillæ fuerit oblata satisfactio in tot bonis sta bilibus, quibus attentis non potest amplius prætendi ignorantia, quandoquidem scientia probatur ex eo quod præcesserit interpellatio ad soluendos canones ex 17 parte dominorum, & verbalis exhibitio † ex parte emphyteutæ, quæ optime arguunt ad scientiam ex tradita per Crauet. cons. 193. sub nu. 7. vers. item si probaretur Corbul. de caus. priuat. ob non solutos canon. limit. 10. nu. 57. adeo vt nulla adesset excusationis causa.

Alind verò obiectum consistens in eo, quod [p]œna dupli videatur successisse in locum pœnæ [le]galis commissi minus habet difficultatis, quo- 18 [ni]am emphyteuta † expellitur per dominum ob canones non solutos, quamuis sibi præcauerit de pęna in defectū solutionis Pasesh. cons. 176. n. 2. Alex. cons. 14. post princ. vers. secundum dubium lib. 4. Aresm. lepat. conclus. Iur. tit. 77. vers. non obstante pœna. col. fol. 759. tom. 2. Pot. decis. 205. lib. 2. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 22. tit. 21. nu. 57. & seq Rodoan. reb. eccles. non alien. quæst. 79. cap. 2. nu. 14. Gratian. discept. forens. 376. n. 8. dix allegat. 3. vers. vltimum lib. 3. Com igitur actum fuerit ad pœnam caducitatis selecto remedio pœnę conuentionalis nil prohibet quominus abstinere potuerint rectores Ecclesiarum, nam ex prædictis duob. remedijs in electione domini directi residet eligere; quod magis arridet, ita tamen, quod vno † electo ad alterum redire nequeat 19 Rodoan. de reb eccles. non alien. dicta quæst. 73. c. 2. nu. 14. dixi dicta allegat. 3. d. vers. vltimum denique lib. 3.

Modo superest, vt respondeamus obiectioni factæ propter antecedentem, ac declaratam caducitatem canonum petitionem, per quam arguebatur impediri remedium intentatum, ex quo per illam liuellorum petitionem videretur renunciatum caducitati. Verumtamen vt talis petitio † præiudicat debet intelligi cum effectu, 20 ita scilicet vt petens consequutus fuerit, quod petit prout declarat Pet. de Bell. persic. in dicta l. commissoriæ 4. in fin. C. de pact. inter empt. & vendit. Castren. in l. 1. nu. 11. & seq. C. eod. per tex. in l. nihil 125. cum filius ff. de inoffic. testam. & tanquam veriorem opinionem comprobant Corbul. de caus. priuat. ob non solutum canon. limit. 21. nu. 14. ad med. Cessan. cons. 12. nu. 96. in fin. & latissime Gratian. discept. 515. forens. à nu. 11. ad 56. & n. 52. & 53. Contraria igitur opinio saluari posset, si ad petitionem canonum factum per dominum emphyteuti illico se exiberet paratum soluere, non sic dum stat in pertinacia non soluendi. Quem admodum accidit in præsentiarum.

Fatemur & nos ad effectum caducitatis contra tertium requiri concludentem, ac plenam dominij probationem, ac cum non tetiemur in casu huiusmodi, & de directo caducitas fuerit incurrata contra ipsum emphyteutam, atque illius hæredes sufficit confessio fæpius repetita, quod bona huiusmodi recognoscātur in emphyteusim ab Ecclesijs, & singulo ferre anno fuerint soluti canones, vt innuunt receptiones exaduerso productę, & quos nemo impugnat. Parum vero interest, quod in declaratione caducitatis extiterit enunciatā terras controuersas alias spectauisse ad illos de Cattabenis, quoniā quomodocunque res se habeat Rectoribus ecclesiarum sufficit, quod ad eas spectent ratione vtilis dominij, & in solutione canonum possessores cessauerint per tempus à lege definitū, atque prsuatorū pacto præscriptum intra quod incurritur caducitas. Accedit etiam terras incidisse in commissum ex alio capite, dum earum dominium absque licentia dominorum transiezit à Cattabenis in Dominum Fantinum. Etenim bona emphyteutica † alienari nequeunt sine assensu domini directi sub pæna caducitatis. 21 Giurb. decis. 80. nu. 16. & 17. Thesaur. decis. 169. nu. 1. Gratian. discept. 36. nu. 45. & 46. Thomat. decis. Macerat. 60. nu. 35. Fulign. de emphy. tit. de alienat. quæst. 1. Contrarium censuit Senatus Mantuæ, & idem resolutum in dicta Romana prætensæ deuolutionis 18. Februarij 1636. Dunozetto.

Quare &c. Saluo &c.

ARGV-

Digitized by Google

ARGVMENTVM.

In emphyteusi Ecclesiastica durante linea vocatorum inuestituræ renouatio non est necessaria per obitum emphyteutæ, aut Domini præsertim stante pacto de renouando de 29. annis in 29. annos, nisi consuetudo aliud suadeat, & propter canonum non solutionem biennalem incidit in commissum. non obstantibus stipulatione, ac statuto pœnam dupli infligentibus.

SVMMARIVM.

1 *Inuestituræ renouatio in emphyteusi non requiritur facienda de tempore in tempus ex pacto inuestitura ad faciliorem dominij probationem adiecta censetur num. 3.*

2 *Pactum in Inuestitura emphyteusis adiectũ de renouando Inuestituram de annis 29. in annos 29. parit tantummodo actionem personalem.*

4 *Caducitatis à pœna qualibet causa credendi excusat. tacita declaratio sufficit nu. 25.*

5 *Statutum Mantuæ Qualit. Inuest. ad affict. &c. in emphyteusi pœnam caducitatis excludit. disponit expresse circa emphyteusim laicalem dum loquitur de triennio. num. 16.*

6 *Depositum excusat à caducitate ob canones non solutos partes citationem postulat nu. 21. & non integrũ non suffragatur nu. 22.*

7 *Consuetudo ex inspectione scripturarum probatur, & nu. 10.*

8 *Doctori de consuetudine attestanti creditur.*

9 *Iudex de consuetudine notoria extraiudicialiter se informare tenetur.*

10 *Dominus directi existens in quasi possessione renouandi inuestituras in ea manuteneri debet qui pro liuellis minus petijt. sibi non præiudicat nu. 24.*

11 *Ignorantia emphyteutæ [illegible]luditur propter existentiam Inuestituræ penes ipsum.*

12 *Maior ætate ob non renouatam Inuestiturã incidit in comissum.*

13 *Dupli pœna in concessione emphyteusis apposita pœnam caducitatis nõ tollit. Quid operetur apposita in concessione emphyteusis nu. 17. A clericis non exigitur n. 18.*

14 *Statutũ laicale non afficit emphyteusim Ecclesiæ quoad interesse Domini, & caducitatem.*

15 *Emphyteuta Ecclesiæ non soluens canonẽ per biennium cadit à Iure suo. Canonum solutionem probare tenetur nu. 23.*

19 *Consuetudine mixta tam per seculares, quam per clericos introducta in materia emphyteusis Clerici legantur.*

Allegat. LXXXIV.

Adsit Deus.

Quamuis Iure communi, natura, ac qualitate emphyteusis in perpetuum concessæ inspectis, donec extant ex vocatis in inuestitura regulariter aliqua non requiratur inuestituræ renouatio, † vt optimè in motiuis per Illustrissimum D. meum Præsidem Senatus & meritissimum Venerabilis Præposituræ Commissariũ D. Federicum Bosium excitatis aduersus alterum Magistratus Illustriss. ac Reuerendiss. D. meum Præsidem Marchionem, atque eiusdem Præposituræ Commendatarium, seu Prępositum deducitur ex Rimin. Iun. cons. 22. nu. 21. Bursat. cons. 181. nu. 25. Maneut. de contract. liuell. part. 12. nu. 2. quam conclusionem pluries, ac pluries exornauit, allegat. 30 nu. 24. & allegat. 43. nu. 1. & allegat. 50. nu. 9. lib 2. & nunc addo Fulgin. de emphyt. tit. de retract. quæst. 1. sub n. 14. dixi allegat. 70. n. 18. lib. 2. Adeo vt pactum † de renouando de 29. annis in 29. annos cõcessioni emphyteusis perpetuæ adiectum, non nisi actionem personalem ad petendam renouationem pariat, quemadmodum in eisdem dubitationibus arguebatur ex Dec. in cons. 328. in princ. Rim. Iun. dicto cons. 22. n. 16. quibus accedunt. Mart. de claus. 4. part. 2. Rot. decis. 2, 5. nu. 2. part. 1. & decis. 369. nu. 2. part. 2. recent. Ludouis. decis. 348. nu. 3. & ibi addent. in glos. C. & decis. 567. n. 2. Fulgin. de emphyt. tit. de renouat. quæst. 1. sub nu. 14. & sub versic. sed declara, ibi, sed solum per dictam clausulam oritur actio personalis ad renouandum. 1 2

Ad euitandã ergo quamcunque perplexitatem, atque in eadẽ concessione contrarietatem in eo, quod in perpetuum concessa appareat, ac de tempore in tempus renouari debeat; Concludunt Doctores renouationem † de tempore in tempus in emphyteusi perpetua cẽseri adiectam ad faciliorem Dominij directi probationẽ, Aleiat. cons. 146. nu. 1. Boro. cons. 116. nu. 17. in fin. lib. 1. Burg de laudim. inspect. 35. nu. 10. part. 2. Marc. de claus. 4. part 2. Addent. ad Ludouis. decis. 348. lit. C. in fin. Duran. decis. 402. nu. 7. Rota decis. 450. nu. 4. part. 3. recent. Fulgin. de emphy. tit. de contract. emphyt. quæst. 33. nu. 8. & tit. de renouat. emphyt. quæst. 1. sub nu. 14. versic. sed declara. 3

Ex quibus simul iunctis excusandus videtur Dominus Comes ab intentata caducitate ob non renouatam inuestituram cũ exinde causam excusabilem habuerit credendi, † se minime ad renouationem vigore proclamatũ obstrictum, 4

idco præseruati omninu ab intentata ob non petitum debito tempore renouationem caducitate Ludouis. decis.388. n.4. Bursat. cons.143. à nu.12. ad 36. Rota decis.261. nu.5.part.1. recent. & coram Buratt. decis.624. nu.5. & seq. Fulgin.de emphyt. tit. de solut. canon. quæst.1. nu.81. Rota in Mantuana feudi 17. Iunij 1641. in fin. Roias. Leoncill. decis. Fer. 78. nu.5.

A caducitate vero proposita aduersus eundẽ D. Comitem de saluatis, ex capite nõ solutionis canonem per viginti circiter annos preseruandus videbatur, tum primo quia ex hoc capite declarata ab initio, & explicite non apparebat, tum secundo, quia pactum caducitatis in casu non solutionis canonum in Inuestitura non ex-
5 primebatur, & consequenter standum † est statuto Mantuæ sub rubr. qualit. Inuest. ad affict. &c. in §. si vero possessor vbi pœna duplicati canonis tantum contentatur, de cuius validitate nequaquam ambigendum esse testantur in terminis eiusdem et Crot. cons.56.nu.14. lib.1. Gozzad. cons.72. nu.2. & 3. lib.1. tum & tandem quia expresse in Inuestitura de pœna dũtaxat dupli cauetur, per quam partes videntur voluisse recedere à dispositione Iuris communis, se reducendo ad statutariam.

Quę quidem excitatæ difficultates plurimũ augebantur ea oblatione in iudicio cum reali
6 deposito † subsecuta, per quam, seu quod Dominus Comes ab omni caducitate ex hoc capite tutus reddebatur Marescot. var. resolut, cap. 61. lib.1. cum adductis per Fulgin. de emphyt. tit. de solut. canon. quæst.1. nu.12. Quamuis in quã regulariter loquendo emphyteusis donec ex comprehensis extant, renouationem inuestituræ nullatenus expostulet, atque ex superius appositis anceps intentio Illustriss. ac Reuerendiss. principalis intentio videatur.

Re tamẽ diligentius perpensa, atque ad consuetudines Mantuanas non iam vniuersales, quã peculiares eiusdẽ Præpositiuæ redacta non dubito, quin Dominus Comes ab omni commodo proprietatis emphyteoticæ vtroque ex capite ceciderit.

Notoria igitur vbi in hac patria cunctis non esset consuetudo in aduentu cuiuscunque prepositi, seu propter obitum cuiuslibet emphyteutę, tam publicationis proclamatum, quam renouationis inuestiturarum, earumdemque renouationum difficile non esset sicuti ad probandam
7 quamcumque consuetudinem †, sola inspectio scripturatũ pro iuridica reputatur Maseard. de probat. conclus. 425. nu.31. Surd. decis. 265. nu.60. Marescot. resolut.100. n.3. lib.2. Bursat. cons. 165. sub nu.60. versic. quinto Niger. de laudem. quæst.46. nu.9. versic. dicendum primo. tom.2. Fulgin. de emphy. tit. de renouat. quæst.6. n.8. cum infinitis alijs qui adduci possent, Vnde tanto magis cum in præsentiarum de huiusmodi consuetudine testimonium duplex perhibeat Bursat. alterum in cons.181. in fin. alterum in cons.253. per totum vbi pariter per prædecessorẽ in Præpositura ex eisdem capitibus aduersus emphyteutam declarata extitit caducitas, & quamuis pluries pro ipso militarent defensiones nihilominus ad transactionẽ deuenit vt testatur Bursat. in fin. dicti cons.253. Doctori † autem attestant de consuetudine in proposito fidem adhiberi, voluit Nig. de laudẽ. dicta quest.46. nu.11. Fulgin. de emphyt. tit. de solut. canon. quæst.1. nu.102. vbi istod admitti in casu nostro, in quo Bursatus restatur de consuetudine Curiæ in qua versabatur, & patrocinium prestabat.

Verum tamen cũ versemur in consuetudine notoria sufficit illam allegare, nec circa probationes ineundas elaborandum venit cum Illustriss. Dominus meus Iudex † de eadẽ se infor- 9
mare etiam extraiudicialiter valeat. Surd. cons. 282. nu.5. Niger. de laudem. quæst. 4. art.5. nu.34. tom.1. sed ad quid etiam perditio ista, dũ in hac patria de prædictis nemo melius instructus existat, quam ipsemet Iudex, tum in cæteris, sed potissimum in hoc omnium versatissimus.

Animaduertendo insuper, quod vbi prędicta omnia cessarent, cum tamen inconcussa reputentur, ex fide producta per D. Comitem in iudicio pendenti inconuincibiliter probarentur, cum ex eadem liqueat pluries siue per mortem agnatorum, siue per mutationem dominorum semper Inuestituras fuisse renouatas non alia ratione, quam ad euitandam caducitatem per edicta contra non renouantes comminatam, ac contumaces executam. quapropter cum Prepositi † in hac possessione, seu quasi reperiantur, in 10
eadem quoque manuteneri debent, & potissimum aduersus D. Comitem Caualer. decis.75. & decis.83. Post. de manutenen. obseruat. 20. nu.71. & Dum Dominus Comes peoes se habebat inuestitotam comprobantẽ istam consuetudinem frustra sub clypeo ignorantiæ † se de- 11
fendere contendit. cum propter existentiam instrumenti inuestituræ penes emphyteutam ignorantia de contentis in eo excludatur Benint. decis. 71. nu.7. Fulgin. de emphyt. tit. de var caducit. quæst.12. n.29. & de solut. canon. quæst.1. nu.240, & clarius ibidem nu.265.

Dum igitur in facti specię pactum de renouando de 29, annis in annos 29, & consuetudo consequendi renouationẽ inuestituræ per obitum, tam Domini, quam emphyteutæ sub censura caducitatis concurrunt, stare simul possũt, quod ob contrauentionem pacti emphyteuta non cadat, vtile tamen Dominium cum directo ob contumaciam in renouando inuestiturã per obitum consolidetur.

Nec fides Baptismi tanquã informis ad probandam minorem ætatem quicquam releuat, eoque magis quia eam penitus excludit, quandoquidem facto calculo de anno 1652, sub die 14. Iulij, qua declarata apparet caducitas dictus D. Comes suæ ætatis annum vltra vigesimum septimum agebat, quem die 21. Maij præcedentis expleuerat, neglecta autẽ per maiorem † 12
renouatione emphyteusis vbi sub pœna caducitatis

fatis in commissum fauore Domini emphyteu-
sis incidit, atque ad eum redit, maior ætate ca-
ducitatem non euitat ad tradita per Rosental.
de feud. cap. 11. conclus. 17. nu. 7. & 11.

Capio nunc alteram dubitationis partem, &
cuius resolutio facilior euadit, quandoquidem
omnes indifferenter admittunt quod Prælatus
prouidendo sibi in casum non solutionis cano-
13 num de pœna conuétionali canonis duplicati †
non propterea censeatur recedere voluisse, aut
in aliquo sibi præiudicasse quoad pœnam cadu-
citatis à lege, seu sacra constitutione ob cessa-
tionem biennalẽ in solutione canonis inflictã,
vt iuxta communiter receptam, veriorem,
atque à nemine, quod viderim controuersam
opinionem, Tradunt Gratia. discept. forens.
376. nu. 8. & seq. Leoneill. decis. Ferrar. 71.
nu. 29. late Fulgin. de emphy. tit. de solut. ca-
non. quæst. 1. nu. 84. & seq. cum adductis per
nos allegat. 25. nu. 3. lib. 2.

Neque huic indubitatæ conclusioni refraga-
tur statutum Mantuæ sub rubrica qualiter in-
uest. ad affict. &c. in §. si possessor vbi expressè
cauetur, quod non soluente emphyteuta per
triennium ad duplũ dumtaxat pro singulo quo-
que anno triennij condemnetur, illius namq;
dispositio duplici ex capite emphyteusim Ec-
clesiasticam quoad interesse Domini, & ius ca-
14 ducitatis non afficit primo ex defectu † potesta-
tis Mantic. de tacit. & ambig. lib. 22. tit. 27. sub
nu. 38. versic. item est aduertendum Fulgin. de
emphyt. tit. de solut. canon. quæst. 1. nu. 39. qui
loquuntur in terminis præcisis similis statuti; &
generaliter ad rem tamen animaduertũt Niger
de laudem. quæst. 46. nu. 30. cum pluribus se-
quent. tom. 1. & Rot. Rom. apud nos n. 9. fol.
179. lib. 1. nostrarum allegationum, optima at-
que irrefragabili nituntur ratione; quia nun-
quam statutum laicale clericis præiudicat in his
quæ eorum, & ecclesiæ fauore iure communi,
& præsertim canonico determinata apparent.
Atqui emphyteutæ non soluenti canonem per
biennium ecclesiæ, vel Prælato pœna commissi
infligitur in c. si potuit extr. locat. vt tradunt cu-
mulati per Fulgin. de emphy. tit. de solut. can.
qu. 1. nu. 1. & per nos allegat. 47. nu. 16. & seq.
16 lib. 2. Ergo &c. Deinde ex defectu voluntatis,
cùm in dicto §. & immediatè sequenti disponat
tantummodo in casu, quo pro inducenda cadu-
citate triennalis cessatio in solutione canonum
requiritur; sicq; ad priuatam, & laicalem em-
phyteusim se restringit, in qua de iure ad incur-
rendam ob canonum non solutionem caduci-
tatem triennium desideratur, ad l. 2. C. de iure
emphy. Riminald. Iun. cons. 619. nu. 31. Rota
in Romana Domus 20. Maij 1647. Peutingerio.
Pigant. ad statut. Ferrar. rubr. 121. nu. 1.

Dicta autem pœna dupli dum suum operatur
effectum absque eo, quod recedatur à pœna le-
gali, non est inducendum, quod sibi prouiden-
do de dicta pœna renunciare caducitati intelle-
xerint, operatur namque, quod si pro vno an-
no exigatur, ille amplius non imputetur, sed vl-
terius biennium intercedere habeat, quia ille
annus, † pro quo pœna conuentionalis est exa- 17
cta non computatur in biennio. Corbul. de caus.
priuat. ob non solut. canon. ampliat. 9. num. 7.
Fulgin. de emphy. tit. de solut. canon. quæst. 1.
num. 87.

Nam procul ab omni verisimilitudine vide-
tur, quod Prælatus per stipulationem dupli in
casum non solutionis canonum pœna legali, ac
iure Pontificio inflicta, & ad quam tuta con-
scientia agere potest, priuari se intellexerit, vt
sibi prouideret de pœna † conuentionali per Ec- 18
clesiasticos exigi prohibita. Seraphy. decis. 794.
nu. 24. Penzon. ad statut. Vrb. cap. 163. num. 4.
cum infinitis per nos adductis allegat. 42. & per
totam, & allegat. 71. nu. 9. lib. 2. Specul. decis.
131. num. 32. cum pluribus sequentibus. Quare
ne Ecclesia, seù Prelatus destituti remaneãt om-
ni remedio pro Iurium Ecclesiæ defensione, di-
cendum venit, firma manente pœna legali, pœ-
nam dupli potius ex stylo notarij censeri appo-
sitam.

His sic positis non obstat modo auctoritas
Abb. in cons. 71. li. 1. quem sequitur Ruin. cons.
4. sub nu. 5. versic. tertio, lib. 1. Alciat cons. 11.
nu. 12. lib. 6. Ias. in l. 2. nu. 120. C. de iur. empt.
Corbul. de caus. priuat. ob non solut. canon. li-
mit. 2. nu. 1. Siquidem procedunt cum supposito
consuetudinis † inductæ, tã per Clericos, quàm 19
per laicos, ea mouentur ratione, quia consuetu-
do mixta non potiùs dicitur laicorũ, quàm Cle-
ricorum, & in tali consuetudine Clerici non ex
potestate laicorum, sed ex sua lege propria sibi
ipsis per eorundem consuetudinem imposita ob
stringi dicuntur. Quæ quidem consuetudo tan-
tum abest, quod in hac patria vigeat, quod imo
quotidie, ac indifferenter contrarium obserua-
tur, vt nimirum neglecta pœna dupli conuenta
in casum cessationis in solutione canonum ec-
clesiastici ad pœnam legalem caducitatis agant,
& obtineant, vt notorium est, & superinde Illu-
strissimus Dominus Iudex extraiudiciales sume-
re poterit informationes, vt superius dixi supra
nu. 7. & comprobat Niger de laudem. d. qu. 46.
nu. 31. tom. 1.

Damnum neque releuat depositum, † aut Do- 21
minum Comitem à caducitate intentata prótes-
gat, tum quia legitimè, ac non citata parte ema-
nauit, l. acceptam 19. C. de vsur. Cyriac. contro.
158. nu. 24. Fulgin. de emphy. tit. de solut. can.
quæst. 1. nu. 13. Tum quia Dominus Comes de-
bitor pro pluribus annis canonum non nisi pro
biennio depositum † fecit, & sic tanquam non 22
in integrum non suffragatur, ad quod infinitos
recenset Altograd. cons. 24. nu. 73. Cyriac. con-
trouers. 158. num. 25. Leoneil. decis. Ferrar. 38.
nu. 14. Fulgin. de emphy. tit. de solut. qu. 1. sub
nu. 13. versic. depositum etiam. Stephan. jun. re-
solut. 17. nu. 1.

Prætensio autem, quam habet Do. Comes de
solutione canonum facta pro alijs annis vltra
biennium hoc non probato, ad nihilum deser-
uit; quippe quoniam emphyteuta † allegans ca- 23

Digitized by Google

nonam solutionem pro aliquo tempore eam for miter probare tenetur glos. & Doctores in l. 2. C. de iur. emphy. Fulgin. qui alios cumulat de iur. emphy. tit. de solut. canon. qu. 4. nu. 1. quibus accedunt congesti per nos alleg. 42. nu. 16. & allegat. 70. nu. 24. & 25. lib. 2. vbi rationem assignaui, quia eo ipso, quod canon non probatur solutus præsumitur non solutus. Nec iuuari potest D. Comes ex enunciatiua simplici facta in declaratione caducitatis de cessatione per biennium, cum illa vti diximus ad commissum sufficiat, nec teneatur Dominus annos dinumerare solutionum non factarum. Cùm præ-
24 cipuè petitio facta pro biennio † absque taxatiua non præiudicat, in eo quod de pluri debetur Iuribus congestis per Cyriac. controuers. 225. nu. 19. Ludouis. decis. 317. nu. 4. Leoncil. decis. Ferrar. 63. nu. 7.

Tandem dum specialiter declarata fuit ex capite non renouationis Inuestituræ, & generali-
25 ter ex quacunque alia causa † illud omninò sufficit, vt Dominus directi ob non solutos canones vtilis dominij cum directo emphyteusis controuersæ consolidationem obtinere possit stante potissimum, quod in progressu causæ super hoc etiam velle insistere in indiuiduo expressit Mantic. de tacit. & ambig. lib. 22. tit. 27. n. 32. & latius comprobat Fulgin. de emphyt. tit. de var. caducit. quæst. 12. num. 22. partes transigerunt.

Quare &c. Saluo &c.

ARGVMENTVM.

Contenta in Inuestituris, & Instrumento contractus super feudo initi, in assensu, & Inuestitura per relationem ad ea obsentis expressa quoque censentur, ad effectum præsertim, vt fœminæ in feudo pro masculis, & fœminis expresè acquisito in assensu, & Inuestitura referrentibus, & ad hæredes dumtaxat, & successores restrictis, etiam non nominatæ, comprehendantur. In fructus tam naturales, quàm ciuiles à die litis motæ feudalium malæ fidei possessor condemnatur; Neque legatum cum certa qualitate relictum quisquam consequitur, nisi priùs qualitatis legato adiectæ concursum edocuerit.

SVMMARIVM.

1. *Filij, & descendentes ad feudum æqualiter admittuntur.*
2. *Hæredum, ac successorum appellatione in feudo veniunt tantum masculi. Fallit vt numero 7.*
3. *Assensus intelligitur concessus ad normam contractus feudi etiam in non expressis. Relationem habens ad contractũ, & præcedentes Inuestituras continet omnia in eis expressa, num. 4.*
5. *Feudum acquirentis mens potiùs quàm verba Inuestituræ attenditur. Idem potest censeri antiquum, & nouum diuersos ob respectus, & personas, nu. 10.*
6. *Actus trahitur præcedenti, non autem subsequenti causæ*
8. *Lineæ appellatione in feudalibus fœminæ non veniunt, vbi aliunde vocatæ non apparent.*
9. *Protestatio contraria facto non relevat.*
11. *Obseruantia circa feudi qualitatem inspicitur.*
12. *Fructus in quolibet iudicio à die litis contestatæ debentur.*
13. *Caducitates, & deuolutiones ad proprietarium præiudicium rara spectant. Debentur vna cum fructibus, nu. 14.*
15. *Fœmina capax feudi in eo non succedit, nisi masculis deficientibus.*
16. *Alteratio quælibet in feudo illud efficit nouũ.*
17. *Allodialia in dubio bona præsumuntur.*
18. *Inuestitura ad feudi constitutionem necessariò requiritur.*
19. *Fidelitas est de essentia feudi.*
20. *Feudalem fundum qui dicit probare tenetur.*
21. *Qualitas adiecta legato illud restringit.*

Allegat. LXXXV.

Adsit Deus.

Portio feudi Curiæ Podij, Nobilium nuncupatæ, & cuius medietas nunc controuertitur, in Philippinum Aloysij primi acquirentis ex Corrado secundæ exoris filio nepotem peruenit, & ab eo in quatuor filios, eorumque posterioritates proportionabiliter, idest pro quarta parte, quoad singulas generationes descendit, Adeout Marchio Aloysius pater noster Principalis, & Claudius pater aduersantis in totam quartam partem assecuti fuerint, ea ratione, quia ad feudum filij, ceterique † descendentes æqualiter admittentur, 1
quantumuis ex portionibus inequalibus in reliquo patrimonij succederent, c. 1. §. & quia vidimus, vbi Aluarot. num. 2. de his qui feud. dar. possunt, & latiùs dixi alleg. 10. num. 151. fol. 71. lib. 1. & allegat. 15. nu. 2. lib. 2. quibus tunc adductis nunc addo Vrsin. de success. feudor. p. 1. quæst. 4.

quæst.4. art.1. num.12. Tres autem aliæ quartæ
partes, dùm penès alios consortes de Gonzaga
ex nobilibus in instrumento contractus, at assensus Domini enunciatos, vt bene ex illorum
progenie per Posseninum relata inter alias pag.
6. reperirentur, illas sub die 3. Martij 1583. In
Claudium Abbatem, aliosque Consortes ex nobilibus pariter de Gonzaga, Domini assensu ad
id reseruato, vendiderunt; Quemadmodum latiùs continetur in Instrumento superinde celebrato, & cuius tenor, quoad necessaria ad decisionem præsentis causæ, refertur.

Emptio Illustrissimi, & Reuerendiss. D. Claudij Gonzaga ab Ill. D. Federico, & alijs Consortibus de Gonzaga.

CVm aliàs, & de anno 1532. &c. Prædicti omnes Consortes de Gonzaga dederunt, & vendiderunt, &c. Illustrissimo D. Claudio Abbati, &c. acquirenti pro se, &c. & pro Illustrissimis D. D. Curtio eius fratre, &c. & eorum, & cuiuslibet eorum filijs, & hæredibus masculis, & fœminis ex eis legitimè descendentibus vsque in infinitum, &c.

Ex cuius sanè Instrumẽti structura omnis ambiguitas, quæ ex licentia per Antistitem tunc
temporis concessa, atque concepta pro se, & eorum hæredibus, ac successoribus, nec non ex
subsequenti inuestitura similiter ad formam assensus stipulata, oriri posset, nimirùm quod per
concessionem restrictam ad hæredes, & successores, feminæ indifferenter exclusæ censeantur,
2 ex eo quia in hac feudali materia, hæredum, ac
successorum appellatione masculi solummodò
comprehendantur, Doctores in l. Gallus, 39. §.
etiam si parente, ff. de liber. & posthum. Barbos.
de appellat. verbor. 113. num. 12. Visin. de successs. feud. par.1. q.3. art.1. nu.9. omnis, inquam,
ambiguitas diluitur, nam cùm in instrumento
cõtractus acquisitio per emptores tam pro masculis, quàm pro feminis expresse facta apparet,
3 at, assensus quoq; subsequens ad formam illius
intelligi, ac extendi debet, dixi allegat. 4. n. 40.
& 41. fol. 72. lib.1. & nunc addo Manent. decis.
31. num. 16. & decis. 54. nu. 21. & decis. 59. nu.
20. vbi quod assensus ad formam contractus reguletur, ad effectum, vt femina, quæ succederet vigore contractus, succedat pariter, non obstante quod in assensu id non exprimatur, Bardellon. cons. 23. nu. 10. A Pont. de potest. proreg. tit.6. nu.22. fol.247. & melius nu.33. fol.
250. vbi quod assensus intelligatur datus instrumento, & quod iuxta illius formam reguletur
circa successionem in feudo, itaut succedant expressi in instrumento contractus, tametsi ex natura feudi, vel assensus non succederent; & nu.
46. fol. 253. Lanar. cons. 13. nu. 10. & seqq. vbi
ad rem, quod assensus præstitus super testamento comprehendat omnia in eo contenta; & clariùs cons. 40. num. 5. & seqq. vbi quod assensus
relationem habens ad instrumentum, & antiquas concessiones in aliquo non differat ab ipso
instrumento, perinde ac si omnia in contractu
contenta, in ipso quoq; assensu expressa essent.
Maurit. Apicell. allegat. 14. num 20. vbi quod
assensus secundùm naturam supplicationis reguletur, Larath. in Theatr. feudor. par.12. dilucidat. 83. num.6. vbi vult assensum dici, extendi, ac intelligi secundùm formam contractus, super quo interponitur, Gratian. discept. forens.
586. num. 43. & seq. cum adductis per Laurent.
Vrsell. conclus. 153. nu. 20. & num. 74. in verb.
assensus.

Accedit vlterius, quod tam in assensu, quàm
etiam in inuestitura nouiter ex causa emptionis
concessa, relatio † simul, atque restrictio ad an- 4
tiquas, & præcedentes Inuestituras habetur,
quas nullatenùs, nec inuestiens, neque inuestiti quoad modum succedendi, ac comprehensionem emptorum vtriusque sexus alterare intellexerũt, præterquam in eo, quod emptores durantibus eorum lineis venditoribus exclusis admitterentur vigore concessionis nouę in executionem contractus emanatæ; Quo stante, non secùs est, ac si modus succedendi in antiquis Inuestituris, atq; instrumento contractus super feudo emanati expressus, & specificatus quoque in
eodem assensu reperiretur, quia quę sunt in termino; ad quem fit relatio intelliguntur specificata in termino referente, Lanar. d. cto consil.
40. num.6. in fin. & nu.7. Io. Bapt. Cost. cons.
8. nu 51. latissime Rota apud nos, quæ omninò
mereretur videri, fol. 249. sub nu.7. vers. nec cõstare visum fuit, nu.8. & per totam, libr.1. nostrarum allegationum, in qua etiam causa scripsit Mart. cons. 57. per totum, vbi mirificè comprobant ad dignoscendum, an emphyteusis sit
transitoria ad extraneos, & feminas, qualiterue in ea succedatur, non attendi assensum Domini, neque inuestituram, sed eiusdem emphyteusis naturam, & mentem contrahentiũ, quando de vna in alteram personam vigore contractus, vel cessionis transit; & latiùs exornat Vrs.
de success. feudor. p.5. qu.1. art.4. num.7. vers.
mens† tamen acquirentis feudum, vbi quòd po- 5
tiùs mens acquirentis feudum, quàm verba inuestituræ attendi debeant, quia inuestitura respicit explicationem, seu executionem antecedentis contractus, ideò de executiuis non curãdum; actus † enim omnis attribuitur præceden- 6
ti, non autem subsequenti causæ, c. si qui, §.1.
de præben. in 6. l. vnum ex familia, 69. §. si de
familia, & §. sed si duos, vbi glos. ff. de legat. 2.
& in proposito ratiocinatur Niger, de laudem.
quæst. 54. num. 55. & seq. p.5.

Quæ quidem auctoritates ad rem nostrã optimè concludunt, quod assensus, & inuestitura
etiam in singillatim expressis, ac limitatiuè cõceptis, interpretationem, extensionemque admittant ad contenta in instrumento contractus,
& cessionis feudi, vel emphyteusis, ad quod relationem habent, atque intuitu cuius emanarũt;
itaut si in instrumento distractionis feudi successio pro hæredibus, & successoribus masculis,
& feminis, vel pro hæredibus, & successoribus
masculis,

Digitized by Google

masculis, & fæminis, vel pro hæredibus, & successoribus quibuscunque cauta expresè seperatim, similes quoque personæ in assensu, & inuestitura subsequentibus pro expressis haberi debeant. Atqui in instrumento venditionis trium partium ex quatuor, & cessionis pro alia 4. parte feudi Curię Podij, stipulatio pro hęredib. & successoribus masculis, & feminis, nec non & pro hęredibus, & successoribus quibuscunq; inculcata intercessit, ergo in assensu pariter, atque inuestitura supesinde obtentis huiusmodi personas censeri vocatas hęsitandum non venit, sicque de comprehensione Principalis nostræ in hoc feudo controuarso, attenta potissimùm illius improprietate latiori calamo in prioribus scriptis comprobata vlterius disputare superfluum, atque inane euadit.

Vnde cùm tam ex origine feudi Curię Podij, & primordiali concessione, quàm ex acquisitione, super qua nunc contenditur fęminæ expressè vocatæ appareant, nil prorsùs obest quod in assensu Domini, & Inuestitura id non fuerit expressum, cùm sat sit, quod Dominus in concessione assensus, & inuestituræ ad ipsum contractum, ac primordiales Inuestituras relationem habuerit.

Quo pro indubitabili præsupposito, nimirùm quod feudum istud non minus ad masculos, quam & ad fęminas transitorium existat, verba illa pro hęredibus, & successoribus suapte natura, atque in abstracto in hac materia differenti solos masculos comprehendentia, ad fęminas
7 † quoque æqualiter extendantur, vt de verbo lineæ dicebam in secunda Iuris Allegatione, in hac eadem causa num. 21. & nunc addo Gozadin. cons. 20. num. 7. & 8. Fulgin. de emphyt. tit. de success. qu. 25. num. 3. Quod sanè seclusa
8 fęminarum vocatione, † de qua in eodem acquisitionis instrumento fœminas non comprehenderet. Menoch. cons. 209. nu. 34. Fusar. de substitut. quæst. 356. nu. 8. Barbos. de appellat. verbor. 135. nu. 16. Veruntamen quod in emptione facta pro masculis, & fęminis istis non extantibus ad feudum succedere venditores intellexerint, indicant verba eiusdem instrumenti, ibi, *Reseruato tamen ipsis venditoribus, ac eorum hæredibus, ac successoribus in infinitum iure succedendi, &c. in euentum, in quem ex lineis Illustrissimi D. Emptoris, seu dictorum Illustrissimorum DD. Curtij. Aloysij & Claudij iunioris, eorumq; hęredum, & successorum in infinitum, deficerent hæredes capaces huius feudi, &c.* & hac de causa protestati fuerunt, ne feudum nouum efficeretur, sed antiquum remaneret, quantum ad hoc, vt in casum extinctionis linearum emptorum, ipsi venditores succedere possent, siquidem in
9 alijs casibus huiusmodi protestatio, † tanquam contraria facto, ad nihilum deseruiret. Gratian. discept. 515. num. 8. Barbos. Axiom. 194. num. 3. dixi allegat. 74. num. 6. implicat enim in terminis, quod ex nouo titulo, & causa, & cùm Domini assensu feudum diuersam à parte precedenti normam nanciscatur, & in hac parte nouum non affictatur, antiqua feudi natura dumtaxat retenta in euentum extinctionis linearum emptorum, vt venditores, seu eorum successores tali in casu succedere valeant, sicque feudum † hu- 10
iusmodi quoad diuersos respectus, & personas nouum simul, & antiquum reputabatur, neque istud è iure feudorum deuiat, quemadmodum latiùs deduximus allegat. 1. nu. 10. quæ nunc est 21. lib. 2. A Pont. quæst. laudem. 10. nu. 21. & 22. Fulu. Pacian. de probat. lib. 2. cap. 58. n. 57. Io Baptista Costa cons. 8. nu. 13. in fin. & nu. 14. Dùm ergo contrahentes etiam fauore fæminarum acquisitionem fecerũt, nihil interest, quod Dominus tam in concessione assensus, quàm inuestituræ verbis hæredum, ac successorum duntaxat vtatur, cùm adhuc fæminæ intelligantur vocatæ, & ab inde quod magis est, quoad earum comprehensionem habita semper fuerit relatio ad antiquas inuestituras, cum expressa fæminarum vocatione. Qua stante obseruantia, & actis 11
subsequentibus declaratum remanet etiam fęminas in contractu expresè nominatas in inuestituris censeri comprehensas, non secùs, ac antiquitùs, & originaliter comprehendebãtur, Surd. cons. 362. nu. 10. Gabr. cons. 196. num. 6. lib. 2. Buratt. decis. 907. nu. 2. Rota coram Merlino in Mediolanen. emphyteusis, seu bonorum 17. Iunij 1641. num. 10. & in Portuen Stagni 17. Decembris 1641. nu. 32. Panzitulo.

His sic præmissis circa vocationem fæminarũ etiam in posteriori acquisitione feudi Curię Podij ab alijs Consortibus de Gonzaga; videndum superest quid, quantumue Principalis nostræ prætensio capiat; circa quod indubitatum existi- 12
mo, ipsam ad omne relictum in hęreditate, & post fratris obitum admittendam, damnato aduersante ad dimittendam medietatem integram feudi, vna cum omnibus, & quibuscunq; emolumentis ab obitu Marchionis Aloysij, seu litis contestatæ perceptis, nec non etiam Pallatium simul cum iugeribus sexcentum, de quib. in instrumento diuisionis, atque in tenuta per olim Marchionem Ludouicum Franciscũ adepta, vt in principio causæ, & processus, cum fructibus pariter ab eisdem bonis à prędicta die occupationis vsq; in præsens perceptis, seu qui verisimiliter percipi potuerunt, ac in futurum vsque ad effectualem relaxationem, tam feudi Curiæ Podij, quàm etiam prædij prędicti percipientur.

Quantum ergo ad fructus naturales ex prædio prouenientes, & ciuiles ex feudo dimanantes, veluti laudimia, compositiones, decimæ, census, & liuelli, non ambigitur, quin à die litis cõtestatæ † restitui debeant, siue à die obitus ipsius 13
Marchionis Aloysij, quippe quoniam illicò lis cepta appareat, per quam possessor constituitur in mala fide, & excitatur ad inquirendum de iuribus suæ possessionis, & vbi à lite non recedat, in fructus à die motæ litis condemnatur, l. 1. vbi Bart. & communiter omnes, ff. de interd. Cauauler. decis. 409. nu. 1. Rota decis. 3. nu. 1. & sequ. par. 7. recent. Buratt. decis. 184. & ibi Addent. & decis.

& decis. 678. nu. 1. Leoncill. decis. Ferrar. 153. num. 1. ac per tot. Ciarlin. controu. 105. nu. 77.

13 Respectu autem caducitatum, † ad deuolutionum interim occursarum pro ipsa medietate ad nostram Principalem spectantium, Cyriac. controuers. 397. num. 43. & per tot. & diximus pro eadem nostra Principali, tunc conductrice eiusdem Curiæ Marchionum, nunc Serenissimi, allegat. 1. num. 53. fol. 21. lib. 1. Niger. de laudem. quæst. 13. nu. 72. 82. & 89. tom. 1. cùm Marchionissa Francisca non propriè, ac præcisè tanquam fructus, sed tanquam sors principalis,

14 ac proprietates † ex se fructus producentes consequi debeat, ideò à die commissi, ac deuolutionis, seu consolidationis cum directo, vna cum fructibus debentur, Rota decis. 689. nu. 6. p. 3. lib. 3. diuers. Seraph. decis. 1168. num. 3. cum adductis per Rotam d. decis. 3. num. 6. & 7. p. 7. recent. vltra quod hic eadem ratio, quam supra adduximus, vniformiter militat.

Diximus integram medietatem feudi Curiæ Podij debitam nostræ Principali, ea ratione, quia venditores non iam Ius penès eos existens quoad treaquartas feudi ab eis possessas, vt in dicto emptionis Instrumento clarè colligitur, ibi, *Constituunt tres quartas partes, siue, vt aiunt, tres collonellos, cùm reliquam quartam partem, siue reliquum quartum collonellum tenent, & possident prædicti Illustrissimi DD. Claudius senior, & Curtius, & Aloysius, & Claudius iunior*, verùm etiã & quàlibet spem succedendi in alia quarta parte ad emptores spectantè in euentum defectus masculorum, à se ipsis omninò abdicarunt, & tamen in sententia aduersantium, vbi feudum pro ista parte antiqui naturam retinuisset, in defectum masculorum Claudij, & Marchionis Aloysij ad exclusionem fœminarum successissent,

15 quia fœminis † ad successionem feudi aditus non patet, donec masculus ex primo inuestito superest, iuribus, & auctoritatibus ex aduerso cumulatis, & priùs per Cyriac. controu. 112. num. 13. & Senatum Mantuæ in causa vtriusq; Gonzaga, decis. 4. num. 19. & seq. quam tamen conclusionem huic casui propter impropietatem feudi non applicari in præcedentibus latissimè demõstrauimus, siquidem expressè conuenerunt de ampliùs regressum non habendo ad feudum, quoadusque lineæ emptorum non extinguerentur. Quapropter eùm etiam pro ista quarta par-

16 te alteratio † circa successionem contingerit, inre meritò etiam pro ea feudum nouum reputatur, per ea, quæ dixi allegat. 21. nu. 3. & alleg. 72. nu. 15. lib. 2. quæ fuerunt prima, & secunda in hac eadem causa, & tunc cumulatis addo Larath. de feud. par. 4. dilucid. 15. num. 2. ac per tot. & p. 7. dilucid. 2. num. 4. Surd. decis. 343. num. 6. Quod autem venditores spem quoque succedendi in quarta parte penès emptores existente clarè cesserint, ex eodem emptionis Instrumento resultat, ibi, *Et vlterius dicti venditores ex titulo, & causa venditionis prædicta cesserunt, & cedunt dicto Illustriss. & Reuerendiss. D. Emptori omnia, & singula Iura, & actiones ipsis competentes, vel in futur. in competentias in reliquo, & residuo dicta pet. terr. &c.*

Deinde diximus Marchionissam Franciscam immittendam in possessionem Pallatij, cum bubuleis terrarum sexcentum eidem adiacentibus tanquam omninò liberis, & allodialibus, sieq; nequaquam cõprehensis in legato per eius fratrem relicto patruelibus de bonis, quæ vigore diplomatum, priuilegiorum, atque inuestiturarum, ad eos quoq; vti feudalia peruenire debebant, quandoquidèm huiusmodi dispositio, quę respectu feudalium, intuitu falsitatis causæ, atq; erroris, corruit, tantò magis, quoad ista inapplicabilis reputatur, stante quod nullum adest diploma, priuilegium, aut Inuestitura huiusmodi bona afficiens, cum ratione illorum, nec suscepta inuestitura, neque priuilegium aliqu. dvnquam obtentum extiterit, sieq; censenda veniūt vodequaque allodialia, non solùm ex generalissima præsumptione, † iuxta quam bona, alio nõ 17 apparente, allodialia censentur, c. 1. §. defunct. si de feud. defunct. contr. tit. inter Dom. & Agnat vass. c. 1. de controuers. inter masc. & fem. Bellon. iun. cons. 44. num. 1. Caren. resol. 167. num. 1. libr. 1. Verùm etiam quia nulla vnquam pro istis bonis intercessit Inuestitura, † sine qua 18 feudum non constituitur, Vvesemb. de feudis cap. 2. num. 10 Larath. de feud. par. 7. diluc. 21. num. 8. Io: Andr. Georg. repetit. fend. cap. 15. num. 4. Rosental. de feud. cap. 2. conclus. 53. in fine, vbi quod Inuestitura sit modus acquirendi feudum, vel quo res in feudum edita deducatur in esse; minus fidelitas † aliqua accessit, & tamẽ 19 de feudi essentia est, vt accipiens tacitè, vel expressè ad fidelitatẽ adstringatur, Mozz. de feud. in princ. in c. quid feudum. nu. 10. 11. & 12. Larath. de feud. par. 2. dilucidat. 4. num. 4. & pluribus exornat Rosental. de feud. cap. 1. conclus. 53. nu. 2. & in glos. B.

Cæterum ex abundanti hæc dicta intelligantur, quandoquidèm pars aduersa agens ad hæc bona, cum supposito, quod vigore priuilegiorum, & inuestiturarum ad eam spectent; hanc qualitatem † probare priùs tenebatur, Alex. cons. 20 129. num. 1. lib 1. Cyriac. controu. 145. num. 8. cum pluribus congestis per nos allegat. 54. nu. 1. lib. 2. Altograd. cons. 97. num. 29. Gratian. discept. forens. 839. num. 9. vbi quod qualitas adiecta legato, † illud restringit, adeoùt non pro- 21 bante Marchione Iulio Cæsare Pallatium cum cum terris, vigore priuilegij, Inuestituræ, aut decreti ad eum spectare, vt certè nunquã probabit, omninò succumbere debet, non solùm quoad illud, & terras vti non feudales, verùm etiam quoad medietatem feudi principalis; siue enim tanquam nouum, siue tanquam antiquũ, ob illius improprietatem consideretur, vtroque in casu Marchionissa Francisca descendens, & vocata, ad exclusionem Marchionis Iulij Cæsaris in portione acquisita ab eius patre, vel alitèr quomodolibet ad eum peruenta, omninò admitti debet.

Quare &c. Saluo &c.

ARGV-

ARGVMENTVM.

Ex quibus conceſſio bonorum Eccleſiæ in emphyteuſim ſuſtineatur, latiſſimè diſcutitur.

SVMMARIVM.

1 *VTilitas in conceſſione emphyteuſis rei Eccleſiaſticæ inſpicitur de tempore contractus. Declara vt nu. 2. & 3. & n. 7. Præſumitur ex decreto, nu. 10.*

4 *Rot. decis. 65. par. 2. diuerſ. declaratur reuocata fuit, nu 6. deciſ. 129. par. 7. recent. declaratur n. 5. Deciſ. 463. part. 1. diuerſ. declaratur nu. 9.*

8 *Teſtes examinati in ſummario iudicio non probant in plenario. Super eiſdem, vel directè contrarijs non admittuntur dedictis atteſtationibus, nu. 17. Fallit vt num. 18. 19. 20. & 21.*

21 *Papa cognoſcit an alienatio rei Eccleſiaſticæ ſit valida.*

22 *Iudicis delegati iuriſdictio lata ſententia expirat.*

13 *Locatio non probat iuſtum valorem. Perpetua regulariter fieri ſolet cum diminutione ſexta partis eius, quod ſoluitur pro locatione ad tempus, num. 14.*

15 *Illatio non fit ex diuerſis.*

16 *Oblationes de maiori pretio poſt perfectum contractum non attenduntur.*

22 *Mandatum procura ad lites intelligitur de præſentibus, fallit vt nu. 24. Probatur coniecturis, & præſumptionibus, nu. 24.*

23 *Temporis ex lapſu reuocationis mandati præſumptio inducitur, contra num. 26.*

27 *Beneplacitum cum clauſula, ſi in euidentem, non facit contractum conditionalem, ſed perfectum, quatenus de tempore illius adfuerit vtilitas Eccleſiæ.*

28 *Beneplacito obtento Eccleſia non poteſt recedere à contractu, etiam ſi nondum fuerit interpoſitum decretum.*

29 *Cautela abundans non nocet.*

Allegat. LXXXVI.

Adſit Deus.

COnceſſionem in emphyteuſim, quam fecerant Reuerendæ Moniales Sanctæ Eliſabeth Ciuitatis Mantuæ D. Bernardino Aldrign omni ſtudio, atque conatu irritam declarari ſatagũt eo ſub inani prætextu, quod plures admittat defectus ſubſtãtiales, neque in euidentem ipſius Monaſterij ceſſerit vtilitatem contra præſcriptum Breuis Apoſtolici, ſuperinde ad preces monialium emanati, ac coram delegati à ſancta Sede formiter ad earundem inſtantiam iuſtificati. In facto igitur, cùm fuerint hinc inde plura deducta, & cauſa ad expeditionem reducta reperiatur, modo quæritur, quid iuris, & an dictæ moniales in propoſita actione ſuccumbere habeant.

Pro clariori præſentis controuerſiæ intelligẽtia præſuppono in alienationibus rerum Eccleſiæ vtilitatem † ſpectandam eſſe præcisè de tempore contractus, ſeu conceſſionis bonorum ab Eccleſia obtẽtæ, iuxta gloſ. in c. ad aures de reb. Eccleſ. non alien. ſuper verbo tunc, & in c. cum dilecti in verbo tunc, quæ & gloſ. 3. de empt. & vendit. & in c. cum cauſſam de teſtibus Redoan. de reb. Eccleſ. non alienan. qu. 20. ex num. 137. Alex. ſtatrc. in repet. extrauagant. ambitioſæ, eod. tit. ſub n. 31. & 32. vbi reputat opinionem hanc nedùm communem, ſed quod nullũ prorſus habeat contradictorem. Borel. in ſum. deciſ. tit 15. num. 72. par. 1. alios cumulat Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. allegat. 95. nu. 17. p. 3. & Thomaſ. de tutor. & curator. tit. 19. ſub nu. 1119. verſ. 2. ſubamplia, vt in alienatione bonorum Eccleſiæ fol. 516. circa quod in præſẽti cauſa ceſſat omnis amaritudo, cùm articuli, ac depoſitiones teſtium non ſe reſtringant ad tempus præciſum conceſſionis, verùm etiam reſpiciant tempus anterius, ac poſterius conceſſioni in emphyteuſim, vt ex illorum lectura, atque examinatione colligi poterit, & patebit etiam ex inferiùs narrandis: vnde dicitur ſufficienter cõſtare de ipſius monaſterij vtilitate, ſiue attendamus opinionem ſuperiùs recenſitam, iuxta quã tempus præciſum conceſſionis inſpicitur, ſiue ſequi maluimus alteram ſententiam, iuxta quam in dijudicanda ipſius Eccleſiæ vtilitate non conſideratur tempus breue, ac momentaneum, quo ferè in inſtanti initur contractus, & ſuccedit conceſſiu in emphyteſim, ſed anterius, & poſterius per aliquot annos ſequendo Theoricam, Bart. in l. pretia rerum 63. n. 3. ff. ad leg. falcid. Afflict. deciſ. 316. nu. 16. Rota deciſ. 65. nu: 23. & 20. par. 2. diuerſ. Barboſ. de clauſ. c 52. nu. 7.

Neque obſtaret, ſi opponeretur mox dicta ſibi locum vindicare, nimirùm quod valor rei in emphyteuſim conceſſæ attendatur tempore cõtractus, † quoties verſamur in tempore regulari, & ordinario, ſecùs verò in tempore irregulari, & extraordinario, quale fuit in caſu noſtro calamitoſum propter excidium Vrbis Mantuæ, peſtem, ac ſtatus depopulationem: quæ calamitates licèt ceſſauerint de tempore conceſſionis in emphyteuſim factæ Domino Aldrigo, adhuc tamen durabant effectus inde cauſati, hoc eſt vilitas pretij, rerum, hominumque penuria, ædificiorum deterioratio, atque agrorum ſterilitas, Rota deciſ. 720. nuno. par. 1. & deciſ. 65. nu. 7. 8. & per totam, & deciſ. 78. par. 2. diuerſ. Seraphy.

phy. decis.1073. num.4. quæ tres decisiones e-
manarunt diuersis temporibus in eadem causa
Romana Casalis Tunicellæ. Menoch. de arbitr.
cas.172. nu.21. & 22. Gratian. discept. forens.
45. nu.11. eadem Rota Romana decis.129.n.10.
par.7. recent. Thomas de Tutor. & curator. tit.
29. sub num.1119. limit. 1. & 2. fol.517. Huic
namque obiecto facillimè, ac pluribus occurri-
tur, in facto quidem quia de anno 1639. quo
successit inuestitura, cessauerāt calamitates præ-
dictæ, simulque earum effectus ob pacem antea
per octo annos initam, atque inconcussè obser-
uatā in quātùm videlicet cessare potuerunt, vix
enim mihi persuadere possum, quòd res ad pri-
stinam reducantur fertilitatem, ac personarum
copiam. In iure autem, quia illa decisio 65. p.2.
diuersorum, secundùm cuius doctrinam viden-
4 tur transire cæteri Doctores superiùs adducti,
tractat. de concessione domus in emphyteusim
facta de anno 1532. & sic duobus annis ab exci-
dio, peste, ac depredatione Vrbis Romæ, per
Borbonium Ducem, ac illius exercitum perpe-
tratis, cùm pax cum ipso, seu Cæsare, Venetis,
ac Pontifice Clemente VII. secuta fuerit tantū-
modò exeunte anno 1529. vt refert Pusseuinus
in sua Gonzaga lib.7. fol.727. in tentùm quòd
de anno 1531. quo emanauit inuestitura, de qua
ibi agebatur, licèt vigeret pax, non cessauerat
tamen effectus funestæ illius inuasionis, excidij,
ac pestis, quibus Vrbs ipsa adhùc detinebatur,
quod non accidit in præsentiarum, ex quo ab
anno pacis initæ ad annum concessionis con-
5 trouersæ octo floruerunt anni, quæ responsio †
optimè applicatur decis.129. part.7. recent. vbi
agebatur de concessione rei occupatæ per faci-
norosos homines, vltra quòd illa alienatio ve-
hementem habebat conjecturam fraudis ac si-
mulationis vti facta in Patrem Prælati. Deinde
super dicta decisione solidum fieri nequit fun-
damentum, quippe quia causa sæpiùs reproposi-
sita prima vice nulla capta fuit resolutio, vt di-
cta decis.78. par.2. diuers. & alij duabus vicibus
6 exitit reuocata, † licèt non reperiantur extensæ
nisi vna, penès Seraphy. dicta decis.1073. Demū
quia ob belli, ac pestis vexationem prædium ad
libellum concessum Domino Aldrigo, simul cū
ædificijs super eo existentibus eualerat condi-
7 tionis longè deterioris † non solùm ab intrinse-
co ob deteriorationem domorum, vitium, ac ar-
borum succisionem, verùm etiam ab extrinseco
ob agros padus malè compositos, hominum pe-
nuriam, ac vilitatem pretij fructuum exinde col-
ligendorum, quo casu attenti tempus inuesti-
turæ, tam & si adhùc durarent effectus belli, &
pestis animaduertunt Rota dicta decis.65. n.22.
par.2. diuers. Menoch. de arbitr. cas.171. n.22.
Gratian. dicta discept.45. num.12. & 13. Ex qui-
bus satis superque innuitur de nullitate, ac in-
ualiditate huiusmodi concessionem factam Do-
mino Aldrigo redargui minimè posse, maximè
cum ex actis appareat non tam de tempore con-
tractus, quod in præsentiarum sufficit, quam e-
tiam in futurum, ac perpetuò cessuram in ipsius
Monasterij vtilitatem, apertissimèque super hoc
resultant testium ad instantiam ipsarum Monia-
lium examinatorum depositiones.

Sicuti nec vllatenus intentioni eiusdem Do-
mini inuestiti resisteret, quod, postquam vtilitas
Monasterij deducta extitit in contentionem, fie-
ri nequeat fundamentum super dictis testium † 8
in summario iudicio examinatorum ad proban-
dam ipsius Ecclesiæ euidentem vtilitatem per
motiuum resultans ex Rota decis. 463. parte 1.
diuers. quæ est etiam decis. 210. part.4. diuers.
quod motiuum eadem Rota nouissimè suscita-
uit decis. 94. num.46. part.7. recent. siquidem a-
ctum istud non applicatur casui nostro, ac in se
ipso corruit, atque destruitur, quippe quia in di-
cta Florentina bonorum, † in qua edita fuit de- 9
cis.463. par.1. diuers. ex sola depositionum in-
spectione, & processus formati lectura constabat
Iudices delegatos in dicta concessione, nec ritè,
nec rectè, aut seruato iuris, seu Breuis, si in eui-
dentem vtilitatem ordine processisse, vt innuunt
quatuor aliæ decisiones in eadem causa compi-
latæ, & quæ habentur in dicta quarta parte di-
uersorum decis.211. 212. 213. 214. quibus acces-
sit etiam decis.215. Prætereàquam quod ad ener-
uandum huiusmodi concessionem ex latere Mo-
nialium examinati fuerunt plures personæ opti-
mè concludentes in ea interuenisse læsionem.
Quorum neutrum hic concurrit, quandoquidē
Iudices condelegati † seruata forma Breuis Apo- 10
stolici deuenerunt solemniter ad decretum, ex
quo præsumitur concessio vtilis Ecclesiæ, ita vt
Ecclesia agere non possit ad illius rescissionem,
nisi formiter doceat de non vtilitate iuxta do-
ctrinam gloss. in l. prædiorum 10. C. præd. minor.
Maur. Apicell. allegat.24. nu.34. & num. 490.
Surd. cons.249. nu.19. in fin. & num. 20 Rota
decis.429. nu.1. par.1. diuers. & ita sæpissimè de-
cisum testatur eadem Rota decis.684 nu.1. p.2.
recent. Durand. decis.250. nu. 7. quæ est decis.
367. num.8. par.5. recent. Addent. ad Lodouis.
decis.343. nu. 6. eadem Rota decis.201. nu.11.
par.7. recent. & quamuis præcitati Doctores,
ac Rota in locis mox adductis velint, & admit-
tant huiusmodi præsumptionem emergentem
ex sententia executorum super euidenti vtilita-
te probationem in contrarium recipere, & ad
probandam monasterij læsionem plures indu-
cti, ac examinati fuerunt testes istud nihilomi-
nus nequaquā officit Iuribus iam acquisitis Do-
mino Aldrigo ex confirmatione Apostolica, &
decreto Dominorum Iudicum condelegatorum
perinde solemniter emanata, per quod sanè ef-
ficitur, vt nemo alius præter sanctam Sedem, † 11
vel quibus ab eadem Sede facultas fuerit dele-
gata cognoscere audeat super validitate huius-
modi alienationis, & hoc vigore constitutionis
Pauli II. in dicta extrauag. ambitiosæ de rebus
Eccles. non alienan. Quemadmodum fere in ter-
minis censuit Rota decis.41. no.14. p.5. recent.
Neque etiam in prædicta cognitione vllatenùs
se ingerere posset sub prætextu, quod fuerit v-
nus ex iudicibus condelegatis, tùm quia nō pos-
set

Digitized by Google

sci procedere sine adiuncto, tum ex multo ma-
12 gis, quia post sententiam † semel etiam nulliter
latam iudicis delegati iurisdictio expirat, vt in
terminis litterarum si in euidentem, Rota decis.
631. nu. 8. & decis. 678. nu. 3. part. 2. recent. &
apud Post. de manuten. decis. 11. nu. 12.

Quinimmò vbi etiam citra veritatis præiudi-
cium admitteremus ex partium consensu cen-
seri induciam iurisdictionis prorogationem (su-
per quo articulo opportunum duximus nõ insi-
stere) adhuc testes, seu eorum depositiones in-
nihilo valent, non dicam infringere, sed neque
etiam labefactare vtilitatem Monasterij in iudi-
cio summario concludenter probatam. Hoc v-
num enim duntaxat concludunt omnes, quòd
terræ in emphyteusim concessæ potuissent lo-
13 cari † in singula bubulca annuatim libræ duode-
cim, & exinde ineptè arguunt vtilitatem Eccle-
siæ, perinde ac si ex locationibus probaretur
verus rerum valor, quod tamen alienum pror-
sùs à veritate fatentur scribentes quandocumq;
testes non deponunt de valore redditum dedu-
ctis oneribus expensis in refectione, ac manu-
tentione ædificiorum, ac aggerum Padus erogã-
dis, simul cum distantia per triginta millia pas-
sus à Monasterio onere annuatim soluendi ca-
nonem librarum octuaginta quatuor, atq; alijs
quæ reddunt fructus prædiorum longè minoris
æstimationis, Ludouis. decis. 101. num. 1. cum ibi
notatis per Beltram. nu. 5. & decis. 411. nu. 3. ibi
non deponunt deductis oneribus, & decis. 553.
nu. 11. ibi prædicti testes non considerarunt plu-
res qualitates iustum pretium minuentes, & ob
id imperfectè deponunt, Menoch. cons. 358. nu.
30. ibi adest, & alia qualitas minuens valorem,
hoc est, quod præstatur quotannis certus canõ,
seu liuellus. Rota decis. 648. nu. 2. ibi habita ra-
tione inundationis fluminis par. 1. & decis. 684.
sub num. 5. ibi & dictum viridarium indigebat
multis expensis pro refectione, & manutentio-
ne murorum, tum etiam, quia positum in loco
decliui quotidianis aquarum iniurijs, & Turca-
rum incursionibus, & deuastationibus obnoxiũ
erat, par. 2. recent. Seraph. decis. 1317 sub nu. 1.
ib, ea quo nihil deponunt de oneribus, & alijs
deductionibus, quæ ratio est habenda, & quæ
neque etiam fuerunt articulata, ideo non pro-
bant. Quapropter cùm testes à Domino Aldrigo
in hoc iudicio examinati super capitulis expri-
mentibus onera, statum, ac qualitatem rei in
emphyteusim concessæ annuali solutione cano-
nis, ac periculo inundationis padus, vel saltem
obligatione reparandorum aggerum obnoxiæ,
illisque inspectis, ac respectiuè deductis depo-
nant concessionem huiusmodi in perpetuũ pro
libris septem cum dimidia in singulo iugere ce-
dere in euidentem ipsius Ecclesiæ vtilitatem, dũ
prædicta omnia D. Aldrigus in se suscepit, esto
etiam quod potuissent locari pro libris duode-
cim, cũ onere tamen monialibus iniuncto præ-
seruandi conductorem à prædictis obligationi-
bus; Quis ergo vir prudens, equitatis amicus;
ac iustitiæ cultor eandem de inualiditate redar-
guere audebit? maximè si vlteriùs considerabit
in concessione emphyteusis in perpetuum de-
trahi sextam partem † de valore rei, quæ conce- 14
ditur ex auth. præterea, C. de sacrosanct. Eccles.
Seraphy. decis. 1125. nu. 4. Rota dicta dec. 78.
nu. 5. par. 2. diuers. & dicta decis. 684 sub nu 4.
vers. quo verò ad læsionem, & num. 5. vbi Rota
ponderauit ad rem nostram, quod in concessio-
ne illius emphyteusis executores Apostolici ra-
tionem habuerunt detractionis sextæ partis. &
aliorum onerum, par. 2. recent Giouagn. cons.
27. nu. 62. & 63. vbi quod pactum caducitatis
in consideranda vtilitate monasterii attendatur,
lib. 2. Quæ tamen dicta sint ex abundanti, quo-
niam testibus pro monasterio examinatis vti in
uerisimilia deponentibus nulla venit adhiben-
da fides. Quomodo enim stare simul possunt,
quod moniales de tempore concessionis in em-
phyteusim terras potuerunt locare pro duode-
cim libris in singulo iugere, si tunc & in futurũ
repetiebantur conductæ a Domino Capitaneo
Brancana pro libris septem tantummodò pro
qualibet bubulca? Hinc colligo aliam conside-
rationem notatu dignam pro arguenda vtilita-
te, etiam ex qualitate personarum, plus nam-
que percipiũt incolares in loco prædiorum de-
gentes, quàm faciant Regulares intra septa mo-
nasterii existentes: & sic ab vno ad alterum non
valet argumentari, quia ex diuersis illatio † non 15
currit iuribus præstantissimo D. Iudici optimè
notis.

Neque prædictis officit, seu quicquam afficit
ridicula, & affectata oblatio facta per eundem
Dominum Capitaneum Brancanam de soluen-
do canone annuatim in scutis sexaginta, tum
quia eius testimonium, de quo in proces. nostro
fol. 8. nihil releuat, ac seruit de vento, tum quia
huiusmodi oblationes ad æmulationem emana- 16
tæ non attenduntur, vt in proposito animaduer-
tunt Viuius decis. 145. nu. 5. & 6. Maurit. Apic.
dicta allegat. 24. nu. 75. & 76. Borell. in summ.
decis. tit. 13. nu. 56. par. 1. Mangil. de subbastat.
quæst. 28. à no. 12. & quæst. 200. nu. 24. Molina
Theolog. disputat. 575. sub n. 5. Quando autem
nihil horum interuenit. Thomas de tut. & cu-
rator. tit. 19. sub num. 4325. sub limitatione 3.
inquit non restitui, fol. 923. Caroc. decis. 99. per
totam. Amat. var. resolut. 38. cùm igitur Illu-
striss. DD. Iudices condelegati decreuerint ca-
nonem esse æquiualentem, & concessionem ce-
dere in Monasterii apertam vtilitatem attendi
minimè debet oblatio D. Brancanæ, quatenus
etiam de ea sufficienter constaret.

Prout neque resistit, quod nouissimè in cal-
culo ferendæ sententiæ ex parte Monialium
opponebatur, quod nimirùm testibus pro D. Al-
drigo vltimo loco receptis nulla adhiberi posset
fides tanquam examinatis post publicatas depo-
sitiones testium Monasterii, & deducta testifica-
ta contra regulam omni iure approbatam, &
iuxta quam testes † super eisdem, vel directo co- 17
trariis non admittuntur ad probationem post te-
stificata didicita, Rota decis. 266. per totã p. 6.

recent.

recent. Lodouis. decis.48. num. 2. & decis. 497.
num. 1. Quo magis enim isthæc regula in se ve-
ra ab omnibus reputatur, ita plures recipit fal-
lentias huic casui applicabiles, quatenus ex le-
ctura, ac simplici inspectione capitulorum eui-
dentissimè non constaret esse diuersos, neque
contrarios capitulatis per Reuerendas Monia-
les, admisso namque citra veritatis noxã, quòd
terræ possent locari in libras duodecim pro sin-
gulo iugere, adhùc licuit probare, ac in articu-
lis deducere, quod detractis oneribus, vtiliùs
foret Monasterio percipere dumtaxat libras se-
ptem cum dimidia annuatim in singula bubul-
18 ca. Prima igitur fallentia est, quia testes antea
examinati nihil deposuerant super materiam,
super qua de nouo successit examen, Ludouis.
decis. 83. num. 4. Secunda, quia testes nouissi-
mè examinati tendunt ad confirmandam fidem
testium examinatorum coram Iudicibus conde-
legatis, in eorum fides per alios testes à Reue-
rendis Monialibus postea inductos in aliquo di-
19 minueretur, quo casu † etiam post iudicita te-
stificata recipi nouos testes latissimè prosequû-
tur Sucd. decisione 125. à numero 10. Giorb de-
cis. sicul. 73. Hodiern. ad Surdum. decisione 39.
numero 11. Beltram. ad Ludouisium decisione
272. numero 9. & decisione 583. numero 5. &
20 sub littera C. Tertia fallentia est, quia vtilitas
in confuso articulata coram condelegatis expli-
citè nunc fuit probata, & sic non attenditur a-
liorum testium publicatio, Caualer. decisione
469. sub numero 2. versic. neque vincebatur.
Buisart. decisione 824. numero 3. & ib Feren-
till. litt. A & ad decisionem 180. vbi quod in-
differenter admittatur examen ad probandam
materiam prius confusè, deinde magis spe-
cifice articulatam, quòd repetit Rota dicta de-
cisione 166. numero 3. pa te 6. recent. Quar-
21 ta pro nonc, & vltima fallentia est, quia † agi-
tur de probãda vtilitate, ac consequenter valore
rei, & propterea licuit iterum examinare, non
obstante testium publicatione, Gabr. de testib.
conclusione 21. numero 136 Ciarlinus contro-
uersia 96. numer. 19. Hæc tamen dicta sint ex
abondanti, cùm verè non intret huiusmo-
di altercatio, & gratis ex aduerso fuerit exci-
tata.

Dubitari adhuc posset circa validitatem di-
ctæ concessionis in emphyteusim factæ Domi-
no Aldrigo ex eo, quòd mandatum procuræ fa-
ctum in personam Reuerendi Patris Sixti ad li-
tes de anno 1634. non videatur sufficiens, ne-
que eidem tribuat facultatem standi in iudicio,
pro habenda confirmatione à Iudicibus Apo-
stolicis, tum quia capit lites tantommodo de
tempore mandati motas, ac pendentes, nec ex-
tenditur ad futuras, qualis est ista vti cæpta, &
introducta de anno 1639. nam mandatum ad li-
22 tes † intelligitur de præsentibus, non autem de
futuris, maximè cùm de dicto tempore Mona-
sterium pluribus vexaretur controuersijs occa-
sione hæreditatis Gornæ, & pro interesse eius-
dem sororis Annæ Eleonoræ de Balneis in
eodem Monasterio professæ, Gratian. disce-
ptation. forens. 145. numero 13. & per to-
tam, Rota decisione 114. numero 10. part. 7.
recentior. Tum quia videbatur requiri spe-
ciale mandatum pro obtinendo tali decre-
to. Tum & demùm, quia ex lapsu tanti tem-
poris † intrabat præsumptio reuocationis man- 23
dati, argumento l. in confirmando 8. ff. de
confirmat. tutor. Castrens consilio 12. nu-
mero 4. libro 1. Nam obiectum istud euita-
tur, quoniam † cùm mandatum concipiatur 24
ad omnes lites, & causas, comprehendit
etiam futuras, dummodò mandatum specia-
le non requirant, ad tradita per Grauatum
ad Vestr. libro 4. capit. 5. numer. 38. Butr.
decisione 226. numero 11. dixi, & alios ad-
duxi pro Domino Archidiacono Sorina nu-
mer. 61. Vltra quod nisi mandatum exten-
deretur ad futuras causas, in pluribus redd-
deretur elusorium, neque enim facultas pro-
curatoris in dicto mandato se continet, ac
restringit ad lites dumtaxat; sed ad plura
alia, quæ certè sine futuris litibus expleri
minimè poterant, vnde dicitur constare de
voluntate constituentium etiam quoad futu-
ras lites, ad quas propterea mandatum ex-
tenditur, quod sanè mandatum, † vbi etiam 25
speciale requireretur vtique sufficiens resul-
taret ex sola Breuis Apostolici, & aliorum
Iurium coram delegatis productione iuncta
præsertim ipsarum Monialium scientia, ac
taciturnitate circa iudicium ab eodem Re-
uerendo Patre promotum, atque expeditum,
Ludouis. decisione 44. per totam, Ferentill. ad
Buratt. decis. 594. num. 13.

Quod autem Moniales notitiam habuerint
dicti Iudicij, ac mandauerint Patri Sixto il-
lud fieri ad effectum inuestiendi Dominum
Aldrigum apparet ex fide ab eisdem Monia-
libus producta sub die 26. Aprilis 1641. &
registrata in nostro processu folio 8. & 9.
ibi, *O lei*, idest mater Balnea, *che lasciaua
fare detto Padre Sisto*; istudque ex altero
mandato speciali, de quo in processu no-
stro folio 47. emanato sub die decimo Men-
sis Ianuarij 1639. magis comprobatur, cùm
in illo eidem Patri Sixto dederint faculta-
tem præcisam concedendi ad libellum terras
nunc in controuersiam deductas, quòd cùm
fieri non potuerit, nisi prius obtento per
eum à Iudicibus Apostolicis decreto, inde
fit, quòd cessat in præmissis omnis amari-
tudo, exindeque tollitur motiuum, ex lap-
so temporis desumptum, cùm in præcitato
procuræ mandato anni 1639. dictæ Reue-
rendæ Moniales illud citra reuocationem al-
terius mandati fecerint, vltra quod cùm non
superuenerit iusta causa reuocationis mandatum 26
ex simplici lapsu temporis, non dicitur reuo-
Eo catum,

cacum Ias, in l. sentimus 27. nu.4. C.de testam. Gratian. discept. forens.22. num.7. & 8. & doctrina Castren. in cons.12. in oppositum allegato procedit tantummodò vbi in actis non constat de aliquo mandato.

Ab habito Sanctæ Sedis Apostolicæ assensu potuisset R.P. Status, illicò, ac quandocunque à die in eum collatæ facultatis per moniales bona in mandato expressa concedere in emphyteusim, in quam concessionem, vti habentem implicitum validitatis statum Breue Pontificium, postea obtentum cum clausula, si in euidentem, ac probationes vtilitatis superinde emanatæ coram Iudicibus condelegatis, simul cum decreto, ac eorum pronuncia nil influissent, nisi quod vtilitas alienationis ab initio occulta per huiusmodi actus patens fieret, atque ad diem concessionis retrotraheretur. Quia huiusmodi bene-
27 placitum † cum clausula, si in euidentem, non facit contractum conditionalem quoad sui substantiam, cùm statim, obtento beneplacito, fit perfectus, quatenos de eo tempore secundùm se adfuerit Ecclesiæ vtilitas, vt in puncto optimè tradiderunt Rota coram Durand. decis. 238. num.18. & decis. 365. num.9 & 12. & per totã, & melius decis. 397. num.10. & 11 Buratt. decis. 15. num.6. faciunt notata per Gratian. disceptat. forens. 202. num. 20. In tantum quod post obtē-
28 tum Sedis Apostolicæ beneplacitum, † neque Monasterio liceret à contractu resilire, etiam si nondum interpositum fuerit decretum alienationem cedere in euidentem Ecclesiæ vtilitatē. Marescot. variar. resolut. lib.1. cap.14. sub n. 1. vers. tamen potest, & seqq. Ciarlin. controuer. Iur. cap.39. sub nu.47. versic. post tamen, Gratian. discept. forens.514. nu. 8. & 9. Duran. dicta decis. 397. num. 14. & per totam. Potuerunt ergo Moniales post obtentum Sedis Apostolicæ beneplacitum sub die 13. Nouembris 1638. cõferre auctoritatem alienandi bona in precibus expressa in Patrem Statum illorum procuratorē ex mandato sub die 10. Iannar. 1639. in eius personam confecto, illeque subsequenter sub die 2. Aprilis eiusdem anni 1639. irreuocabiliter concedere per capitula, de quibus in processu, fol.52. D. Aldrigo ad liuellum, & emphyteusim non expectato decreto Iudicum condelegatorũ vti ad substantiam, & perfectionem contractus non requisito, sed ad probandam, & detegendam vtilitatem ipsius contractus, quæ in effectu vt deponunt testes, suberat, quo peracto, Iudices commissarij tenebantur sine alio consensu, aut facto partium ex necessitate alienationem confirmari Duran. dicta decis.397. nu.14. Quod ergo dictus R. distulerit concedere Inuestiturã
29 interpositionem decreti tendit ad maiorem † cautelam, & propterea nocere non debet. Cyriac. controuers. 199. num.17. & 18. & ita iudicatum.

Quare &c. Saluo &c.

ARGVMENTVM.

Feudi primus acquisitor, qualiter, & quando in præiudicium vocatorum, solo Domini assensu, de eodem disponere valeat, exactè ostenditur, quodque ad feudum Sacerdoti concessum pro hæredibus intelligatur de agnatis transuersalibus, cùm descendentes moraliter habere non possit.

SVMMARIVM.

1 *Societas inter fratres facilius inducitur. Ex quibus præsumatur, num.4. & nu.5. Ab allegante probanda, num.7. Non probatur ex actibus qui alio nomine fieri potuerunt, num.8. per minores contrahi non potest, num. 9. ex quibus excludatur, numer.10.*

2 *Frater tenetur communicare acquisita nomine proprio alijs fratribus in communione bonorum existentibus.*

3 *Socius censetur disponere de parte sua.*

6 *Communis victus, & habitatio non facit commune, quod proprium vnius est, excepto eo, quod consequitur.*

11 *Rei propriæ vnusquisque est moderator, & arbiter.*

12 *Vassallus de feudo testari nequit, fallit vt numer.14. & nu.25 De feudo in comprehensos disponit, non alterata successione ex Inuestitura, num.16.*

13 *Feudum dicitur nouum in personam primi acquisitoris. Concessum pro hæredibus vtriusque sexus dicitur mixtum, numer.18. Concessum existenti in sacris transit ad collaterales, num.29. Neque emphyteusis veniunt in societate, num.32.*

15 *Primogenituram feudi instituere potest primus acquirens. Limita in feudis alienabilibus, num.24.*

17 *Feudi primus acquisitor de feudo liberè disponit, & num.28.*

19 *Feuda de Iure feudorum sunt inalienabilia Mantuæ ex consuetudine alienabilia, numer.22. In consuetudine potiùs, quàm in Iure sunt fundata, num.27.*

20 *Agnati feudum alienatum etiam Domino consentiente auocant de stricto Iure feudorum succedunt in feudo concesso sacerdoti habenti filium naturalem, numero 30.*

Laudi-

21 *Laudimium pro feudi alienatione regulariter non debetur. Fallit si eis contrarium vigeat consuetudo. num. 23.*

26 *Testator facere nequit, quin leges habeant locum in suo testamento.*

31 *Filius nequit habere feudum repudiata hæreditate Agnatus sit.*

Allegat. LXXXVII.

Adsit Deus.

Dominus olim Hieronymus de Cattaneis acquisiuit prædium nuncupatũ
la Farrona, in maiori parte feudale
Ducalis Cameræ, à qua obtinuit In-
uestituram pro se, illiusque hæredibus vtriusq;
sexus venientibus ab intestato Quam Inuestitu-
ram suscepit Do. Ferrantes illius frater vigore
mandati procuræ in eadem inuestitura enuncia-
ti. Et deinde condidit, quocum decessit, testa-
mentũ erigendo super aliquibus eius bonis pri-
mogenituram comprehensa memorata posses-
sione feudali, sic vt supra acquisita, ac in feudũ
honorificum à Ducali Camera recognita. Cui
quidem primogenituræ erectioni, maximè quo-
ad huiusmodi prædium feudale, cùm se opponat
Domina Virginia Piria de Cattaneis pro inte-
resse aliorum eius filiorũ, & sub prætextu, quod
non potuerit erigi in eorum præiudicium dicta
primogenitura requisitus, quid sentiam, opinio-
nem meam erectioni prædictæ fauentem in me-
dium prodibo, ac Iuribus comprobabo.

Pro fundanda intentione ipsius primogeniti,
inter cætera, considerandum venit, nullam in-
ter ipsum testatorem, ac illius fratrem intercces-
sisse bonorum communionem, maximè respe-
ctu illorum, quæ nexu primogenituræ remanẽt
1 affecta. Quamuis enim inter fratres † propter
sanguinis coniunctionem, & fraternum amorẽ
magis præsumatur, ac faciliùs inducatur socie-
tas, quàm inter extraneos, l. si maior 4. C. com.
diuid. l. non ideò. 12. C. famil. ercifcun. Thesaur.
decis. 205. Gratian. discept. forens. 547. num. 2.
Duran. decis. 348. num. 5. Cyriac. contro. 504.
num. 75. Ciarlin. controuers. 16. nu. 4. quæ neq;
censetur dissoluta per acquisitiones proprio no-
mine factas ab altero ex fratribus; nam ex præ-
sumptione societatis omnium bonorum inter
fratres, sequitur quòd de pecunia communi cẽ-
seatur facta acquisitio non de propria cùm aliàs
præsumeretur dolus, & fraus, quòd socius ac-
quirens voluerit societatem fraudare, & sibi
vsurpare, quòd pertinebat ad societatem, ideò
non obstante acquisitione per Dominum Hie-
ronymum proprio nomine † facta tenetur Do- 2
mino Ferranti eius fratri communicare actione
pro socio, Bald. in leg. 1. num. 2. & 3. C. si quis
sibi, vel alter. Crauet. cons. 159. num. 2. Gratia.
disceptat forens. 547. numer. 13. cum adductis
per Ciarlin. dicta controuers. 16. num. 33. & 34.
& consequenter non potuit erigere primogeni-
turam, seu illa iam erecta non sustinetur, nisi
quoad portionem ad ipsum Dominum Hierony-
mum spectantem, & sic quoad dimidiam ea ra-
tione, quia socius † censetur disponere de parte 3
sua, ad tex. in l. serui electione 5. §. cùm fun-
dus. ff. de legat 1. Ciarlin. dicta controuers. 16.
numero 45. & 46. Nihilominùs plura, ac val-
de vrgentia concurrunt pro exclusione societa-
tis omnium bonorum ex aduersa prætensę argu
menta, & rationes; ad effectum enim, vt inter
fratres omnium bonorum tacita inducatur, &
resultet societas† tria concurrere habent ad hoc 4
requisita, videlicet communis habitatio, rerum
communicatio, & ratio non reddita. Anchar.
consilio 31. numero 1. & consil. 302. numer. 4.
Decian. consilio 36. numero 35. libro primo.
Schenard. consilio 19. numero 7. Felici. in tra-
ctatu de societat. capite 10. sub numer. 17. Cy-
riac. controuersia 504. numero 75. Menochius
de arbitr. cas. 127. numero 5. Trentler. consilio
64. numero 47. Gratian. disceptat. forens. 725.
numero 8. & disceptat. 993. numero 1. Coccin.
decision. 431. numero 23. Burat. decision. 397.
per totam, & decisione 908. numero 6. & ibi
Ferentill. numero 2. Rota in Arin [illegible] dotis,
15. Maij 1633. coram Reuerendiss. D. Coccin.
Decano, Monach. decis. Bononien. 70. num. 1.
& seqq. Ciarlin. dicta controuers. 18. numer. 16.
in tantum quòd nec sufficeret ad inducendam
prætensam istorum bonorum communionem,
si ostenderetur, quòd mortuo patre dicti fratres
† steterint aliquando in vna communi domo ad 5
vnum panem, vt aiunt, vinum, & mensam, per
hoc namque nec insurgeret aliqua communio
præsertim omnium bonorum, leg. ex parte, 39.
alias 40. §. filius, ff. famil. ercifcum. l. cum duo-
bus 52. §. fratres, alias est lex fratres 53. in prin-
cip. ff. pro socio, Cyriac. controuersia 470. nu-
mero 19. 20. & 21. vbi infinitos cumulat, qui-
bus memini me aliàs addidisse in proposito Sche-
nard. consilio 19. numero 46. Peregrin. deci-
sion. Patauin. 90. num. 1. per tot.

Neque etiam particularis aliqua societas
exinde colligi posset, nisi quoad victum,
& fructuum communicationem, qui, in-
quam, communis victus, & habitatio † non 6
officit, vt quod proprium vnius est, alteri
fiat commune, eo excepto, quod in com-
muni victu consumitur, Ancharanus dicto
consilio 31. numero 1. Corn. consilio 9. libr. 1.
Menoch. consilio 121. numer. 123. Malnas con-
sil. 28. num. 6. Decian. consil. 36. num. 9 libr. 1.
Schenar. cons. 19. n. 46. Burat. decis. 397. sub n. 1.

Ee 2 versic.

versic. quæ tamen non fuerunt hinc inde collata.

Cæterum hæc dicta sint ex abondanti, quoniam neque hæc particularis societas intercedebat inter dictos fratres, qui separatim vnus ab altero degebant, nec ad inuicem in aliquo communicabant, & in omnem euentum cùm so-
7 cietas † sit quid facti ab aduersarijs quatenus illam allegare, ac in ea se fundare vellent probanda esset cùm non præsumatur. Decian. consil. 96. aliàs 97. nu.2. lib.2. Cyriac. d. controuers. 504. nu.72. & 75. & controuers. 470. à nu.22. latè Monach. decis. Bononien. 60. à num.9. ad 13. Quod autem Dominus Hieronymus mortuo fratre se contulerit ad habitandum cum eius filijs, ac cum illis vixerit vsque ad obitum non arguit cum eis inductionem alicuius societatis, siquidem sola cohabitatio cum nepotibus ex fratre, & victus ad eandem mensam leuissimam præstant coniecturam, ac planè nihil concludentem ad inducendam societatem cum isto casu referri magis possint ad finem honestioris educationis nepotum tunc minorum penès patruum, ac eorum tutorem, quam effectum con-
8 trahendi aliquam societatem, † quam non probauit, cùm dicti actus fieri potuerint alio nomine, & ex alia causa, Corn. consil.251. nume.1. lib.4. Decian. consil. 95. num. 34. libr.2. Surd. consil.441. nu.10. in terminis Buratt. decis.467. num.7. Præterquamquod ex latere ipsorum nepotum adhùc in ætate impuberi, seù minore existentium implicabat initi posse, seu insurgere
9 tacitam bonam societatem, † cùm per ipsos contrahi societas non permittatur à iure, nec statuto, nisi eorum solemnitatibus intercedentibus, l. vt conditionibus 33. ff. pro socio, Bartol. in l. Titium, & Mesuium 47. aliàs 48. §. altero, sub num.5. ff. de administrat. tutor. Cyriac. controuers.476. num 26. & 27. Schenard. dicto consil. 19. num.47 & 48. Saccex consil. 239. nu. 11. & sequent. Buratt. dicta decis.467. num.3. Thomas de Tutor. & Curator. tit.19. num. 3734. & sequent. fol.879. & sic in præmissis cessat omnis
10 amariddo; maximè quia actus † acquisitionis proprio nomine facti nunquam contrarij, cuiuscumque societati remouent omnem prorsus societatis coniecturam, & eò magis, quia vtriusque fratris accessit assensus, cùm alter procuratorio nomine alterius rei acquisitæ Inuestituram susceperit, quo caso desumi argumentum societatem inter fratres non extare, vel existentem dissolui probat textus in l. itaque 65. ff. pro socio. Natt. consil. 100. num.4. Surd. consil. 138. nu.16. & 17. Gratian. dicta discept. forens. 547. num.14. Mantic. de tacit. & ambig. lib.6. tit. 16. num.19. & 41. & tit.15. & 18. Monach. decis. Bononien. 62. numer.12. & 13. vbi quod in dubio etiam acquisitiones factæ ab vno ex fratribus, factæ præsumantur ex proprijs pecunijs, ac nomine proprio, quod eò magis sibi locum vindicat in præsentiarum, ex quo sumus in luce meridiana clarioribus.

Seclusa igitur inter dictos fratres societate, ac quacunque communionis bonorum præsumptione, sequitur potuisse de bonis ad se per obitum patris obuentis, ac quomodolibet acquisitis Dominum Hieronymum disponere adlibitum; quia
cuilibet † permittitur de rebus suis tam inter vi- 11
uos, quàm per vltimam voluntatem disponere, cùm illarum reputetur moderator, & arbiter, l. in re mandata 21. C. mandati, Barbos. Axiomat. 75. num.1. & 2. & Axiomat.199. à num.1. ad 9. Gratian. disceptat. forens. 769. num. 78. Hinc propterea nullus quoad bona ipsius allodialia subest scrupulus, quin potuerit præfatus Dominus Hieronymus ordinare primogenituram, & difficultatis cardo vertitur solummodò, ac
restringitur ad bona feudalia, † in quibus te- 12
standi facultas non militat, nisi domino annuente, quia lex feudalis iure successiuo in eis ordinauit successionem, quam corrigere nequit vasallus testando, & ideò feuda dicuntur intestabilia, c. 1. de success. feud. ibi, nulla dispositione testatoris manente, vel valente, Bartol. in l. vt Iurisiurandi 7. §. si liberi, sub numer. 6. versic. dispositio patris non valet in hoc aliquid, vt habemus in feudis, ff de oper. libert. Hern. de feud. dicto c. 1. num. 15. de success. Clar. in §. feudum, quæst. 40. Mart. de success. legal. par. 4. quæst. 1. art. 3. num. 68. & 69. fol. 16. Ioan. Baptista Biloct. conclusione 30. num. 1. Capan. de Iur. releuij par. 1. qu. 19. sub num. 6. versic. de patrimonio feudali non sic, quia tenetur illud relinquere illi, qui est vocatus ex Inuestitura, vel lege feudali, vel illi cui dominus voluerit, quod si aliter facit irrita remanet dispositio super feudo, Bardellon. consil. 93. num. 75. cum sequentibus. Quare cùm ex ordine concessionis feudi omnes filij domini Ferrantis concurrant ad successionem prædij primogenituræ suppositi, omnes quoque admittendos esse videtur dicendum testamento ipsius Domini Hieronymi nequaquam refragante.

Verùm tamen pro validitate erectionis primogenituræ sese offert ponderandum nos versari in feudo quoad ipsius Domini Hieronymi
personam † nouo vtpotè ab eo primum acquisi- 13
to, c. 1. quod fieri sint necess. & c. 1. de gradibus success. in feud. Aluarot. in prælud. feud. in 6. diuisione. Peregrin. consil. 8. num. 24 lib. 1. Calcan. de æquita. cap. 90. num. 67. Thesaur. decis. 146. num. 3. Cephal. consil. 469. num. 32. & seq. Angel. de Gambib. cons. 41. nu. 4. Cæpol. cons. ciuil. 24 num. 12. lib. 2. Io. Anton. Bellon. consil. 55. num. 7. De quo potuit ipse tanquam pri-
mus acquisitor disponere in præiudicium † com- 14
præhensorum, Iser. in c. 1. §. quid ergò, num. 8. de Inuestit. de re al. fact. & in cap. 1. num. 9. de alienat. feud. patern. Surd. consil. 305. num. 32. & sequent. & 331. num. 24. vbi infinitos cumulat, & decis. 343. in princ. & addi possunt Cyriac. controu. 231. num. 29. Io. Anton. Bell. cons. 55. num. 8.

Digitized by Google

nu.8. Gratian. discept. forens.511.nu.4. Vinian.
in praxi Iurispatr. lib.14. cap 2. nu.33. maximè
15 per erectionem primogenituræ † reducendo suc-
cessionem feudi in vnum ex comprehensis, Sur-
dus cons.108. sub nu.26. versic. licèt in nouo,&
nu.35. & 36. vbi quando concurrunt duæ qua-
litates, quod sit nouum, & hæreditarium mix-
tum, & cons.305. sub nu.32. versic. vbi infert.
Quod in feudo nouo, & consil.351. num.24. in
fine, & num.25. & dicta decis.343. sub nu. 41.
versic. infertur etiam Menoch. cons.161. num.5.
quos cumulauit Rosental. de feud. cap. 7. con-
clus.7. per totam, & in annotationibus Rota,
decis.167. num.31. par.5. recent. Apud Duran.
decis.145. num. 56. Thesaur. quæst. forens. a 3.
num.5. lib.3. Cæphal. cons.468. num. 40. Fu-
sar. de substitut. quæst.631. num.5. cum sexcen-
tis alijs, quos sciens prætermitto, quoniam
conclusio hæc simpliciter recepta nullam ad-
mittit dubietatem ex Cyriac. controuers 3.2. à
nu.1. ad 27. Antonin. de Amat. var. resolut. 4.
num.1. vide supra allegat.26.

Difficultas autem consistit in eo an prædicta
procedant circa validitatem dispositionis in feu
do nouo cum qualitate hæreditaria, seu mixta,
tam & si Domini assensus non intercesserit in
dispositione facta per vassallum nouum feudi ac
quisitorem in præiudicium vocaturum. Quod
16 enim valet huiusmodi dispositio † fauore pri-
mogeniti emissa tradunt ferè omnes feudistæ
dummodo agnati, atque in Inuestitura compre-
hensi acquiescant huiusmodi methodo succedé-
ti ex testamento introducta, & in hunc sensum
transit, ac se explicat, Surd. decis.343. ferè per
totam, vbi illud vnum intendit, ac comprobat
dispositionem scilicet factam in vnum ex com-
prehensis in inuestitura, qui ab intestato non
erat successurus, vel alios in gradu coæquali ha-
bebat sustineri quoad Dominum non consen-
tientem, secùs verò quoad agnatos ad feudi suc-
cessionem admittendos tanquam proximiores,
vel in paritate gradus existentes, Rosental. de
feud. cap.7. conclus.7. num.5. & in glos.E. vbi
vult, ita demùm in feudo nouo præiudicari eis,
quibus ex ordine concessionis debetur feudum,
si Domini assensus accedat, Peregr. de fideicom
miss. articul 6. à numer. 22. Fusar. de substitut.
quæst.631. num.6. Bertazol. consil. ciuil.113. nu-
mero 12. cum sequentibus, Cyriac. controuers.
324. à numer.6. vbi de fideicommisso in feudis
ordinato iuxta formam Inuestituræ. Quinimò
præcitati Doctores absolutè affirmant posse pri-
17 mum feudi acquisitorem † disponere de feudo
mixto in præiudicium vocatorum ea, & quidem
irrefragabili ratione ducti, quia aut succedere
volens ad feudum huius naturæ habentis, seu re-
quirentis in successore qualitatem hæreditatis
hæres est, & cogitur habere feudum cum one-
re primogenituræ sibi iniunctæ, aut non vult es-
se hæres, & feudum ad eum non deuoluitur; ne-
que enim vasalli hæreditas apprehendi potest,
illiusq; dispositiò impugnari, præsertim si ema-
nauit, quoad feudum nouitèr acquisitum cum
qualitate hæreditaria, Bart. in l. vt iusiurand. 7.
§. si liberi sub num.4. versic quæro quid si filius,
ff. de oper. libert. latè Maneut. cons.42. à num.
30. Surd. cons.305. num.29. 30. & 31. Cyriac.
controuers.2. num.86. Gratian. discept. forens.
511. num.28. & disceptat.599. num.19. Cæpol.
cons. ciuil.31. num.12. Menoch. cons.261. sub
num.5. versic. licèt ergo, & cons. 401. num.36.
Rosental. de feud. capit.9. conclus.69. num.70.
Cyriac. controuc.275. num.10. & cont. o. 302.
à num.6. Zuccard. cons.70. num. 9. Clar. in §.
feudum quæst.9. num.4. Bec. consil.88. num 8.
Mynsyng. obseru.66. nu.2. cent.3. Gail. pract.
obseruat.154. num.16. lib.2. dixi alleg.23. nu-
mer.11. cum sequentib. fol.418. lib.1. Merlin. de
legitim. libr.2. tit. quæst.7. num.2. & 3. Sed
contra hanc quæstionem vide, quę dixi supra al
legat.12. 13. & 14. hoc volum.

Feudum verò concessum pro hæredib. vtriuſ-
que sexus † tanquam participans de natura feu- 18
di ex pacto, & prouidentia, & hæreditarij, quod
sit mixtum tradunt Bursat. 49. num.41. & cons
89. num.33. Iacob. Anton. Gallus cons.96. nu-
mer.31. Rosental. de feud. capit.2. conclus.49.
num.1. & in glos. A. dixi dicta allegat.23. nu.6.
fol.146. lib.1. & nunc addo Bardell. d. cons. 93.
num.50. Cæphal. cons.311. à nu.56. ad 58. An-
ton. de Alexandr. inter cons. Lufredi, cons. 52
num.55. Clar. in § feudum, quæst.9. sub nu.8.
versic. sed quid si feudum, vbi de magis commu-
ni Surd. d. cons.305. num.29. cum seq. Peregr.
cons.7. num.6. & cons.8. num.26. lib.1. Mer-
lin. de legitim. lib.2. tit.1. qu.4. num.3.

Neque resisteret si opponeretur prædicta pro
cedere vbi in erectione fideicómissi, seù prime-
genituræ non concurrit præiudicium, & intercel-
le Domini directi, prout accidit iuxta disposi-
tionem Iuris communis, secundùm quam feuda
† sunt inalienabilia, c.1. de alien. feud. & c.1. 19
quals. olim feud. alien. poter. Io. Andr. Georgi.
in repetit. feudal. cap.5. num.24 Treutler. con-
sil.3. num.152. vbi quod feuda absque domini,
& agnatorum consensu alienari nequeant, &
quando etiam consensu Domini interueniente,
distrahuntur, prout id fieri posse testantur feu-
distæ in c.1. in princ. de prohibit. feud. alienat.
per Feder. Surd. cons.44. nu.44. A Ponte cons.
2. num.2. adhùc tamen non præiudicatur agna-
tis, † qui feudum alienatum reuocare possūt vbi 20
non consenserint alienationi, Cyriac. contro. 2.
num.52. & controuers.377. nu.1. nec pro alie-
natione † aliquod debetur laudimium, Schrader. 21
de feud. par.6. cap.3. num.24. Bec. cons.2. n.6.
& 7. Lutier. de re benefic. lib.3. quæst.1. n.36.
Treutler. cons.74. num.38. & 39. dixi allegat.
38. num.48. fol.327. lib.1. Borell. in sum. decis.
tit.35. num.4. par.1. Non sic autem se habet at-
tenta consuetudine Mantuana, vigore cuius feu- 21
da † alienari possint in præiudicium vocatorū, 22
solo domini assensu adhibito, Bursat. consil.40.
n.1. Cyriac. contro.377. nu.2. Merlin. de legi-

tini. lib. 2. tit. 1. quæst. 8. sub num. 9. versic. verùm hæc dixi, allegat. 4. num. 14. libr. 1. Bardellon. conf. 93. à num. 64. latè Giouagn. conf. 45. num. 10. lib. 2. ita tamen, quòd in actu obtinendi assensum, & licentiam Domino soluatur laudemium 23 † iuxta aliam consuetudinem in patria Mantuana vtentium more introductam, ac diù in diesque obseruatam, & quam vigore in pluribus alijs ciuitatibus, ac prouincijs refert Bursat. cons. 127. num. 55. Borell. in summ. decis. tit. 35. num. 5. & sequentibus, part. 1. Amad. à Pont. quæst. laudim. 1. per tot. Bec. conf. 2. n. 9. Manent. conf. 106. nu. 20. vbi quod Mantuæ pro contractu rei feudalis magnum soluitur laudemium. Ne scilicet per erectionem primogenituræ, seu ordinatione fideicommissi vna simul, & semel derogaretur consuetudini feudorum alienandi feuda in præiuditium vocatorum, & domini, qui priuaretur emolumento, ac spe consequendi laudemia. Vnde ad euitanda hæc, & alia incōuenientia respectu successionis feu- 24 dorum † scribentes in proposito consuetudinis Mantuæ, magis communiter tradiderunt feuda huius patriæ subijci non posse fideicommissi, seu primogenituræ, Alciat. conf. 8. sub num. 16. 17. & 18. libr. 6. aliàs est consil. 258. Cort. iun. conf. 171. Socin. iun. conf. 72. sub num. 74. lib. 1. Manent. de iur. contract. liuell. par. 7. num. 16. & seq. & conf. 106. nu. 20. Bardellon. consil. 93. num. 72. Cyriac. controuers. 145. num. 21. Contrarium tamen in pluribus causis Senatus Mantuæ censuit.

Omissa enim responsione, quam huic obiecto applicat Giouagn. conf. 54. sub num. 59. lib. 2. contendens ostendere fideicommissum, primogenituram, ac alienandi prohibitionem lustinere 25 † in feudo, eo quòd sicuti quilibet successor potuisset alijs vocatis præiudicare in totum alienando localiter bona, & alij posteri non potuissent conqueri, ita etiam & multò magis potuerit præiudicare in parte auferendo illam facultatem alienandi concessam ex vi consuetudinis Mantuanæ, & hoc in commodum, & vtilitatem ipsorum vocatorum, vt moltò magis conseruetur in eis bona, Cyriac. controuers. 312. nu. 23. & seqq. tanquam ea, quę loco remouendi scru- 26 pulum, maiorem incutit, si quidem vassallus † testando de feudo facere nequit, quin leges, & iura feudalia locum habeant in eius testamento arg. l. nemo potest 55. alias 58. ff. de legat. 1. Socin. iun. conf. 115. nu. 19. lib. 1. Cyriac. controu. 550. nu. 16. Cùm igitur ex supriùs adductis appareat extare hic Mantuæ consuetudinem alienandi feuda, adeò notoriam, vt etiam mulieribus non lateat. Cyriac. controuer. 113. num. 20. Hinc fit, quòd per vassallum testantem hæc natura alienabilitatis feudo adferti non potuerit per erectionem primogenituræ, quia in feudis 27 semper attenditur consuetudo, nam feuda † potiùs in consuetudine, quàm in iure sunt fundata, late Surd. conf. 382. sub nu. 1. ibi, nam consuetudo in feudis seruatur pro lege ordinaria, Giouagn. dicto cons. 45. num. 11. lib. 2. Giaff. de effect. Clericat. 4. num. 138. præter quam quod commodum, ac vtilitas agnatorum verteret in damnum Domini directi, cui per indirectum præiudicio otturet circa spem consequendi laudemia, in tantùm, quòd facillimè euitaretur responsio, & obiectum in suo robore consistere.

Dimissa igitur discussione istius obiecti in aliud tempus, eo quia simpliciter loquendo non agitat nunc, an primogenito ablata censeatur facultas disponendi de feudo sibi vti primogenito prælegato, sed punctus difficultatis, in eo dumtaxat consistit, nam Dominus Hieronymus huius feudi mixti primus acquisitor, ad quod simul ab intestato omnes illius ex fratre nepotes succedere debebant; tam iure communi inspecto, quàm ex ordine concessionis in primogenitum disponere potuerit ad præiudicium aliorū qui simul cum primogenito ad feudi istius successionem admitti debebant, & isti illius dispositionem in primogenitum impugnare valeant, dum hæreditatem consecuti fuere satis opulentam, in quibus terminis nemo reperitur, quod viderim, qui oblsistat partem affirmatiuam, quòd nempe dispositio huiusmodi viribus vndequaque subsistat: siue postea penès ipsum feudū sit cum qualitate, & potentia alienandi, siue efficiatur inalienabile. Hoc namq; disquirere nostri non est instituti. Cùm sufficiat pro nunc defendere, quòd patruus feudi mixti primus acquirens potuerit vnum ex nepotibus vocare ad feudum alijs exclusis, maximè cùm feudum non prouenerit ex mera liberalitate concedentis, sed ex re, & pretio patrui, quo casu nulli dubium est, quin patruus nepotibus præiudicare potue- 28 rit, vel saltem pauci contrarium asseuerant, vt animaduertunt Surd. conf. 305. sub num. 34. vers. prædicta autem sententia, Bellon. d. conf. 55. num. 32. & sub num. 37. versic. neque aduersatur contraria, Crauett. conf. 135. nu. 8. ibi, quòd sine dubio procederet, quando tale feudum esset acquisitum pecunia, Gozadin. loquens in emphyteusi conf. 75. nu. 14. versic. quinto etiam si alia opinio esset vera, tamen non procedit, quādo pater acquisiuisset ex pecunijs suis, & ex re sua emphyteusim, Gratian. discept. forens. 311 num. 2. & 5. Bec. consil. 56. sub nu. 21. versic. quando est acquisitum pecunia, Marescot. var. resolut. cap. 74. nu. 2. lib. 1. Merlin. de legit. lib. 2. tit. 1. quæst. 5. num. 27. Bitz. decis. 66. n. 35. vers. & demum cessant, Menoch. consil. 161. n. 11. vsque ad finem, vbi de feudo ex pacto, & prouidentia Rosental. de feud. cap. 9. membr. 2. conclus. 66. nu. 4. & in glos. Peregr. conf. 8. nu. 32. lib. 1. Rota decis. 705. num. 4. part. 1. recent. & in Romana dotis 30. Aprilis 1643. vers. & ideo benè potuit primus acquirens Castello. Et hæc nostra intelligentia transit in offenso pede, siquidem per eam soluatur dispositio testatoris, non læditur consuetudo alienandi, præiudicium non irrogatur agnatis, seu nepotibus, dùm ex allodialibus tantùm, & plùs recipiant, quàm ex feudo amittant, ac demùm præseruatur Serenissimis

mis pro tempore regnantibus facultas concedendi licentias alienandi cum spe laudimia consequendi.

Tandem nec obstaret, si opponeretur mox dicta sibi locum vindicare quotiescumque feudum acquiritur à patre, & tractatur de præiudicando filijs, at secùs dicendum in casu nostro, dùm vertitur quæstio circa dispositionem factã à vassallo in feudo ad præiudicium agnatorum, nam præterquamquod stipulatio facta à Sacer-
29 dote † de hæredibus in materia feudali intelligitur de extraneis venientibus ab intestato, & sic de agnatis, cùm incapax sit habere descendentes, Barz. decis. 115. nu. 13. Borell. in sum. decis. tit. 34. num. 341. par. 1. Pigant. ad statut. Ferrar. cap. 120. nu. 4. Vnde in feudo concesso pro se, &
30 suis hæredibus presbytero, † habens etiam filiũ naturalem succedunt fratres nepotes, & agnati, Bald. in c. 1. §. naturalis, si de feudo fuerit controuers. Camerar. in c. Imperialem, de prohib. feud. alienat. per Feder. Genuens. in prax. Eccles. Tricen. 1. quæst. 26. A. Pont. cons. 2. n. 168. qui aliàs in feudo nouo excluderentur, & propterea quòd dicitur de filijs quoad vassallum habilem ad illos generandum dicitur de agnatis, vbi vassallus feudum acquirens moralem habet inhabilitatem ad procreandum, accedit insuper quòd non attenditur, qui succedere habeant, sed an feudum de nouo acquisitum fuerit, vel sit paternũ, in illo enim vocatis, & non in isto præiudicatur. Benè verùm est, quòd in hac materia magis obstringitur filius hæres, quam agnatus,
31 † num filius retinere nequeat feudum repudiãdo reliquam hæreditatis partem, quod tamen præstat agnatus, qui feudum acquirere potest hæreditate neglecta, Michael ab Aguirre in sua Apologia, par. 1. num. 81. & 82. Io: Baptista Surd. ad c. 1. an agnatus, vel filius defuncti possit retinere feudum repudiata hæreditate, num. 9. & seq. Quid autem in præsentiarum in hoc puncto statuendum veniat superfluum existimo, cùm nepotes ipsius D. Hieronymi non agant de hæreditate repudianda, sed retinenda, vnde quomodolibet considerentur vtroque in casu implicat, quod feudum, seu illius portionem obtinere valeant. Etiam si admitteremus inter ipsos, & eorum patruum omnium bonorum societatem in-
32 tercessisse, si quidem nec feudum, † neque emphyteuta in societate communicanda veniunt, c. 1. de duobus fratribus à cap. inuest. Alex. cons. 48. num. 3. & seq. lib. 2. late Duard. de societat. lib. 2. cap. 1. quæst. 4. nu. 15. fol. 124. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 6. tit. 15. num. 16. Michalor. de duobus fratribus, par. 2. cap. 24. nu. 2. & seq. & ita iudicatum.

Quare &c. Saluo &c.

ARGUMENTUM.

Creditor habens anterioritatem hypothecam, & bona feudalia cum assensu in subsidium obligata, num creditori posterioritatem habenti, & sine obligatione feudalium teneatur dimissis allodialibus agere directo aduersus feudalia, vt etiam posteriori pro eius credito consultum remaneat.

SUMMARIUM.

Creditor habens licentiam in feudalibus non cogitur relinquere libera creditoribus assensũ non habentibus. Contra nu. 5 Sed declara vt n. 6. Quando non cogatur excutere pignus specialiter obligatum, num. 7.

2 *Creditoris arbitrium debet esse regulatum, & electio discreta.*

3 *Assensus alienandi in origine feudi concessus latissimam recipit interpretationem.*

4 *Excussio allodialium requiritur antequam feudalia attingantur.*

8 *Dominus feudi potest concedere creditori vassalli executionem crediti sui super feudo etiam vassallo inuito.*

9. *Assensum habens super feudalibus in subsidium tenetur excutere allodialia.*

Allegat. LXXXVIII.

Adsit Deus.

ARticulus iste nunc ab Illustrissimo Senatu excitatus (Vtrum creditor anterior habens in subsidium bona feudalia obligata, etiam cum licentia teneatur cõsequi satisfactionem in dictis bonis alijs liberis relictis posteriori creditori) exactissimè aliàs in eodem amplissimo Tribunali discussus fuit, ac in fauorem habentis licentiam † resolutus, vt nimirùm vel ex necessitate ad formam Iuris, & assensus teneretur priùs excutere allodialia, vel saltem in illius arbitrio attenta anterioritate resideret, in quibus mallet siue feudalibus, siue allodialibus satisfactionem consequi, teste Cyriac. controuers. 328. nu. 33. ac per totam.

Et hæc opinio inconuincibiliter probatur ex eo, quia si anterior habens hypothecam, & licentiam subsidialem super feudis cõstringi posset

set relinquere allodialia posterioribus, & non
habentibus assensum Domini, sequeretur hoc
vtique fieri etiam in præiudicium ipsius Domi-
ni, in casum deuolutionis feodi; Et nihilomi-
nùs paucis ab hinc mensibus idem Illustriss. Se-
2 natus iudicauit creditoris arbitrium debere esse
regulatum, & electionem discretam aduersùs
D. Voleam, quæ feuda pro hæredibus vtriusque
prætendebat tanquam comprehensa in Inuesti-
tura, & masculina in satisfactionem dotis. sed
ab istis omninò exclusa cecidit, & coacta satis-
factionem consequi in illis, quorum capax erat
per doctrinam, A Pont. de potestat. proreg. tit.
de assensu sup. doc. in princ. nu. 37. & 38. folio
251. vbi alios adducit. Et tamen tunc sumus in
fortioribus cùm assensus æquè principaliter af-
ficiat vtrunque feudum, quod non incidit in o-
bligationem, seu non cadit in satisfactionem,
nisi subordinatè in defectum liberorum, & allo-
dialium. Quæ ratio fortiùs militaret vbi questio
accideret cum extraneo creditore habente pre-
tensionem aduersus feudalia, quorum aliqua de-
uenissent ad fœminas illorum capaces, aliqua ad
Dominum vti masculina deuoluissent, quo casu
anterior creditor habens assensum Domini, &
consequenter regressum in subsidium ad feuda-
lia non posset gratiam facere posterioribus non
habentibus licentiam, vt satisfierent in allo-
dialibus, sub spe consequendi creditum in ob-
sios js in præiudicium fœminæ, & exclusionem
Domini, indiscreta enim esset ista electio, atque
irregulare arbitrium, iuxta quod priùs libera,
deinde feudalia liatora, ac demum masculina,
veniunt excutienda.

Tandem non eundo per mendicata, vt aiunt,
suffragia, dum annis proximè effluxis defenderé
contrarium in Curia Romana, in causa Pepula
Gonzaga, & vehem sustinere, quod D. Marchio-
nissa Pepula teneretur consequi satisfactionem
3 suæ dotis vigore assensus † in primæua conces-
sione omnibus in feudo Curiæ Podij successoris
à Domino impertiti, vt videre est penès Rotam
decis. 187. sub nu. 6. versic. quod ob clausulam,
par. 2. diuers. & apud nos dict. allegat. 4. nu. 39.
fol. 72. lib. 1. & qui latissimam recipit interpre-
tationem ex traditis per nos allegat. 4. num. 40.
& seq. & allegat. 10. nu. 111. lib. 1. relictis bonis
allodialibus D. Marchionissæ Felicitæ, non ha-
4 benti assensum ad feudalia, † & cui iam libera
fuerunt assignata censuit coram Reuerendissimo
Domino Coccino Decano die 6. Iunij 1636. &
die 10. Iunij 1637. dictam Dominam Pepulam
teneri priùs excutere allodialia ea ratione, quia
sic erat restricta facultas per Episcopum Domi-
num directum concessa. Ex quibus in resolutio-
ne dubij non ampliùs insistendum duximus,
quamuis non desint fundamenta pro obtinenda
reuocatione dictarum decisionum, huic tamen
casui non applicabilia. Quemadmodum ergo
D. Marchio Ferdinandus si nollet cogitur gres-
sus dirigere aduersus allodialia, eo magis istud
sibi locum vindicabit, ea quo prius ipsemet in
allodialibus creditum consequi debet.

Neque prædictis obstant auctoritates, † quæ 5
in contrarium possent allegari, & cumulantur
per Hodiern. ad Surd. decis. 44. sub nu. 1. versic.
veluti si ageret ad bona allodialia. Tum quia
præsupponunt creditorem habentem assensum
ad feudalia illum habere simpliciter, † & cum 6
arbitrio, ac electione, quod non accidit in præ-
sentiarum, ea quo licentia cantat in subsidium.
Tum quia supponunt creditores omnes dirigere
gressus contra principaliter obligatum, & qui
contraxit debita, at nos versamur in eo, qui si-
mul creditor est, & debitor, habetque penès se
allodialia veluti excussa, quæ propterea non te-
netur dimittere posterioribus excutienda, & ex-
equenda, & postea ipse magno cum dispendio,
conflictu, atque inutiliter pulset feudalia cum
periculo, vt reddat vacuus. Tùm quia in casu
Manent. decis. 62. num. 5. concurrebat publica
vtilitas, ne vidua remaneret indotata, & odium
hæbrei, ad cuius perfidam in Christianos mali-
gnitatem reprimendam, Senatus Excellentissi-
mus æquitatem præ oculis habens illum coegit
experiri contra feudalia, vt in allodialibus in-
demnitati ipsius viduæ consuleretur. Vltra quod
de dicta resolutione nunc seclusis prædictis cir-
cumstantijs valdè hæsitandum esset, attenta po-
steriori decisione eiusdem Senatus, de qua Cy-
riac. dicta controuers. 328. Tùm, & demùm,
quia præcitati Doctores in comprobationē di-
ctæ assertionis inducunt in argumentum, quod
creditor habens specialem hypothecam super a- 7
liqua re peculiari, simul cum generali in omni-
bus bonis debitoris, non possit molestia affice-
re tertios possessores rerum generaliter obligata-
rum sub prætextu anterioritatis, dum sibi con-
sultum est contra principalem debitorem, & ad-
uersùs res specialiter obligatas, Surd. decis. 44.
per totam, cum ibi notatis per Hodiern. num. 1.
latissimè Iul. Cæsar. Caluin. de æquit. capit. 30.
per totam pluribus, sed præsertim duabus mo-
uentur rationibus, quarum prima est, quia quòd
sibi non nocet, & alteri prodest facillimè con-
cedi debet, altera quia sibi priùs prouidendo de
peculiari hypotheca censeatur super addidisse
generalem sub conditione, & in subsidium, Cal-
uin. post alios de æquit. dicto cap. 30. num. 54.
iuncto nu. 69. quarum neutra huic casui appli-
catur, seu vtraque in oppositum inuertitur, at-
que retorquetur, siquidem D. Marchioni Ferdi-
nando cederet in graue damnum dimittere rem,
vt retineret actionem contra vulgare illud ada-
gium, rei meliùs est incumbere, quàm actioni,
& ipse intantùm habet actionem ad feudalia in
quantum præcesserit excussio, & qua non præ-
cedente eandem cum cæteris creditoribus, nul-
lam in feudalibus habentibus licentiam, fortu-
nam tentare obligatur.

Sed vnico dilemmate omnem prorsùs hæsi-
tandi ansam prosterno, vel enim creditores cō-
currunt pro satisfactione aduersùs eum, qui cō-
traxit debita, & cum tam habentes assensum, † 8
quàm eo carentes, siue hypothecariam habeant,
siue personalem dumtaxat etiam inuito debito-
re

Digitized by Google

re vassallo possent licentiam impetrare, & satisfactionem consequi in feudalibus, ex Manet. cons. 88. num. 8. 9. & 10. hinc propterea ad euitandos circuitus, atque inanes expensas cogeretur creditor habens prælationem, assensum, & hypothecam in feudis, in illis quoque sui quærere, ac consequi creditum, dimissis allodialibus cæteris einsdem debitoris vassalli creditoribus. Vel agant creditores, & pulsant eum, qui successit in feudo, & tunc dum eorum licentiæ
9 canteot in subsidium † & requiraot allodialium excusionem non possunt, neque debeot indulgere posterioribus assensu destitutis, seu cum illis colludere, vt deludant agnatum feudi possessorem, quæ foit ratio decidendi in Maotoana dotis 6. Iunij 1636. coram Coccino: quæ postea fuit confirmata die 10. Iunij subseqoentis anoi, coram eodem, quæ decisiones resoluunt præsentem controuersiam; quamuis in dicto casu non subsistant per ea, quæ latiùs tradidi alleg. 4. lib. 1. & allegat. 1. & 7. lib. 3.

Insupèr animaduertendum proponitur eandem licentiam duplicem in factu, eamque grauissimam recipere dobitationem. Quarum altera consistit in eo, quod emanauerit super feudo spectante ad Illustrissimam D Marchionissam Franciscam Gonzagam tunc conductricem Curtis Podij, & quæ postea obtinuit per Commissarium eiosdem inuestituram dicti feudi irritam declarari, cuius sententiæ, dùm coram Senatu immineret confirmatio lis transactione fuit cōcordata, & dictus D. Marchio coactus soluere scuta mille tercentum: adeout feodum huiusmodi dicatur potiùs habere ex subsequenti trāsactione, quàm ex præcedenti Inuestitura, cui annexa erat licentia in controuersiam deducta. Altera, quia si interim deuolutio feudi contingeret modernus Dominus ad feudum principale vigore maioratus admissus huiusmodi licentiæ stare nollet, neque teneretur maxime cum Illustrissima D. Comitissa Iolia, tunc in feudalibus nullam haberet obligationem, faciunt tradita per Senatum Illustrissimum in causa Canappa alterationis feudi. Ergo Illustrissimus D. Marchio Ferdinandus in ancipiti, ac discrimine non erit ponendus, dum in tuto existit.

Quare &c. Saluo &c.

ARGVMENTVM.

Arrogatus præcisè, & cum assensu Principis ad feudum in eo succedit, neq; per exhæredationem ab Arrogante postea factam feudo priuatur, & ex quibus irrita censeatur exhæredatio, atque inutilis ostenditur.

SVMMARIVM.

1 *Filius Arrogatus succedit in feudo facta arrogatione cum Domini assensu.*
2 *Disponendi de feudo facultas intelligitur de prima vice.*
3 *Primogenitura de feudo in contractu cum licentia Domini facta reuocari nequit. Amplia vt nu. 4.*
5 *Exhæredatio non priuat successione feudi ex iusta causa filiorum, eaque per hæredem probata sustinetur, num 6.*
7 *Exhæredationis filij iusta non est causa lis ab eo contra patrem introducta. Nec recessus à patre, nu. 9.*
8 *Inobedientia filij erga patrem iustam non præbet exhæredationis causam*
10 *Legitima debetur filio arrogato in bonis patris arrogantis.*
11 *Legata debentur ex testamento nullo, & numer. 13.*
12 *Clausula Codicillaris effectus.*

Allegat. LXXXIX.

Adsit Deus.

OBtinuit Illustriss. D. Comes Franciscus Gabloneta à Sereniss. ac glor: mem. Duce Carolo feudum Montilij in primogenituram ex gratia speciali disponēdi de eodem feudo in personam sibi beneuisam, gratam tamen Suæ Celsitudini tam inter viuos, quàm per vltimam voluntatem, atq; etiam in eius neptes de Gablonettia, aut in alteram ipsarum, ac in earum filios masculos, & in defectum masculorum in fœminas in infinitum; occasione matrimonij postea secuti inter Illustrissimum D. Odoardum Valentum ab eodem Gabloneta in filium arrogatum, & vnam ex dictis neptibus Gablonettam nuncupatam cum consensu Serenissimæ Dominæ nostræ, vigore dicti Decreti, atque facultatis prædictæ disponēdi sibi ex gratia speciali attributæ nominauit, ac comprehensos esse uoluit in Inuestitura, ac concessione dicti feudi prænominatus Iugales, cum ordine primogenituræ; cū hoc, quod post illius mortem remanerent Domini, ac liberi possessores dicti feudi, fruendo interim cum ipso, dum vixerit titulis præeminentijs, ac prærogatiuis eiusdem feudi cum dignitate Comitatus concessi.

Condidit postea idē Comes Gablonetta, quocùm decessit, testamentum, & inter cætera exhæredem

hæredem dixit præfatum eius filium arrogatum ex causa inobedientiæ, discessus ab eo, ac litis cum ipso agitatæ, & non obstante mox recensita dispositione, quod feudum Montilij permaneret penès præfactos Iugales, retractauit dictā dispositionem auctoritate sibi à lege attributa, vti primo acquirenti, non obstante præcedenti declaratione, voluitque, ac declarauit feudum reuerti ad Dominium Serenissimum. Mortuo demùm præfato D. Comite Gabloneta, D. Comes Odoardus illius filius arrogatus Serenissimo D. N. supplicem libellum porrexit pro renouatione Inuestituræ, ac concessionis dicti feudi, quæ mandauit sibi per Illustrissimum D. Guerinum Auditorem fieri relationem.

Ex quibus cùm appareat expressè prouisum mediante Principis supremi auctoritate, quod D. Comes, illiusq; vxor succederent in præmemorato feudo, atque in Inuestitura haberentur pro comprehensis, & ad hunc effectum peculiariter admiserit Princeps illius arrogationem, frustra moueretur quæstio circa illius capacita-
2 tem: quippe quia arrogatus † auctoritate Principis ea conditione, vt in feudo succedat, dubio procul admittitur, feudistæ in c. adoptiuus filius si de feud. defunct. controuers. fuerit. Menoch. consil. 503. n. 21. Rosental. de feud. cap. 7. conclus. 30. num. 38. & in glos. NN. quicquid esset secluso huiusmodi pacto, Altograd. cons. 22. numer. 41. latissimè Vrsin. de success. feud. parte 1. qu. 1. art. 2. num. 21. ac per tot. Larath. in theatr. feudor. par. 6. dilucidat. 20. num. 1. & per totam, Bilocā. conclus. feodal. 79. num. 8. Fulgin. de emphy. tit. de contract. emphy. qu. 6. nu. 2. Seraphy. decis. 1286. num. 16. Laurent. Vrsell. conclus. 58. num. 10. litt. A. ex quibus nulla subesse potest difficultas circa capacitatem ad succedendum in feudo quoad Iugales de Valentib. & maximè quoad personam D. Comitis Odoardi, in quo concurrit duplex habilitatio, altera, quia nominatus à præfato D. Comite Gabloneta; altera, quia specialiter ad hoc fuit in eius filium arrogatus.

Neq; dicta successione priuari potuit, eo quia defunctus tanquam primus acquirens, tam à lege, quàm à Principe habuerit facultatem semel disponendi de dicto feudo siue inter viuos, siue per vltimam voluntatem. Quoniam cùm semel iam de eodem feudo disposuisset in ipsos Iugales de Valentibus cum ordine primogenituræ, et dignitatis Comitatus frustatoria redditur omnis subsequens dispositio, tum quia habens facultatem disponendi intelligitur de prima eiue dumtaxat, adeout vbi primùm emanauerit ali-
5 qua dispositio, † exinde sublata censeatur omnis facultas disponendi impertita, præsertim stante acceptatione illius, in quem dirigitur dispositio, l. bones 89. §. hoc sermone, ff. de verbor. signific. faciunt latissimè tradita ferè in terminis per Gratian. discept. forens. 58. per totam, Duran. decis. 339. num. 79. Cyriac. controuer. 100. num. 2. iunctis nu. 23. 24. & 25. & contro. 226. à num. 46. Tum quia primogenitura in feudo à Principe constituta non potest à parentibus re- 3
uocari, nec primogenitis per dispositionem paternam in ea præiudicium afferri rationibus plenissimè deductis per Io. Anton. Bellon. cons. 55. ex num. 22. & per totum, Cyriac. controu. 312. num. 84. & nu. 93. & 94. & seq. Tum quia, cùm Dominus Comes Odoardus præsens acceptauerit, † ac ratam habuerit nominationem de se fa- 4
ctum ad feudum Montilij apud omnes feudistas conuenit, quòd postea per Dominum Comitem Gablonetam nominantem, & paciscentem sine consensu ipsius D. Comitis Odoardi nominatio huiusmodi amplius tolli, vel mutari non potuerit, Ial. in l. qui Romæ 122. §. Flauius, num. 19. ff. de verb. obligat. & in terminis eum sequuntur Hart. Pistor. quæst. 20. num. 1. par. 2. lib. 2. Rosental. de feud. cap. 9. conclus. 65. nu. 11. & 14. & in glos. M & conclus. 66. num. 6. vbi quod pater in feudo nouo filijs nequeat quoquomodo præiudicare, quando in ipsa feudi acquisitione vel postea factum aliquod ipsorum filiorum intercessit; quod repetit Schroner. de feud. cap. 9. disput. 1. 36. Giurb. de feod. §. 2. glos. 3. sub nu. 94. versic. vel proprium ipsorum filiorum factū, & in Feudo Montisferrati Cyriac. controue. 23. num. 32. cum sequentibus vsque ad finem controuersiæ: Eoque fortiùs prædicta in præsentiarum sibi locum vindicant, ex quo nominatio huiusmodi emanauit ex titulo oneroso, ac in præmium deditionis in filium, quam fecit D. Comes Odoardus erga arrogantem. Nullatenus ergo potuit Dominus Comes Gabloneta in præiudicium Domini Comitis Odoardi ob ius illi quæsitum disponere de feudo, non quidem ex facultate sibi in decreto à Principe concessa, cùm illa censeatur consumata per nominationem factam de præfato D. Comite Odoardo, quam sanè nominationem cùm præsens acceptauerit, exinde quoq; impedita redditur altera facultas disponendi de eodem feudo, quàm dictus D. Comes Gabloneta siue ex consuetudine alienandi feuda, siue ex eo, quod esset primus acquirens prætendere potuisset. Quinimmò vbi etiam admitteremus D. Comitem Odoardum filium arrogatum a Patre arrogante ex iuxta causa legitimè fuisse exhæredatum, † adhùc in feudo per eum acceptato post obitum patris arrogantis dilata successione succederet, Rosent. de feud. cap. 7. conclus. 10. per totam, maximè in glos. B. & cap. 9. conclus. 66. num. 26. Molin. de primogenit. cap. 9. per tot. lib. 1. Vrsin. de success. feud. p. 1. quæst. 6. artic. 1. nu. 24. & 25. Peregr. de fideicommiss. art. 22. num. 97. versic. aut verò descēdat ab hominis institutione, cum adductis per Giorb. de feud. §. 2. glos. 1. sub nu. 21. non enim Ius illud accipit à patre offenso, sed aliunde. Quę & si inconcussa appareant quoad personam Domini Co. Odoardi, eò fortiùs sibi locum vindicant quoad personam D. Co. illius Vxoris æquè principaliter ad feudum nominatæ; & inquam, nulla potest ingratitudinis causa redargui.

Cæterùm, quia nulla suberat causa, saltem iusta exhæredandi D. Co. Odoardū, inde fit, quod

testa-

Digitized by Google

testamentum eius patris arrogantis ob iniustam exhæredationem euadat nullum, seu per querelam inofficiosi rescindendum, ad effectum enim
6 vt exhæredatio † sustineatur inter cætera, requiritur, quod adsit causa iusta exhæredationis à patre nominata in testamento, illaque ab ipso hærede concludenter probetur, Natt. cons. 288. num. 2. & cons. 315. nu. 20. Clar. in §. testamentum, quæst. 40. latissimè Merlin. de legit. lib. 4. tit. 1. quæst. 20. nu. 13. ac per totam. Gratian. discept. forens. 902. ex num. 1. ad 15. Cyriac. controuers. 298. num. 2. Thomat. decis. Macerat. 6. num. 6. & 14. Quòd enim traxerit in iudicium
7 patrem arrogatorem, † litemque cum eo habuerit sine venia, quatenus vnquam iustificaretur, non reputatur iusta exhæredandi causa, quia sapit quandam irreuerentiam, non iniuriã, Merlin. de legitim. lib. 4. tit. 1. quæst. 29. nu. 34. latè
8 Io. Baptista Costa cons. 13. ex num. 2. † Quemadmodum idem dicimus de prætensa inobedientia; quia hinc non potuit D. Comes Gablonetæ arripere causam eum exhæredandi, cùm possit pater alijs medijs castigare, & corrigere filium inobedientem, & ob hanc rationem magis cõmuniter tradunt Doctores inobedientiam, sicuti non connumeratur inter causas sufficientes ad priuandum filios hæreditate paterna, ita neque illius allegationem in testamento, vel probationem ab hæredibus suffragari, quominus data etiam filij inobedientia, adhuc testamentum dicatur nullum, vel querela inofficiosi rescindendum, Surd. de aliment. tit. 7. qu. 1. sub n. 13. 14. & 15. Merlin. de legitim. lib. 4. tit. 1. qu. 8. num. 4. & seq. Sicuti idem concludet dum venit de prætenso recessu facto per D. Comitem Odoardum à patre arrogante; maximè cùm simplex
9 recessus, ac diuersio † à patre adducatur pro causa, seu inter causas exhæredationis, ex quo non bene, nec valide filius priuatur paterna hæreditate: nisi forsan recessus interuenisset cum magna insolentia, seu cum verbis grauibus, vel cũ alio quolibet ingratitudinis signo, ex quo Dominus Comes Odoardus ingratus potuisset indicari, ac consequenter exhæredandus, vt optimè ratiocinatur Alb. cons. 315. num. 18. & 19. Verum tamen tantùm abest, quòd in recessu à patre facto per Dominum Comitem Odoardũ possit considerari aliqua iniuria in patrem, quin potiùs Pater ipse fuit in causa, cur ab ipso filius discesserit, vt indicant scripturæ, & processus inter ipsos culpa, & factu eiusdem D. Comitis Gablonetæ compilati.

Neque simplex assertio testatoris, quòd nimirùm filiatio suos non habuerit effectus, & quod D. Comes Odoardus non se gesserit tanquam filius erga testatorem, vocando eum patrem, ac se nominando de illius agnatione, quicquam officit. Tum quia actus, & solemnitas ipsius arrogationis in filium quoad personam D. Comitis Gablonetæ, & assumptionis in patrem per D. Comitem Odoardum cum reciprocis amplexibus aliud indicant. Tum quia arrogatio ipsa non constituit D. Comitem Odoardum in huiusmodi præcisa necessitate, se vocandi ... de familia Gablonetæ, sed tantummodò reponit istud in eius arbitrio, ac facultate, vt innuunt illa arrogationis verba, [possit, & valeat, ac eidem liceat, & licitum sit.] Tum denique, quia tantùm abest, quod filiatio non fuerit sortita effectum; atq; supposita in testamento verificentur, quin potiùs de contrario apparet; tam ex scripturis extra iudicium factis videlicet sub die 5 Octobris 1642. ibi: *Io Francesco Gabbioneta, come padre del detto Conte Odoardo, mi contento, & affermo il sudetto accordo*, in quo interuenerat quoque D. Comes Odoardus, ac passus fuit ad formam arrogationis se vocari filium, dum admisit D. Gablonetã tãquam patrem, quæ in scriptura fuit in iudicio producta per eundem Dominum Comitem Gablonetam tanquam patrẽ; & habetur registrata in processu compilato in actis Domini Lucini fol. 29. ac sparsim in toto processu, & præsertim in scriptura registrata in dicto processu fol. 5. iuncta alia D. Comitis Odoardi ibidem registrata fol. 11. in quibus vicissim se exhibent, profitentur, ac declarant velle stare Instrumento arrogationis, & obseruare contenta in eo. Vltra quod adest quoque in manibus D. Collonelli de Rossettis Scriptura, in qua pluries dictus D. Comes Gabloneta vocat se patrem dicti D. Comitis Odoardi huiusmodi nominationi assentientis.

Neque sustineri potest testamentum ex ordinata per testatorem compẽsatione fructuum sibi debitorum in bonis, seu ex bonis filij arrogati cum eo, quod filius in hæreditate paterna arrogantis habere posset, vbi exhæredatio viribus non subsisteret, perinde ac si in eo censeatur institutus pro legitima, † quæ in bonis patris 10
arrogantis debetur filio arrogato, cùm verè dicatur filius, & ad instar naturalium, Merlin. de legitim. lib. 2. tit. 2. quæst. 2. à num. 1. ad 12. & lib. 1. quæst. 3. nu. 1. quoniam ad validitatem testamenti requiritur, quod relictum fiat per modum, ac titulum institutionis, §. aliud quoq; capitulũ, & ibi tradit glos. in verbo præterire auth. vt cùm de appellat. cognoscen. latissimè Clar. in §. testamentum, quæst. 38. Io. Baptista Costa dicto cons. 13. num. 12. Merlin. de legitim. lib. 5. tit. 2. quæst. 1. num. 6. & 7. & quæst. 2. nu. 11. vbi conclusionem amplíat in filijs adoptiuis, & arrogatis, ex quibus sequitur huiusmodi testamẽtum, tam ex capite exhæredationis sine causa iusta factę, quàm ex capite prẹteritionis reddi omninò nullum.

Neque prædictis resisteret, si opponeretur, quòd ex causa exhæredationis, vel præteritionis irrito testamento intelligatur quoad institutiones † tantùm, secùs verò quoad reliqua, quæ firma remanent auth: ex causa C. de liber. patern. Gail. pract. obseruat. 113. num. 1. & obseru. 134. num. 1. lib. 2. adeout nullitas testamenti non tollat refutationem feudi factam in Dominum Supremum directi, quandoquidem ex superiùs dictis optimè colligitur non potuisse D. Comitem Gablonetam in præiudicium ipsorum Iugallum 11

de

de Valentibus disponere de feudo, ratione cuius, attenta nominatione de eorum personis facta, ius ipsis irreuocabiliter fuerat quæsitum.

Quibus omnibus circumscriptis, & præsupposito, pro indubitabili, quod testamentum inualidum sit; superest videndum, quid operetur clausula codicillaris in odium ipsius Domini Comitis Odoardi filij testatoris, & in hoc articulo iuxta magis receptam, ac veriorem sententiam, ex quo sumus in præteritione, seu exhæredatione scienter facta de filio iam nato, sta-
12 tuendum venit per dictam clausulam † testamentum sustineri, quantum ad hoc, vt filius præteritus teneatur hæredi scripto restituere hæreditatem, retentis sibi legitima, & trebellianica propter institutionem in testamento factam de vxore defuncti, quæ reputatur extranea, Cost. de ration. rat. quæst. 102. num. 6. Merlin. de legitim. lib. 1. tit. 3. quæst. 1. num. 23. Hodiern. ad Surd. decis. 193. sub num. 6. versic. in secunda verò casu, & in terminis Io. Baptista Costa consil. 13. num. 20. Quæ tamen dicta intelliguntur in abundanti, nam cùm simus in exhæredatione sine causa facta, sequitur nullatenus, neque etiã per clausulam codicillarem testamentum susti-
13 neri posse, nisi quoad legata, † in quibus nil aliud obstat auth. ex causa C. de liber. præternat. Thesaur. decis. 128. nu. 10. & ibi addentes glos. A. Io. Baptista Costa dicto cons. 13. sub num. 18. versic. quandoquidem.

Erit ergo referendum, Serenis. D. N. non posse denegari renouationem inuestituræ petitam, quemadmodum per Senatum Excellentissimum erit iudicandum, testamentum esse nullum inualidum, ac ipso iure irritum, Saluo &c.

ARGUMENTUM.

Desumendum est ex Allegatione 38. & Allegatione 59. hoc eodem volumine, ex quo eadem materia circa Iurisdictionem Parium Curiæ in causis feudalibus hìc quoque discutitur, pluraque subnectuntur circa intelligentiam quorumdam textuum ex consuetudine feudali, & præcipuè tex. in c. 1. de Inuest. in marit. fact.

SUMMARIUM.

1 *Fundamentum suæ intentionis vnusquisq; probare debet.*

2 *C. 1. de inuestit. in marit. fact. qualiter procedat. Per textum in c. 1. an apud Iudic. vel Cur. corrigitur, num. 9.*

3 *Lex vbi non distinguit, nec nos distinguere debemus. Nulla extendi debet ad id quod in ea non exprimitur, num. 4. Generaliter loquens non comprehendit casus alia lege, specialiter prouisos, nu. 6. Non est de casu indubitabili, num. 7.*

5 *C. 1. an apud Iudic. vel Cur. dispositio declaratur.*

8 *Specialiter aliqua per legem determinata Ius commune in alijs casibus vult.*

10 *Doctores in terminis loquentes præferuntur alijs.*

11 *Pares Curiæ vassallo contendente cum Imperatore erant Iudices, sed contra num. 12. Non adsunt in Curia Tridentina, nu. 14.*

13 *Parium loco in causis feudalibus alij Iudices successerunt. Pro fundanda Iurisdictione quæ requirantur, num. 21. & num. 28.*

15 *Suspecto Principe, eius quoque officiales suspecti euadunt.*

16 *Sententia intelligitur rebus sic stantibus.*

17 *Exceptio rei iudicatæ in feudis, vt obstet quæ requirantur. Anomala, seu mixta opponi potest in vim dilatoriæ, & peremptoriæ, num. 19.*

18 *Approbasse quis tacitè non præsumitur, quod expressè impugnauerat.*

20 *Causa magis præiudicialis prius terminari debet.*

22 *Rosental. de feud. cap. 12. conclus. 4. num. 41. & 42. declaratur.*

24 *Iudex quando cognoscat de sua Iurisdictione. Nemo in causa propria esse potest, numer 26.*

25 *Euentus à primordio tituli formatur.*

27 *Rescripti verba dubia interpretantur, vt deseruiant intentioni impetrantis.*

29 *Esse hoc non probat, quod ab hoc contingit abesse.*

30 *Actus extraiudiciales nunquam transeunt in iudicatum.*

Allegat. XC.

Adsit Deus.

AUGUSTISSIME, POTENTISSIME, ET INVICTISSIME IMPERATOR DD. CLEMENTISSIME.

INeuitabiles, quas in nostra triplica adduximus doctrinas in recusationem, ac ferè perhorrescentiam Parium Curiæ illius, in qua Illustrissimus, ac Reuerendiss. Princeps Madrutius, & directi Domini vniuersaliter illuc dominantis, & vassalli personam inabdicabiliter sustinet, Idem reus in sua quadruplica, vt apparentes declinet, reprobatos, atq; inappli-

inapplicabilea feudorum Iuribus aitcait intel-
lectoa, nondum aliàs erectum, neque exifteos
in fua ditione paroim Tribunal effingit, & feip-
fom in extraneam perfonam à feipfo fegregare
inutiliter contendit. Tantùm enim eff: caufam
hanc ad pares Curiæ, quantùm in illins aibi-
trium victoriam temittere, feù immortalirati
eandem, vel oblinioni commendare aotumnat,
Quorum certè nullum eùm incorruptam Maie-
ftatia Veftræ integritatem permittere non de-
ceat, iamque exaratia, ac ioferiùs addendis op-
timè innixa, atque ineoncuffa fundamentia al-
legatæ fufpicionis exceptio adhuc fubfiftit. I-
deò caufam banc Imperiali iuftitia tot nomini-
bus protegendam in Aulicu Maieftatis Veftræ
confilio decidendam retinere dignabitur.

Intentio enim Illuftriffimi Principis circa in-
ftitam, continuoque incoleatam præfentis cau-
fæ ad Parea afferroa fuæ Curiæ remiffionem elu-
foria, funditùique elifa euadit. Dum haoc iudi-
candi methodum in fuo Principato inter eius
Ecclefiæ vaffallos obferoare, aut aliàs vnquam
viguiffe non indicat. Quemadmodum namque
in qualibet materia quifque fuæ intentionta fü-
1 damentū, † fiue illa in agendo, fiue in excipien-
do confiftat, probare obftringitur, l. a. ff. de pro-
bat. Bartol. in l. r. nu. 1. C. fi aduerf. creditorea,
Ita quoque prætendens caufam feudalē ex fup-
pofito confuetudinia per Pares Curiæ decidendā
ad illos reducere exiftentiam parium eoncludē-
ter indicare tenetur; fin minus ordinarius, & fic
Maieftas Veftra onus iudicandi affumit per ea,
2 quæ diximus in noftra fcriptura replicationia,
verfic. vlterius ad effectum obtinendæ remiffio-
nis, & in altera duplicationis feu triplicationis,
verfic. infuper difputation 8. Quam fanè con-
clufionem etiam Princepa Tridentinus in fua
quadruplica amplectitur à nu. 63. vfque ad 83.
tametfi plorimum allucinetur in eo, quod cre-
diderit præfuppofita parium præexiftentia, feu
obferuantia eos in controuerfijs feudalibus eli-
gendi in iudices noftræ huius difceptationis cū
ipfo cognitionem ad pares eius Curiæ fpectare,
eo fub prætexto inani quidem, ac commentitio,
2 quod c. 1. † de inueftit. in marit. facta fopplea-
tur per difpofitionē, c. 1. an apud Iudic. vel cur.
quodq; ie illud procedat in cafu, quo Dominus
pares non habeft, iftud verò fibi locum vindi-
cat, quoties illi adfont.

3 Allucinatur, inquam, primo, quia lex † vbi
non diftinguit, atque vniuerfaliter, & indiffini-
tè difponit, nec nos diftingoere, aut illius vni-
uerfaliffimam difpofitionem ad fpecialitates re-
ftringere debemus, l. de pretio 8. ff. de publicā.
in rem act. l. a. §. generaliter, ff. de legat. præ-
ftan. l. fin. C. de dot. prom. Schrader. de feudia,
part. 10. fect. 5. num. 4. & 26 a. & fect. 6. nu. 53.
144 150. & 153 Petr. Iordan. Vfin. de fucceff.
feud. par. 3. quæft. 3. art. 1. num. 2. Quam con-
clufionem benè exornat licèt malè applicet pars
aduerfa in fua quadruplica num. 26. & 27. Qua-
propter cùm in dicto cap. 1. de Inueft. in marit.
factum ratione duplicis præiudicij euenientis
Domino in cafum fuccumbentiæ generaliter di-
fponatur, quod ad ordinationem controuerfia fo-
per feudo excitata, & veriena deuoluar diuina-
tiones introdoci non debent ad eiufdem textua
emendicatam interpretationem.

Deinde quia nulla lex, † nulliufvè textua ex- 4
tra verba ipfius extendi, vel porrigi deber, nec
permittitur legem, textum, vel conftitutionem
aliquam ita interpretari, vt id difponat, quòd
verbis illioa legis, textus, vel conftitutiones ex-
preffum non apparet, l. quod conftitutum a i. ff.
de teftam. milit. Bald. confil. 447. col. 3. libr. 1.
Schrader. de feud. par. 10. fect. 6. fub num. 153.
verfic. & nulla lex. Vnde cùm in dicto c. 1. de in-
ueft. in marit. fact. ne verbum quidem adfit con-
cernens exiftentiam, vel non exiftentiam pariū,
fed illius decifio indeterminatè procedar aliter
per Aduerfantem interpretari non debuit, nec
potuit.

Vlteriùs c. 1. † an apud Iudic. vel Cur. abfcin- 5
dendo à præcifitate cafus, fuper quo expreſsè ca-
uetur in c. 1. de inueftit. in marit. fact. quoad
cæteroa, & feclufo concurfu vtriufque qualitaa
tia in collitigante vafallo nimirùm, atque directi
dominij, caufas feudales agitandi inter vaffalloa
normam tradit, ideoque illius difpofitio trahi
nequit quoquomodo ad cafum fingulariter, ac
in fuis indiuidualibus circumftantijs diffinitum
in præcitato, c. 1. de inueftit. in marit. fact. Lex
namque † generaliter difponens non compre- 6
hendit cafus alio texto peculiariter prouifoa Au-
th. qua in prouin. C. vbi de crim. agi oport. Ro-
fental. de feud. cap. 10. conclus. 26. num. 6. Gio-
oagn. conf. 5. num. 3. lib. 2. pulchrè ad rem no-
ftram Schrader. de feud. par. 10. fect. 2. fub n. 18.
verf. & dari luna eft.

Demùm quia fi in cafu dumtaxat non exiftē-
tiæ parium in Curia Domini, difpofitio dicti c. 1.
de inueftit. in marit. fact. procederet, vtique il-
la cenferetur de cafu † indubitabili, ac certo cō- 7
tra textum in l. Domitioa labeo 37 ff. de teftam.
& in l. quod labeo ff. de Carbon. edit. Carleual.
de iudic. lib. 1. tit. 1. difputat. 2. quæft. 1. num. 35.
Iure etenim feudali, ac feudiftarum traditioni-
bus indubitanter cautum reperitur, ita demùm
parea Curiæ ad iudicandum in caufis feudalibus
eligi quatenus in Curia Domini exiftant, nec
aliquid fpeciale in dicto c. 1. de inueft. in marit.
fact. prouifum reputaretur, quod æquè benè cæ-
teria feudorum confuetudinibus applicari non
poffet. Contra alteram iuria indubitatiffimam
conclufionem, iuxta quam ex aliqua fpecialita-
te † per textum peculiarem determinatam col- 8
ligitur Ius commune in alijs cafibus contrarium
velle, & difponere, l. quod verò contra 13. & l.
ius fingolare 15. ff. de legib. cum Iuribus in fi-
mili cumolatis per Schrader. de feud. parte 10.
fect. 5. fub num. 28. verfic. ideoque. Vbi autem
pares non extant, vtpote quia Dominus nonni-
fi vnicum dumtaxat feudum haberet, vel alia
quacunque caufa inanem, ac fuperfluam huiuf-
modi conclufionem reddi plories demonftraui-
mus, quippe quoniam quæftio, an iudicium ad

pares spectet illorum præexistentiam præsup-
ponit.

Ex quibus liquidò prosternitur confugium
istud subordinatum ad alterum eiusdem Epis-
copi, de quo in sua quadruplica ex num. 42. ad
63. dùm non vnum ex dictis testibus suppleri
per alterum ei sufficere cognoscit, alterum ab
altero subiungi corrigit; cùm tamen nodum in
scirpo non querentes, nec calcitrando contra
rationabiles feudistarum traditiones, quin po-
tius eorumdem patrum doctrinis inhærentes, &
signanter in sua quadruplica ab eodem Princi-
pe ea nostra triplica assumptorum iam compro-
bauerimus in eadem versio. Adeout seclusa qua-
cunque textuum correctione nil magis euitan-
dum, atque à nostris damnatum censeri, quàm
pro resolutione difficultatis aliqua legis censu-
ra innixæ correctiones textum somniari, atque
inuehere, præterquam quod si doctrinæ ea ad-
uersò congestæ attentiùs perpendantur de vni-
us textus ad alterum correctionem verba faciũt,
casum figurant inter duos de feudo contenden-
tes, quorum vnus nouum, alter verò antiquum
contendit, ac subinde quisnam inter eos iudex
esse debeat principaliter inquirunt, dum ad de-
cisionem propositæ quæstionis alij per textum
9 in dicto c. 1. † de inuestit. in marit. fact. ordina-
rium in iudicem proponunt, alij magis commu-
niter per pares causam decidendam defendunt,
atque in hoc dumtaxat textum illum per alte-
rum in c. 1. an apud iudic. vel curiam Domini
correctum profitentur, vt videre est apud Schra-
der. de feud. par. 10. sect. 2. nu. 14. Rosental. de
feud. cap. 12. conclus. 2. num. 24. alios cumu-
lantes, ex quibus tametsi non desint, qui per-
functoriè, ac per modum transeuntis huiusmo-
di correctionem etiam ad præsentem nostram
quæstionem, quam cum Principe Tridentino
10 habemus. Attamen in concursu eorum, si quos
in præcisis terminis huius controuersiæ, atque
etiam magis dubitabilibus initio, in nostra tri-
plica congessimus, in consideratione haberi ne-
quaquam debent, Abb. in c. 2. bonæ il. 2. n. 30.
de postul. prælat. Fulgos. cons. 101 num. 5. Al-
tograd. cons. 21. num. 37. & consil. 57. num. 61.
Mart. Medic. decis. Senen. 60. num. 22. sicque
dispositio textus in sæpius citato, c. 1. de inuest.
in marit. fact. firma stat, nec alibi circa illius de-
cisionem germanam cautum quicquam reperi-
tur, quod ei retento themate duplicis præiu-
dicij contrarietur.

Nec amplius elaborandum duximus circa po-
steriores duos alios intellectus per eundẽ Prin-
cipem ad dictum c. 1. de inuestit. in marit. fact.
in sua quadruplica à num. 83. ad 94. inuectos;
sic enim inordinatè, & extra propositum à pra-
xi ad Theoricam transeundo Maiestas Vestra
defatigaretur; Cùm in facto potissimùm neuter
ex illis ad causam, quam cum ipso Principe a-
gimus applicationem recipiat non quidem præ-
tensio ipsius Principis vtrinque nimirum nunc
insisti super feudorum antiquitate, quoniam ex
latere Principis permanentia, & vt melius di-
camus indebita feudi per plures annos, & poste-
ritates occupatio non attenditur, nec verè feu-
dum efficit antiquum, qualiter in sensu ipsius
Principis feudi antiquitas sumitur, siquidem pro
istius articuli decisione, vt de se patet, qualitas
feudi inspicitur de tempore litis motæ, non autẽ
quid ea iam cœpta, & nunc etiam vertente eue-
nerit. Vbi ergo ad declinandam parium iurisdi-
ctionem ex necessitate concursus alterationis
inter contendentes præcisè super eum, an nouũ
esset, vel antiquum, seu quod vnus vti de nouo
se inuestitum prætenderet, & alter tanquam de
antiquo se inuestiri postularet, requireretur vti-
que non deficeret; & sic causam hanc ad ordi-
narium, & consequenter Maiestatem Vestram
spectare extra omnem dubitandi aleam reposi-
tũ esset; siue pretium in concessione istius feu-
di, siue non interuenerit, de quo nobis non cõ-
stat, & per pauci communiter reprobari requi-
situm istud approbant, aut intellectum ample-
ctuntur.

Iactis hisce duobus fundamentis altero quod
vsque adhuc in Curia Tridenti, & inter illius
vassallos nunquam Pares iudicauerint, altero,
quod vsque adhuc in Curia Tridenti, & inter
illius vassallos nunquam pares iudicauerint, al-
tero quod casus iste noster cum Principe discu-
tiendus, vbi pares adessent, ipsorum iurisdictio-
ni non subiaceat, accedit in maiorem nostræ in-
tentionis corroborationem hanc iudicandi me-
thodum ab aula vniuersaliter recessisse. Vtque
exordiamur immediatè à Cæsarea Maiestate Ve-
stra, quæ ex vi taciti contractus non quidem, & 11
honestate, sed ex necessitate iudicium istud pa-
rium subire obstringebatur, Afflict. in c. 1. n. 7.
de controuers. inter Dom. & vassall. de inuest.
feud. vbi signanter ait, quod si contentio sit de
feudo inter Imperatorem, & vassallum, tunc pa-
res erunt iudices latè Schrader. de feud. par. 10.
sect. 5. num. 23. & seq. Rosental. de feud. c. 12.
conclus. 3. num. 9. & seqq. Giouagn. consil. 61.
num. 23. & seq. lib. 1. Sebastian. Nesius in c. si
inter dominum, de controuers. feud. apud par.
termin. num. 5. Schoner. disput. feudal. 2. Thes.
36. lib. 2. nouissimè Caren. var. resolut. 180. sub
num. 2. versic. His Parium Curiæ constitutioni-
bus aiunt nonnulli ligari Imperatorem ipsum,
ita vt nec ipse, neque eius Aulicum consilium
possit iudicare de causa vertẽte inter ipsum Im-
peratorem, & eius vassallum de feudo, Carolus
Tap. decis. 24. num. 2. Hodie tamen quia in de-
suetudinem abijt, atque iudicium hoc parium
ab Aula generaliter recessit. Ideò in Camara Im-
periali pro determinandis quæstionibus feudo-
rum † inter Maiestatem, & quoscunque eius va- 12
sallos parium loco Aulicum consilium successis-
se attestantur Carol. Lapid. decis. 24. num. 5. &
6. Caren. dicta resolut. 186. sub nu. 5. vbi præ-
dictam lapid. decisionem allegat, & subiungit,
quæ decisio fuit facta in causa Principissæ Plom-
bini, quæ cùm vellet recusare iudicium Aulici
consilij, & prouocaret ad pares Curiæ, fuit re-
iecta hac exceptione condemnatoria vti con-
tumax.

tumax. hactenus ille. Hanc autem assertionem nostram res iudicatæ ibidem per lapsam allegatæ magis comprobant. In cæteris namque conclusio huiusmodi nihil penitùs difficultatis secũ
13 affert. Parium scilicet Iurisdictionem † ab aula recessisse, ita vt loco parium in vniuersa terrarum orbe Iudices ad hoc specialiter constituti, seu locorum ordinarij successerint Duaren. in epitome feud. cap. 20. num. 1. vbi de consuetudine in Gall. Iacobin. de Sancto Georg. in verbo, & dicti vassalli, vbi ita obseruari in prouincia Pedemontana profitetur, Afflict. in cap. 1. §. præterea si inter duos, nu. 4. de prohib. feud. alienat. per Federic. Andr. de Isern. in constit. Regni chart. vlt. Carol. Iap. decis. 24. num. 8. Carleual. de Iudic. lib. 1. tit. 1. disput. 2. qu. 6. sect. 8. nu. 650. in fin. Rosental. de feud. cap. 12. conclus. 2. num 44. Caten. resolut. 180. nu. m. 3. Cost. Sicul. cons. 2. sub nu. 9. versic. inquit huiusmodi parium iudicium recessisse ab Aula, tam in hoc regno, quàm alibi, qui alios recensent, & vniuersaliter concludunt, parium iudicium amplius in vsu nõ esse: & non eundo per mendicata, vt aiunt, suffragia, quod in causis
14 feudalibus Episcopatus Tridentini, † nec dominus, nec Pares Curiæ, sed illius Principis consilium ius dicat, atque iurisdictionem hanc exerceat, colligitur ex traditis in pũcto per Mynsynger. in sæpiùs citat. respons. 13. decad. 3. in princ. ibi, quòd autem hæc causa non fuerit tractata coram Episcopo tanquam causa Ecclesiastica, sed potiùs velut feudalis ex eo etiam conuincitur, quòd in sua Cancellaria fuit ventilata coram sæcularibus Consiliarijs, & num. 8. in fin. ibi. Neque enim dubium est Commissarios, siue consiliarios Episcopales fuisse iudices competentes, & sub nu. 13. ibi. Nam Consiliarij Episcopi in Tridento ferè biennio ante prolationem diffinitiuæ pronunciarunt sese in hac causa competentes, nulla prorsus habita ratione remissionis, atque ab altera ex colitigantib. parte petitæ ad prætensos illius Curiæ Pares, cùm tamen, si vera præexisterent, quæ nimiũm profuso verborum apparatu dissimulatis prædictis de quibus in eius cancellaria palàm constat, Episcopus effundit, vtique ad pares Curiæ remissio denegari minimè poterat. Ex quibus satisfactum resultat duobus obiectis eiusdem Principis Illustriss. & de quibus in sua quadruplica à nu. 127. vsque ad nu. 134. dum non solùm ex vniuersali consuetudine, verùm etiam ex peculiari stylo Episcopatus Tridentini demonstrauimus antiquatas, atque abrogatas euasisse feudorum consuetudines circa causarum cognitionẽ, cùm vbiq; per Consiliarios Principis in id electos cognoscantur, siue aliàs Iurisdictio ad pares Curiæ, siue ad dominum deuolui ex iure ipso feudali deberet.

Ad quorum exclusionem Intrat doctrina cõmuniter recepta, iuxta quam in causis, in qui-
15 bus Princeps ob principale illius interesse suspectus, tenentur ei quoque eius consiliarij à iudicando in eisdem veniunt. Abb. & Felin. in c. cùm venissent, de iudic. Capic. decis. 184. nu. 3. Carleual. de Iudic. lib. 1. tit. 1. disput. 2. quæst. 7. sect. 1. num. 797. quos allegat, & sequitur Sanfelic decis. 84. num. 3 Ripol. var. resolut. cap. 52. num. 5. & seq.

Cæterùm non possumus non valdè mirari de nimia aduersæ partis ioculatione super sententia in hac eadem causa à Senatu Oenipontano edita. Non recedendo enim ab impugnationib. aduersus eam seductis, atque in suo robore permanentibus; insuper additur eandem † ad instar 16 cuiuscumque alterius dispositionis procedere, atque intelligi debere cum clausula, rebus in eodem statu consistentibus, quibus quomodolibet variatis opus est noua prouisione, argumẽto textus in l. nulli, C. de arrogat. militar. anno lib. 10. Camill. de Curt. in diuers. feud. §. redeundo ante numerum 50. Surd. decis. 289. nu. 11. & 12. Cyriac. controuers. 481. num. 39. & 40. Quemadmodum enim tractu tam longissimi temporis, hinc à die illius promulgationis effluxi, si Episcopatus vnà cum Principatu in personam à nostra Castrobarchensi, & agnatione Madrutia omnimodè se iunctam, & consequenter nec Principi, nec nobis suspectã transitum fecisset, eadem sententia non refragaretur, neque resisteret, quo minus iuxta feudale ius antiquum causa adhuc per dominum cognosceretur, ad tradita per nos in replicatione versic. cæterum alia quoque ratione, ita quoque postquam vtile dominium à directo separatum, in vnam personam consolidatum, atque existêa reperitur ad eultandam huius causæ deuolutionem ad Maiestatem Vestram sententia huiusmodi allegari non meretur, cùm certè emergent propter vnionem vtriusque dominij in vnicam personam nunc resistent parium remissioni, discussum tunc non appareat, aut discuti tanquam non concurrens, non potuerit, adeo vt quoad hunc casum perinde sit, ac si dicta non emanasset sententia.

Duos superueniens ista casuum varietas operatur effectus, ne sententia contra progenitores nostros ab Oenipontano Senatu egressa, quatenus etiam eidem acquieuissent, neque ab ea reclamassent; vt satis indicant documenta in probanti forma iam exhibita, rei iudicatæ vim, atque exceptionem contra nos obtineat. Altera, quia non ex arctissima sanguinis coniunctione tunc inter occupatorem quatuor Vicariatuum, ac Dominum directi vniuersalem moderni Principis Curiam declinamus, sed propter vtriusque dominij apud ipsum existentiam eodem, atque eius Curia iure optimo recusata ad Maiestatem Vestram pro iustitia confugimus. Alterum, quia ineuitabilis, ac maxima in personam ipsius rei anno conuenti, seu firmata iurisdictione conueniendi conditionis accessit alteratio à personis eius prædecessorum: dum vti quoad dicta feuda ad instar simplicium vassallorum dijudicarentur; ille verò, & vassalli, & domini etiam in ipsa feudorum ditione regnantis iura præseferat. Hinc propterea feudistarum vulgatissima

Digitized by Google

27 succedit traditio, iuxta quam sententia tin odio alicuius ex agnatis in causa feudali promulgata alijs in eadem causa, & iure feudali succedentibus coequale Iua habentibus non præiudicat; quando eadē agendi non subest causa, nec eamdem personarum militat conditio, l. cùm queritur 1 2. cum duabus seqq. ff. de re iudicat. Costa ficul. consf. 3. num. 2. & in terminis feudi Surd. consf. 189. nu. 29. Anton. Monach. de recta feud. interpretat. cap. 45. num. 27. Qua stante ratiocinatione ex facti serie desumpta, cæterisq; in proposito in nostra triplica latiùs congestis, vers. sic. præterquamquod MaiestatisVestræ, seu potius Consilij Aulici iudicio infallibili cogitandum, ac resoluendum remittitur, an quæ per Principem Illustriss. in sua quadruplica nu. 95. cum quatuor sequentibus insistendo adhuc super exceptione rei iudicatæ exartantur, ad præsentem causam conferant.

Maximè cùm ipsemet Princeps in sua quadruplica nu. 143. hanc nostram intelligentiam Iuri apprimè consonam amplectatur; dum vult diuersitatem adesse inter casum vigentem de tempore Eminentissimi Cardinalis Clesij, & subsequentem casum, in quo eadem causa reperiebatur, dum Sedem Episcopalem & Principatum Tridenti Eminentiss. Cardinalis Madrutius successor illius tegebat: Exinde enim necessariò sequitur, vt eandem quinimmo, & maiorem differentiam agnoscere debeat circa eandem causam in terminis, in quibus nunc reperitur ab illis, in quibus certè de tempore dicessionis à Regimine Oenipontano habitæ existebat, sicque quod sententia illius amplissimi ordinis comprehendere hunc casum non valeat. Hinc cùm ex propria ipsius rei confessione detegatur nos per Iuris tramites rectos deambulare declinando effectum, & applicationem ad præsentem casum sententiæ, nil amplius ad hanc causam variato in pluribus rerum statu quicquā conferentis, in probanda epistularum præfacti Cardinalis Clesij legalitate, ac probanti forma elaborare superfluum, atque inane duximus, cùm præcipuè istud ex oculari earum inspectio ne probatum resultet.

Parium existentiam, quam enixè passim, & apertè in Episcopali ditione Tridentina rei veritati inhærendo impugnauimus, dum subordinatè diximus in casum illorum existentiæ nō consecututos iustitiam, eosque vti suspectos ab exercitio iudicandi in præsenti hac nostra causa remouendos censeri, nos illorum exercitium implicasse in vsu, toto cælo abhorret ab illo Iuristarum Axiomate, iuxta quod nunquam appro

28 bari † tacite præsumitur, quod prius apertè impugnatur; & quod fit, & deducitur ad priuationem, non debet inducere habitum, l. ex facto etiam, ff. de hæred. instituen. latè Surd. decis. 267. nu. 3. & 4. Cyriac. controu. 157. num. 18. vbi quod nemo implicitè fateri, & sentire intelligatur id quod ex diametro repugnat suę defensioni, quod repetit controuers. 382. num. 5. & 6. & per hoc satisfactum remanet consequentiæ, seu fallaciæ, & æquiuoco in oppositum per Illustrissimum, & Reuerendissimum reū in eius quadruplica sub nu. 134. vers. imò ipsimet actores sumpto.

Tribus in vnum concurrentib. negatiua scilicet, quam esse agnatum exvocatis in feudi Inuestitura, prętensione reuersionis ob consolidationem vtilis cum directo, & retentione, seu magis continuata eiusdem penès dominum occupatione, non assertos Curiæ pares, sed ordinarium Iuri dicundo præesse, etiam reus admittit. Hæc autem omnia, ac singula in præsentiarum non deesse, cùm hoc meridiana clarius appareat, tametsi diffugijs, tergiuersationibus, atque implicantijs veritatem huiusmodi ad offuscandam nebulas conflare eadē para aduersa non desistat. Ideo vt illas dissipemus, præsupponendum venit exceptionem † illam vos non estis de 19 naturali agnatione Castrobarcæ, cuius stemmata vsurpastis illius farinæ censeri, vt tam in vim peremptoriæ si ad merita referretur, quā in vim dilatoriæ, si ante fundatam Iurisdictionem, seu litiscōtestationē exciteur, vti anomala, seu mixta opponi valeat, iuxta praxim, de qua Burt. in l. cùm quærebatur, ff. iudic. sol. Blanc. in tract. de compromiss. de except. nu. 33. fol. 166. Gallup. in prax. par. 2. cap 5 nu 20. Botel. in sum. decis. tit. 48. num. 17. seq par. 1. Priusque discuti debet, tanquam articulus magis præiudicialis, † quoniam non solùm respectu ordinis iudi- 20 ciarij, ne vlteriùs progrediatur, verùm etiam, quoad negotium principale præiudicium parit, comperto namque, quod tamen euidētissimam implicat traditionem, nobis alienum stemma, & agnationem adsciuisse. Inanis, ac frustatoria omnis prorsus euaderet indagatio, siue circa pertinentiam ad nos quatuor Vicariatuum, siue circa Iurisdictionem iudicare debentis, Bald. in l. 1. in princ. opposit. 1. C. de ordinar. cognit. per textum in l. si quis libertatem 7. C. de petit. hæredit. Menoch. consil. 301. num. 25 & 26. latè Gratian. discept. forensf. 394. nu. 1. & signanter nu. 1 t. Vbi quod Iudex efficitur competens ad cognoscendam de huiusmodi exceptionib. pręiudicialibus, quamuis aliàs de illis non posset cognoscere, & discept. 559. sub n. 4. vbi quando vna causa est exclusiua alterius, ita vt sententia in ea lata pariat præiudicium in altera, semper prius debeat expediri; quasi tunc frustra tractetur de alia. Cùm igitur Illustrissimus, ac Reuerendiss. Episcopus in eius exceptionali scriptura extra dentes non quoad agnationem, atque descendentiam Castrobatchēsem talea esse quales nos facimus, & rei veritate existimus, expressè negauerit; quantumuis modo, ac in cæteris eius scripturis plurimū se inoluunt. Hinc propterea ad euitandas inanes controuersias, atque inutilea litium sumptus, & anfractus, ex hoc etiam dumtaxat capite Maiestatis Vestræ Iurisdictio optimè fundata dicitur.

Istud verò indubitanter procedit iuncta prętensione deuolutionis feudi ab initio præsupposita cum supposito extinctionis familiæ nostræ

stræ Castrobarchensis, cum inuitem iam in retentione feudi apud dictum Illustrissimum Principem reum conuentum, ac simus directi Domini. Quo in casu quicquid in via disputationis prolixè admodum, & extra propositum in oppositum deduxerit in eius duplicatione num. 26. ad 63. & quadruplica à nu. 108. ad nu. 123. Vestra Maiestas, Camera Imperialis, seu Aulicum consilium iuxta stylum hactenus in similib. inconcussè obseruatum causas remittere consueuit, ad tradita per congestos à nobis in scriptura replicationis versic. Hinc igitur easque subesse iudicio ordinarij, & sic eiusdem Maiestatis Vestræ Princeps Illustrissimus non controuertit, vt videre est ex scriptura eius duplicationis à nu. 62. & eius quadruplica à nu. 108. vsque ad. 123. & in terminis, vt aiunt, terminantibus ratiocinatur, Surd. consil. 286. nu. 8. ibi, hæc enim exceptio est præiudicialis ad causam principalem, ergo est ante omnia discutienda, & ibi, & de hac exceptione cognoscit ordinarius, qui si inueniat rem esse feudalem, remittet partes, & causam ad dominum feudi.

Vt tamen eandem assertionem vndiq; indubitatissimam, ac iam diu vsu receptam, sibique quò magis iuridicam, eò magis expedienté euerteret per remotissimos tramites, atque inaccessibiles angulos à traditionibus feudistarum, & germana veritate facti deuians hunc nostrum casum effingit in pluribus dissimilem ab eis, in quibus Zas. Mynsyng. Schrader. Rosental. cæteriq; omnes loco proximè iudicato à nobis adducti responderunt. Et Duci Cæsares Maiestatis Vestræ prædecessores iudicandi exercitium Iure optimo sibi immediatè adsciuerunt; & primò, quia ipse per modum enunciationis dũtaxat suos vassallos, seu agnatos de domo Castrobarchẽsi negauerit. Quam tamen negationem absolutissimam censeri, vbi non inferret simplex lectura scripturæ exceptionis per eum productæ, documenta inuestituram alias Baroni primum de Liechinstain, deinde eius maioribus sub dispositiua prætensæ extinctionis nostræ agnationis concessarum conuinceret. Imperialis Cameræ iurisdictionem, negatiua non tam agnationis, quam feudalitatis requiratur: quę in posteriori parte hic deficere subiungit eo sub prætextu, quod nos non minus, quàm ipse de feudi antiquitate, ea tamen præsupposita contendamus: quæ quidem arguendi methodus, quam euidẽtem sapiat fallentiam, & æquiuocum ex eo apertissime dignoscitur, quippe quoniam vt mox diximus, non nisi sub clypeo reuersæ, seu magis euersę feudalitatis quatuor Vicariatus occupat, quos sanè prætendit antiquos non iure successionis legitime, sed de facto causa indebitę vsurpationis, ac iniustæ detentationis vsque in pręsens protractę: quis autem non videt, quantum in se distent aliquid de iure, vel de facto reputari tale? Tandem quia aliunde constat, & profiteamur ob decimale feudum ab eius Ecclesia recognitum aliunde qualitatem, ac requisitũ vassallagij habere, ex quo tantùm, seclusis etiam alijs præcedentibus requisitis, Curiæ parium iurisdictionem insurgere per ipsum arguebatur.

Verumtamen huic obiectioni pluribus occurrit rationibus, Quarum prima in eo consistit per paucos huic opinioni adhærere, plures verò cessante quoad rem controuersam feudalitatis qualitate in ipsa re, ac personis in paribus quoque cessare iurisdictionem volunt, nulla prorsus habita ratione, quod aliunde constet personas cõtendentes ab eo domino feudum recognoscere, alias in vassallis quoad feuda iam extincta, reuersa, ac cum directo consolidata facilis aperiretur via ordinariam eludendi iurisdictionem;
eum tamen principale fundamentum iurisdi-
ctionis † parium ex necessitate præcisa postulet 21
ab vtroque ex collitigantibus rem controuersã
esse feudum, hoc est non fiuitum neque reuer-
sum fateri Rosental. de feud. cap. 12. conclus. 2.
sub nu. 16. versic. intellige semper si fateatur v-
terque rem esse feudum, & latius comprobat
Schrader. de feud. par. 10. sect. 6. num 135. cui
nec resistit Rosental. † de feud. ex aduerso rela- 22
tus cap. 12. conclus. 4. nu. 41. & 42. quippe quoniam rationes ab eo adductę vel non militant in præsenti casu, in quo vtrinq; conuenimus Illustrissimum Principẽ, & vassalli, & domini personam sustinere, vel potius retorquentur, & inducunt ad parium Curiæ iurisdictione declinãdã: Quamuis enim nõ esset, cur nos difficiles hic præberemus? supposito, quòd essemus inter pares eiusdem Curiæ, & fiduciã etiam erga assertos compares gereremus? Quod secundùm iustitię dictamen cum suis commilitonibus facturi sint; hæc tamen ratio æquè militat intuitu eiusdem Principis, dum prætendit se vassallum, ac insuper viget præsumptio pares parti aduersæ vti eorum domino ratione feudorum & Principi ob subiectionem magis fauturos, vt nõ obscurè colligimus ex Rosental. mox adducto dicta conclus. 4. nu. 41. & 42. tam & si per Principem in eius duplicatione n. 100. studiosè ac data opera sub inuolucro verborum fauorem, quẽ ex iudicio parium expectaret maximum, occluserit.

Secunda ratio residet in eo, quia in his terminis, vt pluries diximus ex eo solùm, quod agens coram ordinario negetur vassallus, & feudum, ad quod agitur reuersum prætendatur, Consiliũ Aulicum ius dicit ex Zas, Mysynger, & alij pluribus relatis.

Tertia ratio ex eo desumitur, & quidem no-
stro iudicio indubitabilis, quia textus † in c. 1: 23
de controuers. inter Episcop. & vassall. quem Illustris. Princeps tanquam ad litterã hanc nostram disceptationem dirimẽtem induxit in sua duplicatoria nu. 30. & 56. & in sua quadruplica nu.   & doctores in id pariter laboriosè potius, quàm vtiliter congesti ad casum nostrum non applicantur, sibi namque locum vindicant, vel quando Iudicium per vassallos proponitur coram domino, vel quando coram paribus instruitur, & dominus, seu alter vassallus in agente qualitatem vassalliticã respectu feudi in con-

trouerfiam deducti negat, uam fi aliunde indubitato eiufdem Curię effe vafallum conftat, tūc iuxta cafuum contingentiam modò coram Domino eodem, modò coram paribus caufa tamquam feudalis in nihilo refiftente negatiua huiufmodi profequitur. At quando immediatè pro feudi reintegratione, feu recuperatione ordinarij officium imploratur aduerfus feudi dominū, feu conuaffallum, & à reia conuentis nō admittitur, abfolute agere de agnatione, vigore cuius dumtaxat ad feudum actionem prætendere valet, quin potius nec feudum amplius effe, feu durare feudum propter confolidationem vtilis cum directo contenditur, dubio procul coram ordinario confolidatur iurifdictio, maximè cum prædictis fic fe habentibus de caufa feudali à domino, vel paribus ad ordinarium anocanda non agitur, fed de caufa non feudali coram eodem retinenda tractatur. Vnde hoc in cafu intrant vulgata iuris axiomata multa facta vno modo tenent, quæ alijs modis fieri prohibentur: & facilius retentioni caufarum fit locus, quam earundem concedatur auocatio.

Quapropter cùm nos caufam coram Maieftate Veftra iam introduxerimus, & ab Epifcopo feudorum domino, fimulque occupatore quatuor Vicariatuum oppofitum appareat, nos nun effe tales, quales nos facimus (prout reuera fcimus) de naturali, atque agnaticia fobole Caftrobarchenfi, & quatuor Vicariatus non effe amplius feudum, feu quod in eo coincidit illorū feudalitatem extinctam iam remanfiffe per eorundem reuerfionem prætenfam ad dominum, penès quem adhuc indebitè retinentur, quemadmodum vtrumque indubitatum fupponit idē Aduerfans io eius duplicatoria, num. 9a. in fin. ibi, iil ud vti Epifcopali menfæ legaliter deuolutum, & in fua quadruplica nu. 115, verf. apertè fupponit à Domino nou folùm agnatos effe negari, vel feudi capacea, fed feudum imò ab agnatia vti feudum prætenfum affeci per dominum feudum reuerfum. Ideo tam ad exclufionē Domini, quàm etiam parium, fi adeffent, & aliàs ad ipfos præfentia caufæ cognitio fpectaret, maieftatis Veftræ iurifdictio fundata dicitur; cùm in facto reus propter feudum controuerfum vltra negationem agnationis, feu capacitatis noftræ prætendat extinctum, feu deuolutum, ac in materia noftra de iure idem fit, ac negare feudū, nec quicquam officit, quod regulariter qualitas actionis ad feudum concludentis, non autē qualitas defenfionis feudalitatem deftituentis pro fundamento exercitij iurifdictionis attendatur, vt ratiocinabatur Illuftriffimus Princeps in fua duplicatione nu. 58. & feq. quoniam ratio ifthæc non applicatur, dum infuper per eamdem

24 defēfionem rei rem amplius feudalem † effe excluditur, vt ipfemet reus ex auctoritate Sebrader. fubiungebat in eadem fua duplicatione nu. 61. cui nos addimus Surd. relegeodum con. 286. uum. 10. ibi. At in propofito negando quis rem feudalem effe ipfo iure negat iurifdictionem Iudicis, quia nifi res fit feudalis, non poteft effe Iudex &c. affignat rationem, quia facilius permittitur, quòd quis cognofcat de fua Iurifdictione, quando dubium eft folùm de qualitate rei petitæ, quàm vbi de fubftantia.

Hinc ergo cùm Princeps Illuftriffimus fateatur, ac infiftat in legali reuerfione, ac confequenter extinctione horum feudorum, neceffariò fequitur ad ordinarium, ficque ad Maieftatē Veftram iter ipfum, & nos præfentis caufæ difcuffionem fpectare. Neque enim ad rem facit, quod & ipfe hoc feudum prætendat antiquum, nam vti pluriès diximus, iftud non accidit iure legitimæ fucceffionis, aut coæqualia agnationis, fed de facto fubfecutæ ob prætenfam deuolutionem occupationis, à qua tanquam primordiali, infecto tamen titulo pofterior formatur euentus; non † fecus ac fi nunc vfurpatio feudorum accedilfet, l. regula 9. §. & licet, ff. de Iur. & fac. ignorant. Gratian. difcepta. 565. nu. 23. Barbof. Axiomat. 84. num. 1. 25

Qua ita demù, & vltima ratio emergit ex eo, quia manifeftiffimam arguit contradictionem, quod nos in fei fu partia aduerfæ cuiufcumque alterius familiæ, quàm Caftrobarchenfis, autē nobis, vt vtamur contextu verborum fcripturę exceptionalis, agnomine ex Caftrobarco, quafi ex ftemmate Caftrobarchenfi defcenderemus, qua tales nimirum de profapia Caftrobarchenfi legitime, & naturaliter progeniti, ac defcendentes ratione alterius feudi inter Epifcopatus Tridentini vaffallos connumeremur; quia non entium nullę prorfus funt qualitates, nec Princeps nos negauit agnatos reftrictinè ad vocationem, & comprehenfionem in feudo quatuor Vicariatuum, fed hac noftra naturali agnatione fimpliciter, abfolutè, atq; vni erfaliter exuere intellexit; Et quod magis eft, aliunde verè non conftat nos effe vaffallos Quantum enim ad refiduū Vallis Lugarinæ, & alia feuda nō probatur vaffallagium in duplicatoria num. 33. nifi per impliciras confeffiones, fuppofitiuas imaginationes, ac chimericos difcurfus, feu fophifticas illationes, quæ requifitam non præftant qualitatem vaffallagij, vt parium cenfuræ præfens fubijciatur controuerfia. Cùm in effectu à maioribus rei nunc conuenti vniuerfa peoitùs feudali fubftantia in extremam familię noftræ perniciē ne dicamus (citra animum calumniandi) proditionem expoliati fuerimus, hactenus priuati indebitè exiftamus, retento fibi ipfis feudo principali quatuor Vicariatuum, cæteris antem in vaffallos diftributis, quos modò Illuftris. Princeps in noftros fiduciarios compares vocat, ac fibi in Iudices † afciffere non erubefcit; cùm tamen præ cæteris, etiam ex hoc tamquam cōplices fpolij, ac prędæ participes in præfenti caufa eodem principaliter attingente ad iudicandū inhabiles redderentur per textum in l. vnica, C. ne quis in fua caufa Ius dic. & ea quæ ad rem in fua quadruplica num. 15. idem reus recenfet: Quinimmo cùm eainde potius irridere nos, quā fe ipfum defēdere præfumat, eo maiori pro remouenda tam euidenti, ac iocofa oppreffione ad 26

fuppo-

supponendum nos, & Iura nostra Cęsareæ protectioni docimur necessitate.

Respectu verò Castri Gretię ad nos tanquam recto tramite à stipite agnationis Castrobarchæ prouenientes ex incōtaminabili integritate Imperatoria alienis fortunis nusquā inhiante peruenti, ac iure successionis, atque inuestituræ debiti, vt ore rotundo fatetur Princeps in sua duplicatione nu. 28. Nil certè habemus, aut resultat, quod nobis obstet, aut ad maximam ipsius Episcopi, ac prædecessorum non tendat cōfusionem, atque irrogatam nobis euidentē non præseferat iniustitiam. Si enim ab aliquo annorum vetriculo (sunt quę protulit verba Illustrissimus Episcopus in eius duplicatoria dicto num. 28.) temporum iniuria aliter de facto dissentientibus, & reclamantibus Episcopis Tridentinis non euenissent, feodum Castri, & iurisdictionis Gretæ, quod ex antiquis inuestituris quatoorcentum nimirum ab hinc circiter annis cū maioribus nostris respectiuè possidemus, ab Ecclesia Tridentina recognoscere teneremur; Cur non etiam vice versa erga nos eiusdem Ecclesiæ Princeps ad renouandam quatuor Vicariatuum inuestituram obstringitur. Quorum non minus quam castri, & iurisdictionis Gretæ Capaces, simulque vocatos, ac comprehensos in inuestituris deprehendit. Hinc verò, & nos deprehendimus denegatam profusè semper ab Episcopis Tridentinis iustitiam, legitimè; nos, ac necessariò ad Maiestatem Vestram interposuisse prouocationem; Quemadmodum & nostri maiores fecerunt ad Diuum Maximilianum secundum, ad Sequestrationes Temporalitatis Tridentinę impetrata delegatione, non quidem tanquam à directario tunc Episcopi atos Tridenti
27 ti vti ab imperiali culmine, in rescriptis † namque ea capi debet interpretatio, quæ magis intentioni impetrantis deseruit Cald. decis. 6. num. 4. de rescript. menoch. cons. 650. num. 6. Cyriac. controuers. 382. num 14 & hinc corruunt excepta, & repl cata per partem Madrutiā in duplicationis scriptura nu. 94 & seq. & quadruplicæ nu. 3.

Tādem quod feuda decimalea longè post ceptum iudicium, & promulgatam sententiam à parente nostro acquisita, & aliunde prouenientia, quam ex familia Castrobarchensi non ita vos effecerunt vassallos, quemadmodum ad fundandam Parlum Iurisdictionem requiritur, siquidem vti de Castrobarco Princeps nos deleuit, nec in cathalogum vassallorum suæ Ecclesię nos registrari permisit; præterquamquod non omnes latebras quærentes; vt pars aduersa nobis inconsideratè infringit in eius quadrodlica nu. 123. Sed quod notoriè in Aulis Principum, palàmque in plateis circumferetur attendentes Serenissimæ Domus Austriacæ habendi nos in vassallos causa huiusmodi feudorum decimalium prætensionem à nobis, nec quæsitam, neq; inuentam, sed diu iam excitatam, atque ad aures nostras peruentam in medium procul ab omni scrupulo incurrēdæ caducitatis simpliciter producimus, inferentes exinde nos vti Dominus Gretę iuxta mentem Episcopi, eius quidem Ecclesiæ vassallos † existere, sed non adeò indubi- 28
tatas quemadmodum feudistę præsupponunt, & requirunt ad sustinendum ex hoc capite iudiciū regulis feudalibus prosequendum Rosental. de feud. cap. 12. conclus. 4. sub nu. 38. quia nō probat indubitatè hoc esse, † quod ex futuro contin- 29
genti ab hoc potest abesse, l. non hoc 4. C. vnd. legitim. Quæ ex abūdanti, atque maiorem nostræ intentionis corroborationem sint dicta, stāte namque insistentia super reuersione feudi, atque illius extinctione omnimoda patrum, ac domini iurisdictio, quæ fundatur in duratione, ac continuatione feudalitatis prosternitur, atque iudicandi in ordinario iudice facultas, exercitiumque seclusa feudalitate exigitur, postquam maximè iam alijs de causis fuit de directo, atque immediatè iam tus.

Sub prætextu reuersionis feudi ad mensam Episcopalem, nulla omnino subsistente causa de facto, nulloq; iuris seruato ordine, aut præcedente declaratoria, eūm maiores partis Madrutię progenitoribus, nobisque feuda, in remunerationem etiam seruitiorum Ecclesiæ Tridentinæ ab eis præstitorum ab immemorabili ferè concessa iniustè vsurpauerint, ac non sine euidenti grauamine detineant, & tanquam consolidata cum directo vsque adeò occ. penr. quāstumuis aliqua discriminis non subsit ratio, eur potiùs in castro, ac iurisdictione Gretæ legitimos ex propria eius confessione agnoscat Princeps nos successores, & à renouanda quatuor Vicariatuum concessione nos arceat. Inde propterea si ex hoc vno dumtaxat, vbi reliqua sparsim per nos deducta non militarent, rationabilem recursus ad Vestram Maiestatem non tam propter iam illatum irreparabile, ac successiuū grauamen, quam etiam ob iustum timorem, ne in perius grauemur, nec vnquam iustitiæ effectus consequamur, cautam habu sse, qui enim semel, ac in præteritum grauamen intulit, alia quoque in futurum grauamina illaturum præsumitur, adeò vt absque alio ordine per saltum ad supremam liceat confugere auctoritatem, ad cāque quandocumque etiam de grauaminibus extra iudicium illatis quærelam interponere, quia actus † extraiudiciales numquam transeunt in 30
rem iudicatam, vt post alios animaduertit Scac. de appellat. quæst. 17. num. 41. & sanè mirandū, atque admiratione non ordinaria dignum existimatur, quod ictu oculi tam insignia eximij redditus, ac splendoris feuda nobis, ac maioribus nostris inuolauerit, nunc verò, & à die occupationis inculcata sæpiùs restitutione, atque omni iure debita reintegratione, nil aliud pars Madrutia contendat, quam per apices iuris inotilirer, ac intollerabili eum dispendio nos vagare facere, vt interim lites ex litibus exortæ, ac nunquam diffiniendę litem ipsam principalem, seu magis feudorum iustissimam restitutionem cum fructibus in infinitum protrahat; nullam ergo iustitiæ administrationem vbi causa ad affectos

fectos Curiæ pares remitteretur, nos consecuturos certiùs tot indicant argumentationes.

Consistente autem, minusve ex aduerso impugnata exceptione recusationis parium quoad maiorem partem ex singulari in vnoquoq;, vel in pluribus concurrente causa coniunctionis, amicitiæ, familiaritatis, famulatus, Curialitatis, adhibitionis in testes, seu alterius cuiuscunque suspicionis, qua pares, seu eorum aliqui indubitanter affecti præexistunt, vt latiùs etiam cõprobat, atque admittit reus in eius duplicatoria à num. 95. vsque ad fin. & in eius quadruplica, num. 104. vsque ad 108. & à nu. 136. vsque ad finem. Et quoad omnes propter vniuersalem, ac omnium legitimam recusationis exceptionem, qua nemo ex paribus generaliter, ac indiuidualiter immunis esse potest. Decisi, atque iuris indubitatissimi præsupponimus etiam collegium, atque vniuersitatem, tametsi regulariter loquẽdo non recusentur per ea, quæ fusius Illustrissimus Princeps conatur deducere in eius duplicatione n. 95. & seq. & in eius quadruplica n. 105. & num. 136. iuxta concurrente causa, quæ omnes, ac singulos pares Curiæ attingat recusari posse colligitur ex traditis per nos supra versic. Ad quorum exclusionem.

Quod vt ad oculum demonstremus præscindendum venit non alia de causa huius litis cognitionem ad pares Curiæ spectare, pars Madrutia ratiocinatur, nisi quia Actores ad feudum quatuor Vicariatus quoad ipsos verè antiquum agũt, à quo tanquam feudo, quod continua occupatione in familia Madrutia euasit antiquatum ipsos excludere contendo, & nisi ipsis pluribus de causis essem suspectus, ad me tanquam dominũ inter nos vti vassallos controuersiam hanc feudalem dirimere spectaret. Qua de causa in subsidium parium irrefragabilis succedat Iurisdictio, vt ad satietatem; tametsi parem ad rem exornat reus in eius duplicatoria à num. 14. ad 16. & in sua quadruplica nu. 11. & seq. sed ad euitandam non minus, quam eludendam, seu elusoriã reddendam huiusmodi rationem, admisso citra veritatis notam in foro Episcopali Tridentino vigere stylum in causis feudalibus eligendi in Iudices Curiæ pares, quodq; præsens causa reputaretur de illis eorum iurisdictioni subiectis, adhuc tamen assertio in præsentiarum non applicaretur ob euidentissimam suspicionem, qua in præsenti casu pares in vniuersum laborant, ex quo inter ipsos, & contra quem ad iudicandum deputandi venirent, se intrudere tanquam conuassallus ipsorum Dominus, ac Princeps contendit. Adeout in effectu parilitas penitus offuscata, & explosa ob concursum superioritatis Dominicæ in vassallos, & præeminentiæ Principatus in subditos naturales resoluatur; non alia ratione quàm ea, quam reus ipse deduxit in eius quadruplica nu. 21. quia digniora ad se trahunt, quæ minus digna sunt. Vnde pro coronide nobis sufficit quòd vt latius diximus, nullo iure, feudistarum doctrina, aut feudali consuetudine inductum appareat conuassallos, qui & subditi, & vassalli alterius ex collitigantibus sine ad petitionem alterius collitigantis, quorum vnicam conuassallagij nondum benè fundatam relationem habent ad iudicandum eligi nequeant, & electi tanquam dupliciter suspecti à iudicando arceri non debeant.

Verumtamen ne scripturarum multitudo, atque prolixitas, ad quas prouocati accessimus articuli istius Iurisdictionalis omnium præiudicialissimi exoptatam diu expeditionem difficiliorẽ reddat, aut vlterius differat operæ pretium esse duximus indubitatas exinde conclusiones seligere, ac in vnum inferiùs redigere.

Quarum prima est, in Curia Episcopali Tridentina nunquã vsu receptam fuisse, quod causæ feudales per Curiæ pares iudicarentur, & quatenus vnquam adfuerit ab ipso in dissuetudinem atque ab Aula recessisse, quemadmodum & in alijs omnibus principum Curijs, hæsque causas per eorumdem Principum Consiliarios, etiam non vassallos diffiniri, vt testantur doctores ad hoc cumulati, & signanter Mynsynger. d. respons. 23. vbi de eodem foro Tridentino iudicata.

Secunda est, cognitionem istius causæ ad ordinarium spectare, siue comprehendatur sub c. 1. de Inuest. in marit. fact. siue tamquam casus omissus in Iure feudali iuxta Iuris communis dispositionem veniat diffiniendus.

Tertia est, sententiam Senatus Œnipontani vti non executam, & a nobis impugnatam variato itidem rerum, ac personarum statu pro infecta haberi.

Quarta est, negante Domino coram ordinario in Ius vocato Actores absolutè agnatos, & feudum vti extinctum ad se spectare obaudiri debere in exceptione remissionis causæ ad pares Curiæ, etiam si aliunde actores vassalli eiusdem Domini existerent.

Quinta est, pares Curiæ omnes suspectos esse in causa sui conuassalli, cuius & subditi, & vassalli se profitentur, non solum ad auocãdum ab eis causam, verùm etiam & multò magis ad remittendam.

Quarum vnaquæque cùm valeat tam Domini, quàm parium quoad præsentem causam excludere iudicium, ac supremam Maiestatis Vestræ Iurisdictionem stabilire, ne illam quoquomodo dimittat; quanto magis simul iunctæ indubitanter id præstabunt; quemadmodum neglectis Madrutiæ partis cauillis, ac subtilitatibus, eadem quoque in expensas damnata enixè exorant, ac suppliciter exposcunt.

Deuotissimi, & humilissimi serui Carolus, & Franciscus Barones de Castrobarco.

Causam retinendam Consilium Aulicum censuit.

ARGVMENTVM.

Priuatorum emphyteusis etiam ad extraneos de sui natura transit, concessa alias comprehensis post illius deuolutionem, etiam si non intercesserit apprehensio noua efficitur. Litigans cum aliquo tanquam hærede, vel procuratore non potest deinceps allegare, eum non esse talem.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteusis priuati etiam ad extraneos transit.*
2 *Renouatio Inuestituræ in emphyteusi non requiritur. Limita vt num. 3.*
4 *Emphyteuta sub nouis conuentionibus emphyteusim debitam recipiens priori concessioni renunciasse censetur. Declara vt numer. 5.*
6 *Adire dicitur, qui bona defuncti possidet.*
7 *Inuestitura per errorem suscepta non praeiudicat.*
8 *Notarij negligentia partibus non praeiudicat.*
9 *Cessionarius personam cedentis repræsentat.*
10 *Litigans cum aliquo tanquam procuratore non potest postea impugnare eum non esse talem.*

Allegat. XCI

Adsit Deus.

PArtis aduersæ fundamentum post latam sententiam ab Excellentissimo Senatu fauente D. Costæ in eo consistit, quod Dominicus de Longhis post obitũ Vincentij eius fratris nouæ concessionis auctoritate de Clusijs sex lacus Mantuæ, de quibus aliàs dictus Vincentius inuestitus extitit Inuestiturã ab eodem D. Feliciano de Amigonibus susceperit. Exinde enim pars aduersa infert colligi ipsum non fuisse hæredem fratris. Quoniam cùm
1 versemur in emphyteusi,† seu contractu liuellario priuati, ac consequenter etiam ad extraneos transitorio, Clar. in §. emphy. quæst. 28. versic. tertius casus, dixi alleget. 50. nu. 6. lib. 2. & nũc addo Fulgin. de emphy. tit. de contract. emphy. quæst. 1. num. 5. Rota in mediolanen. emphyteusis, seu bonorum 17. Iunij 1641. Merlino, quæ inter eius impressas est decisio vbi Dominicus fuisset hæres Vincentij noua concessione nõ indiguisset tanquam vocatus, ac in supposita præcedenti Inuestitura comprehensus, eoque maximè, quia in emphyteusi † inuestituræ renoua- 2
tio non requiritur. Rota decis. 152. nu. 4. par. 2. recent. & latiùs exornaui allegat. 43. num. 1. & allegat. 50. nu. 9. & 12. lib. 2. & nunc addo Fulgin. de emphy. tit. de contract. emphyt. qu. 33. num. 8. & tit. de renouat. quæst. 1. sub num. 14. vers. sed declara, vbi id ampliat procedere quãdo in Inuestitura in perpetuũ concessa adest pactum renouandi de nouennio in nouennium, seu de alio in aliud tempus quemadmodum in Inuestitura præsens concipitur. Quod tamen † pro- 3
cedit dummodo renouandi Inuestituras etiam in emphyteusi in contrarium consuetudo non vigeret, & vt dixi allegat. 84. lib. 2.

Hæc autem eò fortiùs procedere videbantur, ex quo vbi Vincentius de sex clusis solutione scutorum cẽtum quinquaginta se affrancare poterat, solutio iucunda in scutis tercentum duplicata extitit, & sub ista pretij auctione inuestituram nouam, atque à præcedenti difformem suscepit; Vnde Dominicus emphyteusim † de 4
nouo recipiens, ac sub nouis conuentionibus primæ concessioni in manibus inuestientis renunciare censetur. Afflict. decis. 112. nu. 5. Cyriac. controuers. 112. nu. 7. cum adductis per Rotam in Portuen. stagni 16. Decembr. 1641. n. 19. coram Panzirolo.

Cæterum re maturius considerata, quatenus in re solita in emphyteusim concedi versaremur cùm non præcesserit declaratoria deuolutionis, minusve causa aliqua nouiter concedendi adducatur; ideò vbi etiam Clusij in emphyteusim cõcessi reputarentur, non propterea tanquam emphyteusis † noua, sed tanquam antiqua regulan- 5
da veniret per ea, quæ in terminis latiùs prosequitur Bardellon. consilio 55. numero primo, per totum, Rot. decisione 176. numero 31. & seq. par. 5. recent. Fulgin. de emphy. tit. de renouat. quæst. 1. num. 72. & seq. vbi istud in effectu militare contendunt, etiamsi in effectu emphyteusis esset finita, & proximioribus concederetur; & faciunt tradita per Rosental. de feud. cap. 2. conclus. 18. num. 2. & sub lit. B, cum adductis per Rotam in Portuen. Stagni 10. Iunij 1641. nu. 19. Panzirolo; vbi volunt, quòd concessio censeatur facta tanquam de emphyteusi noua, quando ex conuentione emphyteusis ipso iure deuoluit, quia tunc etiam absque apprehensione possessionis, atque emphyteusis incorporatione dominus de nouo concedendo cũ remissione pœnæ iam incursæ dicitur de nouo cõcedere. At in facti contingentia nulla aderat pœna incurrendæ caducitatis, aut deuolutionis ipso iure; ideò emphyteusis semper remansit antiqua, eoque magis, quia Dominus ob mortẽ fratris tanquam hæres, & vocatus in Inuestitura iam possidebat; vt in eadem Inuestitura enunciatur, ibi, & tenutam dictorum Clusiorũ, quam

dictus

Digitized by Google

dictus inuestitus habere dixit; ex qua quidem
possessione sex clusiorum, in quibus hæredita-
6 tis † fraternæ maior pars bonorum consistebat,
fratris hæredem fuisse conuincitur Bart. in l. ge-
rit 87. sub nu. 21. vers. & pro hærede, ff. de ac-
quir. hæred. Menoch. cons. 34 num. 5. Cyriac.
controuers. 127. num. 6. & seq. Rot. in Romana
Casalis 13. Martij 1635. Dunzetto. Accedente
potissimùm geminata partis aduersæ confessio-
ne, ob quam prædicta adminiculantur, & qua-
litas hæreditaria concludenter probata rema-
net.

Accedit insuper, quod cùm ex testibus exa-
minatis, ex contractu venditionis septem Clu-
sionum, ac pacto redimendi onus emptori susci-
piendi Inuestituram inductum non censeatur,
ac clusij tanquam allodiales in contractum de-
ducti appareant nulla suberat necessitas susci-
7 piendi inuestituram, † & suscepta per errorem
non præiudicat ex traditis per Surd consil. 135.
num. 107. & 108. Peregr. cons. 78. nu. 9. libr. 4.
Cyriac. controuers. 111. nu. 1.

Sublato igitur hoc principali fundamento
non obstant modò cætera in oppositum dedu-
cta, illaque in facto corruunt. Identitas enim
Clusiorum præterquam præsumitur, dum de di-
uersitate non docetur, conuincitur etiam ex te-
stium depositionibus in causa examinatis.

Mandatum verò procuræ DD. Sororum de
Picchis constat ex fide producta in processu pro
eis, & nostro principali coram ordinario ad-
uersus eundem Amigonum agitato, & in præ-
senti exhibito, de qua fide, seu productione ap-
paret in dicto processu folio 4. In tantum quòd
nihil obstat, nec principali meo præindicare po
8 test negligentia actuarij de eodem rogatiin eam
registrando ad Buratt. decis. 780. nu. 3. Post. de
manuten. obseruat. 97. num. 15. & post tractat.
decis. 542. num. 2. Fecit enim notarius se debi-
torem fidei per eum in processu registrandæ, &
quoad partes pro registrata habetur.

Tandem neq; defectus iurisdictionis ob mor-
tem Gabarinæ quicquam releuat, dum Costa a-
9 git tanquam illius cessionarius, † & representet
personam cedentis ex Lodoui. decis. 121. nu. 2.
& cùm D. Cardus iam fuerit substitutus, vt in
dicto processu in præsenti exhibito frustra op-
ponitur de defectu mandati, præterquam quod
10 cum pars aduersa eum tanquam procuratorem †
admiserit, non potest amplius impugnare, eum
non fuisse talem ex Surd. decis. 134. & ex quam-
plurimis istius amplissimi ordinis resolutio-
nibus.

Quare, &c. Saluo, &c.

ARGVMENTVM.

Libertas non soluendi canones ab Ec-
clesia contra aliam Ecclesiam, & potissi-
mùm Religiosos Sancti Benedicti quan-
to tempore præscribatur.

SVMMARIVM.

1 *PRæscriptio datur etiam in annuis præsta-
tionibus quadraginta annis contra Ec-
clesiam præscribitur num. 2. Amplia vt
num. 12. Per actus contrarios interrum-
pitur, num. 13. Declara vt nu. 14. Dici-
tur rigorosum, ac nequissimum præsidium,
num. 22. Dormit propter impedimentum,
num. 31.*

3 *Priuilegium singularis res dicitur. Non præ-
sumitur nisi probetur, nu. 4.*

5 *Priuilegia strictè interpretantur Congrega-
tionis Cælestina, recensentur nu. 32.*

6 *Priuilegio non vtitur, quia causa contra aliū
nec priuilegiatus contra aquè priuilegia-
tum, num. 7.*

8 *Fundamentum suæ intentionis vnusquisque
probare debet*

9 *Liber prescribente non probat.*

10 *Partita extracta non citata parte non probāt.*

11 *Menoch. cons. 409. à nu. 20. declaratur.*

15 *Quasi possessio negatiua resultat ex petitioni-
bus, & denegationibus.*

16 *Possessor olim semper præsumitur possidere.*

17 *Possessio seu quasi amittitur, nisi statim, atque
denegatur solutio reclametur.*

18 *Sententia est indiuidua, nec valet pro parte.*

19 *Nullitas patens opponitur etiam in iudicio
manutentionis.*

20 *Remissio canonis debetur emphyteuta, quan-
do canon correspondet fructibus.*

21 *Præscriptionem adducens, & in eo se fundās
videtur imitare piscatorem anguillarum,
qui credens se anguillas manu, non retibus
piscari se ammittit.*

23 *Ius non soluendi per quadrigenariam præ-
scribitur.*

24 *Præscriptiones in annuis præstationibus tot
requiruntur; quot anni. Declaratur vt
numer. 25.*

26 *Soluens indebitè præiudicat sibi quoad præte-
ritas solutiones tantum, non autem quoad
fructus.*

27 *Priuilegiorum communicatio idem operatur,
ac si priuilegia singulis in specie expressè
fuissent concessa.*

28 *Restitutio Ecclesiæ conceditur aduersus præ-
scriptionem, & nu. 29. etiam contra aliam
Ecclesiam, num. 30.*

33 *Priuilegijs vti possunt regulares, quibus com-
municata fuerunt contra illos, quibus ini-
tio fuerunt concessa.*

Allega-

Allegat. XCII.

Adsit Deus.

PRætendunt Patres Dominicani Sanctæ Mariæ Angelorum extra Vrbem Mantuæ, se esse in possessione, quinimmò præscripsisse ius exigendi annuum liuellum librarum viginti septem singulo anno aduersus RR. Monacos Sancti Christophori, & cæperunt coram Reuerendissimo Vicario Generali causam introducere pro annis octo elapsis, à quo obtinuerunt pronunciari manutenēdos in prætensa quasi possessione, à qua pronūcia cùm pro parte Monacorum fuerat prouocatum causa appellationis vigore Breuis Pontificij commissa extitit D. Doctori Zanaceo Aduocato Fiscali, per quem contra Monacos prædictos dubitari contingit in hunc, qui sequitur, modum.

Patres Angelorum reperiuntur in pacifica possessione exigendi annuam præstationem, de qua agitur per spatium quinquaginta annorum & vltra perperam igitur Monaci Sancti Christophori nunc soluere recusant, quia huiusmo-
1 di annuæ præstationes † possunt præscribi tam pro præterito, quàm pro futuro, Bart. in l. cùm notissimi 7. §. in his sub num. 1. C. de præscript. trigint. vel quod &c. Fulgos. cons. 23. sub n. 3. vers. præterea namque consulto, alios adducit Cenc. de cens. par. 3. cap. 1. quæst. 8. art. 2. nume. 16.

2 Contra Ecclesiam † autem præscribitur quadraginta annorum spatio, Auth. quas actiones, C. de Sacros. Eccles. Anchar. cons. 172. num. 3. Zabarell. cons. 218. no. 2. & 10. Surd. cons 249. num. 11. Thesaur. quæst. forens. 48. nu. 1. lib. 4. Crot. cons. 185. num. 76. & cons. 332. num 28. Baratt. decis. 774. num. 4. Rota in Cesenaten. seu Sarsinaten. emphyteusis 27. Iunij 1640. n. 9. Ghisilerio, Rot. decis. 208 num 2. par. 2. recent. multò magis vbi currit tempus quinquaginta, & amplius annorum.

3 Nec videtur obstare priuilegium † allegatum per multum RR. Patres Celestinos, quod contra eos non currat præscriptio, nisi post sexaginta annos, quia cùm priuilegium singularis res dicatur, vt aduertit Menoch. cons. 466. nu-
4 31. non præsumitur † nisi probetur, Bald. cons. 316. lib. 1. Mantic. decis. 260. num. 6. Barbos. de vniuers. Iur. Eccles. lib. 1. cap. 39. nu. 93. Teodor. Hopping. de insign. cap. 14. num. 76. Pen. decis. 377. nu. 66.

Et licèt fuerit dictum priuilegium concessū concessum à Summo Pontifice Congregationi Sancti Michaelis de Muriano circa præscriptionem annorum sexaginta ipsis patribus Cælestinis fuisse communicatum; tamen hoc expressè non reperitur, nec legitur ipsis concessum. &
priuilegia † sunt strictè interpretanda, c. priuilegia 3. distinct. 3. c. 1. de filijs presbyt. Bartol. 5
in l. 1. C. de leg. nec extenduntur de persona ad personam, nec de casu ad casum Natt. cons. 242. num. 2. Vnde non debent extendi, vltra quam verba sonant Accae. de priuileg. lib. 2. capit. 4. num. 3. & videntur talia priuilegia (quatenus extarent) intelligenda quoad ius exigendi.

Demum videtur quoque considerandū, quod
dicit † Menoch. cons. 272. num. 32. priuilegia 6
non vti pia causa contra alium. Quemadmodum
nec quilibet priuilegiatus † contra æquè priui- 7
legiatum; l. fin. §. exceptia, ff. qui pot. in pign. habeant, Io. Baptista Antonel. cons. 63 num. 6. & cons. 74. num. 10. Altograd. cons. 55. nu. 10. & seq. Barbos. Axiomat. 190. nu. 1. Leoncill. de priuileg. pauper. 149. nu. 6. & seq.

Requisiti ergo pro resolutione dubiorum superiùs relatorum plura pro clariori intelligentia præsentis articuli animaduerti proponenda, ex quibus facillima oppositionum resultabit responsio.

Illud in primis notandum venit, quod ex latere Fratrum Sanctæ Mariæ Angelorum, prætensa quasi possessio, seu præscriptio exigendi à Monacis Celestinis libras viginti septem annuas nullibi adhùc saltem legitimè extitit probata.
Et nihilominus cùm istud sit fundamentum † 8
eorum intentionis articulandum, & probandū concludenter veniebat iuxta c. 3. de consuetud. lib. 6. l. actor 23. C. de probat. l. qui accusare 4. C. de eden. Anton. var. resolut. 70. nu. 15. lib. 2. Cyriac. controuers. 5. num. 44. Barbos. Axiom. 128. num. 1. Rot. decis. 252. nu. 23. part. 5. recent. Neque enim in puncto istud inferri valet ex partitis extractis è libro Monasterij Sanctæ
Mariæ Angelorum. Tum quia liber † pro scri- 9
bente non probat l. exemplo 7. C. de proba. not. in l. admonendi 31. ff. de Iuris iur. Gratian. discept. 767. num. 55. Seraphy. decis. 889. num. 2. & decis. 1072. num. 2. Rot. recent. decis. 254. num. 7. par. 5. recent. Mart. Medic. examinat. 53. num. 63. & in terminis quasi possessionis Rota apud Cenc. de cens. decis. 242. num. 11. Post. de manuten. obseruat. 33. num. 32. Tum quia ex-
tractæ fuerunt parte non citata, † cuius tamen 10
citatio, vel præsentia in extractione requirebatur ad effectum, vt aliquem probationis gradū facerent Bart. in l. in auth. si quis in al quo, C. de edeo. Felin. in c. fin. num. 6. de fide instrum. Gratian. discept. forens. 640. nu. 9. Quibus non
obstant tradita per Menoch. † in cons. 409. à nu- 11
mer. 20. ad 32. vbi vult, & concludit libris rationum Ecclesiæ credi, nam præterquam quod non constat hìc de libris aliquibus dicitur doctrinam Menochij procedere in antiquis, & vbi partitæ ipsorum librorum verificatæ fuerunt, & quando concurrunt plura alia ibidem per ipsum recensita.

Vltra quod ipsis quoque præstita fide adhuc

non

Digitized by Google

non concludunt sed quadragenariam, quam superius requiri diximus ad inducendam præscri-
12 ptionem contra Ecclesiam, quod extenditur †
etiam in Ecclesia contra Ecclesiam prætendente præscriptionē, c. cùm pastoralis it. vbi glos.
in verb. legitima, & ibi Abb. no. 1. de Iur. patron. Ludouis. dec. 1. 7. nu. 4. Cyriac. controu.
300. nu. 8. Quoniam vt ex processu nostro apparet fol. 4. de anno 1591. præsupponitur fuisse
factam solutionem per Monasterium Celestinorum aduersarijs, & non nisi per trienniũ antea adeò vt prima solutio prætendatur initium
duxisse ab anno 1588. vsque ad 1626. à quo citra Patres Celestini noluerunt amplius soluere,
sicque tantum abest constare de præscriptione quinquaginta annorum, quin potius dilucidè
inuenitur, nec fuisse completam quadrigenariã. Nam facto calculo ab initio ad finem prætensarum solutionum intercesserũt tantummodo triginta nouem anni, vnde per actus subsequentes
13 contrarios † denegatæ, & non factæ solutionis interrupta remansit, ac cõpleri nequiuit præ-
scriptio, Put. decis. 476. lib. 2. Ludouis. decis. 51. num. 3. Quidquid esset si iam completa præscri-
ptione actus denegatiui solutionis emanassent,
14 etenim postquam præscriptio † dicitur perfecta per obseruantiam solutionis quadragenariam
amplius non interrumpitur, Mantic. decis. 296. num. 5. notat Beltram. ad Ludouis. dicta decis.
51. num. 9.

Quibus adstipulatur responsio subsequens, quam sum daturus assertæ quasi possessioni per
aduersarios petitæ, & obtentæ, licèt nulliter, quandoquidem cùm intra biennium fratres de
Angelis pluries vt fatentur, petierint sibi solui,
15 & Monaci Celestini dicuntur constituti in quasi possessione negatiua, Post. de manuten. obser-
uat. 58. num. 9. & post tract. Rot. Rom. dec. 331. num. 1. & decis. 86. nu. 8. Vnde cùm fratres Angelorum ex tam diutina denegatione, & patientia se habuerint pro spoliatis, & neglexerint
possessionem, seu quasi recuperare, ex quo aliàs extiterint in quasi possessione nõ propterea hodie dicuntur possidere seu quasi, quia ita demũ
16 possessor † olim semper præsumitur possidere nisi habuerit se prò spoliato, Abb. in c. cùm ad
sedem 15. num. 5. de restitu. spoliat. Curt. Sen. cons. 24. num. 4. Rot. decis. 86. num. 7. ad tract.
17 Post. de manuten. Possessio † namque, seu quasi illicò amittitur nisi statim atque denegatur so-
lutio reclametur ad tex. in l. s. 9. in amittenda, ff. de acquir. possess. Aym. cons. 235. no. 1. Caualer. decis. 655. nu. 12.

Addi quoque posse non ab re existimo, petitionem aduersariorum, & sententiam cum processu omnino corruere, ac nullam esse. Nam per totum annum 1626. Fratres Angelorum admittunt se satis, & propterea vsque ad petitionem non decurrerunt nisi septem anni, vt facienti calculum constabit. Nam iudicium pro octo annis præteritis introductum fuit pro toto anno 1633. vt videri poterit in processu fol. 1. Hinc igitur cùm decretum manutentionis petitio, & processus sustineri nequeunt pro octo annis tã-
quam quid indiuiduum, † neque viribus subsi- 18
stunt pro septem, iuxta tex. in l. hoc iudicio 28. ff. fam. ercisc. Surd. decis. 45. & decis. 74. nu. 9.
ibique Hodiern. nũ. 2. Mar. Anton. var. resol. 8. nu. 50. lib. 2. cum adductis per nos alleg. 7. lib.
2. Quæ nullitas vti patens est manifesta † etiam 19
in hoc manutentionis iudicio apponi potest. Seraph. decis. 867. nu. 2. Rota apud post. de manuten. decis. 236. num. 1. Et hæc magis procedunt, quia iste prætensus liuellus regulatur in
rationem quinque pro centenario, adeo ut quatenus deberetur, nõ potuisset nihilominus prætendi, nec exigi pro annis 1630. & 1631. in quibus propter pestem, bellum, ac tot alias calamitates à nemine huiusmodi pensiones fructibus
equiualentes † percipi potuerunt, sed pro illis 20
duobus annis facienda erat remissio, Bart. in l.
1. in secunda oppositione, & ibi Ias. col. 4. n. 88. C. de Iur. emphy. Socin. in l. Gallus 29. §. etiam
si parente sub num. 6. ff. de libes. & post. Thesaur. quæst. forens. 52. nom. 50. lib. 1. Gail. pract.
obseruat. 23. num. 25. libr. 2. Manent. de contract. liuell. par. 4. sub nu. 42. vers. etiam in emphyteuta. Gratian. discept. forens. 916. num. 42.
dicit pro collegio Sancti Andreæ contra Dominum Zuccoaum.

Cæterum vbi Patres isti Angelorum non habent in quo se fundent, prætterquam in præscri-
ptione † videntur imitari piscatorem Anguilla- 21
rum, qui credens se anguillam manu, non retibus piscare, eam incontinenti ammittit propter illius lubricitatem; multa enim contra præscriptionem militant, adeovt arbitrans ex præscriptiona obtinere multoties decipiatur, Costa
tract. de fact. scient. & ignorant. cent. 2. distinct. 69. num. 18. Iul. Cæsar. Caluin. de æquita. li. 2.
cap. 50. nu. 82. Quinimmò † religiosi cauere de- 22
bent, præsertim contra alios religiosos, ne vtãtur remedio præscriptionis quocunque titulo denudato, cùm dicatur rigorosum, impium, & nequissimum Iuris præsidium talis præscriptio. Alex. cons. 77. num. 3. lib. 6. Crauet. cons. 208. num. 37. Menoch. cons. 201. nu. 110. Roland. à Valle cons. 68. nu. 11. lib. 3. & hæc sunt, quæ nobis occurrunt proponenda, & quibus innixi contrarijs satisfaciemus.

Ad primum ergo, in quo dicebatur annuas præstationes etiam in futurum præscribi respõdeo, in primis requiri tempus legitimum ad inducendam præscriptionem, de quo hactenus, saltem debitis modis non docetur. Deinde Authores in contrarium congestos non applicari ad præsentem inspectionem, in qua quæritur de iure exigendi acquirendo, non autem per non solutionem ammittendo, & quod Ius non sol-
uendi † per quadragenariam cessationem præ- 23
scribatur contra habentẽ alias, vel prætendentem Ius exigendi vltra citatos in motiuis probant infiniti, quos refert Cene. de cens. par. 3. cap. 1. quæst. 8. art. 2. num. 2. & 8. Vltra quod,
alij volũt in huiusmodi annuis præstationibus † 24
præscriptionem vnicam non sufficere, sed tot requiri,

requiri, quot sunt anni ad notata pleno cala-
mo per Gail. pract. obsern.73, num.1. & seqq.
lib. 2. Menoch. consil.231. num.43 Grati.disc.
forens.490. num.1. & discept.883. numer.14.
Luttrer. de re benefic. lib.1, quæst.39. numer,
232. Quæ tamen opiniones ad inuicem con-
trariæ ad concordiam reduci solent per distin-
25 ctionem † communiter approbatam, Quippe
quia opinio firmans vnicam sufficere præscrip-
tionem procedit in debito descendente ex con-
tractu vigore cuius, quis tenetur ad annuam
præstationem, altera vero sibi locum vindicat
in annus præstationibus ex vltima voluntate
debitis in quibus tot requiruntur præscriptio-
nes quot anni glos; in dicta l. cum notissimi 7.
§. fin, sub verb. cuiusque anni versu tu die ter-
tio C. de præscript.30. vol 40. ann. vbi Angel
sub versic. tu die secundum Ioannem Batt.ver.
ego volens substinere, & in l. si in singulos 4.
num.1.ff. de ann. legat. Surd. cons.302.num.7.
Rota dec.300, penes Pacific.de Saluian.& 303.
penes Cenc, de cens. latissimè Buratt. dec.643,
nom.41, & ibi Fereotill. num,26. & seq. Rota
in Rom, Palatij 30.Aprilis 1627. Coram Coc-
cino Decano. Ex quibus colligitur nos versari
in longe diuersis terminis cum non agatur de
præscribenda libertate ab obligatione soluen-
di prætensa, sed de inducenda obligatione ex
præteritis solutionibus, & nihilominus in an-
26 nuis,† & successiuis præstationibus soluens præ
iudicat sibi tantummodo quoad præteritas solu-
tiones non autem quoad futuras, Cyriac. cont,
94. nu.56,

Hinc parum confert Iuribus Aduersariorum,
quod contra Ecclesiam quadraginta annorum
spatio præscribatur non solum quia de lapsu
tanti temporis non apparet, sed etiam quia cō-
clusio transit inspecto lure communi nō autem
speciali communicationis priuilegiorum quia
tamē priuilegia, quibus muniuntur Patres Ce-
lestini adhuc videre non potui, illius prelup-
positis,& quod extiterint eis communicata per
summum Pontificem non afficerent in con-
trarium allegata de extensione personæ ad per-
sonam, & casu ad casum quandoquidem priui-
27 legiorum communicatio † operatur vt hi qui-
bus communicantur adinstar eorum quorum
fauore ab initio emanarunt vti ac frui valeant
Ruin. in l, 1, num, 14. & ibi Paris. num.26., &
num.27. ff de legat.pri, & consil. 17, num, 13.
lib.4. Rot.decis.55. num. 2. & 3. part,2, diuers.
& decis.72. num,7. part,1. recent. Caren. reso-
lut.17.num,8.lib.1, Gratian. discep. foren.791.
num.9. & discept.871, num,25. Fontanell. de
pact.nupt.claus.3.glos,4,num.99.fol 31.tom.1.
Barbos.de claus.5. num.3. in modern. impress.
Cyriac. controuers 203, nu.24. Sanchez. cons.
moral.lib 6.cap.9. quæst.9.num.3. Et hæc di-
cta intelligantur ex abondanti cum satis sit tē-
pus inducendæ præscriptionis nunquam fuisse
contra Monacos complerum, & quatenus dici
28 posset † vnde quaque perfectum ad minus di-
cerentur adhuc contineri intra quadriennium
petendæ atque obtinendæ restitutionis in inte-
grum Fontanel, de pact. nupt. claus.4. glos.13.
part.4. fol. 218. num.66.tom.1.quod enim Ec-
clesia † etiam ex edicto minorum aduersus tri- 29
genariam vel quadragenariam præscriptionem
restituatur fatentur Doctores propemodum in-
finiti quos congerit Sforz.Odd. de restit.quæst.
90.art.3.nu.13.vers,sed breuiter. Etenim quod
Ecclesia † contra Ecclesiam restituatur sicut mi- 30
nor contra minorem ait Marant. in specul.part.
6, §. & quandoque appelatur num.88. Fontan.
de pact. nuptial. claus,4. glos,12. nom.108. fol.
190.tom.1,Sforz, Odd,de restit.quæst.18.art.5.
num.40. ad quod facit quod Ecclesia æquipara-
tur pupillo, & minori c.1.de restit.in intagrum
Grat.discept.fore.601.n.4.& discept.955. n.10.

Tempus finiendę pręscriptionis non fluxisse
ex eo optimè cōuicitur quia solutiones vt præ-
mittitur factę per Monacos Celestinos fratribus
Sanctæ Mariæ initium duxerunt ab anno 1588.
à quo etiam currere prætenditur cæpisse præ-
scriptionem, cui se opposuerunt monaci pro pa-
ga anni 1633.cum septem alijs antea decursis,
& non solutis, adeout à principio ipsius cepiæ
præscriptionis vsque ad denegatam solutio-
nem effluxerunt anni quadragintaquinque dē-
pto anno 1633.super quo principaliter cadebat
contradictio iudicialis, quamuis pro certo ha-
beamus ab ipsa præscriptione detrahendos esse
omnes annos non factæ, & denegatæ solutio-
nis, ea quibus si vlterius subducantur duo anni
pestis,& belli cum vtrumque impedimentum † 31
occurrerit in casu nostro, quibus pręscriptio
dormit c. ex transmissa 10. de præscript.vbi In-
noc., & Abb.Corn.consil.277. numer.9. lib.4.
Paris.consil.92.nume.38.lib.3.Honded. consil.
89.n 18.lib.1.Grat.disc.fore.403.n.24.& 25 &
disc.433.n,89.&90.Font.de pact.nupt.claus.4.
glos.13.pa.4.nu.63.fol.218.tom.1.remanebunt
dumtaxat anni quadraginta tres ita dubitioni
locus non relinquebatur, quin Monaci dicun-
tur intra quadriennium ad pretendēdum in pri-
stinū repositionem sicque ipsorum fauore venit
pronunciandom præsertim cum nullibi constet
de aliqua solutione,

Post hæc scripta habuimus præmanibus pri-
uilegia † Ordinis Camaldolensium, quibus leo 32
Decimus Pontifex maximus inter alia concessit
aliquam non currere præscriptionem nisi post
lapsum sexaginta annorum, vt in libro Priuile-
giorum fol.39.vers,& contra de nouo Caualer.
decis.346.sub n.5. vers.præter quæ allegabatur
&c. & aliud priuilegium Eugenij concessum
cassinensibus vt non currat ipsis præscriptio nisi
centum annorum de quo Seraph. decis.1016.n.
13.quæ quidem priuilegia omnia,& singula per
Sanctissimum D.N. nunc Vrbanum Octauum
communicata fuere Ordini Congregat. Cælesti-
norum vt in eius bulla §.3 fol.257.in libro qui
datur, vbi non tam disponitur quod priuilegijs
huiusmodi frui possint pariformiter & æq;prin-
cipaliter, seu ad instar religionis Cassinensis, &
Camaldolensis, sed etiam perinde ac si à prin-

Digitized by Google

cipio priuilegia huiusmodi concessa, & in primo dictæ Congregationis Cælestinæ fauorem à Sede Apostolica nominatum emanassent. Adeo vt dicta priuilegia censeantur impertita independenter ab illis Congregationibus quibus antea concessa fuerant, & propterea quemad-
33 modum illis vti possent Patres Cælestini † contra Camaldolenses & Cassinenses monacos ad tradita per Sanchez, cons. moral. lib. 6. c. 9. dub. 9 n. 1. & 2. ita, & multo magis dictis priuilegijs pauperes poterunt, & debent contra fratres Angelorum, qui in hoc non reperiuntur specialiter priuilegiati, prout sunt cæteri omnes, & singulæ Congregationes Monachorum Sancti Benedicti. Sicque indubitatum remanet tanto minus obstare prætensam præscriptionem non solum quia de ea legitime non constat, neque per quadraginta annos, sed etiam quia ad præscribendum contra Monachos Cælestinos requiritur sexagenaria non interrupta: Et ita iudicatum fuit.

Quare, &c. Saluo, &c.

ARGVMENTVM.

Testes in summario examinati, quando per reproductionẽ in plenario possessionis iudicio probent, numue concessio in emphyteusim à procuratore monialium de re Monasterij facta viribus subsistat.

SVMMARIVM.

1 *Turpitudinem propriam allegare nemini licet.*

2 *Testes plenarie examinati in Summario probant in plenario, & n. 3. & n. 4.*

5 *Testimonio primo creditur, etiam si illud primum iudicium esset Summarium. Amplia concurrentibus coniecturis nu. 7.*

6 *Testis primo dicto statur.*

8 *Farin. de testib. q. 66. n. 151. & seq. declaratur.*

9 *Rota dec. 463. par. 1 diuer. & decis. 94. n. 46. par. 7. recent. explanantur.*

9 *Illatio non fit ax diuersis.*

10 *Mandatum speciale requiritur ad concedendum in emphyt. Quod contra fit est nullum non tam in excessu sed etiam in totũ vitiatur n. 15.*

11 *Monasterium quando licitè procuratorẽ constituat ad concedendum in emphyteusim.*

12 *Fructus vbi annullatur concessio in emphyt. non debentur, nisi à die litis mota.*

13 *Retentio pro melioramentis conceditur.*

14 *Melioramenta necessaria semper restituenda sunt.*

16 *Relatum est in referẽte cũm omnibus suis qualitatibus.*

17 *Concessio in emphyteus. vltra tempus, vel quãtitatẽ permissa in excessu tac-*

Allegat. XCIII.

Adsit Deus.

SI verum est prout verissimum ab omnibus reputatur, quod nemini † liceat pro- 1
priam allegare turpitudinem l. transactione finita 30. C. de transact. l. professio b. C. de muner. patrim. lib. 10 l. 2. § quintus mutius ff. de orig. Iur. Cyriac. contro. 335. n. 1. Buratt. decis. 20. nu. 5 & decis. 44 nu. 9. & decis. 76. nu. 19. post Mantic. de tacit. & ambig. lib. 5. tit. 47. sub n. 5. vers. hoc autem. Surd. decis. 182. n. 10. & decis. 196. n. 6. vbi quod nec liceat proprium periurium allegare, & decis. 309. nu. 16. vbi quod nimis indignũ sit, quod proprio quis testimonio resistat Fontanel decis. 74. n. 6. Grat. discept. forens. 876. nu. 16 & 27. Leoncill. dec. Ferrarien. 64. nu. 19. vbi inquit istud fortius sibi locum vindicare in Sacerdote, ac consequenter in personis religiosis Guilelh. Auth. de rescript. & morat. tit. 9. conclus. 52. nu. 7. Viuius decis. 339. num. 36. cum adductis per Barbos. Axiom. 221. n. 1. vtique moniales Sanctæ Elisabeth. minime veniunt audiendæ in eo, quod allegant circa prætensam falsitatem, ac periurium Dom. Mirandulæ testis per eas tam in summario Iudicio, quam in plenario examinati.

Nec casui nostro applicatur illa conclusio,
quod probationes † factæ in summario iudicio 2
fidem nõ faciant in plenario, si quidem obiectũ pluribus euitatur rationibus, & primo quia contraria opinio verior detegitur ad tradita ex professo per Rotam, decision. 35. per totam par. 2. diuersion. quam sequitur Ludouis. decisione 535. numer. 14. & 15. Deinde quia non procedit obiectum, quando testes super articulis formiter productis concernentibus totam causam,
ac negotium † principale fuerunt examinati co- 3
ram Iudice habente iurisdictionem in vtroque iudicio, seu articulo, ac super tota causa Rota dicta decis. 35. nu. 7. p. 2. & dec. 162. nu. 5. 6. & 7. par. 4. diuers. Demum quia cum probationes factæ per Reuerendas Moniales in iudicio summario, in præsenti plenario appareant per Dom. Aldrigum productæ, vt in currenti processu fol.
13. adeout † probare dicantur in iudicio plena- 4
rio non secus ac si formiter in eodem fuissent recepti ijdemet testes Mascard. de probat. conclu. 1203. per totam Menoch. de retinen. possess. remed. vlt. sub n. 38. vers. 2. est casus Post. de Manut. obseru. 39. n. 1. & 2. Gail. pract. obseru. 103. sub n. 4. lib. 1. faciunt notata per Grat. disc. fore. 445. n. 2. ac per totam. Neq; enim cadit hic restitutio, quam ad præcedentem conclusionem adducunt Doctores, quod nimirum reproductio probationis factæ in Summario suffragetur ad plenam probationem in plenario, si reproductio fuit citata parte, ac testibus denuo examinatis, quoniam replicatio intraret, & applicaretur vbi examen emanasset in summario ad instantiam reproducen-

tis

tis in plenario. Quod non sic, se habet in præ-
sentiarum, quippe quia probationes reprodu-
ctæ per Dominum Aldrighum in plenario pro-
cesserunt in summario ex latere ipsarum mo-
nialium, per quam sane reproductionem cum
fuerit quæsitum Ius Domino Aldrigo ex depo-
5 sitione † eiusdem Mirandulę non potuit am-
plius ei præiudicari ex secūda depositione quã-
tumuis iurata, vt in terminis Menoch. post Fe-
lin. de arbitr. cas. 108. num. 11. & latius prosequi-
tur Altograd. consil. 72. ea num. 26. vsque ad
fin. vbi tandem concludit quęstionem illam ce-
ci dicto magis credendum, an primo, an autem
secundo determinari ex adminiculis, ac remitti
in arbitrium iudicis.

Admisso igitur pro indubitabili, quod in ci-
6 uilibus stetur primo testis dicto † iurato, maxi-
me vbi secunda depositio successit post publi-
cationem primę, ex quo subest timor subornа-
tiones Bartoll. in l. si postulauerit 37. §. pe-
nult. ff. ad l. Iulianum de adulter. canonistę in
C. preterea de testib., & post alios Beyrlyng.
singular. obseruat. 86. num. 3. cent. 1. Hortens.
Cauale. in prax. de testib. sub num. 154. versic.
& statur. primo dur. Guidopap. decis. 546. Bal-
thas. Thomas. de tutor. & curator. tracta. 6. tit.
39. sub num. 3009. limit. 239. per totam presor-
tim ibi, vbi quando secundum emanauit dudi-
citis testificatis, & ibi, & si in alio iudicio reuo-
cauerit stabitur primo dicto fol. 751. & 752. eo
magis istud sibi locum vindicabit ex adminicu-
7 lis, † quibus depositio prima Mirandulæ fulci-
tur, nimirum ex testificata Domini Pellicarij
illius contestis in summario iudicio ex deposi-
tionibus aliorum testium in plenario iudicio
pro eodem Domino Aldrigo examinatorum,
atque etiam ex eo, quia prędium sibi concessum
in emphyteusim minus locabatur, quam nunc
de canone percipiatur absque eo, quod monia-
les subiaceant alicui periculo, aut infortunio
circa fructus vltra immunitatem à quibuscun-
que oneribus, quibus affectæ erant terrę ad li-
bellum concessę Menoch. de arbitr. dicto cas.
108. num. 24. Farinac. dicta quęst. 66. num. 216.
quos sequitur Altograd. dicto consil. 72. nu. 33.
in fin. ibi ad hoc autem vt ex depositione prima
huius testis ritè in iudicio recepta, sententia se-
qui possit non solum sufficere accessionem alte-
rius testis, sed etiam aliarum coniecturarum,
& nu. 34. 35. & subdit iudicatum pro prima
depositione.

Hinc tolluntur oppositiones ex aduerso factę,
8 & fundamenta decisionis vbi enim doctrina †
Farinac. de testib. quęst. 66. n. 152. & 154. vera
esset, quod non admittimus, procederet dun-
taxat cęteris paribus, & vbi ante secundam de-
positionem non interuenisset publicatio primę.
hic autem vtrumque intercessit; nimirum plu-
ra admi nicula, & precessit publicatio primę
depositionis, & sic intrat euidens calumnia te-
stis, ac partis subornatio. Quemadmodum eui-
tatur auctoritas Rotę decis. 463. num. 1. part. 1.
diuers. & decis. 94. nu. 46. part. 7. recent. nam
preter dicta in precedenti allegatione nunc in-
super considero, quod in dicta dec. 463. pa. 1. di-
uers. agebatur de testibus productis non à con-
cedente, sed à recipiente in emphyteusim, &
dum pendebat iudicium summarium, & ante-
quam promulgatum fuisset decretum cõfirma-
torium gratię, si in euidentem, syndicus Eccle-
sie petebat se admitti ad contradicendum, &
fuit admissus adeout testes informiter recepti
nihil probarent vt colligitur, ex decis. 113. par.
4. diuers. in eadem causa emanata, in quibus
terminis quãtum ad hanc conclusionem intel-
ligenda quoque venit decis. 94. num. 46 part.
7. recent. vltra quod perfunctorie tantum lo-
quitur, ac per modum transeuntis, ratioque re-
solutionis tunc aliunde desumpta fuit, vt ipsius
decision. insimul lectura apprimè indicat. Qua-
propter cùm in casu Domini Aldrighi vtilitas
Ecclesię per moniales in cõtrouersiam non ex-
titerit deducta coram Iudicibus delegatis, qui-
nimmo sufficienter probata, sequitur nos versari
in diuersis † terminis, ac consequenter illatio- 9
nem nõ applicari vulgata, l. Papinianus ex vbi,
ff. de minor.

Capio nunc secundum motiuum, super quo
audio moniales maiorem cum facere ad rescis-
sionem contractus gesti cum Domino Aldrigo
consistens in eo, quod Reuerendus Pater Sixtus
nõ haberet speciale † Mandatum ad conceden- 10
dum in emphyteusim tale prędium, expressis in
specie eius finibus, & qualitatibus, prout sub
censura nullitatis cõtractus requiri tradunt cu-
mulati per Altograd. consil. 26 à num. 1. vsque
ad 14. Verum tamen satis constat ex facti specie
illius doctrinam non applicari, atque motiuum
exinde deductum nullum in presentiarum fa-
cessere negotium. Nam moniales vsque de an-
no 1638. sub die 13. Nouembris a Sacra Con-
gregatione obtinuerunt facultatem concede n-
di in emphyteusim bona monasterio obuenta
ex persona A sottoris Balneę ob mortem Do-
mini Balthassaris Gorni per Breue directum
delegatis cum solita clausula si euidentem cui
inhęrendo sub die 10. Ianuarij 1639. premissis
prius inter ipsas moniales debitis tractatibus,
constituerunt procuratorem R. Patrem Sixtum
specialiter ad dandum, & concedendum in em-
phyteusim perpetuam quibuscunque bona sta-
bilia hereditatis Gornæ annuo libello pactis,
capitulis, & conuentionibus, quibus cum libel-
larijs conuenire poterit, & d. R. Patri placuerit,
& precipuè cum pacto affrancandi, & hoc in e-
xecutione concessionis per dictas R. R. Sorores
obtentę à Sancta Sede Apostolica in forma, si
in euidentem vtilitatem &c. & vt latius in pro-
cessu fol. 47. Quibus premissis nimirum tracta-
tu cum deliberatione super re in emphyt. con-
cedenda, † ad hoc que impetrato Breui Apost. 11
quod possit constitui procurator ad huiusmodi
rem in emph. concedendam admittunt Docto-
res cumulati per Altog. d. cons. 26 vt videre est
penes Federic. de Senis in allegato cons. 100. n.
3. ibi, sed non puto, quòd ad alienandum posset
constitui procurator, nisi super re alienanda
interuenerint tractatus, causę cognitio, & deli-

beratio. His præhabitis benè potest constitui sindicos, vel procurator ad talem rem alienandam, quæ hic præcesserunt, ergo &c.

Dec. verò in c. decernimus, nu. 110. & 111. extra de iudic. duo dicit; alterum, quòd laicus non possit constitui procurator ad vendendum bona Ecclesiæ; alterum, quòd procurator constitutus ad vendendum bona Ecclesiæ, non videatur habere mandatum specialiter, nisi bona Ecclesię specificata sint. Hic autem primū cessat cùm fuerit constitutus procurator religiosus, & bona in mandato fuerint sufficiēter specificata vltra specificationem desomptam ex breui Apostol. & cuius fines procurator excedere nequaquam poterat. idem repetit cons. 142. nu. 8. & tangit illam quęstionem, an clausula pro expressis in breui suppleat specificationem, quæ materia non est præsentis speculationis.

Reboan. de reb. Eccles. non alienan. qu. 20. à num. 112. vsque ad 124. fol. 124. & 125. quærit solummodò, an licentia alienandi generalis, ac indiffinita per verbum fiat, non specificatis bonis alienandis suffragetur, quam quæstionem examinare nostri non est instituti, ex quo versamur in assensu cum clausula, si in euidentem, & in precibus exprimontur bona per moniales alienanda, seu in emphyteusim concedenda.

Menoch. cons. 80. nu. 65. loquitur de habente mandatum cum libera à lege, qui non potest alienare, secus si habeat mandatum ab homine, vt ex Ias. quem allegat in l. 1. num. 3. ff. de offic. procurat. Cæsar. quæ disceptatio non applicatur in præsentem controuersiam, ex quo versamur in habente mandatum speciale ad concedendum in emphyteusim bona particularia hæreditatis Gornæ limitatum in executionem Breuis Apostolici, si in euidentem.

Mastrill. decis. 17. nu. 2. fauet potius intentioni ipsius Domini Aldrighi, quam officiat, ex quo apparet de mandato R. Patris Sixti specialis ad alienandum, seu in emphyteusim concedendū bona hæreditatis Gornæ, ibi verò in decisione Mastrilli non constat de aliquo mandato, & dubitabatur vbi appareret, an esset sufficiens ad alienandum.

Camill Borell. in sum. decision. tit. 45. nu. 46. & tit. 66. num. 237 par. 1. nil aliud requirit præter mādatum speciale in alienatione rei Ecclesiasticæ, vnde cùm hic intercedat specialissimum, atque restrictum ad formam breuis, si in euidentem; ideò dicitur satisfactum menti ipsius Borellę, eoque maximè, quia alienatio processit immediatè ab ipsis Monialibus, & alienationis executio demandata fuit procuratori, quo casu cessat omnis prorsus dubitandi ansa.

Cornaz. decis. 1. nu. 12. & 13. eandem recipit responsionem, quam supra adduximus aduersus Dec. in c. decernimus extra de iudicijs; siquidē mandatum per Moniales collatum apparet in personam Religiosi, & in specie continet bona in emphyteusim concedenda, nec quidem simpliciter, sed ad formam Breuis, si in euidentem. Sicque requisitis ibi per Cornaz. dicitur satis, superque satisfactum.

Caroc. de locat. & conduct. par. 2. qu. 2. sub tit. de locat. per procuratorem, num. 40. & seq. fol. 72. ius aperit quid sentiat, & ad summā requirit speciale mandatum, quod hic non desiderari supra demonstrauimus, & lectura processus indicat, & ita omissis alijs discurrit Altograd. d. consil. 16. vsque ad nu. 14. vbi assignat rationem, quia si mandatum vniuersale ad alienandū sufficeret, cōtingere posset alienationem fieri bonorum, quæ distrahere Ecclesiæ non expediret, quæ ratio sicuti cessat in præsentiarum, ex quo facultas R. Procuratoris erat restricta ad bona hæreditatis Gornæ, quæ iam deliberauerāt præmisso tractatu, & obtenta licentia à Sede Apostolica Moniales ipsæ in emphyteusim concedere, circa quam dictus procurator se habuit tanquam merus executor voluntatis præcisè suarum principalium, ita quoque neque intrat ratiocinatio Altogradi, aliorumque ab eo citatorum.

Sicuti ergo ex mox confutatis fundamentis malè iudicauit Iudex pro relaxatione concessionis in emphyteusim ab eodem vti delegato causa cognita confirmata, ita pessimè damnauit D. Aldrighum in fructus à die concessionis in emphyteusim, cum omni in casu eum tantommodo condemnare potuisset à die litis contestatæ, † 12
quicquid in oppositum dicant auctoritates cōgestæ, tanquam expressæ, & latiùs reprobatæ per Rotam decis. 320. num 4. ac per totam, part. 2. recent. quam in proposito sufficit allegare iuxta mentem eiusdem Rotæ coram Burat. decis. 714. à nu. 5. ad 9. Gratian. discept. forens. 420. n. 18. & 19. latissimè Cyriac. controu. iuris 105. ex nu. 73. vsque ad 78. cum sexcentis alijs, quos sciens prætereo. Vltra quod Doctores in oppositū adducti, si singuli percurrantur non procedunt aduersus eum, qui erat in bona fide, & habuit iustam causam credendi, quod omnia ritè, ac rectè præcessetint, nolui tamen in singulorum elucubrationes elaborare, cùm existimauerim superfluum attēto decreto ab eodem D. Iudice, à quo interposito, qui postea irritam censuit concessionem à se auctoritate Apostolica confirmatam fundamenta huiusmodi resolutionis dentibus laceranda, potius quàm rationibus confutanda altius perscrutari. Data insimul retentione † D. 13
Aldrigo pro melioramētis vsquequo fuerit integraliter satisfactus, ex traditis per Rotam decis. 188. num. 7. par. 5. recent. Burat. decis. 169. num. 11. Rota in Lauret. Domus 10. Iunij 1644. Bielico, nu. 1. Post. de subhast. inspect. 62. nu. 1. vbi limitat dummodo non constet melioramēta fuisse facta causa reddendi difficiliorem recuperationem rei in spolio. Neque enim ei obstare potest mala fides, dum melioramenta per eum facta appareant nedum vtilia, sed etiam necessaria, † quæ semper restitui debent possessori, 14
Rota decis. 22 x. num. 15. par. 7. recent. quod tamen dictum sit ex abundanti, quoniam emphyteusis vndequaque viribus subsistit.

Neq; prædictis obstat allegata nullitas cōcessionis in emphyteusi ex eo, quod procurator excesserit fines mādati cōcedēdo vltra bubul. bis-

centum

tum circiter, de quibus in sententia delegatoru, domum sitam in Arce Sermedi, qui excessus etiam in modico per procuratorem commissus facit, vt contractus euadat nullus non tam in ex
15 cessu; quàm † etiam in totum, ita vt mandatis non teneatur ad alicuius partis obseruantiam, Cyriac. controu. 278. nu. 8. Ciarlin. controuer. 278. & nu. 8. Ciarlin, controu. 8. num. 29. ac per totam. Siquidem pro responsione duo aceurrit considerandа, alterum quod sententia se refert ad capitula, & sic iotrat conclusio, quod ab illis recipiat declarationem, & quidquid continetur in capitulis comprehensum quoque præ-
16 sumatur in decreto ea ratione, quia relatum est in referente cum omnibus suis qualitatibus, vt ferè io terminis Rota decis decis. 14. nu. 44. & 45. par. 6. & decis. 83. num. 2. part. 7. recent. Mart. Medic. decis. Senent. 83. nu. 13. vbi ampliat procedere, licet eadem verba non sint repetita; Ludouis. decisi 522. nu. 9. & 10. Leoncill. decis. Ferrar. 82. nu. 17. Rota in Rauennat. domus 17. Martij 1651 nu. 4 Roias, & prius in Caietan, bonorum 3. Nouembris 1646. Cerro. Alterum, quòd iuxta magis receptam opinionè
17 omni in casu concessio † in excessu dumtaxat irritaret, non autem quoad BB. bifectum, de quibus in decreto, vt explosa opinione Ciarlin. cōallegata controuersia, ac aliorum optimis niaus rationibus defendit Altograd. consil. 2. 28. & sequentibus. Ego ipse dixi allegat. 1. num. 47. & allegat. 13. num. 10. & 11. lib. 1. Verùm istud dictum sit ex abundanti, cùm satis colligatur ex decreto Iudicum meos eouodem, quod BB. ducentum cum ędificijs concederentur in emphyteusim; vtrumque enime comprehendunt capitula, ad quæ se refert decretum delegatorum, atq; etiam preces Monialium Sanctissimo porrectæ.

Quare &c. Salno &c.

ARGVMENTVM.

In feudo successor tenetur ad debita occasione feudi contracta, & pecunia ex feudo redacta feudalis non reputatur.

SVMMARIVM.

1 *Feudi nondùm persoluti possessor tenetur ad satisfactionem residui pretij, nec actio competit contra alium etiam heredem, qui non fuit feudi capax.*

2 *Successor feudi tenetur ad debita causâ feudi contracta, etiam si penès hæredem reperiantur allodialia.*

3 *Feudo alienato cum consensu Domini cum onere iniuncto emptori soluendi annuam pensionem, illa transit in quoscunque.*

4 *Inuestitura semper intelligitur facta sine tertij præiudicio facta tanquam de feudo deuoluto, durante adhuc linea dicitur nulla, num 9.*

5 *Feudum, qui alienare potest, multò magis illud oneri supponere. Antiquum de consensu Domini, & vassalli efficitur nouum, num. 6. Ob non petitam Inuestituram deuoluit ad proximiores, non ad Dominum, num. 8.*

7 *Pretium ex feudo redactum non remanet feudale.*

Allegat. XCIV.

Adsit Deus.

Decisionem præfectis causę Venerabilis Societatis Beatissimę Virginis Rij petij in iudicio proclamatum perpetuisilentij publicatorum ad instātiam Dom. Ioaonis Valdastri, & pro eius cautione super possessione per eum empta à Domino Oliuetio de Auantijs pendere castimo ex illa quæstione, an feudi nondùm persoluti possessor teneatur ad satisfactionem residui pretij, ita vt actio non competat ex i s al um etiam hæredem, qui non fuerit feudi capax, in qua saoè controuersia paucis vrendo feudistæ concludunt, onus soluendi residuo † pretij spectare ad illius possessorem nulla habita ratione, an fuerit hæres, nec ne Cyriac. controuers. 14. num. 14. Veruntamen quia dubitari posset, an præcedens conclusio sic indiffinitè concepta procederet etiam extantibus boois in hæreditate, quæ prius
2 excutienda venirent, † vt indicare videtur vltima Excellentissimi Senatus resolutio, de qua in processu comparitionis ipsius Societatis fol. 53. & io terminis tradidit Susd. in c. an agnat. vel fil &c. sub nu. 34. inclinat. Cost. de remed. subsid. 53. nu. 12. & 13. Cæterum, quod debita occasione feudi solui debeant per successores in feudo puta agnatos, & alia per successores in allodialibus, puta per filias, quando vasallus decessit sine filijs masculis relictis filiabus, & agnatis nulla facta mentione an allodialia suppetant tradiderunt DD. in c. 1. §. quid ergo ibi Io. Andr, n. 6. Afflict. n. 9. Laudens. num. 12. de inuest. de re alieo. fact. Andr. in c. 1. an agnat. Albert. Brun. consil. feudal. 104. per totum, quem sequitur Cyriac. dicta controuersia 14. nu. 14. Gram. decis. 103. numer. 47. Lanar. consil. 80. num. 32. Peregr. consl. 4. num. 46. lib 1. Giurb. de success. feud. §. 1. glos. 15. num. 24, versic. vel si occasione feudi, Abb. consil. 337. per totum,

Bardel-

Barcellon. cons. 197. num. 33. & faciunt tradita per Capan. de Iur. relen. par. 4. quæst. 25. & 26. Harm. Pistor. quæst. 6. num. 7. Petr. Corset. ad Octau. Corset. eius patrem cons. 12. num. 93.

Ad euitandas ergo huiusmodi ambiguitates, pondero aliam rationem, meo quidem iudicio ineuitabilem, & est, quod si vassallus multò magis Dominus licitè concedit feudum cum onere
3 soluēdi liuellum † alicui extraneo quicquid accidat de ipso feudo, siue deuoluat ad agnatos, siue redeat ad dominum semper transit cum illo onere soluendi liuellum, ad latè tradita in terminis per Peregr. cons. 31. num. 8. lib. 1. Bursat. cons. 163. num. 33. & seq. cum adductis per Cyriac. dicta controuers. 14. num. 22. vbi per optimas rationes concludunt, quod constituta pensione annua, siue liuello super feudo, aut emphyteusi fauore alicuius, si feudum, vel emphyteusis deuoluat ad agnatos, aut ad dominū non propterea eximitur ab onere prædicto soluendi canones ad formam concessionis. At nos sumus in fortioribus, ex quo feudum, de quo agitur adhuc durat in linea primi inuestiti.

Nec obstat, quod in Inuestitura renouata D. Oliuerio nulla fiat expressio dicti oneris, ac liuelli, quoniam nec per hoc censetur præiudicium generatum Ius habentibus in feudo. Vltra quod in Inuestitura, de qua in processu folio 11. fac. 2. adest preseruatio Iuris cuiusque tertij, ibi, eo tamen saluo, & reseruato, quòd per præsentem Inuestituram, & contenta in ea dictus D. Commissarius d. n. suprascripto Domino inuestito, vt supra acceptanti nil dat, vel concedit, quòd indebitè occupatum sit de Iuribus dictæ Curiæ, aut quos esset iuris cuiuscunque tertij; præseruatio etiam non expressa per modernos Dominos in Curia Podij successores adhuc tacitè in esse diceretur; quia inuestitura † semper
4 intelligitur facta sine præiudicio tertij, licèt non exprimatur, c. 1. in princ. vbi DD. per quæ fuit inuestit. in vsib. feud. Rosental. de feud cap. 6. quæst. 68. num. 2. Cyriac. controuers. 36. nu. 5. cum infinitis, quos sciens prætereo.

Quemadmodum neque resistit, quod Dominus Oliuerius inameriatur ab antiquissimis Inuestituris, adeout in personam eius patria feudum istud dici nequeat nouum, sed paternum, ac consequenter non potuerit D. Marcellus Auantius in præiudicium eius filiorum agnoscere super feudo onus soluendi dictum liuellum, siquidem ista oppositio duplici euitatur fundamēto; altero, quia sicuti Dominus Marcellus cum Domini assensu in præiudicium vocatorum po-
5 tuisset alienare totum feudum, † ac posteros priuare omninò spe succedendi, ita & multò magis potuit id quod est minus nempe assensū præstare cum domini licentia solutioni oneris prædicti, quo genere argumenti in puncto vtitur Giouagn. cons. 45. sub n. 59. lib. 2. Altero, quia feudum istud aliàs antiquum in personam Domini Marcelli consideratur tanquam nouum, quippe quia regulare est, vt accedente Domini,
6 ca vassalli assensu, feudum aliàs antiquum concedatur tanquam nouum, & è contra latissimè Cyriac. controuers. 4. à nu. 7. & neutra ex præcedentibus responsionibus vel minimam patitur difficultatem.

Insuper nec officit, seu non applicatur ratio deducta ex eo, quod feudum principale Curiæ Podij sit vinculo fideicommissi, seu maioratus affectum, nam experientia rerum magistra docet, istud nequaquam obstare, quo minus Domini Curię Podij pro tempore successores non valeāt subfeuda eiusdem Curiæ ad se reuersa distrahere, seu super illis quomodolibet transigere super pretio exinde conflato tanquam quid omninò separatum, atque extrinsecum à feudalitate, quia pretium reductum ex feudo † non remanet 7
feudale, Bald. & Aluarot. c. 1. de feud. non habent. prop. natur. feud. Vvesenbec. consil. 58. nu. 11. & cons. 75. num. 1. Tiraquel de retract. § 32. glos. 1. num. 20. Mangil. de subhastation. qu. 150. nu. 2. Giurb. de successi. feud. §. 2. glos. 7. sub nu. 42. versic. quia pecunia ex feudo. Potuit ergo absque violatione maioratus Illustrissimus tunc Dominus Curiæ cum Domino Auātio conuenisse, quod pro gratia speciale subfeudi eidem concessi loco soluendi effectualiter illius pretium solueret annuatim scuta viginta, maximè durante illius descendentia.

Demum nec obest prætensa assumptio Inuestituræ facta per Dominum Oliuerium eiusdem subfeudi tanquam de re ad Curiam legitimè deuoluta, quia huiusmodi inuestitura vtpotè euidentèr collusiua non attenditur, tum quia vbi aliqua potuisset imputari culpa filijs ipsius Oliuerij feudum deuoluebat ad eius filium, † & sic 8
ad nepotem primi Inuestiti; cum enim feuda ob culpam vassalli non redeant ad Dominos per consolidationem vtilis cum directo, sed deuoluuntur ad posteros primi inuestiti per conseruationem Inuestituræ, vt latè comprobat Peregr. cons. 21. num. 13. & 14. lib. 1. Tum quia concessio Inuestituræ in feudum nouum, quæ erat renouanda in feudum paternum pro infecta habetur, quantum ad personas creditorum, & ha- 9
bentium supra feudo aliquod interesse, tūc enim filius dicitur fecisse in fraudem obtinendo Inuestituram de re deuoluta, quæ non erat, & propterea eadē Inuestitura vti emanata ex falsa causa corruit, redditur nulla, neque habetur in cōsideratione, ad latè tradita per Manent. cons. 6. num. 89. & cons. 97. num. 6. & per totum, Duran. decis. 431. num. 6. & dixi allegat. 13. nu. 12. hoc volum.

Ex quibus simul iunctis per Senatum Excellentissimum pronuntiandū venit Societati prædictæ satisfaciēdum esse actualiter in dicto pretio, neque in præiudicium ipsius potuisse D. Oliuerium concedere dilationes ad soluendum, ita vt si Dominus Valdaster intendat perseuerare in emptione feudi omninò ergo ipsius veniat ad huiusmodi solutionem absque eo, quod dicta Societas relicta re sibi specialiter hypothecata obstringatur inutiliter facere discussionem Inuentarij, sicque circumscribendas esse, ac circumscribi

conscribi debere duas posteriores pronuncias, quandoquidem de somniato iure Domini directi, atque offensione maioratus nullibi constat, nec refragatur quod aliquando Serenis. Ducalis Camera possessionem dicti subfeudi occupauerit, nam cùm id acciderit facto culpa, ac de consensu ipsius Auantij, si quid damni exinde eidem emerserit, id totum eidem imputandum venit, etenim damnum, quod quis sua culpa patitur, sibi imputare debet, adeò vt petitam solutionē tum capitalis, tum liuellorum effugere nequeat, nec ipse Valdaster quatenus intendat permanere in possessione pet. terr. liuellariæ ipsius Societatis.

Quare &c. Saluo &c.

ARGVMENTVM.

Manutentio in possessione conceditur etiam emphyteutæ in possessione existenti, maximè cùm dominium saltem ex coniecturis probatur.

SVMMARIVM.

1 *Manutentionis remedium emphyteutæ competit.*
2 *Confessio possessionis acceptari potest, reiectà qualitate vitij.*
3 *Possessio probatur ex præcepto de eam dimittendo. Titulata facilius manutenetur, numer. 4.*
5 *Quantitas probatur interamenta vbi constat de substantia. Amplia vt nu. 7. Coniecturis probatur, num. 6.*
8 *Referens non probat non constito de relato. Limita vt nu. 9 & 10.*
11 *Partita in forma non probanti, & simplex fides officialis facium adminiculum.*
12 *Allodialia bona præsumuntur.*
13 *Opinio pro Ecclesia in dubio sequenda.*
14 *Ecclesia fauor præponderat fisco.*
15 *Fiscum contra in dubio iudicandum.*
16 *Canonum ex solutione probatur dominium. Amplia vt nu. 17.*
18 *Inuestiturarum duplicitas probat dominium.*
19 *Identitas probatur duabus demonstrationibus. Amplia vt num. 20.*
21 *Identitatem diuersitas in numero non tollit.*

Allegat. XCV.

Adsit Deus.

IN singulo ex propositis, atq; hactenus prosequutis remedijs obtinere debet admodum Reuerendus Predelli Ecclesiæ Parochialis Sanctorum Simonis, & Iudæ Rector aduersus D. Iulium de Capitaneis, sine causa terminari debeat in solo manutentionis iudicio, siue super meritis causæ, siue etiam præsupposita vtriusque iudicij cumulatione, & ne contingat disputari de eo, quod non controuertunt partes præsuppono pro indubitabili, quod etiā conuincitur ex testium depositionibus hinc inde examinatorum, totam restringi difficultatem ad numerum bubulcarum; nam in quatuor, vel tribus concordes conueniunt.

Alterum, quod meo iudicio in controuersiam refricari nequit, consistit in eo, quod iura Cameræ ad exclusionem Iuris Ecclesiæ sunt valde valde dubia, adeout interim emphyteutæ recognoscenti Ecclesiam, cuius possessio exadoerso non negatur, concedenda veniat manutentio respectu omnium reitatum, quas de tempore introductæ litis possidebat, etenim emphyteutæ, † ex quo naturaliter possidet reddi remediū 1
istud manutentionis tradunt, ac pro expedito habent Menoch. de retinen remed. 3. nu. 44. & 85. Post. de manuten. obseruat. 16. nu. 8. & post tract. decis. 175. nu 1. & decis. 336. num. 1. 2. & 3. quæ quidem possessio probatur ex confessione partis pluries in actis reiterata, quantumuis enunciétur vitiosa possessio habet pro se præsumptionem iustitiæ † acceptari potest reiecta qua- 2
litate huiusmodi ex Caualer. decis. 535 num. 2. Post. de manuten. obseruat. 19. nu. 21. Rota in Tolosana Territorij 30. Martij 1648. nu. 2. coram Ottobono Hocque transit in offenso pede, quoniam aduersus Dominum Vincentium de Dominichettis ab Ecclesia inuestitum obtinuit para aduersa præceptum † de discedendo ex do- 3
mo, eamque euacuando, & relaxando, per quod probari possessionem eiusdem præceptati fundatur ex traditis in puncto per Post. de manuten. obseruat. 19 num. 30. Buratt. decis. 908. nu. 5. adeout in hoc remedio pro obtinenda manutētione nullus versetur scrupulus, attentis præsertim quæ infra sum dicturus circa merita, ac titulum legitimum ipsius Dominichetti, quæ plurimum conferūt ad obtinendum in summarijssimo manutentionis possessorio, quippe quia possessio titulata † facilius manutenetur, cùm 4
titulus multum habeatur in consideratione etiā in hoc iudicio quantumuis summarijssimo, Bart.

in

in l. si duo 3. nu. 4. ff. vti possidet, Bald. in l. data opera 15. in fin. C. de ijs qui accus. non poss. Caualer. decis. 379. nu. 5. Post. de manuten. obseruat. 71. nu. 127. & 118. & post tractat. Rota decis. 5. nu. 5. & decis. 135. nu. 3. & decis. 214. nu. 5. quæ est decis. 29. part. 5. recent.

Quod igitur Dominium Ecclesiæ directum quo ad terras, pro quibus soluuntur singulo anno sestaria duo frumenti extendatur ad bubulcas decem, suadetur ex eo, quia constito de substantia, & essentia feudalitatis quantitas faciliimè deducitur, & probatur, seu magis ex præsumptionibus conniecturatur. Vnde cùm adsint Inuestituræ plures enunciantes de bubulcis decem circiter, testes istud quoque deponant comprehendendo in eorũ depositione id totũ, quod exprimitur in concessione emphyteusis facta Dominichetto, quantũ ad totidem BB ideò, quatenus ex dictis probationibus non resultaret integra, & perfectà probatio, locus erit iu-
5 ramento † in supplementum, cùm non agatur de probanda emphyteusis substantia, sed tantũ de quantitate, Rainer. de Forolin. in l. 1. ff. de in litem iur. Surd. cons. 94. nu. 26. & 27. Cyriac. controuers. 229. nu. 7. Quinimò cùm non agatur de probanda substantia ipsius emphyteusis, sed tantum de eius quantitate admittendæ ve-
6 niunt dictæ probationes † quantumuis alias minus perfectæ, & leuiores, e. per tuas de probat. l. solent 3. ff. de aliment. & cib. legat. Surd. dicto cons. 94 nu. 28. quoniam ad hunc effectum sufficiunt coniecturæ, Bald. in l 1. nu. 24. C. de fruct. & lit. expensis, latè Cæphal. consil. 297. nu. 12. Surd. cons. 94. num. 28. Et prædicta tanto magis, & indubitanter procedunt, quia pars aduersa dolosè negauit substantiam. Vnde succedit conclusio ab omnibus recepta, quod quãtitas emphyteusi subiectarum probari poterit
7 per iuramentum, † quamuis substantia ipsius nõ possit probari per iusiurandum, atque ita præcedentem Rainerij doctrinam post Crauett. de antiquit. tempor. par. 1. princ. declarat Menoc. cons. 81. nu. 20 quem sequitur Gratian. discept. forens. 109. nu. 39.

Nec potest in contrarium rationabiliter deduci, quod prætensa Inuestitura Sigismundi à Turri enunciata in altera anni 1632. concessa Capitaneo Zanni inuestito ob lineam finitam eiusdem Sigismundi non esset inter alias connumeranda ad probandum Ius Ecclesiæ, eo sub prætextu, quod de Inuestitura concessa præfato à Turri non constaret, quasi referens nõ pro-
8 bat † nisi constito de relato, ad notata communiter per Doctores in auth. si quis in aliquo, C. de eden. Thomat. decis. Maceiat. 94. num. 32. Barbos. axiomat. 201. num. 6. Buratt. decis. 754. num. 3. Nam esto quod prædictum axioma regulariter procedat, admittit tamen suas limitationes, & fallentias. Quandoquidem referens †
9 probat etiam sine relato, quando concurrunt coniecturæ pro ipso relato enunciato, etiam si de illo contingat principaliter disputari, Grat. cons. 104. num. 4. & 5. lib. 1. Appostill. ad Alex. cons. 21. in verbo enunciatio, vers. limita secundo, vol. 5. Card. Tusc. pract. conclus. 81. nu. 69. & 73. lit. V. Cyriac. controuers. 427. nu. 16. Hic autem, quod Dominus à Turri recognosceret in emphyteusim militant coniecturæ ex solutione eiusdem canonis, ex possessione dictarum petiarum terræ. Et quod per eius lineam extinctã alter fuerit inuestitus, adeo vt nulla subsit occasio dubitandi, quin bona controuersa recognoscãtur ab Ecclesia in totum, & quantitate enunciata bobulcarum decem. Deinde quicquid esset in cæteris, in materia inuestiturarum axioma non procedit, quandoquidem † referenti Inuestituræ creditur quantumuis non appareat de relata, non secus ac si de eadem omninò constaret, vt latissimè infinitis cumulatis prosequitur Rosental. de feud. cap. 6. conclus. 69 num. 10. & 11. & in glos. l. K. L. M. Quæ fallentia, ae testificatio ad præcedens axioma plurimum coadiuuatur ex testium depositionibus, per quas resultat probata possessio terrarum, canonum solutio, atque Inuestituræ suscept.o. 10

Pro vehementi adminiculo ad confirmationem depositionis testiũ valdè deseruiebant partitæ in libris Parochiæ etiam informiter extractæ, & fides notarij simplex, de qua in processu nostro folio 17. fac. 2. quæ conueniunt in hoc, quod dictus Sigismũdus à Turri recognosceret, & obnoxias Ecclesiæ Sãctorum Simonis, & Iudæ possideret bobulcas decem sub annua præstatione sestarium duorum frumenti. Quoniam partitæ in forma non probanti, & simplex fides officialis plurimum conferunt pro adminiculãdis testium depositionibus ex glos. in c. cum olim il primo, vers. fratrum de priuileg. in ferè in præcisis terminis Rota decis. 158. nu. 2. apud Post. de manuten. ex quibus satis concludenter probata remanet huiusmodi emphyteusis in decem bubulcis terrarum, maximè cùm in præsentiarium exaduerso non contendatur allodialitas, & libertas terrarum, quo in casu vbi adesset dubium pro allodialitate esset pronunciandum, cùm in ambiguo bona præsumantur libera glos. in l. circa 14. verbo ingenuitatis, ff. de probat. Manent. cons. 158. nu. 17. & 18. Camil. Medic. consilio 152. numer. 15. sed ab vtraque parte contenditur esse emphyteutica, nam Dominus Capitaneus prætendit illa esse de dominio directo Cameræ, nos autem de domino directo Ecclesiæ, pro qua stant probationes luce meridiana elatiores, & vbi contingeret dubitari, tunc fauore Ecclesiæ potius, quam fisci venit iudicandum, glos. in c. sciant, in verb. alios de elect. in 6. l. sunt personæ 43. in fine, ff. de religios. & sumpt. funerum. Gratian. disceptat. forens. 88. nu. 6. discept. 131. num. 2. nam fauor Ecclesiæ præponderat fauori Principis ad tradita per Gratian. discept. 101. nu. 15. Seraph. decis. 594. num. 24. Genuens. in prax. Triecent. 94 9. quæst. 251. nu. 4. vbi quod Ecclesia sit magis priuilegiata, quàm fiscus, qui dicitur vltimus priuilegiatorum, & contra quem † in dubio est iudicandum, iuxta l. non puto 10. ff. de iur. fisci. 11 12 13 14 15

Quibus

Quibus adstipulantur solutiones annuæ frumenti pro canone per plures annos factæ, vt colligitur ex dictis partitis, de quibus in processu nostro fol. 43 quæ multum operantur ad effectum probandi dominium, Specul. tit. de emphy. §. nunc aliqua, vers. 53. decis. 93. nu. 8. & decis. 105. num. 3. Rota decis. 290. nu. 4. par. 1. recent. & decis. 79. num. 4. & decis. 359. nu. 10. par. 5. recent. Ferentil. ad Burat. decis. 602. numer. 18. Rota in Portuen. Stagni 10. Iunij 1641. nu. 12. Panzirolo. Præcipuè cùm ex dictis partitis appareat de continuata canonum solutione
17 vltra annos triginta, † quod temporis spatium, quoad præscribendum dominium etiam contra tertium suffragatur, l. si quis emptionis 8. C. de præscript. 30. annor. Alex. cons. 8. sub num. 2. vers. præterea si Ecclesia, lib. 7. Aym. cons. 434. nu. 5. in fin. vers. si probator. Quæ diutina cano-
18 num solutio, iuncta pluribus Inuestituris † rem ponit extra omnem dubitandi aleam. Rota decis. 203. num. 6. par. 7. recent. & in Carien. feudi 27 Aprilis 1648. nu. 1. Bichio.

Multiplicitas autem Inuestiturarũ satis probata emergit ex actis; etenim in notula partitarum registrata in processu fol. 43. enunciatur in primis Inuestitura D. Sigismondi à Turri rogata per D. Antonium Bessam Nigrinum. Deinde ex renouatione Inuestituræ recepta per Dominum Hyacinthum Caballum 3. insuper ex concessione inuestituræ D. Zanni concessę; quæ habet relationem ad præcedentes Domini à Turri, vt ex fide in actis exhibita. Sicque Reuerendus Rector dicitur suam habere fundatam intentioné ne Domino Dominichetto ab eodem Inuestito aliqua nouitas impendatur.

Reliqua vero, quæ inuehuntur ad exclusionem identitatis omitti poterant. Si quidem testes examinati extra dentes deponunt petiam terræ nunc controuersam esse eamdem, & ipsam, & quæ possidebatur per præfatum D. Sigismundum à Turri, nec variatio in aliquo ex confinibus officit, cùm pro concludenti identi-
19 tatis probatione duę demonstrationes sufficiãt, ita Bart. in l. demonstratio falsa 17. nu. 14. ff. de condition. & demonstrat. Rota decis. 81. nu. 16. & decis. 359. num. 41. par. 5. recent. Quod adeò
20 verum est, vt sibi locum vindicet, tametsi adessent aliæ demonstrationes, quæ non conuenirent, vt benè per Ruin. cons. 59. nu. 12. libr. 1. Ruland cons. 67. nu. 17. lib. 2. Gratian. discept. forens. 833. num. 10. Rota dicta decis. 81. nu. 17. part. 5. recent. Vnde corruunt considerationes per Dominum Patrimonialem circa ipsam identitatem factæ etiam respectu diuersitatis circa
21 numerum, cùm illa non tollãt identitatem, ex traditis per Rotam decis. 87. num. 8. & 9. par. 5. recent. & ita iudicatum.

Quare &c. Saluo &c.

ARGVMENTVM.

Census, seu canon per Communitatem suo Principi per plures annos non solutus, non debitus, vel legitimè præscriptus præsumitur.

SVMMARIVM.

1 *Census ob non solutionem feudum nunquã committitur. Feudum non desinit esse proprium, nu. 2 Declara vt num. 3 & 4. Solutio debita à subuassallo Ecclesiæ dicitur laicalis, num. 13.*

5 *Censuale feudum, in quibus reguletur, vt proprium.*

6 *Pœna conuentionalis facit cessare legalem in feudo. Fallit in emphyteusi, nu. 7. Ratio assignatur, num. 8.*

9 *Emphyteuta ignorans de rigore Iuris ob non solutum canonem cadit in commissum. De æquitate tamen in integrum restituitur, nu. 10.*

11 *Emphyteusis Ecclesiastica peruenta de laico in laicum remanet ecclesiastica. Contra num. 12.*

14 *Præscriptio quadragenaria requiritur in cẽsu Ecclesiæ debito. In laicale sufficit triginta annorum, nu. 15. in feudalibus contra Dominum nunquam currit, nu. 27. & num. 20.*

16 *Fides mala impedit præscriptionem. Fallit vt num. 28.*

18 *Præscriptiones in annua præstatione tot requiruntur, quot sunt anni. Fallit vt nu. 19.*

21 *Imperator, & cæteri Principes inuestiti ab eorum inferiore qualiter cum alijs vassallis regulentur. Iure minorum vtuntur in restitutione in integrum, nu. 22.*

23 *Priuilegiatus contra æquè priuilegiatum non gaudet priuilegio.*

24 *Quadriennium, vltra quod restitutio in integrum non competit, à die læsionis perfectæ incipit currere.*

25 *Immemorabilis præscriptio vim habet tituli, & priuilegij.*

26 *Caducitas ex remedio restitutionis non declaratur.*

27 *Caducitatem declarandi facultati præscribitur.*

29 *Census præscribuntur in præteritum nunquam in futurum.*

Allega-

Allegat. XCVI.

Adsit Deus.

AVctoritate concessionis renouatæ, & Inuestituræ ob mortem Patris ab Illustrissimo, & Excelientissimo D. D. Scipione Gonzaga Sabionetæ Duce, atque Prencipe Bozzoli &c. in feudum partim Honorificum Inuestita extitit Communitas S. Martini de quibusdam petijs terrarum, ad dandum, & soluendum omni, & singulo anno prædicta durante Inuestitura pro censu, & census nomine primarum sex petiarum terrarum dicto Illustrissimo, & Excellentissimo vel eius officialibus ad id deputatis, & pro tempore deputandis quatuor bonos capretos in festo Resurrectionis Domini Nostri Iesu Christi, cuiuslibet anni in perpetuum, vel infra eius Octauam, & hoc sub poena dupli dicti census quolibet suo debito tempore non soluti, & consignari, à quo tempore suscepta per eorum nouem Inuestituræ præsupponitur mihi in facto Homines præfactæ Communitatis nunquam quicquam soluisse, nec ad soluendum requisitos fuisse, præterquam hodierna die elapsis iam triginta quinque annis Agentes. S. E. interpellarunt ipsos Homines, non solum ad solutionẽ censuum decursorum, sed etiam ad videndum declarari se, vel incidisse in commissum ob census congruo tempore non solutos, vtileque directo fuisse consolidatum citra præiudicium cõsequendi etiam census antea, & vsque in præsentem diem maturatos, vel ad audiendum se condemnari ad formam præcitatæ, conuentionis in Inuestitura registratæ in poenam dupli eiusdem, & census. Non immemores tamen sapientissimi illi ministri inexplicabilis clementiæ, ac pietatis S. E. erga naturales suos, summopereque fideles subditos medium quandam viam amicabilis cõcordiæ, proposuerunt, quatenus scilicet Iura Communitatis adeo clara nõ essent, quod nulla ipsis Hominibus nouitas legitimè impendi non expediret. Vtraque ergo ex partibus veritatem tantummodò in præmissis amans, & requirens in defensorem me habiturum profiteor, dum pro veritate quid sentiam in medium prodibo, & sic patrocinium Communitatis suscipere potui, absq. vllo obsequentissimæ meæ erga supremum Principem, meiq; Dominum semper Colendissimum deuotionis præiudicium.

Quicquid igitur sit in emphyteusi, in feudo
1 † certè nunquam agitur ad caducitatem ob census non solutos Specul. in tit. de emphy. §. nunc aliqua quæst. 85. nu. 108. Dec. in auth. qui rem nu. 7. C. de Sacrosanctis Eccles. & consil. 178. n. 5. Alex. cons. 9. num. 3. lib. 3. Marsil. singular. 446. Bursatt. consil. 56. numc. 22. & consil. 127. sub nu. 20. vers. licet communis Ias. in prælud. feud. num. 57. & seq. Clar. in §. feudorum qu. 31. per totam Schrader. de feud. part. 9. capi. 6. sub num. 57. vers. in hoc tamen Doctores communiter contrarium tenent volentes Vassallum etiam si ipse mille annis cãonem respectu feudi debitum Domino non soluerit, feudum non amittere Fachin. controuers. Iur. part. 3. lib. 7. cap. 87. Rosental. de feud. cap. 10. conclus. 34. num. 10. in glos. G. vbi concordantes recenset. Ex quibus non videtur curandum quod plures alij contrarium teneant in tantum quod non desunt, qui super hac vnica inspectione repugnantes admiserunt, atque amplexi sunt sententias, vt ex mox allegatis colligere erit, & videnda sunt deducta allegatione 54. hoc volumine.

Opinio autem iam, iam à nobis firmata, quod nempe Vassallus cessans quantum velit in solutione census feudo non priuetur, nec ipso iure, nec per sententiam indifferenter procedit, siue
census † in recognitionem superioritatis, & ob 2
illam domini præeminentiam soluantur, vt in Regno Neapoli Ducatu Parmæ, & similibus feudis, quæ non degenerant à proprijs quantumuis censualia nuncupentur Cyriac. controuers. 372. num. 29. & 30. late Rota in Mellebitana feudi 2. Martij 1635. num. 8. coram Merlino siue census à Dominis exigantur pro commodo pecuniario, quæ propterea desinunt esse feuda
propria, † cuius generis feuda ista dicuntur, de 3
quibus nunc sermonem habemus, quam distinctionem amplectuntur Menoch. consil. 65. n. 30. & 31. Rota Romana coram Buratt. decis. 206. sub num. 16. vers. nam vltra, & num. 17 & nos ipsi alijs congestis in nostro volumine allegationum mox Bononiæ impresso allegat. 18. nu. 105. & 106. & per totum vbi omnino videatur fol. 334. lib. 1. & alibi quam sæpissime. Quam-
uis enim negare non possimus, quin feudum † 4
huiusmodi omnino dicatur improprium, & per consequens quoad successionem, foeminarumque capacitatem cum masculis contemporaneá à proprio degenerans ex traditis per nos dicta allegatio. 18. per totam libr. primo post Rotam Romanam in puncto in vna Brixien. feudi prima Iulij 1592. coram Pamphilio illuc post dictã allegat. 61. In reliquis tamen, & præcisè quoad
causã caducitatum, † & deuolutionũ regulatur 5
omnino iuxta feudorum consuetudines, & iura, quoniam ex sua quidem impropietate admittit foeminas regulariter feudo incapaces cit. § filia de success. feud. cap. 1. §. hoc autem notandum de his qui feud. dar. poss. Cumi. Medic. cons. 30. num. 21. dixi eadem alleg. 18. num. 71. fol. 330. lib. 1. ex eisdem vero causis dominatur, & forte non omnibus deuoluit ad Dominum. Ratio inter cæteras assignatur præcipua, quoniam lege, vel consuetudine feudali nusquam hoc cautum repetitur Rosentall. de feud. capit. 10. dicta conclus. 34. nu. 13. Schrad. de feud. part. 9. cap. 6.

capit.6. sub nume.75. versicul. quæ sententia.

Circa quod omnes dubitandi causa ex eo cessare videtur, quod etiam in casu non solutionis censuum singulo anno sibi Excellentiss. Princeps cauerat de poena dupli, vnde cessat quælibet alia, quia per conuentionalem poenam †
6 receditur a qualibet alia, quæ seclusa conuentione prætendi posset ad tex.in l.vlt. C.de pact. conuent. Peregr.cons. 21.nu.9. & 30.lib.1.quicquid sit in emphyteusi, in qua memini me alias scripsisse pro Ecclesia Sancti Andreæ habere dominum erga emphyteutam electionem agendi ad duplum, & ad id, quod in conuentionem
7 † reperitur deductum in casu non soluti canonis, vel ad poenam Commissi ex Mantic. de tacit,& ambig.lib.22.tit.21.n.57. & seq.Redoan. de reb.Eccles non alienand. quæst.79.cap.2. n. 14. Gratian.discept.forens. 376.num.8. Huius autem assertionis, cur in feudo præstatio census tanquam propriè non pertinens ad feudum regulariter legibus feudi, quoad poenalia non
8 subiaceat, ratio † ea assignari consueuit, quippe quia cum aliqua ex feudo contra naturam eius præstanda contrahentes induxerunt, non intelliguntur hoc ijsdem legibus poenalibus, quibus alias naturales feudi præstationes tenentur, subiecisse, nisi hoc dixerint, ita in eodem ferè verborum contextu ratiocinatur Rosentall. de feud.cap.10. conclus 34 num. 34. Ex quibus in Iure expeditum remanet ob census non solutos non posse Dominum directi in feudo quomodalibet agere ad consolidationem vtriusque dominij.

Cæterum cum Communitas ignorauerit se
9 teneri ad censuum solutionem, atque de rigore Iuris incurrisset istam priuationem, & poenam caducitatis quatenus eidem locus esse posset ad Corbul.de priuat. ob non solut. canon.limitat. 20.num.5 Clar.in §.emphyt.quęst.8.numer.9. vers.proseq. Cyriac.controuers.519.n.43. Tuta euaderet eadem Communitas saltem de equi-
10 tate † per viam restitutionis in integrum ex capite probabilis ignorantiæ, tam ex priuilegio minorum, quam ex clausula generali si qua mihi iusta causa glos.in l.2.in verbo legem C. de Iur. emphyt. Dec. cons.58.in fin. alios cumulat Clar. in §. emphyteusis, quæ 8 sub num.9. vers. sed de æquitate Corbul. de Iur. emphyt. dicta limit.20.num.5. Cyriac.controu.519. num.43. & 44.

Superest nunc videre, an Communitas pro censibus decursis condemnari valeat in simplũ, an vero in duplum, pro cuius inspectionis clariori intelligentia antequam ad illius discussionem descendam operæ pretium esse duxi altius repetere, & inuestigare, an feudum istud originaliter proueniens ab Ecclesia in Ducem Excellentissimum, & ab eo in alias seculares personas collatum regularetur ad instar feudi Ecclesiastici, vel laicalis, in quo sane articulo varij varia dixere, adsuntque circa istud duæ inter se repugnantes, & contrariæ opiniones, quarum altera magis recepta, atque in Vrbe Romana sæpius canonizata in eo consistit, quod huiusmodi concessiones de vna in aliam personam transeuntes semper retineant pristinam ipsarũ qualitatem, & sic quod feudum, vel emphyteu. ab initio descendens ab Ecclesia † semper pro 11
Ecclesiasticis regulentur, & habeantur tamersi de laico Ecclesię immediato emphyteuta, & vassallo transmigrauerint in alios laicos Rota dec, 305. criminal Farinac. & decis.472.par.1 rec, & Penes Pacific.de Saluian.decis.239.num.6.& Caualer decis.493. num 2. & Buratt.dec.780. vbi Ferentill. nu.11. & seq & nouissime in Rauenaten.emphy.28.Maij 1651. coram Meli no, & alibi sæpe mouetur Rota, qua ad effectum vt cognoscatur qualitas bonorum, attenditur, penes quos directum dominium resideat, cum illud tanquam magis dignum, & potentius trahat ad se dominium vtile, quam rationem pluribus exornaui allegat.27.lib.3. in manuscript. Altera vero quæ extra curiam facilius obtinet contrarium de directo amplectitur, dum vult 12
quod quotiescunque bona proueniunt ab Ecclesia † in laicum, & ab hoc transeunt per subinuestituram in subuassallos seculares, vel subemphyteutas, quoad vltimos vassallos regulentur in omnibus, sicut cetera bona laicalia Doctores in c. ex transmissa de foro competenti, & in nostris terminis, Surd.decis.197. sub num.1. & Holtero, ad eumdem decis 1. Burlatt.consil. 49. num.30. & consil.375.nume.5. Bardellon. cons. 29. num.1 Ruger. consil.5. nu.52. lib.1. Manent.de contract liuell.quæst.15.num.41. & quæst.16. num 66.Gratian.discept.forens.644. nu.30.Magon.decis.lucen.10.num.7. & S.Thes, quæst.forens.15.num fin. l b.2. In hanc quoq; sententiam transiuit excelsa Consultatio de Ordine Serenissimæ Ducissæ Mantuæ nouissime habita interuenientibus ministris Illustrissimi atque Reuerendissimi Antistitis, meque contrarium acerrime defendente innixus auctoritate eiusdem Rotæ Romanæ, solidisque fundamentis ab eadem vbique copiosissime, atque eleganter, vt semper deductis, tunc autem agebatur, ad quem spectaret cognitio causarum inter sub vassallos laicos Ecclesiæ inter se, vel cũ Domino immediato etiam seculari contendentes in gradu appellationis, nam ad Ecclesiasticum, vel ministros suæ Celsitudinis, nam respectu primæ instantiæ nulla sub erat occasio dubitandi ob deputationem Commissariorum, & lis pendebat causa sub feudi Curiæ Podij, quam Illustrissimi, atque Excellentissimi Marchiones Mantuæ recognoscunt ab Episcopatu eiusdem Ciuitatis, & consequenter S. E. est de comprehensis, & vocatis in Inuestitura tanquam descẽdens, ab Aloysio Primo, tum Mantuæ, tum curiæ Podij Domino, vt refert Rota decis.187.n. 6.par.2.diuers.

In quam quidem opinionẽ non dubito, quin defendant etiam Ministri Excellentissimi Ducis Bozzuli, quod si non aliunde præsumendum venit saltem ex eo quia agitur simul de tuenda, & amplianda illius iurisdictione. Vnde Iure 13
merito

merito prætendant ipsi, quod Communitas inhærendo huic postremæ opinioni coram S. E. seu eius officialibus deducat causas,& rationes, ob quas prætendit se non incidisse in commissum,& non teneri ad census decursos in duplū, neque quoquomodo ad decurrendos, proinde ac si haberent pro indubitabili, quod nempe sub feudum istud regnietur prout cætera bona laicalia.

Verum sicut versamur extra terminos mox discussæ disceptationis, ita quantum facit ad rem existimo non substinere omnino posse, exactionem census, de qua controuersia imminet, regulari omnino, perinde, ac si non soluerent occasione rei Ecclesiasticę ex vnico motiuo fundamento, quod circa factum præsuppono;& est quia census, quem soluere promisit Communitas erga Principem Excellentissimum Originem ducit à maioribus eiusdem Principis, eius tamen excellentia erga Ecclesiam, vt suppono

13 ad nihilum tenetur, adeout dicta census † solutio vndequaque eusdat laicalis ad tradita per Bursatt.cons.49.0.55.& seq.

Quo stante si in Ciuitate Bozzuli extaret statutum, quale reperitur Mantuæ sub rubric. qualit. inuestit. ad affict. disponens, neque etiam emphyteotam cadere ab emphyteusi ob non solutos canona quæstio expedita præsertim questio fauore Communitatis euaderet.

His sic præmissis superest modo indagandum, an Communitas libertatem ab onere soluendi census tanto tempore præscripsisse, & liberata solutione præteritorum remanserit; pro cuius certè articuli dilucidationem opportunum fuit prius naturam sub feudi aperire, quoniam in

14 censu Ecclesiastico requiritur quadrageninm,† seu magis nūquam libertas præscribitur quoad census futuros, quicquid sit quoad præteritos latissime Gratian.discept.912 num.40.& seqq. Thomat.decis.Macerat. 26. num 31. In laicali

15 vero sufficit tempus triginta annorum † non solum ad consequendum absolutionem à præteritis censibus, sed etiam obtinēdam libertatem absolutam à decurrendis, Fachin.controuer.lib. 8. cap.99.litt. D. Surd. decis.3.num.5. in fin.& per totam Thesaur decis.154.nu.1.& decis.179 num.5. in fin. Quinimo in præcisis terminis habentis sub feudum à Vassallo Ecclesiæ facilius, ac legitimo tempore præscribit; iam & si feudum originaliter prouenit ab Ecclesia etiam Romana voluerunt Angel.in l.1. C. de annal. except. Mancnr.de contract. linell.quæst.11.nu. 8. & licet quoad futuros aliquam reciperet dubietatem, etiam in laicalibus, cum simus in vassallo cessante soluere censum per dictum tempus; quippe quia Communitas suis iliamet, quæ plurica suscepit in uestituram à Domino, quo casu indubitanter nunquam potest præscribere

16 propter malam fidem, † tam & si elapsi essent mille anni, ne dum triginta cap. possessor malæ fidei de regul. Ias. in b.c. vigilanti de præscrip. Aym.consil.146. vsque ad 7. Gratian.disceptat. 912. à num.44. vbi alios cumulat Fachin.controu Iur.lib.8. cap.99.vers.aliter hanc rem explicauit maxime in materia feudali, in qua

prohibetur omnis præscriptio à luctius † Dominum directi c. vuiço. de capit. Contad. c.imperialem §. habito de prohib. feud alien.per federic Cyriac.controuers.3.num.78. Et quod præscriptio in seruitijs,& præstationibus feudalibus procedat tantummodo quoad præterita, nō autem respectu futurorum Capan.de iut. releu. part.3. quæst.7. in fin.& quæst 8.num. 32.latissime Fabr. in suo Codic. lib.7. tit.13. diffinit.19. Fontanell. de pact. nupt clausul.4. glos.18 part. 1. à num.131. vsque ad 140.nihilominus in præsentiarum non videtur hæsitandum, quin vndique liberata existat Communitas, non tam à præteritis, quam à futuris. Tum quia sumus in censu parui momenti, ac nullius præiudicij, sine inspiciamus illius quantitatem. Siue attendamus præeminentiam, dignitatem, atque munificentiam personæ, cui debetur solutio, quibus attētis præsumitur facilius totalis remissio. Tum quia ex suppositione, quod nihil debeatur inspecta natura feudi ex gratia speciali, & liberalitate concessa ab Ecclesia Excellentissimis maioribus Principis infertur, quod denuo feudum naturam honorifici, quam semel in parte dimisit, ratione oneris census eandem illico, ac Communitas cessauit in solutione reassumpserit. Tum quia fere omnes Communitates pro quibusdam recognitionibus S. E. singulo quoque anno persoluendis conuenerunt, easque redaxerunt ad certam monetum qualitatem, in qua censetur pariter comprehensa huiusmodi census annua obligatio, ex quo tandem Communitas destitit à solutione,& Agentes Principis neglexerunt, seu data opera prætermiserunt census petere, Communitatemque ad soluendū interpellare.

Sicque non applicatur conclusio communiter approbata, quod in futurum nunquam præscribatur annua præstatio † eo, quia in annua 18 præstatione tot requirantur præscriptiones, quot sunt anni l. cum notissimi 7. C.de præscription.30. vel 40. an. Gail.pract.obseru.73.à n. 1. lib.2. Mynsyng. obseruat.13. cen. 3. Rot.apud Cenc. de cens. decis.304. num.2. Gratian.disc. forens. 883. num. 14. Nam fallit regula vltra alias rationes mox recensitas quādo annua præstatio † debetur ex contractu Bart.in l. de pupil. 19 §. 5. si in pluribus vbi doctores ff. de oper. non nunc. Surd.cons.208. num.8.lib.2.Decian. qui de magis communi consta. nu.39. lib.1. Pacif. de Saluian.inspect.a. cap.2.n.291.,& post tract. decis.300.num.1. quæ est decis.303.apud Cenc. de cens.

Nec obstaret, si replicaretur, quod nulla præscriptio admittitur aduersus supremum Dominum, † cui pro recognitione directi dominij 20 census soluitur, quia sicut illa superioritas nō præscribitur, ita nec illa recognitio vsque ad centum annos ad notata per Gaspar. Antoo. Thes. filium ad Thesaur. Patrem decis 179. sub glos. A.vers.cæterum vbi asserit militare præscriptionem

Digitized by Google

nem liberationis census tantummodo aduersus priuatum, cui nulla debetur subiectio, nisi ratione rei, quamuis tenet in feudum, vel in emphyteusim, & concordantes allegat. quibus addo fabr. in suo codic. lib. 7. tit. 13. diffinit. 19. num. 17.

Quoniam pro responsione non negant, & negare ad instar sacrilegij, & dementiæ esset S. E. esse eius supremum Principem, nec vnquã adeo insipientes vt dixerint in cordibus eorum, vel cogitauerint ea præscribere, ad quæ tenentur tanquam subditi. Hoc enim à natura indutũ habent inuiolabile, neque ad istud ratione tub feudi quoquomodo astringuntur, sed solum præscribere intendunt, quæ alias Duci Excellentissimo competebant, & ratione susceptæ Inuestituræ, atque in ordine ad sub feudum promiserunt. Vnde secundum diuersos respectus, diuersa quoque aduersus Principem, non quia talem præscribere non impeditur Communitas, tam & si cætera erga Principem per subditos obsequia suapte natura in præscriptibilia ab eisdem reputentur. Non est igitur inconueniẽs quod Princeps etiam supremus considerari possit abscindendo ab illa superioritate potestatis supremæ, & absolutæ, cogitando in eodem, seu perpendendo Dominicam feudalitatem, in quo
21 sensu dicimus Imperatorem, † Regem, & alios Principes non recognoscentes superiorem, inter quos connumeratur S. E. inuestitos ab inferiore de feudo, vel emphyteusi quoad ipsa iudicari, sicut reliqui omnes vassalli Rosentall. de feud. cap. 6. concl. 31. num. . . & 2. cap. 8. conclus. 4. num. 14. iuncta glos. N. & cap. 10. conclus. 1. num. 5. & 6. & cap. 12. conclus. 1. n. 24. cum adductis in glos. AA. dist pro Dom. Zauarello num 68.

Ea qua responsione in promptu se se offert replicatio erga obiectum, quod excitari posset
22 eo sub prætextu, quod Princeps, & eius Ducalis Camera fruantur beneficio minorum, adeout aduersus non exactos census petere, & consequi valeat ad reparandam læsionem enormissimam subsidium restitutionis in integrum, quæst. 3. sub num. 81. vers. in contrarium, quoniam oppositio istis pluribus euertatur rationibus, primo quia fiscus, & Principis patrimonium nil commune habent cum censu exigen-
23 do, & Princeps † ætate minor in his, quæ spectant ad ipsum aliter, quam ratione principatus, atque publicæ vtilitatis huiusmodi refugio non vtitur præsertim, & regulariter contra æquè priuilegiatum Odd. de restit. quæst. 18. num. 31. vers. regula qualis iudicatur immunitas Odd. de restit. dicta quæst. 3. nume. 69. & 70. vbi infinitos propè cumulat. Deinde quia post completam præscriptionem adhuc effluxit quadrien-
24 nium, † quod sane ea communi omnium sententia statim incipit currere à die perfectæ læsionis, vt optime explicat Odd. de restitut. qu. 50. sub num. 27. vers. sed contra est veritas, & n. 58. cum seqq. Vlterius quia Communitas non solũ cessauit in censuum solutione per quadragenariam cum excessu quadriennij, verum etiam nulla adest in contrarium memoria, quod vnquam petitos census pensitauerit. In tantum quod ex hoc immemorabili † præsumitur titu- 25
lus liberationis a solutione prætensi census ad tea, in c. super quibusdam §. præterea, & ibi glos. verb. non extat memoria de verb. signif. Rot. decis. 677. num 4. part 1. recent. Schrad. de feud. part. 4. cap. 2. nume. 29. & 30. & magis ad rem nostram parte 5. cap. 4. nu. 1. Rosental. de feud. cap. 5. concl. 16. num. 7.

Demum quia caducitas † tanquam pœna ex 26
remedio restitutionis in integrum declarari nequit, si tempore habili declarata nõ extitit, quoniam neque minori neque ignoranti, absenti, vel impedito, seu quomodolibet alias priuilegiato contra hanc præscriptionem restitutio in integrum datur l. auxilium 57. ff. de minorib. c. 2. de præscript. in 6. Schrader de feud. 2. p. 9. part. principal. sect. 14. sub num. 20. versic. & hoc vsque.

Concludo igitur non esse locum caducitati in odium Communitatis, tum quia ex lapsu tanti temporis nempe triginta, & amplius annorũ à die incursæ caducitatis actio hæc indistinctè extinguitur. Quantumuis enim ante declarationem voluntatis domini hæc actio non nascetur. Attamen contra nasciturum, † item, & facultatem declarandi præscribitur Schrader de feud. 27
2. par 9. part. princ. sect. 14. sub nu. 17 vers. Cæterum Capan. de iur. releu. part. 3. qu 7. nu. 13. & 14. istud autem simpliciter sibi locum vindicat nullis habita ratione, quod vassalus cessando in solutione debitarum præstationum reperiatur in mala fide, eam ob causam, quia hæc priuatio est † mera pœna, à qua Dominus om- 28
ninò excluditur lapsu triginta annorum, etiam si vassallus malam foueat fidem canonistæ in c. fin. extra de præscript late Schräd. de feud. p. 9. par. princ. sect. 14. nu 18. Tum quia potius Communitas dum tanto tempore nunquam soluit, præsumitur id fecisse ex iusta aliqua causa, vel legitimo titulo ita vt remaneat liberata, nõ solum à solutione præteritorum, sed etiam in futurum reddatur ab hoc onere census immunis; maximè si in facto verificaretur, quod supposuimus, ad prædicti videlicet census solutionem non teneri Excell. D. D. Ducem erga Ecclesiam, à qua ipse eadem bona in feudũ principale recognoscit. Quibus insimul concurrentibus existimo à nobis superius scripta aliquam nec minimam recipere dubietatem. Quod si aliter res se haberet, quam ex coniecturis eliciumus posset sane S. E. iure optimo prætendere census † in 29
futurum, & super præteritis rationabilem aliquã compositionem in ordine ad tradita in proposito per Fontanel. de pact. nupt. claus. 4. glos. 18. num. 136. & 137.

Quare, &c. Saluo, &c.

ARGVMENTVM.

Se hæredem facit qui agit, ad emphyteusim hæreditariam, in cuius successione nepos intrat in locum patrui auunculi materterræ, & amitæ: & repræsentat patrem, vt concurrat cum alio patruo auunculo &c. ad portionem emphyteusis relictæ in hæreditate alterius patrui vita functi, quod fane Ius repræsentationis militat quantumuis emphyteusis esset ex pacto, & prouidentia, & quod dicitur de emphyteusi extenditur ad feuda.

SVMMARIVM.

1 *Hæres se facit, qui agit ad emphyteusim hæreditariam.*

2 *Nepos ex fratre succedit cum patruo ad hæreditatem alterius patrui. Amplia quoad Emphyteusim hæreditariam nu. 3. & pactionatam num. 5.*

4 *Emphyteusis Ecclesiastica regulariter dicitur ex pacto, & prouidentia.*

Allegat. XCVII.

Adsit Deus.

CVm ex actis sufficienter appareat D. Margaritã de Comaschia agendo ad medietatem bonorum emphyteuticorum sat is se declarasse hæredem, quantum sufficit ad consequendum in emphyteusi controuersa portionem sibi contingentem, ac reliqua bona allodialia, ad quem effectum eius Patrui se declarauit, ac declarat hæredem pro medietate, quamuis hæc declaratio penes me reputetur superflua, nam agendo ad emphyteu-
1 sim hæreditariam, † qualis est ista, quod fieri nequit citra nomen hæredis, censetur se hæredem declarasse, vt optimè in proposito ponderauit Caualer. decis. 395. num. Viuian. in prax. lib. 4. par. 2. num. 52.

Ideo præmissis duabus conclusionibus, in iure vndequaq; indubitabili remanebit ipsa Domina Margarita in casu victoriæ, altera quatum
2 est, quod filius fratris, † vel sororis defunctæ ita demum ingreditur locum patris Auunculi materterræ vel Amitæ, §. primo & seq. in auth. de hæred ab intest. venien. auth. cessante de legit. hæred. & eleganter ad rem nostram animaduertit Mantic. de tacit. & ambig. lib. 22. tit. 18. n. 10 dixi allegat. 25. num. 37. fol. 456. lib 1. & nunc addeo Rotam decis. 48 à nu 26. part. 6. recent. altera est, quod sumus in emphyteusi simpliciter hæreditaria, hoc est concessa pro se, & hæredibus, in cuius successione ius repræsenta-
tionis † habet locum, quemadmodum, & in 3
hæreditaria ad tradita per Mantic. lib. 22. tit. 19. sub num. 7. versic. Idemque dicendum est. Menoch. consil. 200. num. 64. versic. secundo verò fuit opinio dixit Rota in Romana de Rouilijs 22 maij 1628. coram Pirouano sorent. ad Burat. decis. 838. sub num. 6. vers. vbi quod repræsentatio tunc solum habeat locum si ageretur de emphyteusi hæreditaria Gratian. discept. forens. 347 num. in fin. & discept. 456. numer. 18. & 68. Rota in Paduanã feudi 10. Iunij 1609. coram Lancellotto Magon. decis. Lucian. 19. nu. 5. Borell. in sum. decis. tit. 34. nu 527. part. 1. Martin. laudens. feud. lib. 1. tit. 19. num. 25. fol. 213 & lib. 2. tit. 18. num. 20. fol. 397.

Nec obstat quod regulariter emphyteusis ecclesiastica conceditur pro se filijs, ac nepotibus, ac per consequens hæreditaria non dicatur, sed
ex pacto, † & prouidentia ad notata per Menoc. 4
dicto consil. 200. num. 61. Valasc. de iure emphyteotico qu. 30. nu. 5. cum aliis quos adduxit Ferentill. ad Buratt. dicta decis. 438. num. 17. Dixi allagat. 25. num. 38. fol. 457. lib. primo quandoquidem ad cognoscendam naturam emphyteusis & an sit hæreditaria, vel pactionata attenditur Inuestitura, quæ hic cantat pro hæredibus.

Concludo igitur D. Margaritam æquè ac hæredem Bartholomei quæ talem se declarauit, & declarat, ac iure repræsentationis existentem eodem gradu cum D. Annã Perina Rubina admittendam esse, ac admitti debere ad medietatem emphyteusis, de qua agitur etiam si admitteremus nos versari in emphyteusi ex pacto, &
prouidentia † per ea, quæ lexcentis cumulatis in 5
feudo etiam pactionato tradidit Rosent. de feud. cap. 7. conclus. 56. num. 48. & in glos. 1. Treutler. consil. 67. à nume. 14. ad 19. Rota in Taruisina feudi 12. Aprilis 1627. Coram Vitili, & articulo plenius discusso determinat Gratian. discept. forens. 456. num. 21. & 65. vbi contrariam opinionem improbat sola ad nouas const. Sabau: t. 1. de hæreditat. patr. quæ fratribus patr. ab intestat. deferunt glos. 2. sub num. 4. versic. contraria opinio fol. 628. dixi dicta allegat. 25. à nu. 32. fol. 455. lib. 1. vbi plenius materiam repræsentationis quo ad feudalia, & emphyteutica explicaui, vide Giurb. de succes. feudal. §. 2. glos. 2. num. 38. Gamil. Iarat. de feud. part. 9. differ. 37. Consil. ad Peregr. fol. 72. Antonin. de Amat. resolut. 1. nu. 67. & seq. Sebion. de feud. disp. 8. Thes. 51. & faciunt tradita per Visd. de succ. feud. part. 2. qu. 4. art. 10. per totum, vbi admittunt repræsentationem etiam in feudo ex pacto, &

prouidentia

prouidentia. Vnde ab ista opinione non est recedendum quicquid in oppositum defendant Fulgin. de emphyt. tit. de successs. quæst. 2. num. 6. Rota in Vibinaten. emphyt. 7. Iunij 1647. Ghisilerio, & 29. Maij 1648. Otthobono attenta potissimum consuetudine alienandi emphyteutica.

Quare &c. Saluo &c.

ARGVMENTVM.

Per depositum antecedenter ad declaratam caducitatem ob non solutos canones emanatam ab emphyteuta deteriorationem in emphyteutica ex arborum incisione incurrendam concludens requiritur probatio circa damnum notabile resultans ex incisione, alias, tametsi adsit pactum non peiorandi, ex modica deterioratione non intrat.

SVMMARIVM.

1 *Depositum etiam declarata caducitate ob non solutos canones illius factum suffragatur. Vt suffragetur, qua requirantur nu. 2. Singulo biennio fieri debet. num. 4.*

3 *Caducitas ob non solutos canones solutione, vel deposito ante declarationem Domini eu tatur.*

5 *Biennium non à die solutionis canonum, sed concessionis in emphyteusim regulatur.*

6 *Oblatio verbalis ad euitandam caducitatem suffi.it Domino recusante canones recipere.*

7 *Mora pro purgatione in dubio pronuncianda.*

8 *Ecclesiastici non debent esse proni, neque solliciti pro caducitatibus.*

9 *Emphyteuta, vt cadat propter deteriorationem quæ requirantur. Potest incidere arbores Vmbrosas nu. 4.*

10 *Arborum frugiferarum ob incisionem emphyteuta cadit incisio licita est, si ager fiat fertilior, nu. 12. & num. 19. Duarum incisio non est notabilis deterioratio num 20.*

11 *Arbores vetusta absque caducitatis poena incidantur, fuisse grandes de tempore incisionis probandum est ad effectum caducitatis num. 13. Parua incisa non causant caducitatem n. 16. fallit stante pacto ad meliorandum numer. 23. sed contra num 24.*

15 *Arbora an sint arbores frugifera.*

17 *Testis dans in consessum eum, qui examina-tus contrarium deponit non probat, & est suspectus de falso. De auditu à parte non probat num. 18.*

21 *Deteriorata non dicitur res emphyteutica, si hodie reperitur in tanta æstimatione respectu pretij, quanti æstimabatur tempore concessionis, licet in bonitate extrinseca facta esset deterior.*

22 *Dolus in Rudi, & idiota non præsumitur.*

Allegatio XCVIII.

Adsit Deus.

TAm ob non solutos canones per biennium, & vltra, quam propter prætensam proprietatis emphyteuticæ deteriorationem Admodum Reuerendus Rector Ecclesiæ Parochialis Tyrelij vtile dominium cum directo eius fauore consolidatum in iudicio declarauit, & per binas conformes iuxta votum eius intentionis iam obtinuit, quas tamen in hac tertia instantia omnino retractandas inferius descenda suadent, ac conuincunt.

Declarationi caducitatis ex vtrisque capite cũ obiatio realis cum deposito effectuali præcessit, vnde proptereà fit, quod ex altero capite minimum ob non solutos canones attendi minime deberet, quandoquidem si depositum † post iam declaratam caducitatem ad eam euitandam suffragatur Bardellon. consil. 158. nume. 23. & 26. Barr. consil. 126. num. 10. & seq. lib. . Corbul. de caus. priuat ob non solutum can. limit. 37. n. 2. Ciar. in § emphyt. quæst. 8. num. 1. vbi quod oblatio, cui signatio, & depositio canonum nõ tam sufficiat ad poenam caducitatis euitandam verum etiam omnimodam eiusdem emphyteotæ operetur liberationem, & plenius examinat Mancin. relegendus de caet. & ambig. lib. 22. tit. 17 num. 62 & 63. cum adductis per Alteg. consil. 24. num. 86. Cyriac controuers. 158. n. 24. Mant. Burg. de laudem part. 2. inspect. 6. per totam latissime fulgin. de emphy. tit. de solut. qu. 2. num. 1. ac per totam eo magis factum ante declarationem Domini à caducitate declaranda præferunt maxime cũ in eo requisita omnia pro eius validitate concurrant, tanquam factum, seu facta com realis d m ssione pecuniarum apud acta, & notificatione depositio, de cuius integritate dubitari nequit, Quibus concurrentibus depositionem † suff agari ad præseruandum emphyteotam à commissio admittit cumulat per Cyriac. controuers. 158. oom. 24. Mancin. de tac. & ambig. lib. 22. tit. 18. sub num 62 a verlic. verum plane Altegr. dicto cons. 24. nom. 91. Mant. Barg. de laudim. dicta inspect 6. per totam par-

Hh 2 ratio

ratio istius conclusionis assignari potest ex eo,
quia cum depositum finmiter, ac realiter sic fa-
ctum vim solutionis, seu liberationis obtineat,
3 inde propterea fit, quod caducitas † per deposi-
tum initum ante declarationem Domini purga-
ta remanserit, non secus ac si actuali solutione
purgata cstitisset; quandoquidem caducitas ob
non solutionem canonis ante declarationem
Domini soluendo purgatur Cæphal. consil. 25.
sub num. 17. versic. sentit ergo, quod si ante do-
mini declarationem emphyteuta canonem de-
posuisset contractus resolutus non fuisset, &
consequenter mora purgari potuisset, non ob-
stantibus pacti verba vt ipso Iure caderet. Bur-
satt. consil. 26. in fin. Matescott. var. resol. 5 n. 6.
lib. 2. Monac dec. florent. 36. nume. 6. in fin. &
decis. 58. num. 9. vt in terminis Rot. in Romana
pretensæ deuolutionis 18. Februarij 1636. Dun-
zetto versic. in actis produxerint dictam cedu-
lam depositi non ambigitur, quin Tassonus in
singulo biennio per depositum non præuene-
rit non tam realiter, & integre deponendo, quã
iudicialiter illud notificando; quod vtique suc-
cessit iuxta praxim à nostris traditam, vt scilicet
4 in singulo biennio † realis oblatio cum actuali
deposito ad euitandam caducitatem fiat. Ruin.
cons. 167. num. 11. lib. 2. Mantic. de tacit. & am-
big. lib. 22. tit. 27. nu 62. in fin. Altograd. dicto
consil. 24. num. 89. & 90. Fulgin. de emphyt. tit.
de solution. can. quæst. 2. nume 14. Die enim 17.
Decembris 1648. depositum pro integro bien-
nio emanauit, vt ex fide de qua in processu fol.
4. fac. 2. de cuius notificatione in personam Re-
ctoris liquet ex relatione de qua in eodem pro-
cessu fol. 56., & tamen tunc nondum aliquod
biennium eff.. xerat, siue diem qua inuestitus
fuit, quæ fuit 12. Augusti præcedentis anni siue
diem, qua cadebat solutio nimirum trigesimam
mensis immediate subsequẽtis inspiciamus. Diẽ
5 autem qua canonis solutio † cadebat, minime
attenta, sed die concessionis, & inuestituræ, quæ
omnino insp cui debet Grat. consil. 79. nu. 7. in
fin & nu. 8 Corbul. de Iur emphyt. tit. de caus.
priuat. ob non solut. canon. quæst 1. num 2. &
comprobauimus allegat. 47. num. 12. lib. 2. licet
errore impressoris contrarium resultet debebat
enim dicere, à quo non sed à die contractus vel
susceptæ inuestituræ &c. & nunc a ldo Rota in
Romana pretensæ deuolutionis 18. Februarij
1636 Dunzetto versic. & ad hunc effectum an-
nus est considerandus à die concessionis non à
die, qua canon debet solui. Et pluribus exornat,
Fulgin. de emphy. tit. de solut. canon. quæst. 1. n.
158. & nume. 378. & quæst. 7. num. 1. & 6 per
totam vbi quod solutio facienda in festo Sancti
Michaelis, & sancti Martini ea partium conuẽ-
tione solum operetur, quod post dictum tempus
constituatur emphyteuta in mora, & cogi ad
soluendum possit inspecto biennium non nisi
die 12 Augusti anni 1649. cadebat adeout, ne-
cessario, inferatur emphyteutum in præsentia-
rum non solum Domini declarationem, verum
etiam, & terminum biennij in deponẽdo præ-
uenisse. Quæ eo fortius respectu aliorum depo-
sitorum procedunt, cum adhuc durãte biennio,
& ante cessionem diei ad soluendum facta, ac
notificata appareant. Præterquam quod cum Re-
uerendus Rector canonem recipere renueret, ac
super cupitis deteriorationis pro commisso viri-
liter insisteret, verbalis oblatio soluendi canonẽ
eunde de Tassonis à caducitate exemisset. Alto-
grad. dicto consil. 24 nu. 94. Maur. Burg. de laud.
dicta quæst. 6. num. 5. part. 3. & tradunt fere om-
nes præcitati Doctores. Concludo igitur ab nõ
solutos canones declaratam caducitatem nõ in-
trare, & sententias superinde latas non subsiste-
re ob præuiam cuiuslibet moræ purgationem,
pro qua † omni in casu vbi dubium subesset pro- 7
nunciandum omnij conueniret ex tradictis per nos
allegatione 47. nu. 9. lib. 2. quibus addo Merlin.
decis. 648. nume. 7. & seq. vbi quod etiam post
declaratam caducitatẽ locus sit purgationi mo-
ræ per celerem canonum solutionem, at vbi
emphyteuta moram purgare negligit declarata
jam caducitate, quod tunc tenuta Domino dire-
cti concedatur, ne per fida contumacia emphy-
teusia patrocinetur, tantoque magis cum verse-
mur in sacerdote, † qui non debet esse solicitus, 8
neque pronus ad caducitatem declarandum, &
emphyteutam exeundum proprietatem emphy-
teutica Monac. decis. flor. 36. num. 4. Fulgin. de
alienat. quæst. 1. num. 34. & de var. caduc. qu. 9.
numero 6.

*M*inus vero locus esse poterat caducitati ob
deteriorationem, † pro qua tria coniunctim re- 9
quirũtur ad effectum vt pro ea caducitas interr.
Primo quod sit notabilis, & egregia deteriora-
tio, nec sufficit modica, secundo quod sit nota-
bilis, & egregia deterioratio, nec sufficit modi-
ca, Secundo quod sit in proprietate, & sic quod
faciat valde minus valere rem ipsam cum dam-
no respiciente perpetuam deteriorationem non
autem, quod sit respectu fructuum Tertio quod
processerit dolo, lata, vel leui culpa non autem
sufficit culpa leuissima Corbul. de priuat. ob rei
deterior. num. 30. cum adductis per Cyriac. con-
trouers. 286. nu. 9. Gratian. discept. forens. 152.
num. 1. Leoncill. decis. ferrar. 78. nu. 1. Martin.
Andr. decis. 7. per totam Cyatlin controuer. 2 n.
21. Mart Medic. decis. senens. 47. num. 2. Steph.
à Sanct. Gregor. de contract. lib. 2. cap. 45. nu.
51. Ripol. var. resolut. cap. 7. num. 155. & 156.
Larath. de feud. part 10. dilucidat. 9. nume. 2 &
3. qui loquitur in feudis & infinitos recenset.
Quibus addo Fulgin. de emphyt. tit. de var. ca-
ducit. quæst. 2. nu. 35.

Esto igitur, quod Tassonus super proprietate,
quam Ecclesia in emphyteusim recognoscit ar-
borem fructiferas nimirum Nuces, Quercus, seu
robora diuellerit, aut inciderit.

Quorum propter incisionem † caducitas ab 10
emphyteuta regulariter incurritur. Doctores in
l. diuortio 8. §. si fundus ff. solut. matr. Gratian.
discept. forens. 21. num. 21. & seq. Mart. Medic.
dicta decis. 47. sub num. 1. versic. ita etiam em-
phyteuta Cyatlin. dicta controuers. 2. nume. 29.

adhuc

Digitized by Google

adhuc tamen ob prætensam arborum incisionē
locus esse caducitati non potuit rationibus in-
ferius examinandis, siquidem prætensa deterio-
ratio ad tria reducetur nimirum primo quod nu-
ces decem, & deinde robora viginti quatuor
prope ripas iacentia, & demum vites vetustas
cum oppijs inciderit, diuellerit, ac extirpauerit,
adeout circa substantiale requisitum ad incurrē-
dam ex capite prædictu caducitatem ambigen-
dum non videatur.

Verum tamen accidentia, quæ in præsenti fa-
cto concurrunt agentis ad commissum intētio-
nem destruunt. Quippe quoniam emphyteutæ
11 non imputantur, quod vetustas, † & iam corrup-
tas vites abstulerit, causa melius e tucandi iunio-
res, istud enim tanquam tendens in vtilitatem,
ac beneficium fundi iure omni permittitur Ti-
raquel. de tetract. conuentional. §. 5. glos. vnica
num. 26. Corbul. de caus. priuat. ob de etior. nu.
28. Martin. Andr. decis. 7. num. 2. Mantic. de tac.
& ambig. lib. 22. tit. 29. nume. 35. cum adductis
per Cyarlin. dicta controuers. 2. nume. 49. Giar.
dicta discept. 2. num. 21. & 22. Fulgin. de emphy.
tit. de variot. caducit. quæstione 2. nume. 41. vbi
præcisè de vinea vetusta. Quod autem in feudo
emphyteusi adsunt vites subrogatæ loco extir-
patorum vterque ex testibus pro Rectore exa-
minatis super interrogatorijs id clare deponit,
& melius testes pro Tassono examinati compro-
bant, subiungendo, quod huiusmodi oppiorum
incisio magnam proprietati, ac vitibus nouiter
subrogatis attulerit vtilitatem, fundus fructuo-
12 sior ac maioris valoris † euaserit, quare talis ar-
borum incisio ad effectum caducitatis nullate-
nus attenditur. Cæpol. in tract. de seruit. rustic.
præd. tit. de montib. cap. 22. quæst. 5. numer. 10.
ad med. ve. sic. aut nulla est conuentio. Corbul.
de caus. priuat. ob rei deterior. nume. 30. Martin.
Andr. dicta decis. 7. numer. 5. quæ est decis. 553.
part. 2. recent. Giouagn. consil. 15. nume. 6. lib. 2.
Cyarlin. controuers. 2. num. 65. Mart. Medic. dicta
decis. Senens. 47. per totam. Fulgin. de emphyt.
tit. de var. caducit. quæst. 2. num. 62.

Idem quoque, ac multo magis sibi locum vin-
dicat quoad Robora ad numerum viginti qua-
tuor, vt supponitur incisa, quandoquidem nec
in fide, nec in depositionibus testium per Recto-
re examinatorum eorum qualitas non exprimi-
tur, & tamen ad incurrendam hac de causa ca-
13 ducitatem requiritur, quod fuerint magnæ, †
seu grandes, ac frugiferæ l. sed si grandes 12. ff. de
vsufruct. Claud. ad Bertazzol. consil. 423. sub lit.
A. Paciano. cons. 32. numer. 2. & 36. Cyarlin. dicta
14 controuers. 2. num. 52. & 52. quodq; vmbra † eo-
rum proprietati emphyteuticæ noxia non exi-
steret. Rodoan. de rebus Eccles. non alienan. qu.
79. cap. 7. nu. 26. fol. 56. Cyarlin. dicta controu.
2. num. 62. Fulgin. de emphyt. tit. de var. caducit.
quæst. 2. sub nu. 62. versic. vnde incidendo. Scot.
respons. 6. num. 46. lib. 6. tom. 2. vbi illud Virgi-
lianum recenset, Nocent & frugibus vmbræ
quod repetit respons. 12. numer. 22. lib. 5. tom. 2.
cum adductis per Claud. ad Bertazz. dicto cons.
423. sub lit. A versic. idem est quando vmbra v-
bi subiungit, quod simplex incisionis arborum
probatio nihil omnino relcuet, nam cum fieri
potuerit tam licito, quam damnabili modo, sem-
per ex causa, & titulo licito facta ad euitandam
præcipuè caducitatem præsumatur, & faciunt
tradita per Cyarlin. dicta controuers. 2. num. 48.
Accedebat prædictis quod Robora † hodie in- 15
ter arbores, quæ fructus non pariunt connu-
merantur, ideoque propter illorum incisionem
caducitas nunquam inbest Claud. ad Bertazzol.
dicto cons. 423. sub lit. D. Cyarlin. dicta controuers.
num. 49. & 50. vbi idem in quercu quidquid in
oppositum inducat Fulgin. de emphy. tit. de var.
caducit. quæst. 2. num. 55.

Eadem quoque fundamenta applicantur ad
incisionem factam, vt prætenditur de nucibus,
cum circa eas pariter depositio simplex appa-
reat, neque qualitates, † atque illarum circum- 16
stantias concernat, adeout esse possit, vt propter
illarum incisionem tenue damnum emerserit,
pro quo nunquam caducitas rei emphyteuticæ
incurritur Cyarlin. controuers. 2. num. 42. Mart.
Andr. dicta decis. 7. nu. 1. omnesque alij superius
adducti, ac de materia tractantes, dum pro cadu-
citate damnum notabile inter cætera exposcūt.

Circa tamen istas nuces, quæ per Tassonum
incisæ prætenduntur cessat omnis difficultas, cū
nullibi de incisione edoctum appareat, si quidē
testes pro Rectore examinati nihil omnino pro-
bant, nam prior is deponit de eius auditu à Do-
minico de Bardinis, & tamen ipse iudicialiter e-
xaminatus attestatus te ea ille nuces decem à
Stephano de Sajuaguis, nescire autem, an om-
nes diuisæ fuerint super fundo in emphyteus.
per Tassonum recognito, ex quo sequitur dictū
primum testem partis aduersæ nihil probare, ac
suspectum fieri de falsitate, dum in contrarium † 17
dat Dominicum de Baodinis, qui postea exami-
natus totum contrarium deponit. Barbatt. cons.
152. num. 7. Hectus Felic. allegat. 14. nume. 33.
Mantic. decis. 358. num. 4. Guib. consil. crim. 37.
num. 16. & consil. 70. num. 46. Secundus vero, &
ipse de auditu, & quod magis est a parte aduer-
sa, testimonium perhibet, & quemadmodum ip-
se Rector examinatus nullam prorsus fidem fa-
ceret, ita ne testi de auditu ab eo deponenti fides
adhibeatur, ne plus copiæ, quam originali cre-
datur contra textum in c. licet ex quadam extr.
de testib. Farinac. de testib. quæst. 69. numer. 85.
Hectus Felic. allegat. 46. nu. 26. Cyriac. contr.
270. num. 9. Mantic. decis. 30. num. 4. Sperell.
decis. 69. num. 31. Merlin. decis. 32. nu. 7. Qui-
bus si addātur testificata examinatorum pro ip-
so Tassono omnis † prorsus difficultas remoue- 19
bitur iuxta conclusionem firmatam per Martin.
Andr. dicta decis. 7. n. 3. maximè, cum fortiter
deponat fundum propter incisionem arborum
effectum fructuosiorem, & non nisi duas nuces
excussas fuisse, ob quas deteriorationem † nō di- 20
ci magnam, neq; notabilem maximè ad effectū
caducitatis in terminis responderunt. Giouagn.
dicto consil. 15. num. 3. lib. 2. cæterique adducti

per Ciarlin. dicta controuerſ. num. 57. Martin. Medic. deciſ. Senenſ. 49. nu. 8. quicquid in oppoſitum poſt Menoch. ſentire videatur Fulgin. de emphyt tit. de var. caduc. quæſt. 2. no. 51.

Verum tamen cum teſtes inſuper deponant
21 quod hodie propr. etas emphyteutica † reperiatur in maiori æſtimatione reſpectu prætij, quam æſtimaretur tempore acquiſitionis, & inueſtituræ, quantumuis in bonitate intrinſeca extitiſſet deterior, non ad effectum, de quo agitur, deteriorata diceretur. Bald. in l. ſi inter circum. 21. C. de Iur. dot. Rodoan. de Reb. Eccleſ. non alien quæſt. 79. cap. 6. num. 14. Cyriac. dicta controuerſ. 268 num. 15. Cyarlin. dicta controuer. verſ. 2. num. 68. & faciunt tradita per Fulgin. de emphyt. tit. de var. caducit. quæſt. 2. num. 74. Ex quibus cum deterioratio non poſſit dici magna neque notabilis cum nulla certe adſit, ſed potius euidens melioratio non eſt cur oſtendamus omni in caſu cuncta citra dolum, & quamcunque culpam ipſius Tasſoni eueniſſe, qui tanquā
22 rudis, & idiota ab omni dolo, & culpa excuſaretur Surd. conſil. 86 num. 21 Tomaſi de Tutor. & curator. tit. 15 num. 554. fol. 405.

Tandem neque prędictis obſtat, quod in inueſtitura adſit clauſula ad habendum, meliorandum ſemper, & non peiorandum &c. quo ſtan-
23 te pacto, † vt res melioretur, & non deterioretur, vt ex quacunque leui deterioratione incurreret caducitas luculenter ſcripſerunt Natt. conſ. 431. ſub num. 18 verſ. Vnde cauſ. priuat. ob deteriorat. num. 10. 11. & 12. Hieronym. Buccaferr. conſ. 84. num. 23. & ſeq. vbi quod inciſio duarum arborum ſtante huiuſmodi pacto pro caducitate incurrenda ſufficiat. Quoniam faciliime iſtud obiectum remouetur, quia tale pactum nihil plus continet, quam ex natura emphyteuſis proueniat, ac lege ſancitum reperiatur, ideoque
24 cum non aliud importet, niſi expreſſionem, † quod tacite inerat, conſequens fit, vt nec operetur vltra quam iure caueatur Surd. conſ. 300. num. 21. Giouagn. conſ. 15. nume. 4. lib. 2. Mant. de tacit. & ambig. lib. 22. tit. 29. nume. 21. in fin. quos allegat., & ſequitur Ciarlin. dicta controuerſ. 2. num. 106. quibus addo Caſſiad. deciſ. 3. nu. 6. & 7. de locat. & Roſan. in Romana prætenſę deuolutionis 18. Febr. anni 1636. Donzet. verſic. & propterea iſta expreſſio nihil operatur, cum in omnibus, & per omnia ſit conformis diſpoſitioni Iuris communis late Fulgin. de emphyt. tit. de var. caducit. quęſtione 2. num. 25. & ſeq.

Quare, &c. Saluo, &c.

ARGVMENTVM.

Venditio, ex quibus dicatur perfecta, & ex duobus emptoribus maxime in feudalibus, quis præferratur, ſicque an aſſenſus domini retrotrahatur, inquiritur.

SVMMARIVM.

1 *EMptio ſine pretij certitudine non conſiſtit. Ex quibus perfecta cenſeatur nu. 8.*
2 *Venditionis contractus corruit ſi æſtimatores electi pretium non declarauerint. Per traditionem rei perficitur. num. 17.*
3 *Promiſſio de vēdendo non dicitur venditio. De vendendo feudum requirit D. aſſenſum n. 6. cōtra num. 27. Non parit actionem neque ad intereſſe in feudo. num. 7.*
4 *Obligatus ad factum ſoluendo intereſſe liberatur.*
5 *Emens feudum cum aſſenſu præfertur ementi ſine aſſenſu tametſi ſecundus in emendo ſciens rem alienam, vel alteri obligatam ſibi imputet num. 21. & 22.*
9 *Contractus perfectio in ſubſcriptione conſiſtit. & numer. 10. Qualis ſit ex denominatione dignoſcitur num. 12. Conceptus per verba de futuro dicitur perfectus nu. 13. Qui per Inſtrumentum venit celebrandum, prius non eſt. nu. ſide ab 15.*
11 *Scriptura non eſt de ſubſtantia contractus.*
14 *Venditionem aliud eſſe, aliud promiſſionem de vendendo procedit ſecundum Iuris ſubtilitatem.*
16 *Qualitatem aliquam non habet, quod prius perfectè non exiſtit.*
18 *Emptor ſecundus ſciens emptionem primi nullum Ius acquirit, & num. 19. & nu. 20.*
23 *Venditio facta pro centum & eo pluris, quod Titius declarauerit ſuſtinetur & non facta declaratione ad arbitrium boni viri recurrendum num. 24.*
25 *Dominus directus de Iure cogi non poteſt præſtare aſſenſum venditioni rei feudalis, niſi perſona acquirens ſit ſibi laudabilis*
26 *Aſſenſus retrotrahitur in tertij præiudicium deficit non admittitur niſi Domino declarante num. 28. contra num. 29.*
30 *Promittens vendere, ſi rem non tradant tenetur ad intereſſe.*

Allegat. XCIX.

Adſit Deus.

DIe decima menſis Febru. anni 1648. Vendidit Benedictus de Tratija Pellegrino de Cantinis Petiam terrę caſamentiuam Curię Podij nobilium nuncupatæ feudalem prætio ſcutorum centenum à libris ſeparatorum, & quaſi pluris fuiſ-

ſet

Digitized by Google

set æstimata à peritis hinc inde eligendis, ita tamen, quod prætium crescere, diminui autem nequaquam posset, & ab habito assensu Domini directi obtinendo in mensem / / j illinc subsequentem, quo tempore contractus perfectionem recipere debebat, & prout latius continetur in capitulis registratis in processu fol. 154. fac. 2. ad cuius quidem prætij computum dictus de Cautinis pro arrhabone in confirmationem contractus ipsi Tratio venditori scuta quinquaginta exbursauit, vt in receptione, de qua in processu fol. 15. fac. 2. quę per Senatum Excellentissimum pronunciata fuit pro recognita in eodem processu fol. 51. Verum quia periti post modum electi in æstimanda domo discordes remanserunt, existimans prędictus de Tratijs in eius residere arbitrio, & voluntate de eadem domo disponere, successiue eam cum licentia Domini directi vendidit In. Parmę, qui illico inuestituram suscepit, vt ex fidibus in processu fol. 17. & 18. Inter quem, & Dominum Cautinum orta controuersia, & coram Illustrissimo Senatu introducta, tandem die 31. Octob. anni proximi effluxi 1640. censuit stantibus rebus prout stant standum esse contractui venditionis factę per Tratium, & sic Dominum Parmam immittendum esse prout immitti mandauit in possessionem proprietatis in instrumento venditionis descriptarum amoto Domino Pellegrino Cautino, cui reseruauit Iura aduersus Dominum Tratium, & prout latius in eadem sententia Senatoria in processu fol. 32. Post quã quidem sententiam hinc inde plura adhuc fuerunt deducta, duoque principaliter enucleanda occurrunt, alterum numquid ex nouiter probatis Cautinus contra Parmam obtinere valeat prælationem in rebus per ipsum à Domino Tratio acquisitis. Alterum et saltem erga præfatum Cautinum teneatur ad interesse Dominus Tratius.

Ipsius Cautini partem plura dubiam facere videbantur, & præsertim celebris, atque indu-
1 bitata conclusio illa, quod scilicet emptio † nõ consistat sine certi, & determinati pretij constitutione §. pretium instit. de empt. & vendit. Fontanell. de pact. nupt. claus. 5. glos. 8. part. 23. num. 54. Surd. decis. 214 nu. 6. Ferent. ll. ad Buratt. decis. 898. sub num. 9. vers. & pretium debet esse certum ea ratione, quia pretium est de substantia venditionis; & in eo consistit essentia, & radix originalis contractus dicto §. pretium, & §. item pretium instit. de empt. & vendit. cum Iuribus cumulatis per Ferentill. ad Buratt. dicta decis. 898. num. 9. Cyriac. controuers. 247. 13. Mangil. de subhast. quæst. 23. num. 8. & quæst. 78. num. 1. Post. de subhast. inspect. 43. num. 20. Vnde cum in contractu venditionis factæ D. Cautino pretium non extitisset distinctum absolute merito potuit D. Tratius ad secundam cum Domino Parma deuenire venditionẽ, atque venditori, secundo competit in re vendita prælatio. Et eo magis, quia in primo venditionis contractu consentunt partes conditionaliter vendidisse, nempe quatenus sequeretur declaratio per personas † üc eligendas, & præ- 2
ter electas, quarum iudicium fuit præcise inspectum, neque intellexerunt se aliter obligare, quam prout æstimatores illi arbitrati fuissent qui cum iam electi non declarauerint, defecit propterea conditio opposita venditioni, & sic nullum Ius acquisitum fuit Cautino, & assecutus fuit Tratius libertatem, adeo vt amplius cogi nequeat stare contractui, vt optime ratiocinatur Ferentill. ad Buratt. decis. 898. num. 19. post Rotam in Vrbenatana translationis contractus 24. Ianuarij 1633. M. rlino quę nunc est inter eius impressas, decis. 567. num. 9 & 8.

Deinde difficultatem augere videbatur venditionem factam D. Cautino fuisse conceptam per verba futuri temporis importantia potius meram promissionem de vendendo, quam absolutam venditionẽ, quia verè ac realiter pro-
missio † de vendendo non dicitur propriè, neque 3
habetur pro venditione iuxta doctrinam communiter receptam glos. in l. bonæ fidei 8. C. de eo quod cert. loc. Thesaur decis. 233 nu. 5. latè Surd cons. 52. num. 3. Mart Med. ad decis. Sen. examinat. 5. num 40. & decis. 12. num. 1. latissimè Merlin. decis. 567. num. 4. & 5. & per totam Fontanell. de pact. nupt. claus. 4. glos. 9. part 4. num. 22. V. decis. 1325. num. 1. Quare in concursu vnius ad alteram venditionem ambigendi locus non relinquitur, quin præponderare videatur illa Domini Parmę tamquam perfecta, neque vlteriorem requirens executionem. In tantum quod si ad huc res integra esset, atque in facultate ipsius Tratij existeret res vendita non propterea præcisè cogi posset ad vendendum, & eam ipsam tradere primo emptori,
sed tanquam obligatus † simpliciter ad factum 4
ex promissione vendendi resultans soluendo interesse liberaretur, quia qui obligatur ad factũ non potest cogi præcisè ad faciendum, sed soluendo interesse liberatur l. si quis ab alio 13. ff. de curat. de re iudic. l. consilio 7. in fin. ff. de curat. furi. f. Surd. dicto cons. 52. num 14. Menoch. cons. 122. num. 22. late Mart. Medic. dicta decis. 32. à num 4. ad 10.

Vlterius animaduertendum proponitur id, quod præsentem controuersiam magis dubitabilem reddit, cum Dominus Cautinus primus emptor acquisiuit feudum ab habita, sed non obtenta licentia Domini directi. At Dominus Parma secundus emptor vnico instanti vtrumq; perfecit, cum inierit contractum cum priori, assensumque Domini intercedere simul curauerit, Adeo vt ad fauorem partis aduersę intrare videatur ad exclusionem Domini Cautini conclusio, ac regula illa in materia feudorum practicabilis, & indubitata, quod scilicet emptor
secundus feudi † qui habet assensum præferatur primo emptori sine assensu, licet postea su- 5
peruenerit Cepol. cautel. 130. Brun. cons. 96. n. 3. Martin. feu. de sub feud. quæst. 30. num. 1. lib. 2. Bursat. cons 44. num. 9. & cons. 45. num. 19. Afflict. decis. 286. quos alleg. & sequitur Surd. decis.

decis.89.num.19.& 20 vbi etiam, quod emens
feudum præfertur ei, qui prius emerat feudum
reseruato Domino assensu quibus adde Gratian.
discep.forens.750.num 12.13.& 14.Manent de
contract.liuell.quæst.18.nume.48. Cyriac. con-
trouers.119.num 9. & 10. & contr. uers. 128.n.
1.2.3.& 4. cum adductis allega.tis lib. 2. Borell.
in summ.decis.tit 34.num.469 & tit. 6 nu.45.
inquam Domini assensus omnino adhiberi de-
erat, quamuis Dominus Caurinus non simplici-
ter,& absolute emptionem contraxerit, sed po-
6 tius pactum, seu promissionem † de emendo, in
qua pariter assensus Domini requiritur Franc.
decis.48 nu.1. Io.Baptist. Bilotta concl. s. feud.
43.vers.feud.vero Per quod pactum, seu pro-
7 missionem de vendendo feudum Caurino † per
Dominum Tratium venditorem, non solum di-
ctus Caurinus acquirit Ius aliquod in re, sed
neq; etiam ei datur actio personalis ad interesse
aduersus Tratium, ea sane causa, & ea sane, quia
dicta promissio vēdendi non impetrato prius do-
mini beneplacito se habet tanquam actus im-
perfectus, ac si nequaquā factus extitisset Grat.
discept.887.num 34.

Ego tamen contrarium respondi in præsenti
controuersia Quoniam iuxta praxim cō uni-
ter receptam, semper vidi huiusmodi capitula
quantumuis concepta in tempus futurum, & ca
primentiā promissionem de vendendo habeat
pro contractu perfecto, hocque non sine pal-
pabili ratione, quippe quia partes nunquam
deueniunt ad extensiones,& subscriptiones ca-
pitulorum nisi post præcedente tractatu, ac
conclusione circa contractum ineundum, quem
properfectè inito ac irretractabili, attes habēt;
illico ac deuentum fuerit ad capitulorum acce-
ptationem quod quidem nec alienum videtur
à dispositione iuris, iuxta quam contractus vē-
8 ditionis † à tribus iuam recepit perfectionem,
nempe si interuenerint res certa ex parte ven-
dētis prætium ex parte ementis, & consensus v-
triusque simultaneus totis titulis ff. & C. de cō-
trah. empt. § 1. institut. eod. Ferentin. a Bu-
ratt. decis.898. num 6. Cyriac.contr. 02.378 n.
39. Rota coram Merlino dicta decis.567. num.
33. & in terminis Bursatt.consil.100. num et.
Surd. decis.114. num 9. cum cæteris ibidem re-
latis vbi quod quando interuenit res, pretium,
& consensus partium contractus venditionis
dicatur perfectus, tametsi sit cōceptus per pro-
missionem de vendendo, quia tunc tempus fu-
turum resoluitur in præsens, ex quo nihil de-
detatur ad eiusdem contractus venditionis per-
fectionem. Quapropter cum in contractu secu-
to inter Tratium, & Caurinum prædicta omnia
interecesserint sane merito habebitur cōtractus,
ac si partes eum concepissent per verba de præ-
senti. Quod autem in præsenti contractu inter-
uenerit res vendita non habet scrupulum, sicu-
ti nec circa prætium inter partes conuentum in
scutis tercentum, quatenus à peritis hinc inde
eligendis non æstimaretur, nam si minoris ad
huc emptor obligatus esse voluit ad tercentum.

Consensus vero simultaneus † apprime colligi- 9
tur ex subscriptione capitulorū per illa verba
prometto, & affermo quanto di sopra ad notata
per Natt. in cons.357. num.1. & & per Bursatt.
dicto cons.100. sub.num.12.versic ac insuper.

Nec obstat id quod habetur in scato & capi-
tulis nempe perfectionem cōtractus à partibus
fuisse dilatam in mensem Iulij, quoniam istud
afficit tantummodo impetrationem assensus, re-
tentionem prætij, ac confectionem instrumen-
ti, non autem substantiam ipsius contractus, quę
tunc adueniente dicto tempore intrinsece nul-
lam recipere debeat alterationem, & proptere-
rea talis dilatio nil efficit † quin contractus vē- 10
ditionis præsumatur vnde quaq; perfectissimus,
vt tradidit in præcisis terminis ad satietatem
Bursatt consil.100.num.18.19.& 20. Nam quo
ad reseruationem cōfectionis instrumenti, quod
non tollit perfectionem venditionis suadetur
ex eo, quia partes censentur voluisse adhibere
scri pturam † quoad probationem non autem 11
quoad substantiam glos. in l. contractus 16. C.
de fid instrum.Gratian discept. forens.564 nu.
29. & discept.842.num 20. Rota decis 377. n.
6 par.1 recent.& coram Buratt.dicta decis.898.
num. . vbi Rota non sequutor doctrinam Ca-
stren. in dicta l. contractus C.de fid.instrumen-
tis si constiat euidenter de cōtraria mente con-
trahentium. Præsertim quia cōtractus adamus-
sim in esse perfecto deductus † colligitur, etiam 12
ex eo quia incontinenti post subscriptionem
capitulorum Caurinus soluit scuta tātum quin-
quaginta pro contractu venditionis in recep-
tione, de qua in processu fol.15. fac.2. ibi &
questi per caparra del contratto in conformità
delli tra noi seguiti per occasione della vendita
della mia casa doue lui al presente habita. Vn-
de ex denominatione venditionis, ac contractus
facta per contrahentes ex necessitate infertur
nos non versari in simplici contractu locatio-
nis, qualis sit contractus ex verbis, & denomi-
nat oni contrahentium dignoscitur Castr. in l.
Aristo.18. num.4. & ff. de donat.

Insuper animaduertendum proponitur, quod
sumus quidem in verbis futuri temporis, sed
cum sint prolata in actu, qui pendet à volunta-
te & consensu tantum proferentis, in tempus
præsens resoluuntur, maxime cum sint ab vtra-
que parte acceptante, & promittente prolata
inuicem, ac respectu rei terminatæ, ac prętij cō-
stituti vsque adeo, vt contractus † huiusmodi 13
per verba futuri temporis conceptus non im-
portet promissionem de vendendo, sed contra-
ctū emptionis absolutū, ita in indiuiduo ratio-
cinatur Bursatt.dicto cons.100.nu.9. nihil enim
superest præstandum ad affectum, vt promissio
de vendendo in meram transeat venditionem,
hinc propterea in præsenti controuersia faten-
dum venit id quod vulgo dicitur † aliud esse vē- 14
ditionem, aliud promissionem de vendendo
procedere secundum iuris subtilitatem non se-
cundum veritatem facti teste Surd. in eius cons.
decisino.457.num.13.fin.

Quod

Quod vero subiungitur in superiori ac capitulis, ibi, Veghiono però che ubi gli tutte due le parti al stabilimento di detto contratto, &c. non facessit negotium ad arguendam contractus imperfectionem eo sub pretextu, quod cum partes habuerint intencionem deueniendi
15 ad stabilimen † ipsius contractus venditionis interim capitula haberi nequeunt in consideratione, & resoluantur in simplicem tractatum, vt ad rem optime ponderat Cephal. cons. 66. nu. 18. 19. & 20. animaduertendum siquidem est pro responsione, quicquid sit in casu Cephali, nos versari in terminis nullam admittentibus controuersiam, quia contractus à partibus habetur pro perfecto quoad substantiam solum se obligant & differunt stabilimentum, seu firmitatem, quæ respicit qualitatem ipsa autem præsupponit substantiam, ac subiectum existens quod
16 esim perfect. † non existit, non habent aliquã auidentis qualitatem inherentem l. 4. § fin. ff. de act. empt. cum iuribus, & auctoritatibus ad conclusionis comprobationem optime conferentibus cumulati per Barbos. Axiomat. 196. nu. 2. & 3.

Cæterum modus iste contrahendi, quo vtuntur Tracius, & Cautinus in capitulis venditionis, vt scilicet interim, & donec soluatur pretium valeat in vim locationis non videtur alienos à ramite iuris, hoc enim requiritur casus expressis, & singularis in l. sicut 23. ibi veluti cum emptor fundum conducit, donec pretium exsoluat ff. locat. Nam per traditionem seu existentiam rei penes conductorem, eundemque venditorem censetur translatum dominium, &
17 dicitur etiam † eadem venditio magis perfecta, cum præualeat, maiorisque existimetur pretio, tiæ contractus venditionis includens, quam contractus locationis inclusus gloss. & Doctores in dicta l. sicut 23. ff. locat. Alex. consil. 21. no. 3. & 4. lib. 5. Dec. cons. 212. num. 4. & 5. Boss. de remission. merced. conduct. numer. 05. vbi quod obstupuit de textu, ac gl. ossa prædictis, & quod contrarium dixisset, nisi illa vidisset. Caroc. de locat. & conduct. part. 5. titul. de vsuris quæst. 1. nu. 7. fol. 230. versic. quibus accedunt in ponderato promissionis de vendendo Socin. io cons. 170 nu. 12. & 13. lib. 2. & in l. si ante nuptias 6. sub num. 2. vbi refert iuxta mox relatam ipsius responsionem in Ciuitate Cremonæ iudicatum extitisse ff. solut. matrim. latissimè Curt. iun. ex gratia videndus cons. 82. per totum præsertim nu. 8. & 9. Medic. ad decis. eo examinat. 5. nu. 47. nam hic intercessit traditio rei in promissionem deductæ, & solutio arrhæ habita fide de residuo, quæ succedit loco numerationis pretij. Ex quibus omnis prorsus dubitandi ansa remanet sublata, & negari non potest, quin contractus cẽseri debeat superueniente die solutionis perfectus, atque omnino absolutus, non secus, ac si stabilimentum illius ab initio interuenisset cũ translatione dominij, nam traditio rei à principio, seu vt dixi existentia illius penes conductorem vtrumque operatur, dominij videlicet trãslationem, & perfectionem venditionis ad notata per Curt. iun. dicto cons. 81. sub nu. 9 vers. multo igitur fortius attendum est in proposito nostro, quod dato, quod essemus in casu promissionis de vendendo, quia lapsum est tempus deducendi talem promissionem, quod traditio à principio facta dicatur operari dominij translationem, & perfectionem venditionis &c. quod sane fundamentum habuit alias amplissimus iste ordo pro irretractabili, ac vero recte Surd. dec. 198. à num. 28. ad fin. tametsi ipsi Surdo non plurimum arrideret, vt refert in calce mox allegatæ decisionis.

Obiectio autem, quæ fieri posset huic fundamento eo quod ante diem solutionis aduenit in Tracius eandem rem iterumque vendiderit, ac per consequens præcedens venditio habeatur pro imperfecta, & inualida, suam in promptu recepit, & admittit responsionem. Quandoquidem cum vterque tam Tracius quam Parma se iussent, † 18
& præcium, ac distinctam cognitionem habuissent, de contractu antea gesto cum Cautino, negari non potest, quin dicantur in mala fide, etenim mala fides sequitur ex eo, quod quis emit rem, quam sciebat ad alium spectare, ac penes illum tanquam dominum requiri gloss. in l. sicut 3. in verb. possidentur C. de præscript. 30. anno. Bart. in l. celsus 23. num. 18. ff. de vsucap. Craueт. cons. 146. num. 6. Butarr. decis. 437. n. 8. In tantum, quod si Domino Parmæ secundo ẽptori res vẽdita tradita fuisset † si tradi potuis- 19
set ac per consequens ex hoc capite omnino post ponererur ad nota a per Doctores in l quoties 15. C. de rei vendicat. latè Gabr. de empt. & vendit. conclus. 2. nume. 50 Butarr. dec. 772. num. 7. Quod autem Parma notitiam habuerit contractus prædicti cum suis qualitatibus, tam notum est, quam quod notissimum, & conuincitur ex eius subscriptione ad capitula, in qua fatetur se notitiam iliam id, quod constat per eadem capitula in processu nostro fol. 56. fac. 2. cum igitur Parma de tempore celebrati per eum contractus emptionis antea dilecte noutet rea per ipsum en pros fuisse paulo antea locatas & venditore D. Cautino conditione adiecta quod in mense futurorum Iulij proxime subsequuturum deueniretur ad firmitatem contractus venditionis occluia in contractu locationis per solutionem actualem pretij, ac impetrationem assensus à Domino directo. Hinc propterea facta per ipsum emptione, ac suscepta inuestitura à potuit agere aduersus Cautinum, quem sciebat legitimo titulo possidere † nam dum sciebat rẽ 20
sibi venditam fuisse locatam ea locatione, quæ transciebat in actualem, ac perfectam venditionem, dubio procul teneretur stare contractui in omnibus, ac singulis prout iacet, & quemadmodum tenebatur ipse Tracius, in cuius locum successit secundus emptor ad late tradita per Beto. cons. 2. num. 12. 15. & 17. lib. 1. Surd. decis. 265. num. 28. vbi quod venditor erga emptorem scientem statum rei venditæ censeatur solum, vendidisse ius, quod habet Rota decis. 78. n. 3. parte 2.

Digitized by Google

part.2. recent. vbi quod emens scienter rem aliquo onere affectam ius tantum venditoris emisse dicatur, quos sequitur, ac ipsorum doctrinam ampliat Gratian. discept. forens. 37. à num. 27. ad 32. & discept. 864 num. 3 & 4. vbi quod scienter rē sibi venditam alteri quomodolibet reperiri obligatam non competat actio, vt sibi res tradatur alio modo, quam cum obligatione, qua affecta præexistebat Fontanel. de pact. nup. claus. 4 glos. 25. num. 79. & 80. tom 1. & decis. 80. num. 19. 20. & 21. nemini ergo, sed sibimet tantum Parma imputari debet; quod rem alieni

21 † obnoxiam locatione resoluenda in venditionem, ac veluti alienam emere voluerit l. si fundum sciens 27. C. de euict. Rota decis. 107. nu. 13. part. 5. recent. Bursatus cons. 46 num. 8. Concludo igitur ex prædictis Parmam fuisse constitutum in apertissima mala fide, & emptionem censeri ab eo factam per æmulationem; adeout

22 teneatur † erga Cautinum ad obseruantiam promissorum per Dominum Tracium, in cuius locum successit, prout dicimus de emptore informato de pacto redimendi, à quo rursus quem experiri potest, tenentem illud pactum recta via Menoch. cons. 63. nu. 23 & 24 Thesaur quæst. forens. 81. num. 4. lib. 2. Caualc. cons. 12. sub nu. 8 Rosental. de feud cap 10. conclus 7. nume. 9. Fontanel. dicta decis. 80. nu. 21. Vnde pati quoque debebat, ac permittere, quod assensum obtineret, ac reliqua peragerer, quæ in mensem Iulij erant dilata pro maiori ipsius contractus firmitate, nam ex prædictis præsumitur subingressum locum Tracij cum omnibus, ac singulis conditionibus, de quibus in sæpe enunciatis capitulis.

His sic in facto, ac Iure præmissis non obstāt, quæ ab initio in oppositum excitabantur, nam in rei veritate prætium non fuit remissum in arbitrio simpliciter, sed tantum quatenus domus

23 plus æstimaretur, † quam scuta tercentum præinter contrahentes stabilita. Vnde cum remissio dicatur potius attingere accidentale quoddam prætij, quam illius substantiam nil prohibet, quominus contractus dicatur habere Iuris firmitatem, ac robur, ita in præcisis terminis Menoch. cons. 93. nume. 40. & 41. & singulariter restringit Ferentil. ad Buratt. decis. 898. num. 20. quare dum certitudo pretij, ac substantia reperiatur à partibus taxata nil interest, quod illud

24 plus † collatum fuerit in arbitrium æstimatorum hinc inde eligendorum, etiam non secuta declaratione, ipsis enim nō arbitrantibus recurritur ad arbitrium boni viri, vt concludit Menoch. dicto consil 93. nume. 41. Rota coram Merlino dicta decis. 567. num. 22. & seq. sicuti remouetur etiam alia opositio facta sub prætextu, quod versemur in promissione devendendo, quoniam satis abonde demonstrauimus ex conceptione contractus, ac subsecutis in fieri ad absolutam, ac vndequaque perfectam venditionem.

Tota igitur difficultas consistit in resolutione vltimi motiui, iuxta quod in emptione rei controuersæ dabatur prælatio Parmæ, eo quod præuenerit in petenda, & obtinenda licentia à D. feudi. Verum istud quoque pluribus non diffido, quarum prima est obiectum scilicet procedere Iure communi feudorum † inspecto, iuxta 25
quod sicut Dominus non cogitur præstare assensum venditioni Cyriac. controuers. 254. nu. 37. laurent. Vrsell. conclus. 154. numer. 105 & 106 in verbo Assensus ita secuta licentia alienandi non retrotrahitur in præiudicium tertij, at secus est vbi Dominus † cogi potest ad consen- 26
tiendum Roland. cons. 97. num. 53. 54. lib 2. sol. ad antiq. constitut. Sabaud. tit. de feud. glos. 2. fol. 18. sub num. 18. vers. item retrotraheretur, & feuda ex consuetudine sunt alienabilia, prout hic Mantuæ vbi talem consuetudinem etiam mulieres notam habent Cyriac. controuers. 213. num. 2. vers. sed nos, quo in casu assensum domini in tertij præiudicium admittere retrotractionem tradunt Bursat. cons. 76. num. 51. sola ad antiq. constitut. Sabaud. tit. de feud. fol. 18. sub num 18. vers aut alienabile sine consensu agnatorum latè Manent. de contract. liuell. qu. 18. num. 80. istud tamen intelligitur quando de præiudicio alterius non habentis Ius radicatum secus vero quoad præiudicium agnatorum, respectu quorum secluso assensu Domini feudum inalienabile existit cum igitur concurrat in Domino necessitas præstandi assensum contractui, & consuetudo alienandi in feudo in cōtractum deducto, sequitur propterea intrare retrotractionem, quandocunque Dominus præstabit assensum venditioni factę prius in personam Domini Cautini secunda est quia prioritas, & posteritas, assensus impetrandi non applicatur casui, quem præ manibus habemus, nam alter contractus sonat in promissionem emendi, ac vendendi inter contrahentes reciprocam ad tempus resoluendam in simplicem, ac meram venditionem, pro cuius validitate interim sufficit reseruatio assensus Domini, idemque operaretur, ac si actualiter interuenisset, cum adhiberi dumtaxat debeat non semper eodem methodo, sed iuxta qualitatem contractus, cui apponitur, ex qua quidem simplici assensus reseruatione omnimodam cōtractus feudi habere subsistentiam optime † suadetur ex traditis per Io. 27
Franc. à Ponte cons. 85. & 86. per tot. lib 1. & cons. 17. num. 26. & 27. lib. 2. vbi quod in promissione vendendi feudum assensus non requiratur, quia ergo negabit, quod aduenente die purificatæ conditionis, impetratoque assenso ille non retrotrahatur ad diem celebrati contractus, certè nemo. Alter vero contractus præsefert absolutam, ac vndequaque perfectam, venditionem, ad cuius validitatem ex necessitate licentia Domini directi omnino præcedere debebat. Vltima est quia distractio rei feudalis, ac contractus super inde initus omisso Domini assensu dicitur simpliciter nullus, sed habet implicitum validitatis, quatenus accedat Domini licentia, vel Dominus ei acquiescat, nec declaret inualiditatem † & sic defectus Beneplaciti 28
non admittitur, nisi tunc demum, cum præcesferit

Digitized by Google

fecit declaratio Domini de non voluntate Bart. in l. 2. vers. quandoque ius Tertij ff. de except. rei iudicat. Roland. cons. 8. num. 7. lib. 1. Rosental. de feud. cap. 6. conclus. 58. in fin. Gratian discept. forens. 599. num. 24 faciunt notata per Buratt. decis. 78. num. 18. Quod tamen intelli-
29 ge † quoad extraneos, secus respectu comprehensorum Rota decis. 345. num. 1. & seq. apud Cenc. de cens. Quapropter cum hactenus Dominus non impinguauerit contractum factum cum Caurino, nec possit non concedere assensum frustra exaduerso illius deffectus, nec prædictis resistunt Surd. dicta decis. 18. & Bardel. cons. 160. per totum lib. 1. nam Surdus perfunctoriè loquitur, nec in casu dictæ decisionis Senatus Excellentissimus quicquam resoluere voluit, nec curandum de Bardellono cum loquatur, in casu præcedenti, & fauore agnatorum de quibus, sed tantum de penitus extraneo controuersia vertitur. Nisi tamen iusta adesset caussa assensum denegandi ad tradita per nos alleg. 82. lib. 2. & pro iusta caosa interesse cuiuscunque ratientium in feudo requiratur.

Superest nunc aliqua in medium afferre an saltem Domino Caurino aduersus Treuum competat actio ad interesse quatenus venditio eidem facta antecedenter vitibus non subsisteret, circa quod diu non insistendum duxi, tum quia vno ore fatentur omnes, † venditorem erga emptorem, cui fecit promissionem de vendendo teneri ad interesse Mart. Medic. decis. Sen. 18. per totam. Tum quia adeo claram ex prædictis resultare validitatem, & perfectionem contractus existimamus vt nullus amplius ambigendi locus relinquatur nec occasio agendi personaliter ad interesse.

30

ARGVMENTVM.

Excussio requiritur in Saluiano intentato aduersus bona obnoxia, & in subsidium obligata nō ratione iudicij, sed ex natura rei, & secuta alienatione rei obnoxiæ cum assensu Domini ad eam creditori etiam anteriori in credito, posteriori tamen in assensu non datur regressus, etiamsi procurator vti in rem propriam cum mādato duraturo post mortem fuisset constitutus, coque magistratus personarum mutatione etiam in melius contingente.

SVMMARIVM.

1 *Descendentes tantum in bonis Ecclesiæ regulariter succedunt.*

2 *Laudimij ex solutione emphyteusis arguitur.*

3 *Heres in potentia succedit in emphyteusi cū qualitate hæreditaria, quando per eum nō stat, quin sit hæres Primi acquirētis, quā-uis non vltimo in emphyteusi concessa pro hæredibus succedit nu 4.*

5 *Renuncians emphyteusim extinctis renunciatarijs, vtrumque descendentibus reintegratur.*

6 *Exceptiones requirentes altiorem indaginem ex partis replicatione in Saluiano admittuntur.*

7 *Excussio in Saluiano non requiritur, fallit vt num. 8. Non requiritur vbi adest constitutum num. 9. Declara vt num. 10 Vt dicatur legitimè facta, quæ necessaria sint num. 13.*

11 *Consti. ntum sequitur naturam obligationis, cui accedit. Morte vtriusque contrahentis expirat. nu. 12. Alienata emphyteusi cum Domini assensu nihil operatur num. 15.*

14 *Inuentarium probat tam contra conficientē, quam contra producentem.*

15 *Producens scripturam ad impugnandam aduersarij intentionem sibi non præiudicat.*

16 *Assensus Domini retrotrahitur ad diem obligationis declara vt nu 17. Iniustè denegatus pro præstito habetur num. 38. Declara vt nu. 39.*

18 *Emptor qui acquisiuit emphyteusim cum licentia Domini direct. præfertur creditoribus anterioribus debitoris venditoris, qui eandem obtinuerant licentiam hypothecæ ab ipso Domino direct. post venditionem à debitore factam.*

19 *Statutum Mantuæ sub rubrica qualit. inuestit. ad aff. l. & c. obligationem emphyteusis sine Domino assensu expressè prohibet. sub rubr. quod fructa con. ut in obligatione expla . . . num 22 & qua . . . circa hypothecam vnum ab altera differunt num. 23 de lucrandu dote an . . . in feudalibus num 40.*

20 *Creditor qui præuenit in obtinendo assensu præfertur etiam si in hypotheca esset posterior etiam in feudalibus*

21 *Mandatum procura restringitur ad personas in eo expressas, mutatione status personæ extinguitur num. 24. limita vt num. 25. Irreuocabile, & post mortem duraturam morte non extinguitur nu. 26. factum ad commodum procuratoris reuocari non potest. num 27. Contra num. 28. & 29.*

30 *Licentia defectus à solo Domino allegatur. Declara vt num. 32.*

31 *Nullitas obligationis emphyteuticorum ipso Iure inducta etiam à tertio habente interesse allegatur.*

33 *Saluianum excluditur ab habente anteriorem hypothecam fallit vt num. 34.*

36 *Præpositura Sancti Benedicti bona obligari non possunt sine assensu ex particularibus*

decreta

decretis, & ordinibus eiusdem Præpositura.

37 *Prohibitio hominis iuncta prohibitioni statutariæ obligandi emphyteusim magis resistit.*

Allegatio C.

Adsit Deus.

DIspungere modo non expedit, quisnam Domini Ludouici de Palmerijs hæres extiterit, postquam illius hæreditas, & bona minime obnoxia ad extraneos vigore testamenti deuenerunt hæredes. Quandoquidem bona, de quibus agitur, cum à Præpositura Sancti Benedicti de Padolirono recognoscantur, consequens ideo fit,
2 vt non nisi descendentes † ab inuestito, & hæredes sanguinis admittantur, qualitercunque ab Ecclesia concedantur. Rota decis. 5 2 1. no. 3. & 4. part. 6. recent. Caren. resolut. 3 2. numer. 5. lib. 1. dixi allega. 8. numer. 1 3. fol. 1 1 4. lib. 1. Præterquam quod non ambigitur, quin ista concessio non dicatur emphyteutica. Dum in contractu
3 † illius petitur Domini assensus, & laudemium soluitur ad textum in l. fin. C. de iur. emphyte. Burg. de laudim. inspect. vlt. num... part. 3 Seraph. decis. 3 3 8. num. 1 1 & optime ita iectatur Rot. decis. 1 4. num. 1. & decis. 48. num. ... part. 6. recent. late N ger de laudim. quæst. 4 Art. 4. n. 16, & 17. vbi contra distinguit emphyteusim ab alijs contractibus ex tenore dumtaxat soluendi laudimium, quod necessario emphyteusim arguit.

Nec ei obstat, quod ista monialis hæres non fuerit, dum illa † ex causa institutionis extranei non facto ipsius monialis successerit. Menoch consil. 1 0 4 1. num. 2 8. Rosental. de feud. cap. 7. conclus. 2 5. num. 1. & in glos. E. quos allegat., & sequitur Senatus Mantuæ in decisione edita in causa Gonzaga Spoluetina num. 5 0. & optime comprobat Rota in Taurisina feudi 2 1. Aprilis 1 6 2 7. coram Vitili. ibi, vel quod sit hæres vltimi saltem in portoria. Quæ tamen ex abondanti dicta sint, cum omni in casu non requiratur, quod sit hæres vltimi, sed hæredem
4 primi † sufficit, quod se faciat, vt latissimè prosequitur Altograd. consil. 2 5. num 19. ac per totum, quem secutus est Senatus Mantuæ in altera causa pariter Gonzaga Spoluetina.

Cui quidem R. Moniali neque prætensa renunciatio officit, tum quia tanquam mere personalis non impedit, quo minus sublatis de medio personis quorum fauore renunciatio ema-
5 nauit, renuncians † non reintegretur ad notata per Doctores in l. qui Romæ. 1 2 2. §. duo fratres ff. de verb. obligat. Corbul. de cens. priuat. ob renunciat. num. 1 0. & ad satietatem examinat Fulgin. de emphyt. tit. de renunciat. quæst. 2. per totam dixi allega. 3 0. num. 6. lib. 2. Nil ergo resistit quominus ista D. Monialis succedere ad emphyteusim potuerit, non solum ex propria eius capacitate, Verum etiam propter aduersæ partis in habilitatem quatenus hæc tanquam merita, † & petitorium concernentia allegari 6
in hoc iudicio possessorij non deberet, nisi istud facto aduersarij replicantis contingeret, siquidem etiam in Iudicio Saluiani exceptiones altiorem indaginem ex replicatione partis requirentes examinantur. Rot. decis. 5 5 9. num. 9. p. 1. recent. quæ est decis. 8 3. num. 1 3. apud Pacific. de Saluian., & apud eundem decis. 1 5 7. num. 1 0. Post. de Manuten. obseruat. 4 2. nu. 1 4 3.

Excludebatur etiam pars aduersa ex eo, quia tam & si ex natura † iudicij, & actionis in Sal- 7
uiano præcedens bonorum debitoris excussio non requiratur. Pacific. de Saluian. inspect. 2. capit. 2 numer. 4 0. Caren. resolut. 1 5 9 numer. 3 lib. 1 Thomat. decis. Macerat. 1 1 3. numer. 9. Rot. decis. 1 7. num. 4 9. part. 5. recent. Cenc. de cens. quæst. 9 8. sub num. 3 9 vers. contrarium tamen. Merlin. de pignor. & hypothec. lib. 5. quæst. 6 9. num. 4 9. Istud tamen non applicatur, quando tam ratione bonorum, † quam obligationis ad 8
effectum habendi regressum ad obnoxia excussio præ requiritur ad late tradita per Manent. decis. 2 8. per totam Surd. decis. 2 4. numer. 1 4. versic. addo ac per totum Rota dicta decis. 1 7. num. 5 0. part. 5. recent. Merlin. de pignor. & hypothec. lib. 4. quæst. 2 1. nume. 3 2. versic. verum oppositum & lib. 5. quæst. 7 6. num. 2 3. Pacific. de Saluian. inspect. 3. cap. 3. num e. 6 9. & 7 0. & faciunt cumulata per Iul. Cæsar. Calu. de equit. cap 3 0. num. 5 4. ac per totum, & quod simpliciter requiratur etiam in Saluiano excussio post alios animaduertit. Merend. controu. Iur. lib. 5. cap. 3 9. & vide scripta per nos allegat. 3 9. n. 2 2 & 2 3. lib. 2.

Prædictis vero neque resistebat, quod Dominus Marchio Guerrinus hypothecam cum constituto haberet, per quod omnis prorsus † excu- 9
tiendi necessitas remouetur Thesaur. decis. 2 1 5. num. 2. Merlin. de pignor. & hypothec. lib. 4. quæst 2. num. 1 8. Fontan de pact. nupt. claus. 4. glos. 1 8. part. 2. num. 6 2. & hanc conclusionem pluribus exornat Caroc. de excuss. bonorum part 2. quæst. 2 8. num. 7. ac per totam Cui sane obiecto non erat cur res penderemus, cum ex clausula constituti, † quemadmodum necesse e- 10
rat, actum non appareat, vt limitatione ad præcedentem assertionem animaduertunt idem Thesaur. decis. 5 3. num. 5. Caroc. de excuss. bonorum par 2. dicta quæst. 2 8. num. 1 7 Fontanel. de pact. nupt. claus. 4. glos. 1 8. part. 2. num. 6 3. & 64. Merlin. de pignor. & hypothec. lib 4. qu. 98. num. 1 0. versic. intellige Vltra quod constitutum † tanquam principali obligationi acces- 11
sorium non immutat illius naturam, sed imita-

tur

tur, ac sequitur Surd. dicta decis.44. sub nu.12. versic. ego tamen huic limitationi Merlin. de pignor. & hypoth. lib.4.dicta quæst.21. nu.29. iuncto num.31. Post. de manutent.obseruat. 20 num.42. & seq. Verumtamen cum virtus ip-
12 sius constituti, tam per mortem † constituentis, & constitutarij, quam per lapsum temporis extincta remanserit Antonin. de Amat. resolut. 62.num.10.Post.de manutent.obseruat.20. nu. 35. Merlin. de pignor. & hypothec. lib.4.quæ, 98. nu.14. Et in fin.quęst. vbi quod contra tertium vigore constituti nunquam via facti, sed Iuris procedatur Rot.apud Cenc.de cens. decis. 400. num.7.

Firmato igitur de Iure excussionem omnino requiri, eam quoque in facto præmittendam inuentarium suadebat, in quo præter prædium nunc controuersum, domumque assignatam Aduersario, alia insuper bona tum mobilia, tum stabilia in inuentario descripta apparebant,
13 quorum vtique excussio † præmitti omnino debebat, iudicialiter reportando hæreditatem repertam non soluendo, ad hoc vt excussio sufficienter, ac legitimè facta dici posset. Carocc.de excus.quæst.8.part.3. Merlin. de pignor. & hypothec lib.3 quæst 96. nume.2. & Post. tract. decis.66. num.7.& 17.

Ex quibus manifeste colligitur partem aduersam non censeri exemptam ab ineunda, seu præmittenda excussione eo sub prætextu, quod
14 inuentarium † hæreditatem soluendo non esse concludenter probet, tam contra conficientem, quam contra producentem ex Mascard.de probat.conclus.939. num.1.& seq.& Osasc. decis. 181.num.12. & seq. quibus addo Carocc.de excuss. bonorum quæst.55. num.5. part.2. quandoquidem ratiocinatio aduersus hæredem procederet, seu fauore illius, vt nimirum in plus, quam in Inuentario reperitur descriptum, non teneretur, si vtique istud instaret. At non sic se habet, quoad D. Morbiolum, qui ideo Inuentarium exhibuit, vt de existentia aliorum bonorum in hæreditate fidem faceret, vnde illius
15 productio † contrarium effectum operari non debet. Surd. decis.267. num.3. & seq. Cyriac. controuers.157. num.18. vt nimirum ex dicta productione alia non extare hæreditatis bona resultet. Duran.decis.233. num.6. Post. de manuten.obseruat.97. sub num.14. versic. nec facta ad vnum finem dixi allegatio.19. nume.10. lib.1.

Quæ autem secundo loco subiungebantur circa retrotractionem assensus Domini ad tem-
16 pus contractæ obligationis † ad rem facere non videbantur, cum tantummodo re adhuc integra idest re obligata penes debitorem, vel illius
17 hæredes existente sibi locum vindicant, † vt apertissime conuincunt Manent.decis.38.nu.12. 15. 20.& 25. alijque per Senatum Mantuæ adducti in causa D. Marchionis Francisci Gonzag. decis.1. per totam, in quibus terminis nos non versamur, tali tamē in casu sua adesset in promptu responsio. Secus autem in casu nostro dicendum venit, ex quo per distractionem rei obligatæ D. assensu adhibito res desijt integra, adeout ad præiudicium ipsius de Morbiolis, † qui iā 18
cum Domini licentia acquisiuit, vlterius Domini assensus impetrari nequeat. & impetratus nō suffragatur neque etiam ad effectum obtinendi in Saluiano Scapucin. de Saluian. lib.2. quæst. 10. num.6. Cyriac. controuers.119. nume.11 & 12. vbi refert ita iudicatum, & controuers.328. num.2. & 3. vbi quod ita quotidie practicatur vt prior in licentia præferatur posteriori in assensu impetrando, tametsi iste in contrahenda obligatione illum præuenerit. Gratian.discept. forens.730.num 12. & seqq. Paris.consil.28.per totum maxime sub num.10. lib.1. Afflict. decis. 286. pariter per totam Io. Baptista Bilocta conclus. feudal.47. per totam Fulgin. de emphyt. tit.de alienat quæst.3.num.4. & 5.cum adductis per Merlin. de pignor. & hypothec. quæst. 8. num.63. & seq. vbi plurimum fundatur in decisione Rotæ in Romana Vineæ 28. Februarij 1628. & 26. Iunij eiusdem anni coram Vitile, & prius 21.Iun.1627.coram Donzetto, & in eo, quod vel per pactum, vel statutum omnia huiusmodi bonorum obligatio prohibita existat.
Hic autem Mantuæ statutum † extat sub rubr. 19
qualitar.inuestit.ad affict. disponens, ne tenens ad Inuestituram, vel ad affictum possit alienare, neque specialiter pignori obligari, seu, hypothecare terram, quam ad affictum, vel inuestituram tenet. Ergo vbi etiam res controuersa penes debitorem, vel illius hæredes adhuc reperiretur prælatio Domino Morbiolo, qui in obtinenda assensu præuenit, concedenda omnino veniret, quam prelationem † militare e- 20
tiam in feudalibus dicebam allegatione 44. n. 22. & 23.lib.1. Idem Merlin.de pignor. & hypothec. lib.4. quęst.31. per totam, ex quibus eneruatur quoque constitutio procuratoris, ac mandatum procuræ duraturum etiam post mortem constituentis, & transitorium ad hæredes, & contra hæredes, quoniam quicquid sit de validitate, seu potius practicabilitate huiusmodi procuræ stante censura statuti sub dicta rubrica qualit. inuestit.ad affictum &c. illud certe indubitatum reputatur quod tale mandatum nihil omnino operetur in præiudicium extranei, ac non hæredis qualis certè est Dominus Mor-
biolus. Quia mandatum procuræ † quem admo- 21
dum in cæteris, ita quoque respectu personarū ad expressas in eo restringitur. l. qui Romæ 122. §. Calimacbus ff. de verb. oblig. Bart. in l. quod dicitur 4. in princ. num.1. ff. de tut. Bald. in l.1. §. igitur ff de exercit. act. Mantic. de tacit. & ambig. lib.7. tit.15. num.9. & decis.291. num.2. Rota decis.754. num.2. part.2. recent. Gratian. discept. forens.737. num.10. Ludouis. decis.584. num.1. & ibi Beltram. num.5. Coccin. decis.96. num.2. Bigant. ad statut. fer. rubr.16. num.39. l. 2. Raphael. de turr. de camb. disputat.2 quæst. 15. num.4. Rota videnda apud Cenc. de cens. decis.509. num.3. & seq. sicque in casu nostro ad tertium possessorem mandatum ad hæredes

li restri-

restrictum non extenditur.

Subest etiam ponderandum Doctores ex adverso adductos agere dumtaxat de feudis, in quibus hypotheca potius ex Statuto Mantuæ
22 † sub rubr. quod feuda cadant in obligatione permittitur, quam prohibeatur, dum per affirmatiuam dispositio dicti Statuti concipitur, ac
23 insuper Domini assensus † non tanquam conditio, sed tanquam modus requiritur Manant. de contractu liuell.quæst.18. num.98.& in his terminis transeunt Doctores in decisione Senatus in causa Caricata adducti, de qua tamen resolutione dubitandum videtur per ea, quæ fusius dixi allegat.94.num.14.& seq. lib.2. Quorum traditiones non applicantur ad hæc bona, quę ex alio Statuto Mantuæ sub rubr. qual. inuestit.ad affict. specialiter obligari prohibentur, & huiusmodi Statutum negatiuè concipitur, atque sub conditione ad validitatem hypothecæ assensus Domini necessarius est. Quo casu, vt superius diximus licentia non retrotrahitur.

Verum tamen cum de tempore obtenti assensus iam D.Palmeria professionem in religione solemnem emisisset, mutatione status, ac
24 per obitum † ciuilem in personam eiusdē mandatum penitus extinctum, ac iure ipso resolutū euasit l. si quis 67. & l. si cum 82. ff. de solut. Franc. decis.466. num.2. vbi de mandato tam ad lites, quam ad negotia Fab.de Ann.cons. 82. Rota decis. 345. num.5.& 6.part.5. recent.vbi de mandato litterarum Cambij Raphael. de Turr. de camb.disput.1.quæst.17.nume.31.32.& 35. Castill.de coniect.vlt.volunt.cap.59. num. 36. Laderch.consil.12.nume.5. Trentacinque var.resolut.lib.1 tit.de procurat.resolut.4. nu. 15. Mart vot. 84.per totum, & in terminis Gratian.discept.forens.243. num.2. ac per totam Pigant. ad Statut Ferrar. cap.16. numer.50. & faciunt tradita per nos pro pupillis fratribus de
25 Caniatis quicquid sit in negotiis iam cæptis, & lite iam contestata, tūc enim non extingui mādatum per mutationem status personæ comprobant Buratt decis.440.nu.2.Leoncill.decis.121. numer.5.

Adhuc tamen circa prædictorum subsistentiā ex duobus hæsitari poterat, & primo quia ver-
26 sabamur in mandato irreuocabil † in rem suam, ac etiam post mortem duraturo, quod vt istud mandantis, aut mandatarij morte non extinguitur Gratian.dicta discept.342.nu.8. & seq. Pigant. ad Statut.Ferrar. rubr.16. num.45 vers. & ideo morte cum allegatis per nos in eadem causa de Caniatis. Deinde, quia mandatum fa-
27 ctum ad vtilitatem † & commodum procuratoris, sei tertij minimè reuocari potest Mantic. de tacit. & ambig. lib.7. tit.25.num.3.Gratian. discept.783. nu. 20. Io.Baptista Antoneli.cons. 7. num.1. Louis.decis.362. nu.8.& ibi Beltram. in glos.C. Pigant.ad statut.ferrar. dicta rubr.16. num.48. in fin.

Oppositio enim prima transit terminis habilibus præexistentibus, quando scilicet mādantis hæres † catat, atque ad præiudicium ipsius 28
consumatio mandati prætenditur, vt bene colligitur ex Mantic.de tacit.&ambig.lib.7.tit.23 nu.51.& 52. & ad rem faciunt tradita per Grat. dicta discept.forens.342 num.8. & seq.potissimum num.13.vbi quod exinde actio personalis dumtaxat oriatur, quæ dubiò procul contra Dominum Morbiolum tertium possessorem exerceri nequit l.1. §.si hæres ff. ad Trebell. Cyriac. controuers.18.num.1.& dixi allegat.21.n.9. fol. 356. lib.1.

Secunda autem corruit, quia procedit solummodo quoties contrahenti, aut tertio ius perfectè quęsitum fuit, nec ab extrinseco actus cō-
firmatio † requiritur, ita vt facultas demandata 29
ex sola mandantis potestate dependeat Surd, consil.419.num.69.& latissime prosequitur Io. Baptista Antonell.cons.19.num.9. & per totum hic autem perfectio ipsius obligationis, illiusq; originalis existentia ex futuro Domini assensu, qui dat essentiam, & perfectionem hypothecæ quoad abnoxia, pendebat, atque ex eo inducenda erat vnde expeditum remanet mandatum nō tam morte, quam etiam reuocatione, multoque magis status mutatione.

Huic autem ratiocinationi obstare non videbatur, quod aduersanti sola obligatio anterior etiam respectu obnoxiorum sufficaret quippe
quoniam defectus licentiæ, † illusque exceptio 30
à directi Domino dumtaxat, non autem à Dom. Morbiolo allegari poterat Ruin.cons.2. num. 2. in fin.lib.1. Cæphal.consil.3.num 122. cum adductis per Gratian.discept.forens.511. numer.6, dixi allegat.58.num.15.& allegat.63. num.36. lib.2. quibus accedunt cumulari per Fontanel. decis.487 num.4.in fin. Quoniam huic quoque oppositioni dupliciter replicatur, & primo per Statutum sub rubrica qualit. inuestit. ad affict. obligationem factam ab emphyteuta, vel recognoscente ad affictum proprietatem aliquam non præuio assensu, ac oblatione ad affectum prælationis ipso Iure irritatur, quo stante nulli-
tas † ipsa obligationis indifferanter etiam ab 31
extraneis allegari potest. Boisatt.cons.82.nu.11. & 25. Thesaur. decis.4.num.7. Gratian.discep. forens.691. addo Fontanell.decis.581. num 27. Deinde, & quidem fortius, ac magis ad rem, quia obiectum sibi dumtaxat locum vindicat
ad effectum deuolutionis, & caducitatis, † quæ 32
præcisum Domini directi interesse concernit & quæ re vera non currit, nisi eo volente, & declarante, secus autem ad effectum, vt super tali proprietate obligari prohibita valide imponi possit hypothec. iam iam nulliter impositæ pro validitate obligationis ad præiudicium possidentis assensus Domini, qui prius distractioni consenserat accedere possit, vt egregie distinguit Rota apud Cenc. de cens. decis.74. nume. 7. 8. & 9. & decis.345. sub nume.5. vers.sic nec dicebatur, ac faciunt latissimè tradita per Surd. decis.343. nu.19. ac per totum vbi quod agnatus

tus, proximior feudum in remotiorem alienatū
mortuo alienante ex deffectu assensus Domini
reuocare valent & dixi dicta allegat. 34. num. 5.
lib. 2. expeditum igitur remanet Dom. Morbio-
lum omnino præferrendum in hypotheca, ac
consequenter contra ipsum nec dari Saluianum
33 † quod exceptione anterioritis hypothecæ repel-
litur, l. creditor 12. ff. qui pot. in pignor. hab.
Pacific. de Saluian. inspect. 3. cap. 2. nom. 165.
Mantic. decis. 69. num. 1. Buratt. decis. 858. nu 1.
& 2. Rota apud Post. de manutent. decis. 643. n.
23. & apud Merlin. de pignor. & hypothec. dec.
33. num. 20. & decis. 50. num. 9. & 10. vbi in eo,
qui ab aliis creditoribus cessionem anterioritatis
reportauerat, qua tamen vti minime potuis-
set huiusmodi cessione seclusa, quia exceptio
34 anterioritatis † aliorum creditorum conuento ex
Saluiano ad impediendam immissionem non
suffragatur, Scapucin. de Saluian. lib. 2. quæst.
7. Thomat. decis. Macerat. 29. num. 2.

Ad ea demum, quæ subiungebantur, seu re-
35 plicabātur ex clausula constituti † præterea, quā
superius diximus considerandum succedebat,
prædictam clausulam stante alienatione facta in
Dominum Morbiolum præuio Domini assensu
nihil operari Guidopap. decis. 46. Valasc. de Iur.
emphyt. quæst. 14. sub num. 10. & latius compro-
bat Fulgin. de emphyt. tit. de contract. emphyt.
quæst. 44. num. 3. & 4. vbi quod consensus præ-
stitus in secundo instrumento, sit validus, & pre-
ferrendus.

In quorum infirmationem summopere con-
ferrebat, quod vltra prohibitionem statuti, erā
prohibitio specialis in concessione contenta
concurrebat, quippe quoniam recognoscentes
36 terras quoquo modo à præpositura † de eis con-
trahere, illasq; obligare sine assensu prohiben-
tur ex Bursatt. cons. 330. num. 18. versic. nono a-
nimaduerto Manent. de contract. liuell. quæst.
16. sub num. 31. vers. opinio ergo Beros. Vnde
tanto magis neglecto assensu, seu eo non prius
impetrato hypotheca aliqua competebat, si qui-
37 dem prohibitio hominis † iuncta prohibitioni
legali, seu statutariæ principio obligationis resi-
stit Rot. decis. 212. nom. 31. part 6. recent. dixi
allegat. 15. num. 44 lib. 2. & nunc addo Fulgin.
de emphyt. tit. de alienat. quæst. 1. num. 196. Nec
38 quod assensus † ab initio in actu obligationis
pro præstito habeatur, ex quo denegari non po-
test, ex tradatis copiosissimè per nos allegat. 13.
num. 1. allegat. 82. per totam lib. 2. Fulgin. de
emphy tit. de alienat. quæst. 11. nu 1. quicquam
releuat ad præiudicium eius qui vere, ac cum af-
39 fectu assensuo. † obtinuit argumento textus in l.
nec ei 17. § 1. ff. de adopt. Barbos. Axiomat. 97.
num. 6. Vltra quod hic suberat iuxta causa de-
negandi assensum, & Dominus illum omnino
denegare tenebatur postquam distrahendi licē-
tiam debitori concesserat Lanar. cons. 7. sub n.
20. vers. quæ conclusio procedit sine dubio, quā-
do non agitur de præiudicio tertij, cui interim
ante assensum esset Ius valide quæsitum quod
repetit cons. 73. num. 16. A Pont. cons. 25. num.
9. & cons. 157. num. 57. lib. 2. cum adductis supra
circa prælationem eius, qui in assensu impetran-
do præuenit.

Num vero Statutum † sub rubr. de dot. per 40
Mart. Lucrat. locum sibi vindicet in feudis, qu.
non est præsentis speculationis, qua dicebam a-
lias in feudalibus Statutum huiusmodi non mi-
litare, vt videre est allegat. 74. nom. 9. & 10 lib.
2. quam opinionem amplectitur etiam Senatus
Mantuæ apud Surd. decis. 344 nu. 43. & 44. vbi
tamen limitat duobus simul concurrentibus al-
teru quod feudum sit alienabile, altero, quod ad
istud assensus Domini accesserit.

Quare, &c. Saluo, &c.

ARGVMENTVM;

Ex Statuto Mantuæ sub rubr. qualit. inuest. ad effic. iuncto ordine ann. 1491. Emphyteoticorum sine Domini assensu prohibetur hypotheca tā generalis quam specialis, ista autem per verba omnium, & singulorum contrahitur, Adeout assensus Domini post acquisitum Ius tertio in eius præiudicium non retrotrahatur, minusuè substineatur.

SVMMARIVM.

1 *Conditione non purificata actio non competit.*
2 *Assensus Domini iniuste denegaturum habetur pro præstito, declara vt n. 3. Obtētus post obitum contrahentis successerē in emphyteusi prohibita obligari sine eo, non præiudicat, num. 14. nisi accedat successoris consensus num. 19 Non supplet hypothecam, num 18.*
4 *Verba habeatur pro præstito, perfectionē actus indicant Declara vt num. 5.*
6 *Sententia Ius iam constitutum competere declarat.*
7 *Dominus directus consensum obligationi rei emphyteuticæ non tenetur præstare, & non alius allegat defectum assensus in obligatione emphyteusis, numo. 15. sed Declara vt num. 16.*
8 *Statutum Mantuæ sub rubr qualitat. inuestit. ad effic. iuncto ordine anni 1491. prohibet hypothecam emphyteusis etiam generalem.*
9 *Manent. de contract. liuell quæst. 16. ex nu. 28. reprobatur.*
10 *Hypotheca specialis inducitur per verba omnium, & singulorum Prohibita sine Domini assensu eo non adhibito nulliter*

adijcitur numer. 11.

12 *Actione carens in iudicio non auditur.*

13 *Licentiam Domini qui primo obtinuit praefertur etiam si esset posterior in credito super re emphyteutica.*

17 *Mandatum procura etiam in rem propriam mutatione status persona resoluitur.*

20 *Inuentarium etiam filiis in emphyteusi mixta proficit.*

21 *Conditio protestatiua obligandi ex parte debitoris, vel etiam debitoris simul, & creditoris in praeiudicium tertij nunquam retrotrahitur.*

Allegatio CII.

Adsit Deus.

POstea quàm D. palperiae de pendaleis ad bona obooxia, & partim à Ducali Camara, & partim à Venerabili Primi certatu io emphyteusim recognita agenti defectus actionis ex oon impetratos assensu coditionaliter ad conttahendam obligationem reseruatu opponebatur. Quia ex actu conditiona-
1 li, † quisquam implementum conditionis agere noo potest l. cedere diem. 213 ff. de verb.signif. Maotic.de tacit., & ambig.lib. 4.tit.42.num. 3 Gratian. discept. foreos. 318. num. 9 Duraö. in tract. de condit. & mod.impossibil. part.4.cap.7 sub num.4. versic. sed sic est, eum adductis per Rutam apud Merlin. de pignor. & hypothec. decis. 21. num. 9. & 11. Marc. Ventutio cons. 34 nume.17. sub quodam verborum inuolucro per Epistolam, atque ex obrupto post obtentam ab ea condemnationem oulliter aduersus miserabiles pupillos de Caniatis ante constitutam obligationem aliquam, sicque noodum orta actione assensum pendente superiore controuersia, ac resistentibus eisdem pupillis, seu eorum agentibus impetrare attentauit, & ex quo Do-
2 minus assentiri teouit, modo quod pro praestito tanquam iniuste denegato habeatur, viriliter contendit ex Maoent. de contract.liuell. quaest. 18.& Surd.decis.220. num. 56. alios adduximus allegat. 2. in hac eadem causa conscripta, subdendo plures ad id limitationes precipuas, inter
3 eas, quod omni in casu iudicis decretum † requirebatur, vt praetet tunc adductos aoimaduertit stanc.decis. 310.& accedit Bursatt.cons. 256 sub num. 8. vbi, vel eius contumaeis loco Iudex dictum consensum praebet, nec dissentir Man, ex aduerso adductus de contract. liuell. dicta qu. 18. oum. 148.

Nec ad rem facit, quod illa verba, habeatur
4 pro praestito, † quibusvtuntur doctores in explicandis eorum conceptibus tamquam de praeterito perfectionem actus indicet, adeout nihil ab extrinseco, & sic neque Iudicis declaratoriam desiderent per textum io l. r. §. fin. ff quod quisque Iur. l. arboribus 13. §. idem ff. de vsufruct. Ruin.cons. 226. numer.6. lib. 2. Lodouic. decis. 117. num. 2. si quidem obiectum † procederet, si 5 huiusmodiverba in aliquo decreto ioterpretanda reperientur, aut à Doctoribus per modum Decreti prolata essent.

Sicuti neque manifestam implicat contradictionem, quod super actu de praeterito quantumuis io esse perfectè deducto feratur sententia, quin immo de proprietate, ac natura sententię
† existit. vt per eam ius iam constitutum fuisse, 6
& competere declaretur. l. sicuti 8. § sed si quaeratur ff. de seruit. vindic. Cyriac. controuers. 312. num.7. Vnde ita demum assensus Domini pro praestitu habebitur, si iudicis declaratoria intercesserit.

Ex quibus satisfactum remanet deductis pro Domina pendalea, eoque magis, quia in Iure sustineri eiā posset, teoeri quidem Domin. † prae- 7
stare licentiam alienandi emphyteusim, & in casu iodebitę denegationis haberi pro praestita, non sic autem quo hypothecam emphyteusis, cui Dominus assentiri oon cogitur Guidop. dec. 575. Seraphy decis. 1290. num. 10. Fulgin de emphyt. tit. de contract. emphyt. quaest. 38. numer. 18. Verum tamen istud fundamentum forsan procederet seclusa consuetudine Maotuaoa iuxta quam conoedi etiam obligationum assensus introductum fuit.

Hinc ergo pro defensione pupillorum de Caniatis ad consuetudines, & statuta patriae recurrendum, quibus inhaereodo praeter ea, quae iā diximus pro indubitato supponendum est emphyteotica † nec generaliter, neque specialiter, 8
nisi preuio assensu obligari posse, vt cauetur stat. sub rubr. qualit. iuuestit. ad affectum iuncto ordine anni 1491. sub rub. an emphyteusis, ven. in gener. obligat. in meo Codice 62. Bursat. cons 44. sub nu. 1. & haec interpretatio tutior videtur, quicquid in oppositum studuerit contendere Manent † de contract. lioell. quę. 9
16. ex num. 18. quandoquidem disceptatio cadebat super eo, an obligationes generales comprehenderentur sub Statut. sub rubr. qualit. inuestitot. ad efficir &c. quooiam emphyteutae, vt dispositionem statuti eceitarent, ac dominos negligerent, ne ve eis denunciationem facerent, generales dumtaxat emphyteuticorum obligationes contrahebant dispositio igitur dicti ordinis anni 1491. emanata per iubesionem ad stat. qualit. inuest. ad effecit, &c. in eadem quoque expresse relatum, nil aliud cauere intellexit, nisi quod expressam, siue generaliter emphyteoticorum hypothecam, & pignoratiuonem ab emphyteuta coottactam sine Domini assensu fieri nt abat, vt sic Dominorum directi iuribus plenissime, ac vndequaque consultum praexisteret, ipsaque statuti qualit. Inuestit. ad &c. censura per emphyteutas in odium dominorum oullatenus declinari posset.

Verum tamen nil pro nunc praesenti controuersia

uersiæ obesset, opinio adducta Manen. de contract. liuell. dicta quęst.16. ex num. 26. ex quo in
obligatione contracta perCaniaium feudalium,
& emphyteuticorum adsunt verba oratium, &
10 singulorum, † quæ iuxta veriorem, magisque receptam nostram opinionem specialem important hypothecam Lanat. cons.42. num.10. Cyr.
controuers.10. numer. 68. & controuers. 393. nu.
27. Pacific. de Saluian. inspect. 3. cap.4. nume. 8.
Mantic. de tacit. & ambiguis lib.4. tit. 30. num.
18. Rota decis. 284. numer.48. part.6. recent.
Io. Franc. Andreol. controuers. 68. num.11. Cum
adductis per Antonin de Amat. resolut. 3. num.
37. & 38. & per Merlin. de pignor. & hypoth.
lib.1. quęst.21. numer.5. Quæ cum à dispositione statutaria omnino prohibita non obtento
prius Domini assensu appareat, inde propterea
11 sequitur eandem hypothecam † tanquam nulliter adiectam pro non apposita haberi, ac irritam penitus censeri l. si creditor 7. §.1. ff. de distract. pignor. Negusant. de pignor. & hypoth.
part.2. membr.3. numer. 80. & 81. Amic. de Iur.
emphyt. quæst.14 sub nume.5. Corbul. de caus.
priuat. ob alienat. limitat.34 sub num.5. Burg.
de laudim. part.2. inspect.7. sub num.3. Folgin.
de emphyt. tit. de alienat. quæst.1 num.140. vers.
seu pignus esset ipso iure nullum. Merlin. de pignor. & hypothec. lib.2. quęst.8. num.28. Grati.
discept forens. 903 num.8. & 9. Cenc. de cens.
quæst.22. num.6. & seq. Speroll. decis.120. numer.40.

Ex quibus nulla prorsus super re emphyteutica existente hypotheca, creditore omni iure,
12 & actione penitus destituto † qui propterea ob
audiri atque à limine iudicij etiam partem non
opponente iudicis officio expelli debebat. Cyr.
controuers. 3. num.60. & controuers. 321. num.
3. & seqq. Rot. decis. 323. num. 3. part. 5. recent.
Leoncill. decis. ferrar 30. num. 10 & decis. 33. n.
15. vbi tamen requiri partis oppositionem, vel
Iudicis scientiam defectus actionis quorum neutrum hic desidarabatur. Merlin. decis. 533 num.
1. & 2. & ad rem Mart. Venturin. dicto cons. 34.
num.19. & 20. Niger de except. cap.1. §.11. nu.
9. & §. 21. num.3. & seq. vbi quod Iudex faciat
litem suam, si non repellat agentem sine actione à limine iudicij, & cap.13. §. 5. nume.20. &
cap.14. in princ. num.8. dixi allegat.65. nume.
20. & 21. & prius allegat. 57. nume.6. lib.2. per
glos. communiter receptam in l. vbi pactum 40.
in verbo poena vers. tertia C. de transact. assensu intra viginti annos non petito, ac consequẽter nec recusato postquam res desijt integra,
quod habeatur pro præstito non tam ad sustinẽdam obligationem emphyteusis, quam etiam adeam nouiter in præiudicium successorum absque eorum voluntate quinimo, & cum repugnantia introducendam, & validandum Iudiciũ
retro nullum, atque insubsistens nemo certè id
vnquam affirmare audebit.

Ob quam hypothecæ nullitatem ob resistentiam præcitatæ dispositionis Statutarię inductũ
fuit ex consuetudine huius patriæ practicanter
extra, & in iudicio obseruata, vt non à die contractus celebrari, sed à die assensus obtenti hypotheca in bonis feudalibus, ac potissimum emphyteuticis oriatur, & propterea, qui licentiam
† Domini habet, licet esset posterior, præferra- 13
tur etiam anterioribus nullam, vel posteriorem
habentibus licentiam, de qua quidem praxi ommissis exteris testantur Bursat. consil.44. & 45.
Surd. decis. 289. numer. 18. 19 & 20. Bardellon.
cons. 100. num.1 Cyriac. controuers. 115. num.10.
& controuers. 528. num.2. & 3 Manent de contract. liuell. in sępius allegat. quęst.18. numer.1.
tam etsi ipse praxim istam inutiliter impugnare contendat dixi allegat.44. num 21. lib.2. Larath. de feud. part.8 dilucidat.74. num 2. & per
totam quemadmodum, & quoad feudalia controuerterit Senatus Mantuæ decis.1. in causa vtriusq; Gonzaga qui tamen resolutio in pręsentiarum attendi non debet, tum quia Sententiam
Senatus idem in eadem causa deinceps mutanit, tum quia quicquid esset in feudalibus, in
quibus ea obligaodi iam præcisa non cadit prohibitio dixi allegat. 58. num. 8. certè in emphyteuticis conclusio vbi extat Statutum hypothecę ac pignoris prohibitiuum communiter recipitur, vt pluries alias dixi, & signanter tradunt
approbata doctrina Bursatt dicto cons.44. Fulg.
de emphyt. tit. de alienat quæst. 3. num.4 & 5. &
Merlin. de pignor. & hypothec. lib.2. quęst.8. n.
27. quibus accedunt addentes ad Sanfelic decis.
292. Pari quoque fundamento, ac ratione dicendum est de successore † in emphyteusi, qui iam 14
ex inuestitura veluti ex priori assensu in possessiono emphyteusis reperitur, vt ratiocinantur
præcitati doctores, & pręcipuè Bursat. dicto cons.
44. & dicto cons.45. & Bardellon. consil.100.
nec dissentit Senatus Mantuę in præcitata decisione vtriusque Gonzaga, dum versatur, in casu, in quo assensus substantialiter influit in hypothecam, ea quo sine eo minime ob Statuti cẽsuram non subsistit, alijsque per viam conditionis ex Statuto, & pacto non autem per viam modi, vt in feudalibus requiritur.

Prędictis verò neque obstare dicebam, quod
defectus licentiæ † a nomine præterquam à Do- 15
mino allegari possit, ex Gratian. post alios disceptat. forens. 511. num.6. dixi allegat. 34. numi
3. & allegat.66. num.8. lib.2. Istud num. obiectum respectu caducitatis, ac deuolutionis † pro- 16
cederet, secus vero in alijs, in quibus quilibet
habens interesse defectum assensus adducere potest Rota decis. 74. nume.8. & 9. & decis. 345.
num.6. & seq. apud Cenc. de cens. vbi in terminis comprobat emphyteutam posse impugnare
hypothecam emphyteusis alienari, vel obligari
prohibitæ ex defectu assensus Domini & latius
comprobaui pro Domino Carolo Morbiolo aduersus Dominũ Marchionem Guerinum in causa bonorum Præpositoræ abnoxiorum, & dixi
dicta allegatio.34. numer.4. & 5. & dicta alleg.
66. numer.9. lib.2. Gratian discept. forens. 855.
numer.17.

In qua quidem causa Domino Morbioli subiunge-

liungeam mandatum in rem propriam irreuocabiliter collatum inpersonam creditoris expiras-
17 se morte mandantis ob mutationem status † ipsius debitoris, quæ tunc ob professionem successerat, hic autem ex quo pupilli supersint, intercedit, vt in terminis prosequitur Gratian.disceptat.forens. 342. num.2. ac per totam, & latius exornat Pigans. ad Statut.ferr rubr.16.num 50. quibus addi possunt congesti per nos tam in hac causa, quam etiam in prædicta Morbiola.

Deinde considerandum etiam subest, quod cum muta edsit emphyteuticorum hypotheca,
28 † assensus postea quatenus impetrari re amplius non integra posset superueniens ad nihilum fenit, ex quo obligationem antea subsistentem supponit Bursart.dicto consil.44. num.38. manent. consil.88. numer.1. vbi reddit rationem, quia Dominus assensum alterius, qui ab initio inutiliter accessit, supplere non potest. A Pont. consil.5. num.49. lib.1. & de potestat. pro seg. § 9 tit.de assen. reg.num.7. fol.351. vbi quod assensus Domini non sit actus de per se stans, sed requirat confirmabile Staiban.Iun.resolut.1.nu.
19 74. ad quem effectum, vt assensus † post obitum emphyteutæ nulliter obligantis operetur etiam consensus succedentis in emphyteusi omnino requireretur. A Pont.consil.72. num.8.& cons. 73. num.9. & consil.75. numer.37. lib.2. & de Potest.Peregr. tit.de assens. §. 1. numer.28. fol. 264. Caput. decis.115. num.4. Fulgin.de emph. tit. de alienat. quæst.5. per totum Staiban.Iun. dicta resolut 1. numer.41.& seq. isti autem pu-
30 pilli tamquam heredes beneficiari † emphyteutæ vltimo defuncti, vel simpliciter primi acquirentis, nisi iuxta vires hæreditarias ad præstandū defuncti factum cogi possunt. Quemadmodum dicebam pro Domino Morbiolo ex Altograd. consil.25.numer.19.ac per tot. Fulgin. de emph. titul. de renunciat.quæst.10.numer.4. in princ. iuncto fin.eiusdem numeri, vbi quod etiam filiis & hæredibus patris, & aui cum beneficio tamē legali inuentarium prosit, ne gesta per eorum maiores in emphyteusi mixta, & potissimum nulliter obseruare teneantur.

Tandem in altera legali scriptura dicebamus non obesse, quod conditio impetrandi assensum
31 potestatiua † censetur, tanquam residens in arbitrio, ac potestate ipsius debitoris, ex quo Dominus necessario assentiri teneatur, sicque habeatur semper pro impleta in renitentiam Domini renuentis assensum præstare, si quidem ad præiudicium Domini obiectum bene quidem procederet, non autem in odium eius, cui interim Ius quæsitum fuit, quandoquidem conditio potestatiua in præiudicium tertij, si adimpleatur nunquam retrotrahitur, vt optime ratiocinatur Surd.consil.382. num.78 & sequent. manent.de contract.liuell.quæstio.18. numer.146. vbi vult quod præstita habeatur licentia, quando per emphyteotam non stetit, quin eam tempore debito peteret, vnde vtraque ex prædictis auctoritatibus in decisione, quæ scidetur, adductis optime retorquetur, ex quo non nisi post lapsum vigintiquinque annorum assensus licet etiam superinde introducta periculum apparet, & vniuersis aliter in qualibet materia, quod implementum conditionis pendens à voluntate obligantis in tertij odium non retrotrahatur latius disquirunt. Cancer. var.resolut.cap.1.nu.4. par. 3. Thesaur.quæst.forens.51.numer.3.lib.3.Giouagn. consil.35.numer.2. & sequent. lib.1. Caten.resolut.39.num.10. cum adductis per Merlin. de pignor. & hypothec. lib.4.quæst.22.numer.3. & post tract.decis.86. num.11.& sequent. & decis.98. numer.10., vbi quod in conditione potestatiua ex parte debitoris tantum, vel debitoris simul, & creditoris in præiudicium tertij non retrotrahatur Dixi allegat.44. numer.22. & sequent lib.2. Quæ etsi indubitanter de Iure communi procedunt tanto magis inspecta sæpius citati Statuti dispositione sibi locum vindicans.

Quare, &c. Saluo, &c.

ARGVMENTVM.

Ad euitandam caducitatem ob canones non solutos admittitur compensatio crediti emphyteuticæ, tanquam procuratoris alterius ad exigendum à Domino, & pactum quod non soluente emphyteuta in termino Sancti Michaelis ipso Iure in commissum cadat, si per triennium in emphyteusi priuata cessauerit, ad formam Iuris subintelligitur.

SVMMARIVM.

1 *Compensatio ad euitandam caducitatem non fit de credito diuersarum, personarum, declara vt numer.15. præsumitur quod fuisset opposita ad euitandam solutionem, si debitor ex alio capite fuisset creditor numer.2. Non intrat cum credito anteriori numer.3. Non fit de caducitate incursa, sed tantum de incurrenda num.4. Ipso Iure ad euitandam caducitatem inducitur nume.9.*

5 *Emphyteuta probare tenetur canonum solutionem. Indebite litibus effectus excusatur à caducitate ob non solutos canones num.14.*

6 *Senatus veritate inspecta iudicat.*

7 *Mora purgatio de æquitate etiam post declaratam caducitatem admittetur &, numer.8.*

10 Cadu.

10 *Caducitatem ad euitandam sufficit credulitas, Ad incurrendam requiritur cessatio triennalis insolutione canonum numer. 13.*

11 *Pactum incurrendę caducitatis ipso facto vbi non soluatur canon, intelligitur triēnij lapsu in emphyteusi priuata, nisi adsit iuramentum num. 12.*

16 *Caducitati in dubio non esse locum pronunciandum.*

Allegatio CII.

Adsit Deus.

INeuitabiles omnino, dum reputarem dubitationes per Excellentissimum Senatū
aduersus Iacobum de Martinis releuatæ
cogitaueram quariter aliunde illius defensioni securius incumbere possem num scilicet eundem ab intentata ob non solutos canones caducitate ope compensationis præseruarem cum dictus de Martinis tanquam cessionarius, ac procurator vti in rem propriam Cæsarę de Bersanis erga ipsum de Barberija in maiori quantitate creditricia preexisteret, quam pro liuellis hactenus decursis debitor constitueretur Martinus. Circa quod illud solum modo,
dubietatem non modicam incurrit, quia regula-
1 riter compensatio † non admittitur de debito
vnius personæ cum debito, seu credito alterius,
minusue de eo, quod quis debet nomine proprio, cum eo, de quo nomine alieno creditor existit l. in rem suam 18. §. creditor. ff. de compensat. l. si duo rei 10. ff. de duob. reis, à Pont. consf. 95. num. 12. lib. … Menoch. consil. 195. nu. 15. Pedroch. consil. 28. numer. 6. & 11. Ruin. consil. 74. numer. 19. in fin. libr. 2. Bero. consil. 46. num. 7. lib. 2. Socin. iun. consil. 79. num. 61. lib. 3. Surd. consil. 69. num. 12. & consil. 327. num. 39. Farinac. consil. 133. num. 5. & 22. Natt. consil. 101. num. 16. Chart. decis. 62. numer. 9. & 10. Rot. decis. 634. nu. 9. in fin. part. 1. recent. quę est decis. 400. apud Cene de cens. Ludouis. decis. 366. num. 2. & ibi abden. num. 7. vbi quod neque intret compensatio pro credito sotij cū debito societatis Cyriac. controuers. 120. num. 21. Io Baptista Antonell. consil. 56. num. 3. Lanar. consil. 26. numer. 16. Polijd. Rip. obseruat. 199. num. 8. Schenard. consil. 62. num. 152. Magon. decis. florentin. 44. numer. 9 Gratian. disceptat. 948. numer. 4. Antonin. de Amat. resolut. 17. numer. 4. ac per totam Mart. Venturin. consil. 32. numer. 71. Altograd. consil. 59. num. 31. Burатt. decis 225. num. 11. & 12. Leoncill. decis ferrar. 42. num. 5. & seq. Rot. decis. 105. n. 19. part. 7. recent. Merlin. decis. 783. nume. 8. vbi quod neque admittatur compensatio inter duo negotia ab eadem persona exercitia.

Hæc autem eo fortius ex eo comprobantur,
quia ex non oppositione ab initio facta compēsationis inducitur præsūptio simulationis, quodque in effectu Martinus directè non esset credi-
tor † quia si talis fuisset vtique illico compen- 2
sationis exceptionem opposuisset Ludouis. decisio. 439. num. 8. pen. decisio. 332. numer. 21. Rot. decis. 254. num. 9. part. 5. recent.

Accedit insuper, quod vel creditum Martini, ratione cuius nunc pro compensatione insistimus onus susceptum soluendi canones sub poena conuentionali caducitatis præcessit; &
tunc compensatione † inuari minime potest. 3
Quoniam compensatio sibi locum non vindicat, quando debitum cum quo petitur fieri compensatio est alterius debito, quod petitus Afflict. decisio. 381. numer. 3. Castill. decisio. 118. nume. 5. & 6. cum adductis per Scac. de comerc. & camb. §. 2. glos. 5. num. 42. quibus addo Hodier. ad Surd. decis. 117. num. 16. Vel cessio, & acquisitio crediti inculta, seu etiam declarata caduci-
tate † emanauit, & multo minus emphyteutæ 4
ad euitandam caducitatem opitularetur, cum compensatio non fiat de caducitate incursa, sed de incurrenda Alex. consil. 196. num. 5. libr. 7. Roman. cons. 204. sub num. 9. Corbull. de priu. ob non solut. canon. limit. 5. numer. 7. Seraphy. de priuileg. Iuram. 74. numer. 145. quos allegat, & sequitur Fulgin. de emphyt. tit. de solut can. quæst. 1. num. 319. Cessante igitur ea prædicta omni compensatione, cessant quoque videbatur omnis excusatio ab incursu caducitatis. Quā doquidem omissio per plures annos in solutio-
ne canonum † eo ipso probata resultat, dum ab 5
emphyteuta non probatur solutio glos. in l. 2. in verbo expressa vbi Bart. nu. 9. C. de Iur. emphyt. Merlin. decis. 648. numer. 2. cum adductis per nos alleg. 70. num. 24. lib. 2.

Quæquidem dubietas, tametsi primo vt aiunt vultu vrgentissima, atque propemodum ineuitabilis videatur, plura tamen concurrunt, quæ ipsius Martini intentionem optimè fundatam reddunt. Et primo hanc controuersiam pē-
dere coram amplissimo Senatu † facti sola veri- 6
tate inspecta causa iudicante Bec. consil. 47. nu. 15. Surd. consil. 54. numer. 3. & decis 105. nume. 11 Bardellon. consil 152. numer. 38. Cyriac. controuers. 10. numer. 57. dixi allegat. 13. nume. 22.
fol. 228. libr. 1. & per consequens coram ipso † 7
etiam in emphyteusi priuata moræ purgatio admittitur ex Clar. in §. emphyteusis quæst. 8. vbi ita Senatum mediolani iudicasse testatur, Calu. de æquitat. cap. 79. numer. 4. Fulgin. de emphyteusis tit. de solut. canon. quæstio. 6. sub num. 7. versic. quæ opinio non haberet locum, quando esset iudicandum secūndum æquitatem, & so-

la

la facti veritate inspecta, & enixe comprobat Rota in Romana prætensæ deuolutionis 18. Februarij 1636. versicul. tamen si esset iudicandũ secundum æquitatem, & sola veritate inspecta Dunozetto.

Deinde ex supposito huiusmodi nullam penitus admittente ambiguitatem habendo Senatus pae oculis æquitatem, iuxta quam arbitriũ suum impertiri solet, atque à caducitate omnino declarare consueuit, non tam Martinum, modo quod de eius credito excedente canonũ debitum constat, ab intentata caducitate absoluere tenetur, verum etiam, credito eodem secluso quantumuis per plures annos in solutione libellorum cessaret, adhuc tamen, & prius non
8 obstante iam declarata caducitate † eundem de Martinis principalem nostrum ad morę purgationem celeri satisfactione admittere deberet. Gabr. consil. 75. numer. 4. & 7. lib. 2. Mantic. de tacit. & ambiguis lib. 22. tit. 27. nume. 35. in fin. Rota decis. 577. numet. 2. in fin. part. 2. rec. infinitos cumulat Fulgin. de emphyt. tit. de solut. can. quęst. 6. numet. 17. vsque ad num. 20. vbi quod quando vult emphyteuta reficere damna, & expensas semper audiatur, & egregie explicat Rota coram Merlin. decis. 648. num. 6. & seqq. vbi non obstante per plures annos cessatione in caonum solutione, re etiam in iudicium deducta, atque acerrime disceptata adhuc Rota ad moræ purgationem emphyteutam admisit amplectendo equitatem, quam etiam illud Tribunal semper præoculis habere solet.

Vlterius animaduertendum occurrebat ad transitum crediti ergaDominum directi de per-
9 sona ipsius Cesarij † in personam Martini et am, absque vlla prorsus eiusdem Martini oppositione ipso Iure ad euitandam caducitatem compensationem inductam fuisse l. si constat, 4. vbi Bald. numer. 3. C. de compensat. Mantic. de tac. & ambig. libr. 22. tit. 27 oumet. 65. Corbul. de, caus. pr. uat. ob non solut. canon. limit. 5. num. 1. cum aliis citatis per Fulgin. de emphy. tit. de solut. canon quæst. 1. num. 300. Marescott. var resolut. 6. num. 12 & seq. l. b. 2. Altograd. consil. 90. nu. 12. Ripol. var. resolut. cap. 7. numer. 334. & 335. Altograd. consil. 14. numet. 39. alios congessi in caus. Genuensi Quamuis ergo non opposuerit de compęsatione, nihilominus à caducitate per compensationem ipso Iure inductam præseruandus venit.

Insuper quatenus etiam acquisitio crediti excedentis debitum canonis ad compensationem non suffragaretur, istam tamen causam excu-
10 sandi eundem Martinum à caducitate † præberet, cum ad huoc effectum excusandæ caducitatis sufficiat credidisse se creditorem compensabilem, atque à commisso excusatum Riminald. Sen. consil. 421. num. 12. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 22. tit. 27. num. 65. quos allegat, & sequitur Fulgin. de emphy. tit. de solut. canon. qu. 1. num. 300. in fin. & num. 301. Gratian. discept. 515. num 32. & disceptat. 675. nu. 33. Hodietn. Sard. decis. 117. num. 12.

Amplius, & istud mebercule falcē ad radices & causam extra omnem dubitãdi aleam ponit, ex eo quia Martinus statuta die non soluerit canones, minusque intra mensem ad purgandam quameumque moram sibi assignatum nõn ideo contra ipsum caducitas intentari potuit nã pa-
ctum, † de quo in eius inuestitura, ibi, pactis &c. 11
quod deficiente dicto inuestito, seu eius hæredibus facere debitam solutionem in dicto Festo Sancti Martini, & post terminum vnius mensis, quem ipse inuestiens ad purgandam omnem moram ex nuoc prout ex tunc, & è contro dicto inuestito assignauit, ipse inuestitus, seu eius hæredes cadat, & cadant, cecidisseque ipso Iure intelligantur ab omni Iure, & actione, quod & quam habere, & consequi possent, in dictis infrascriptis pet. ter vigore præsentia Inuestituræ, & subinuestituræ &c. à Iure communi interpretationem recipit, adeout in tantum ea caducitas ob non solutus canones incursa dicatur, in quantum emphyteota à canonum solutione per triennium destitisset Dec. consil. 128. sub nume. 7. citra medium, ibi, quia dum dicitur, quod dictis D. Accursio, vel suis in solutione deficientibus die dicto ipso facto feudum cadat in commissum talia verba debent intelligi quando defecissent in solutione biennij secundum naturã emphyteusis late Cæphal. consil. 25. sub nu. 16. versic. nam dum in instrumento, in cuius com-
probationem allegari omnes possent, † qui vo- 12
lunt promittentem soluere canones singulo anno, ita demum cadere emphyteutam percessationem vnius anni, si iuramentum accesserit, & de quibus apud Mantic. de tacit. & ambig. lib. 2. tit. 26. numer. 4. & Fulgin. de solut. can. quęst. 1. num. 35. & vtrumque dictam fundatur in doctr. Bald. in c. quærelam, in fin. extr. de Iur. Iur. dum concludit vbi est intatum non subintelligi illa clausula, si per biennium non soluerit, & iuxta hanc distinctionem intelligendus Ludouis. dec. 529. num. 16. dum allegat doctores tractantes in emphyteuta obligato singulis annis cum iuramento soluere, cum ergo in facti specie nullum omnino iuramentum intercesserit, ideo pro declaranda caducitate triennium † cum simus in 13
emphyteusi priuata expectari debebat per textum in l. 2. C. de Iur. emphyt. Rota in Romana prætensæ deuolutionis 18. Februarij 1636. vers. neque obstat Dunozetto.

Demum attentis præmissis, eum ex pluribus colligatur Martin. à Barberio indebite molestia, sumptibus, atque expensis † affectum: inde etiã 14
ex hoc peculiari capite si pendente lite canon: non soluit, à commissa excusatur, atque etiam canonum interim decursorum compensationẽ. Iure optimo pretendere valet Caputaque decis. 180. & decis. 198. pat. 1. Mantic. de tacit. & amb. lib. 22. tit. 27. num. 67. Fulgin. de emphyt. tit. de var. caducit. qu. 17. num. 15. & tit. de solut. canon. dicta questio. 1. numer. 302. Ciarlin. controue. 8. numer. 93.

Esto igitur quod regulariter de credito vnius cum credito alterius compensatio non intrat; istud

istud tamen ad præsentem cōtrouersiam applicationem non recipit, ex quo Martinus Cæsaræ creditricis contra Barberium agentem ad canones Iura cessa habet, quo eam de credito vnius ad creditum alterius compensationem admitti habetur expresse cautum in l. in rem suam 18. ff. de compensat., ibi, in rem suam procurator datus post litis contestationem si vice mutua conuenlatur æquitate compensationis vtetur, & tradiderunt Doctores in l. eius 9. C. de compensat Bott. cons. 85. n. 20. cum adductis per Anton. de Armat. resolut. 17. nume. 6. quibus addo Merend. controu. Iur. lib. 17. cap. 30. nume. 6. vt per tot.

Neque applicatur præsumptio simulationes desumpta in eo, quod Martinus ab initio exceptionem compensationis non opposuerit, tum quia ad euitandam caducitatem ipso Iure inducitur, tum quia vt bene animaduertit Merend. dicta controuers. 130. lib. 17. etiam lite contestata, & quandocunque compensationis exceptio de Iure apponitur, tum demum quia Barberius in declaranda caducitate nimitum properauerat, non expectando lapsum triennij. Et per ista sublatum etiam remanet obiectum resultans ex superius excitatis circa tempus contracti crediti per ipsum de Martin. sicque ex prædictis manifeste apparet locum nō esse caducitati declaratæ, & quatenus dubium aliquod subesset, in dubio † ad exclusionem caducitatis pronunciādum veniret, dixi allegat. 24. numer 22. lib. 2. & 16
nunc addo Fulgin. de emphyt. tit. de alienat. quæst. nu. 30. Merlin. decis. a 24. nu 4.

Quare, &c. Saluo, &c.

FINIS.

REGESTVM.

ABCDEFGHIKLMNOPQRSTVXYZ
Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii

Omnes sunt Terniones.

VERONÆ,

Ex Typographia Rubeana. M. DC. LIII.

Annutu Superiorum.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Prem. Legatoria Artistica
ACHILLE FIORE
Via Gran... Napoli

Digitized by Google